[illegible]

PRAXIS

PUPILLARIS

U. J. D.


REV. D. ANTONII RICUCCI

A CITRARIO

CONSENTINÆ PROVINCIÆ

PARS I.

Opus ſingulare , & non minus utile , quam neceſſarium omnibus in foro verſantibus , cum formulis petitionum , decretorum , actorumque omnium tum in judiciis , tum in contractibus , cæteriſque actibus pupillis , ac minoribus pertinentibus , & cum indice alphabetici ordinis locupletiſſimo rerum, verborumque omnium in ipſomet contentorum , in fine ejuſdem repoſito .





NEAPOLI , EX TYPOGRAPHIA CAJETANI ROSELLI MDCCLXXXII.
SUPERIORUM LICENTIA.

PROSPERO DE ROSA

CASINATIS ARCHICOENOBII ABBATI
CASINENSIS DIOECESEOS AC JURISDICTIONIS
IN REGNO PRIMI BARONIS
ABBATIAE S. VINCENTII AD FONTES VULTURNI
ET TERRAE CITRARII UTILI DOMINO
ET ORDINARIO
CASINENSIS CONGREGATIONIS VISITATORI VIGILANTISSIMO
NON TAM AVORUM TITULIS
QUAM ANTIQUIS MORIBUS
SPECTATISSIMO
QUI PER MAJORUM VESTIGIA
IN SUMMUM VIRTUTIS CULMEN CONNISUS
FIDE CONSTANTIA PRUDENTIA
DIVINI HUMANIQUE JURIS SCIENTIA
ET MAXIMORUM OPERUM GLORIA
EXPRESSUM PRAESEFERT BENEDICTINAE MAJESTATIS
EXEMPLAR
HUIC MUSARUM PATRONO
DE SE BENEMERENTISSIMO
ANTONIUS RICUCCI
HAS QUASCUMQUE VALET
STUDIORUM SUORUM RATIONES
VENERABUNDUS REDDIT.

ECCELLENTISSIMO, E REV. SIGNORE

GAetano Roselli publico Stampatore supplicando espone l' Eccellenza Vostra Reverendissima, come desidera dare alle stampe un libro intitolato *Praxis Pupillaris U. J. D. Rev. D. Antonii Ricucci*; Intanto supplica l' Eccellenza Vostra Reverendissima a commetterne la revisione a chi meglio stimerà, e l' averà a grazia, ut Deus &c.

Reverendissimus Dominus P. D. Salvator Spinelli S. Th. Professor revideat & in scriptis referat. Die 1. Aprilis 1779.

Joseph Rossi Can. Dep.

Excellentiss. Domine ac Reverendiss.

UT E. T. jussa facerem, opus perlegi, cui titulus: *Praxis Pupillaris U. J. D. R. D. Antonii Ricucci &c.* In eo doctus Auctor ita late adcurateque primus juris Pupillaris præcepta actu veluti perfecit, usuique adcommodavit, ut quod hac in re desiderari poterat, adamussim præstitisse videatur. Quum igitur subactis præcipue in caussis agendis viris non vulgari quidem emolumento id fore confidam, nihilque (quod caput est) adversus bonos mores rectamque fidem in eo offenderim, in publicam lucem edi posse censeo.

Ex Monasterio S. Severini die Mensis Aprilis 1779.

Umilis Famulus
P. D. Salvator Spinelli Reg. Prof.

S.R.M.

S. R. M.

SIGNORE

GAetano Roselli publico Stampatore umilmente prostrato al Vostro Real Trono l' espone, come desidera dare alle stampe un Libro intitolato *Praxis Pupillaris U. J. D. Rev. D. Antonii Ricucci*; Intanto supplica la M. V. a commetterne la Revisione a chi meglio li parerà, e l'averà a grazia, ut Deus &c.

REv. D. Augustinus Gregorius Golini in hac Regia Universitate studiorum Professor revideat autographum enunciati operis, cui se subscribat, ad finem revidendi ante publicationem, num exemplaria imprimenda concordent ad formam Regalium Ordinum, & in scriptis referat. Datum Neap. die 13. Mensis Septembris 1781.

Matheus Jan. Carthaginiensi Episcopo.

Illustrissime, & Reverendissime Domine.

LIbrum, qui *Praxis Pupillaris* inscribitur, tuo jussu legi diligenter, nec contigit mihi quicquam invenire, quod Sacra Majestati officeret, vel morum integritati: sed eum utilem esse censeo iis, qui amant in Foro versari, & scire, quæ sint pupillorum, & minorum jura, & quo ordine, & quibus verborum formulis eorum caussæ sint agendæ, & disceptandæ. Idcirco, nisi Tibi aliud visum fuerit, edendum existimo. Neap. pridie Non. Octobr. 1781.

Tibi Illustriss., & Reverendiss. Domino.

Augustinus Gregorius Golinus R. P.

Addictiss. atque obsequentiss.
Augustinus Gregorius Golinus.

Die 19. *mensis Octobris* 1781. *Neapoli.*

VIso rescripto suæ Regalis Majestatis sub die 8. currentis mensis, & anni, ac relatione Reverendi D. Augustini Gregorii Golini, de commissione Reverendi Regii Cappellani Majoris ordine præfatæ Regalis Majestatis.

Regalis Camera Sanctæ Claræ providet, decernit, atque mandat, quod imprimatur cum inserta forma præsentis supplicis libelli, ac approbationis dicti Reverendi Revisoris; Verum non publicetur nisi per ipsum Revisorem facta iterum Revisione affirmetur quod concordat servata forma Regalium ordinum, ac etiam in publicatione servetur Regia Pragmatica hoc suum.

SALOMONUS. VIDIT FISCUS CARAVITA. TARGIANE.

Illustris Marchio Citus Præs. S. R. C., & cæteri Illust. Aulæ tempore subscriptionis impedit.

Reg.
Carulli.

Athanasius.

CAPITULORUM

QUÆ IN HAC PRIMA PARTE CONTINENTUR SYLLABUS.

PRÆ-

P R Æ L U D I U M.

ETsi quamplures immodici quidem ponderis, qui circa pupillorum, minorumque personas plenos, integrosque tractatus fœliciter edidere magna cum admiratione perlegerim auctores, non attamen inveni, qui me ab adolescentibus adhuc annis integre satisfactum reddere potuisset. Audacem aliquis me certocertius notabit, si prima fronte judicium suum descriptis verbis adformaret. Ast si opus hoc haud quidem incaute, cogitabundusque revolverit, non ibit quidem inficias, dubioque procul, quod sat utile, & pernecessarium judicabit. Quilibet igitur ingenium suum ad Theoricæ exornationem laudabiliter profudit, atque parum, aut nihil praxis; Taliter ut si aliquis pupillus, vel minor contractum adformare; actionem, jurave dirigere; judicium, ac similia instituere vellet: Aut si neophytus quidam judex super quibuscumque contractuum, judiciorumque speciebus suam præstare debebit auctoritatem, non utique inveniet, qui ordinatam contrahendi, agendi, judicandique formam, prout recta, ac expleta exigit praxis, usquemdo typis exposuit. Ipse igitur inter omnes minimus opus hoc practicæ potius, quam theoricæ addictum expendere duxi, typisque tradere existimavi. Continet propterea plures partes, utpote pluribus peragendi speciebus excogitatum: Sicque in prima parte de ventre prægnante, de posthumo, de variis partuum speciebus, de multiplici ætate, ejusque probatione, pupillorum alimentis, ac educatione, de officiis, & dignitatibus brevem sermonem enucleabo. In secunda de judiciis, & causis ad judicium pertinentibus. In tertia de pupillorum privilegiis, & contractibus. Et in quacumque parte praxim dare necessarium existimavi, collatam jam reperies; Cætera vero ad operis ornatum posui. Omnia igitur tibi sint grata, & vale.

PRA-



PRAXIS PUPILLARIS

U. J. D. REV. D.

ANTONII RICUCCI

PARS PRIMA

CAP. PRIMUM.

De Pupilli denominatione, & definitione.

SUMMARIUM.

PRincipium rei ante ipsius cognitionem cognoscendum est, n.1.
Pupillus unde dicitur, n. 2. & seq.
Pupilli nocendi non sunt, n.5., & 6.
Pupillus definitur, n.7.
Pupillus quando dicitur, n.8.
Pupillus proprie, & improprie dicitur, n.9.& 10.
Qui in utero est, non dicitur pupillus, n.11.
Orphanus quis dicatur? n.12.
Pupillus lato modo pro adulto adhuc accipitur, num.13.

1 Uum præ oculis semper habuerim Ulpiani monitum in *l.1.ff.de just., & jur.*, ut ante rei cognitionem ipsius rei principia cognoscantur, non immerito, cum de pupillis loquendum sit, ipsius denominatio præponitur. Pupil-
2 lus igitur a *pupo*, ideſt *puero* provenit, ut refert *Hotomanus de verb.jur. ver. pupillus*, quem laudat *Narbona de ætate anni septimi q. 3. n.4.*,
3 *Bersatus de pupill. cap. 1.q. 1. n. 10.* Hinc pro puella *pupam* legimus in jocosa illa *Martialis poesi in lib.4. epigram.*, nempe

Dicit se vetulam, cum sit Carcalia Pupa;
Pupam se dicit Gellia, cum sit anus.

4 Cicero autem de natura Deorum *cap. 57.* vult, pupillos a pupilla nostri oculi venire, quasi quod eadem cura, qua pupillæ oculares indigent, ita pariter & ipsi pupilli. Pariterque ex illo *Psalm.116. Custodi nos Domine ut pupillam oculi*; & refert *De Rosa in prax.Civ.p.1.in 1.Instant.ordin.judic.cap.2. n.30.*

5 Hinc statuit Altissimus Dominus noster, pupillos nequaquam nocendos esse sub pœnis, quæ in *Exod.22. n. 22.* continentur sequentibus verbis. *Viduæ, & pupillo non nocebitis; si læseritis eos, vociferabuntur ad me, & ego audiam clamorem eorum, & indignabitur furor meus, percutiamque vos gladio, & erunt uxores vestræ viduæ, & filii vestri pupilli.* Et repetitæ videntur in *Job.22 n. 6.*, & *Psalm. 145. n 9.* Hinc pu-
6 pillum offendens, Deum offendit, ut tradit *Cardinal. de judic.tit.1.disp.2.n.528.*, *Antonari de nullit.contr.tom.6.rubr.2.q.1.sect.1.n.18.*

7 Definitur pupillus a Pomponio *in l. pupillus 239. ff.de V.S.*, ut sit *qui cum impubes est desiit in patris potestate esse, aut morte, aut emancipatione.* Et consonant verba Ciceronis in *3.Verr. Is mortuus est, reliquit pupillum parvum filium.* Atque Horatii.

Ut nox longa quibus mentitur amica, diesque
Longa videtur opus debentibus, ut piger annus
Pupillis, quos dura premit custodia matrum.

8 Non tamen dicitur pupillus, si post mortem patris in avi potestate reincideret. Nam licet Patre careret, habebit nihilominus avum, qui majori affectione eum susciperet, ut docent *De Franchis dec. 671. Gratianus cap.421. n.69.*; *Paschalis de patr. potest. p. 2. cap.2. n. 92.*, alii-

que apud *Bersanum* n. 7.
9 Intelligas tamen proprie; nam improprie
dicitur pupillus etiam in patris potestate exi-
stens, ex traditis per *Ulp. in l. quam Tuberonis*
7. § 2 *ff. de peculio*, & per *Cojum in l. fin. § pupil-*
lus ff. de v. oblig., *Narbona n. 8.*, *Bersanus n. 3* Ete-
10 nim non omnis impubes est pupillus, quam-
quam omnis pupillus sit impubes, ut tradit *Ber-*
sanus num. 4.
11 Neque pupillus dicitur, qui post patris mor-
tem in matris utero remansit, ut sensit J. C.
in l. non est pupillus, qui in utero est, ff. de V. S.,
Narbona n. 2. Bersanus n. 9.
12 Qui vero caret patre, & matre, dicitur or-
phanus, ut communiter notant Doctores in *l. or-*
phanotrophos Cod. de Episc., & Cler. Gratianus
cap. 132. n. 1., *Verde lib. 1. inst. Civ. n. 389.*
13 Lato modo tamen pupillus pro adulto adhuc
ponitur, quemadmodum innuere videtur *Mo-*
destinus in l. tutor 15. ff. de sponsalib. Bersanus
de pupillis cap. 1. q. 1. n. 2.

CAP. II.

De Ventre prægnante.

SUMMARIUM.

Pupillus non dicitur qui in utero est, n. 1. Declaratur n. 2.

Qui in ventre est pupillus speratur, n. 3.

Venter prægnans in possessionem bonorum hereditariorum mittendus est, n. 4.

Immissio pluribus modis evenire potest, n. 5., & seq., & n. 11.

Venter extraneus institui potest, n. 8.

Plena causæ cognitio in immissione requiritur, n. 9.; Fallit n. 10.; Declaratur n. 12.

Mater prægnans Curatorem habere debet & ventri, & bonis, n. 13.

Curatores esse plures possunt, n. 14., & 15.

Tutor non datur nisi nato, n. 16.

Ventris Curator, & non tutor dicendus est, n. 17.

Tutor datus posthumo in testamento non erit tutor, nisi postquam fuerit natus; & interim dandus erit Curator, n. 19.

Tutor datus posthumo administrans bona ipsius, non actione tutelæ, sed negotiorum gestorum tenetur, n. 20.

Curator datur bonis, tutor personis, n. 21.

Posthumo nato Curator ventris evanescit, n. 22.

Venter prægnans quanto tempore in possessione manere debeat? n. 22.

Curator ventris quinam esse possit? n. 23.

Ventris curatore non proviso, penes quem manere debeant bona? n. 24.

Ventris curator petente muliere dandus erit, n. 25., & non ex officio, n. 26., & 27.

Pœna contra mulierem prægnantem non petentem Curatorem, n. 28, & seqq.

Quævis justa causa mulierem a privatione excusat, n. 34.

Instantia pro petendo Curatore, n. 35.

Quæ probanda erunt? n. 36.

Probatio per obstetricem est potentior cæteris, n. 37.

Formula depositionis, n. 38.

Conjuncti strictiores posthumi monendi sunt, n. 39., & 40.

Formula decreti, n. 41.

Curator ventri datus debet inventarium conficere, & satisdare, n. 42., & seqq.

Formula decreti, quando pater reliquit, alterum filium, & mulierem prægnantem, n. 48.

Formula decreti, quando mulier prægnans peperit, n. 49., & seqq.

Institutis filiis natis, & nascituris, isti sub tacita conditione, si nascantur, instituti censentur, n. 52.

Posthumus natus quam partem facit, n. 53., & 54.

Posthumus antequam nascatur, penes quem ejus portio relinqui debeat? n. 55., & 56.

Filius natus administrans a quo tempore fructuum rationem reddere debet? n. 57., & 58

Curator a patre datus erit a judice confirmandus, n. 59.

Inquisitio non erit necessaria in Curatore a Patre dato, & a judice confirmato, n. 60.

Inventarium conficere debet, n. 61.

Agnatis, & cognatis posthumi denunciatio fieri debet, n. 62., & seqq.

Formula decreti immissionis, n. 68.

Administratio bonorum ventris curatori pertinet, n. 69.

Mulier prægnans debet a curatore alimenta recipere, n. 70.

Posthumi nativitate curator ventris expirat, n. 71.

Possessio a matre capta ante posthumi nativitatem juvat etiam tali posthumo nato quoad manutentionem, n. 72

Quis effectus consequitur mulier ex tali immissione? n. 73., & seqq.

Si defunctus domum non reliquerit, erit mulieri aliunde conducenda, n. 75.

Quicquid pro ventre impenditur tamquam æs alienum consideratur, n. 76.

Mulier si inde prægnans non reperiatur, quicquid bona fide percepit, non restituit, n. 77. Fallit n. 78.

Calumnia regulariter non præsumitur, n. 79.

Alimenta etiam in dubio erunt ventri præstanda, n. 80.

Mulier in dubio erit in possessionem immittenda, n. 81., & 82.

Dispe-

Differentia inter ventrem institutum, *& non institutum*, *n.* 83.
Venter semper in possessionem immittitur, *n.* 84, *&* 85.
Mulier in possessionem immissa nequit alteri possessionem tradere, *n.* 86., *&* 87.
In dolo erit mulier, *si venientem in possessionem non inhibuerit*, *n.* 88.

1 QUamquam sit certum, quod qui in ven-
2 tre adhuc est pupillus dici nequit, per
sententiam *Pauli in l. non est pupillus*
ff. de V. S.; nihilominus quando de ejus
commodo agitur, pro pupillo, & pro nato
habetur, ut ipsemet J. C. ait in *l. quod di-*
cimus 231. *ff. eodem*, *& in l. qui in utero* 7.
ff. de stat. homin., & Julianus *in l. qui in ute-*
ro 26. *ff. eodem*; *Herennius in l. excusantur*
2. *§. remittit*, *ver. qui autem ff. de excusat.*
tutor.
3 Sed quia plerumque accidere vidimus, ven-
trem prægnantem patri superstitem remansisse
indeque ad lucem venisse, eapropter ut ven-
tri huic provideamus, & ne cum sanguine
bona pariter qui in ventre est, amittat, lau-
dabilem Ulpiani consultationem *in l.* 1. *ff. de*
ventre in possess. mitten. exponere cogitavimus.
Voluit igitur J. C., ut defuncto Titio, mu-
lieris suæ ventre relicto prægnante, talis ven-
4 ter in possessionem bonorum omnium here-
ditariorum dicti Titii patris defuncti ex edi-
cto de ventre in possessionem mittendo, de-
mandandus erit; & repetit *in l. ubicumque*
7. atque Paulus *in l. posthumus* 10. *ff. eodem*.
5 Et hæc immissio evenire potest, aut contra
tabulas testamenti, ut quando fuit extraneus
scriptus heres, nulla de ventre mentione fa-
cta; nam tunc venter, etiamsi de sua præ-
gnantia dubitaretur, erit in possessionem im-
mittendus, herede scripto penitus impedito,
6 ut dicemus *n.* 82.; Aut ob causam intestati,
ut quando pater ab intestato decessit, relicto
ventre suæ mulieris prægnante, *ut n.* 13., *&*
seqq.; Aut tandem juxta tabulas testamenti,
7 ut quando decessit pater, ventre pregnante
suæ mulieris herede relicto. Immo etiam
extraneus venter institui potest, dummodo
ventri propriæ uxoris prægnanti præjudicium
8 non inferatur. Qui venter extraneus etiam
in bonorum hereditariorum possessionem im-
mittendus erit. Immissionis autem effectus
diversus erit, ut inferius dicemus.
9 Hæc autem immissio non ex abrupto fieri
debet, sed cum plena causæ cognitione, ut
tradunt *De Luca ad Franchis in dec.* 332. *n.* 21.
Altimari de nullit. contr. tom. 6. *rubr.* 2. *q.* 1.
n. 42. *ver. posthumus in utero*; Quoties tamen
a cæteris liberis de aliqua controversia fue-
10 rit oppositum. Nam si ab agnatis resistere-
tur, & ex capite unde legitimi admitteretur
venter, ut quando mulier foret paritura agna-
tum, vel cognatum defuncti, & tunc non
erit necessaria plena, sed summaria cognitio,
per sententiam *Ulp. in l. ubicumque* 7. *§. in-*
terdum ff. de ventr. in possess. mitten.; ubi *glos.*
lit. F.; Etenim possessionis bonorum immis-
11 sio datus ventri per caput unde liberi, si
fuerit ex liberis; Et per caput unde agnati,
seu legitimi, si fuerit agnatus, vel cognatus,
aut legitimus, *Altimari de nullit. Sentent.*
rubr. 11. *q.* 37. *num.* 16.
12 Quæ causæ cognitio esse debet; capi nem-
pe informationem super legitimi ventris præ-
gnantia, curatoris existentia, denunciatione
illorum qui prætendunt primam causam suc-
cessionis, ad videndum ventrem intra men-
sem, cum sit prægnans; item per alium men-
sem ante partum, & in partu, ut tradunt
Tuschi lit. V. concl. 76. *n.* 1, *De Luca ad Fran-*
chis in dec. 332. *n.* 2., *Altimari de nullit. con-*
tract. tom. 6. *rubr.* 2. *q.* 1. *sect.* 1. *n.* 42. *ver.*
posthumus in utero.
13 Ut igitur talis venter immissionem obtinere
possit, necessarium est primo, ut mater præ-
gnans curatorem ventri, & bonis petat; &
si tantum ventri datus fuit, licitum erit cre-
ditoribus bona illius custodire; quod non
permitteretur, si ventri, & bonis datus fuis-
set; quia essent creditores cauti adversus cu-
ratorem, cujus periculo totum manebit; Ideo-
que per inquisitionem idoneus erit eligendus,
& si opus fuerit, plures eligi possent, ut do-
14 cet *Ulp. in l.* 1. *§. quoties ff. de ventr. in*
possess. mitten.; Etenim qui curatorem habet,
etiam alterum habere non prohibetur, per
sententiam *Modestini in l. ventri* 20. *ver. Cu-*
15 *ratorem ff. de tutor.*, *& curator.* Hinc fit,
ut duo Curatores dentur, unus qui alimenta
præstet, alter qui bona administret; quoniam
ex istis duabus causis specie diversis duo Cu-
ratores dari possunt, *Altimari de nullit. sen-*
tent. rubr. 11. *q.* 37. *n.* 2.
16 Nec valet dicere, quod tali ventri dandus
erit tutor, non Curator, exemplo pupilli,
qui tutore providendus est; nam respondet
Ulp. in l. 1. *§. si quis quasi ff. de eo, qui pro*
tutor., ut nequeat quis pro tutore geri in
favorem alicujus, nisi is impuberem ætatem
habeat, ideo oportet, ut cum effectu sit na-
tus; meritoque idem *Ulp. in l.* 1. *§. quoties*
17 *ff. de ventr. in possess. mitten.*, atque Cajus *in*
l. Curator 5. *ff. eodem*, Curatorem ventris no-
minat.
18 Et adeo tutoris datio ventri non toleratur,
ut si in testamento fuit datus tutor posthu-
mo, nequeat ipse esse talis, nisi postquam in
lucem ille posthumus venerit, ut expressim do-
cuit *Ulp. in l. si nemo* 19. *§. testamento ff. de*
19 *testament. tutel.*; Et interim qui in utero est
Curator dari debet, ut tradunt *Gratianus can.*
72. *n.* 7., *Surdus consf.* 119. *n.* 23. *lib.* 2. *Al-*
timari de nullit. sentent. rubr. 11. *q.* 37. *n.* 4.,
*Rocc*us in prax. civ. tom.* 1. *p.* 1. *tit.* 3 *cap.* 8.
20 *n.* 7., ubi subdit, quod etiamsi pater filiis
suis tutorem dedit, de natis intelligi debet,
& ventri erit curator dandus; Et postquam

fuerit natus, tutor in testamento datus subintrabit; qui tutor si pendente posthumi nativitate administravit, quia pro non tutore tunc habetur, non actione tutelæ, sed negotiorum gestorum tenetur, ex traditis per Callistratum in l. cum patet ff. de negot. gest., Altimari n. 6.

21 Hinc evenit apud Doctores commune dicterium, ut Curator detur bonis, & tutor personis, quod & rescripsit Imp. Gordianus in l. in copulandis Cod. de nupt. Etenim pupillo datur tutor, quia eget personali custodia; quod in ventre non procedit, quia ejus persona satis sub tutela, & custodia matris esse videtur, cum sit pars ejus viscerum, ejusque portio, ut notat Ulp. in l. 1. §. ex hoc ff. de ventr. inspic.; Sicque datur Curator, qui alimenta matri præstet, & posthumi bona administret.

22 Hic tamen Curator usquedum posthumus nascatur durat; deinde tutoris dationi erit locus. Et non solum legitimè nato posthumo finitur, sed etiam si mulier abortum faciet, aut certum erit, eam non esse prægnantem, Altimari n. 9., Riccius n. 7.; Prout dicitur pariter de ventre, qui tanto tempore in possessione manere debet, quoties pariat, aut abortum faciat, aut eam non esse prægnantem agnoscatur, ut tradit Ulp. in l. 1. §. tamdiu ff. de ventr. in possess. mitten.

23 Qui Curator etiam de iis, qui tutores posthumo dati sunt, esse potest; aut etiam ex necessariis, affinibus, amicis defuncti, & creditoribus; & ex omnibus idoneor erit eligendus. Ante cujus electionem bona hæreditaria non apud hæredem institutum, aut substitutum, sed penes mulierem ipsam permanere debeat, prævia numeratione; & assigna-
24 tione. Cætera vero bona, quæ sine custodia salvari nequeunt, ut pecudes, messis &c. apud Custodes poni debeat; quæ omnia cessant, constituto Curatore, qui inventarium conficere debebit, ut plene tradit Ulp. in d. l. 1. §. eligitur; Tuschi lit. V. concl. 76 n. 6. Altimari n. 10., & 19, & de nullit. contract. tom. 6 rubr. 2. q. 1. n. 46. ver. sic mater prægnans; Bona vero mobilia erunt deponenda, ut conserventur, Tuschi n. 7.

25 Petente tamen muliere, talis Curator dandus erit, d. l. 1. §. quoties; & l. sive ingenua 2. § quid si curatores ff. ad S. C. Tertull.; Ipsa
26 vero non petente, non poterit judex ex officio dare; Altimari de nullit. sentent. rubr. 11. q. 37. n. 21., Gratianus cap. 72. n. 26., Riccius in prax. civ. tom. 1. p. 1. tit. 3. cap. 8. n. 9.; nisi talis mulier alimenta sibi dari pe-
27 tiisset; aut quando creditores, aut successuri instarent, aut quando ex quavis causa in possessionem venter deberet immitti, aut tandem si aliqua adesset justa causa ad judicis arbitrium, Altimari n. 8., & 13., Gratianus, & Riccius loc. cit.

28 Sed quid dicendum in casu, quo mulier prægnans curatorem bonis non petiit? Et Ulp. in l. sive ingenua §. si mater, ver. quid si ff. ad S. C. Tertull. consuluit, talem mulierem in sententiam incidere; & ut explicat Altimari n. 19., & de nullit. contract. rubr. 2. q. 1. n. 27. privatur successione posthumi postea nati, & defuncti. Firmat tamen Tuschi
29 lit. V. concl. 76. n. 14. ex sententia Bartoli cons. 22. n. 5. lib. 1., prædictam matrem tunc successione posthumi inde nati privari ob non petitum curatorem ventri, si intra sex men-
30 ses a die mortis mariti illum non petiit; quamvis substitutus datus fuerit, Altimari d. q. 1. n. 46. ver. quamvis ventri.

31 Verum ex æquitate servatur, ut intra annum mater Curatorem posthumo dare possit, Gratianus cap. 72. num. 13., & 19., Cancerius ver. 1. cap. 7. n. 53., Altimari n. 29.; ideoque si intra annum post mariti mortem po-
32 sthumus natus moritur, non incidit mater in privationis pœnam, Altimari n. 46. ver. quamvis ventri; ultra annum vero privaretur, dum-
33 modo scienter, & ex industria, ac data opera curatorem petere omiserit; ex traditis per Ulp. in d. l. sive ingenua § non solum; Altimari n. 28. Etenim quævis justa causa talem
34 mulierem à privatione excusat, Altimari de nullit. sentent. rubr. 11. q. 37. n. 20.

Dum autem mater Curatorem ventri petere velit, ita instare poterit.

35 „ Nella Corte . . . Comparisce Anna Fioretri vedova del qu. Pietro Tamburro di detta Città, e dice, come da due mesi è passato a miglior vita il cennato suo marito Pietro; ed essendo ella rimasta inciata del medesimo, intende, che sia provveduta del legittimo curatore del ventre. Che perciò fa istanza procedersi all'elezione dello stesso, con conferirsi tale cura a Francesco Tamburro patruo del postumo nascituro dal ventre di essa comparente, giacchè il di lei marito defunto è morto ab intestato, senza aver lasciata persona destinata a detta cura. E così dice &c., ed in ogni altro miglior modo &c.

In cujus calce fit sequens decretum.

Die . . . in Civitate.

Per Curiam . . . provisum, & decretum est, quod super expositis summaria capiatur informatio, habitis testibus pro legitimè citatis. Hoc suum &c.

36 Examinantur super prægnantia duo obstetrices, ut advertit De Rosa in prax. civ. decret. cap. 6. n. 64.; quem laudat De Caro ad Riccium tom. 1. p. 1. tit. 3. cap. 8. n. 1.; Cum nisi de prægnantia constet, curator dari nequeat, l. 1. ff. de ventr. in possess. mitten., Alti-
37 mari n. 12.; quod obstetricum examen melius, & magis proprium est, quam illud cæterorum testium, ut testatur De Caro contra Riccium loc. cit. Etenim obstetricum attestationes super prægnantia, tamquam cæteris peritiores, de jure majori fide dignæ sunt. Quæ obstetrices etiam super mariti morte depone-

ponere possunt, ne alii recipiantur testes. Et depositio ita esse poterit.

Die . . . In Civitate . . .

38 „ Rosa Russo di detta Città ostetrice, o sia
„ levatrice del parto delle donne della medesi-
„ ma di anni . . . *ut dixit*, esaminata sopra il
„ tenore della istanza presentata da Anna Fio-
„ retti *Dixit*, Signore la verità di quanto V.S.
„ mi domanda si è, come so molto bene,
„ che'l fu Pietro Tamburro era marito di det-
„ ta Anna Fioretti, e per tale è stato da me
„ sempre stimata, e riputata, siccome tutti del
„ Paese così anche la stimavano, e riputavano;
„ e poi se ne morì sotto il dì . . . del mese . . .
„ del corrente anno . . ., e viddi con proprj
„ occhi, che si sepellì il di lui corpo nella
„ Chiesa . . . sotto lo stesso dì. E per quan-
„ to ho inteso dire da più suoi Congionti, e
„ paesani, che non abbia fatto testamento, o
„ altra disposizione. So però benissimo, che
„ sia rimasta la sudetta Anna gravida del ceu-
„ nato suo marito, essendo ciò anche publico,
„ e manifesto a tutto il Paese, e da tutte le
„ genti del medesimo per gravida si tiene, es-
„ sendo troppo gonfio il suo ventre; ed io
„ maggiormente la giudico, e tengo tale per
„ certo; essendo in tale mestiere pratica, co-
„ me ostetrice. So parimente, e conosco Fran-
„ cesco Tamburro, per esser fratello germano
„ del riferito defunto Pietro, ed è persona di
„ buona vita, e fama, ed abile a potere essere
„ curatore del ventre della prefata Anna sua
„ Cognata. E questa è la verità, *quia scit*,
„ *vidit*, *interfuit*, *audivit*, *& judicat*. E quanto
„ io ho deposto si puol deporre da Catarina
„ Bianco anche ostetrice, e pratica del Paese,
„ e da altri. *Et sic juravit &c.*

Debet a deponente crucesignari, atque a Judice, & actuario subscribi. Inde simili modo examinatur altera obstetrix.

39 Nota, quod post dictum examen *Riccius in prax. civ. tom. 1. p. 1. tit. 3. cap.* 8. decretum Curiæ interponit. Ipse verò necessarium existimo, ut primum moneautur ceteri strictiores Conjuncti posthumi nascituri, quemadmodum observatur in casu inferius ponendo *n.* 62., *& seqq.*, ubi si necessaria erit hujusmodi monitio ad suppositionis fraudem evitandam, adhuc necessaria erit judicanda in præsenti casu ad veritatem nominati Curatoris magis eruendam. Moneantur itaque, ut compareant ad videndum decerni curatelam ventris prædicti in personam Francisci Tamburro, & ad dicendum quicquid &c.; pariterque erit monendus ipsemet Franciscus, ut compareat ad videndum sibi decerni prædictam curam, prout practicatur in datione tutoris pupilli; ne de facto, ipsoque inscio, curator ventris electus videatur. Et hæc monitio ita fieri poterit.

EX PROVISIONE.

40 QUoniam hæc Curia Civitatis . . . ad instantiam Annæ Fioretto viduæ quondam Petri Tamburro intendit procedere ad decretationem curatoris ventris dictæ Annæ in personam Francisci Tamburro, ut ex actis, ideo per unum ex servientibus nostræ Curiæ moneantur, & requirantur infrascripti conjuncti præfati ventris prægnantis, ut in termino dierum quinque post &c. cum effectu compareant coram nobis in hac Curia, & quilibet eorum comparere habeat, & debeat ad videndum decerni prædictam curam in personam nominati Francisci; atque ad dicendum, allegandum, & apponendum quicquid &c. Pariterque moneatur, & requiratur ipsemet Franciscus, ut in eodem termino cum effectu etiam compareat ad videndum sibi decerni dictam curam ventris, quoniam &c. alias &c. Intimentur, & referantur.

Si adversus prædictum Curatorem fuerit aliquid oppositum, præcedente causæ cognitione judex providebit. Alias transacto termino sequens decretum erit interponendum

In causa curatoris ventris in hac Curia petiti per

Annam Fioretti viduam quondam Petri Tamburro

41 Visis petitione dictæ Annæ, petentis sibi provideri de curatore ventris prægnantis in personam Francisci Tamburro fratris utrinque conjuncti prædicti Petri sui viri *fol.* . . . informatione capta per hanc Curiam *fol.* . . . ac actis omnibus, per Curiam . . . fuit provisum, & decretum, curam dicti ventris decerni, prout decernitur, & mandatur in personam præfati Francisci patrui posthumi nascituri, atque administratio omnium bonorum hereditariorum decernatur pariter, prout decerni mandatur in personam ipsius Francisci cum omnimoda facultate faciendi omnia, & singula, quæ de jure curator ventris facere potest; adimpletis tamen de jure adimplendis, hoc suum. Datum . . . Die . . . Mens. . . . ann. . .

42 Debet igitur talis curator inventarium conficere per sententiam *Ulpiani in* l. 1. §. *eligitur ff. de ventr. inspic.*, atque satisdare, quia quoties ex inquisitione datur, satisdare tenetur; secus vero si sine inquisitione daretur, ut quando fuit a Patre in testamento datus, & a judice confirmatus, quoniam tunc satisdatio non erit danda, ut tradunt *Altimari de nullit. sentent. rubr.* 11. *q.* 37. *n.* 14.; *Riccius in prax. civ. tom.* 1. *p.* 1. *tit.* 3. *cap.* 8 *n.* 9., *&* 10.; imo etiamsi mater fuerit a Judice da-
43 ta in curatricem sui ventris prægnantis, satisdare pariter teneretur; ut in praxi testatur *De Rosa in prax. civ. decret. cap.* 6. *n.* 65.;
44 & satisdare aliud non est, quam cavere, protegere, gubernare, utilia agere, inutilia præ-

prætermittere, & librum rationum conficere, ut tradit *De Rosa loc. cit.*, cujus satisdationis formula tenoris sequentis esse poterit.

Die . . . In Civit. . . .

45 » Presso gli atti della Corte di detta Città . . .
» ed in presenza di me infrascritto Mastrodatti
» della medesima personalmente costituito Fran-
» cesco Tamburro curatore del ventre pregnan-
» te di Anna Fioretto vedova del fu Pietro
» Tamburro, quale *sponte, non vi, neque dolo*,
» in esecuzione del decreto spedito da detta
» Corte sotto il dì . . . ed in adempimento
» di quanto *de jure* viene tenuto, e con detto
» decreto ordinato, obbliga sestesso, suoi eredi,
» e beni tutti presenti, e futuri sotto pena di
» cinquanta oncie di oro, di governare, regere,
» e difendere il ventre della sudetta Anna, e
» fare salvi, e conservare tutti i beni di tal
» futuro postumo, e trattare le cose utili, e
» lasciare, e ributtare le inutili, e dannose, e
» di rendere a suo tempo stretto conto, e fe-
» dele di tale sua amministrazione al postumo
» nascituro, e suoi legitimi tutori. Ed a mag-
» gior cautela dà per fidejussore Antonio So-
» nante qui presente, *& sponte fedejubente*, il
» quale sapendo non esser tenuto alle cose pre-
» dette, purnondimeno ha voluto, e l' è pia-
» ciuto di obbligarsi *de proprio*, *& principali*
» *nomine*, *& insolidum* con detto Francesco
» Tamburro, renunciando al beneficio *de pri-*
» *mo*, *& principali conveniendo*; ed ancora al
» beneficio *cedendarum actionum*, ed a tutti gli
» altri beneficj dettanti a favore del fidejussore,
» *Pro quibus omnibus observandis* tanto detto
» Francesco principale, quanto esso Antonio
» fidejussore obbligano in beneficio di detto
» futuro postumo, e di me attuario presente
» per parte &c. loro stessi, e ciascuno di essi
» *in solidum*, loro eredi, e successori, beni tutti
» presenti, e futuri *sub pæna*, *& ad pœnam du-*
» *pli*, *cum potestate capiendi &c. Constitutione*
» *precarii &c. & renunciaverunt*; *juraverunt &c.*

46 Sed quia etiam matri prægnanti potest cura ventris a Judice deferri, quæ deberet adhuc conficere inventarium, & satisdationem dare, ut mox diximus, & tradit necnon *De Caro ad Riccium in prax. civ. tom. 1. p. 1 tit. 3. cap. 8 n. 10.*; Ideo facta petitione per ipsam mulierem, ut sibi de curatore ventris provi-
47 deatur, capta informatione, fit decretum, quod cura ventris prægnantis deferatur N. matri, quæ adimpleat, & caveat in forma.

Evenire potest, ut defunctus pater relinquat alterum filium, & mulierem prægnantem, & tunc capta informatione de ventre prægnante, & de existentia filii nati, interponendum erit sequens decretum.

48 Die . . . Visis petitione N. petentis . . . Informatione capta super ventris prægnantia, ac filii nati existentia *fol.* . . . Per Curiam . . . fuit provisum, & decretum, quod cura ventris prægnantis deferatur N. matri, quæ adimpleat, & caveat. Et interim interponatur decretum preambuli prædicti N. patris defuncti ab intestato in beneficium N. sui filii pro quarta parte hereditatis, salva provisione facienda pro aliis tribus partibus, viso exitu partus: Hoc suum.

Dato partu in lucem, si fuerit masculus, præcedente causæ cognitione, seu informatione, ex qua constat de nativitate illius posthumi, debet fieri sequens decretum.

49 Die . . . Visis . . . Per Curiam . . . fuit provisum, & decretum, quod pro explicatione provisionis reservatæ in decreto lato sub die . . . interponatur, prout interponitur decretum præambuli ab intestato, tam in beneficium N. primi filii nati, quam in beneficium N. posthumi nati ex ventre prægnante N. Matris pro æquali portione, ex parte: Et tutela prædicti posthumi nati deferatur eidem matri, quæ adimpleat, & caveat Hoc suum.

Si vero fuerit fœmina, decretum ita erit.

50 Per Curiam . . . Visis . . . fuit provisum, quod pro explicatione provisionis reservatæ in decreto lato sub die . . . . interponatur, prout interponitur decretum præambuli N. Patris ab Intestato in beneficium ejus filii N. cum onere tamen dotandi N. suam sororem posthumam natam ex ventre prægnante N. matris, hoc suum.

Cur autem in suprapposito decreto diximus interponi decretum præambuli in beneficium filii pro quarta portione hereditatis, salva
51 provisione facienda pro aliis tribus partibus viso exitu partus, & non jam interim pro æquali portione interponi dictum decretum, unam namque in favorem filii, alteram pro futuro posthumo? Hujusmodi decretatio fundata est in resolutione illius quæstionis, si posthumi nascituri ex uxore prægnante, & filii jam nati fuerint heredes instituti, pro qua parte filii ipsi heredes declarandi sint? Insolidum heredes declarandos esse filios natos, & posthumos nascituros nonnulli existimarunt, ex eo potissimum, quia partus non editus non est in rerum natura, ut videndus *Altimari de nullit. contr. tom 6. rubr. 2. q. 1. n. 31.*

52 Verum firma resolutio est, quod si testator instituit filium natum, & nasciturum, illum sub tacita conditione, si nascatur, institutum censeri tradit *Ulp. in l. 1. §. inest ff. de condit. , & demonstrat.* . Hinc est, quod filius natus nequit totum accipere; sed posthumus quamdiu speratur facit partem, atque impedit, ut natus filius totam hereditatem habeat, ut expresse docuit *Ulp. in l. 1. §. si ex tribus ff. de bonor. possess. contr. tabul.*, & in *l. intestato 3. §. Principem ff. de suis, & legitim.*, & tradit *Altimari n. 20.*, *& 43. ver. filii nascituri.*

53 Quam tamen partem posthumus nasciturus faciat declarant *Bellonus de jure accresc. cap. 5. q. 38. n. 75.*, *& cap. 7. q. 58. n. 102.*, *De*

Luca

Luca ad Franchis in dec. 604. *n.* 8., aliique apud *Altimarem n.* 20. *ver. sed quæ*, & *n.* 43. *ver. sed pro qua*, & *de nullit. sentent. rubr.* 11. *q.* 37. *n.* 31., nempe si testator instituit filios natos, & nascituros ex ventre prægnante viriliter, & æquis portionibus, tum quia nati, & ex tali ventre nascituri re conjuncti censentur, atque pars nascituris data incerta est, cum nesciantur quot nasci poterint, ideo evenit, ut natus heres pro quarta parte declarari tantum debeat; cum naturalius, & accidentalitati proximius sit tres, & non ultra nasci posse, ut docuit *Paulus in l. antiqui* 3. *Cod. si quis hered. petat.*; ideoque venter partem pro tribus facere debet, & in praxi ita servari testantur *De Rosa in prax. civ. decret. cap.* 6. *n.* 65.; *De Caro ad Riccium in prax. civ. tom.* 1. *p.* 1. *tit.* 3. *cap.* 8.

54 Quoties vero nascituri nomine collectivo fuerint vocati, ut si testator dixerit, instituo natum in dimidia, & ventrem prægnantem in alia dimidia, & tunc certum erit, ut natus dimidiam habeat, & altera dimidia posthumo conservanda erit. Qui venter si plures in lucem dederit, pro una persona reputarentur, quoniam collective fuerunt vocati, sicque dimidiam divident..

55 Sed antequam posthumus nascatur, penes quem ejus portio relinqui debeat? *De Luca ad Franchis dec.* 604. *n.*8. ita resolvit, ut si viriliter natus, & posthumus fuerint instituti, declarato nato pro quarta parte herede, pro aliis tribus, donec edatur venter, ipsemet natus administrationem pariter capiat, tamquam Curator; & cum aliis sequitur *Altimari de nullit.contr.tom.* 6.*rubr.*2.*q.*1.*n.* 43. *ver. ad interim*. In casu vero,
56 quo collective fuerunt vocati, & tunc nascituri ex ventre prægnante, quia non sunt re conjuncti, nequit filius natus solidam capere, seu administrationem alterius partis posthumi; sed venter jure prætorio in possessionem erit mittendus. Etenim institutis nato, & posthumo, hic sub tacita conditione, si edatur, institutus censetur. Et quoties fuerit quis pure institutus, alter sub conditione, nequit pure institutus petere, nisi partem, ut post alios firmat *De Luca n.*6. *in fine*.

57 Sed dum filius natus totam administrationem capit, nato inde posthumo, a quo tempore talis posthumus natus suæ portionis fructus petere possit, a die nempe mortis testatoris, aut purificatæ conditionis, seu nativitatis? *Rovitus conf.* 37. *tom.*1. tenet, talem posthumum consequi fructus a die purificatæ conditionis; quia in institutionibus retrotrahitur conditio ad tempus mortis testatoris tantum quoad validitatem dispositionis, non vero quoad acquisitionem dominii, & fructuum.

58 Nihilominus tamen hanc Roviti opinionem falsam vocavit *Andreol. contr.* 255. *n.*8., ubi firmat, falsum esse, retrotrahi conditionem solummodo quoad validitatem dispositionis, & non jam quoad acquisitionem dominii; cum certum sit, etiam quoad dominii acquisitionem retrotrahi conditionem ad tempus mortis testatoris, quoniam ex tali tempore successisse defuncto videtur, ut tradit *Cajus in l. si ex re §. illud ff. de stipulat. serv.*; sicque a mortis testatoris tempore consequendi erunt fructus. *Fusar. de substit. q.* 318. *n.* 80. *De Luca ad Franchis in dec.* 604. *n.* 5., aliique apud *Altimarem de nullit. contr. tom.* 6. *rubr.* 2. *q.* 1. *n.* 43. *ver.* & *sic fructus*.

59 Videndum sequitur de Curatore ventris in testamento a defuncto patre relicto, qui Curator erit etiam a judice confirmandus; quia licet sit datus in testamento, attamen non testamentarius, sed dativus dicitur, *Gratianus cap.* 72. *n.* 14., *Altimari n.*6., *Riccius in prax. Civ. tom.* 1. *p.* 1. *tit.* 3. *cap* 8 *n.*8 Hinc instante Curatore, & capta informatione super mulieris prægnantia, morte, & sepultura defuncti patris, ac testamenti factione, sequens decretum interponendum erit.

In causa confirmationis Curatoris ventris Annæ Fioretto
Viduæ quondam Petri Tamburro.

Visis . . . fuit provisum, & decretum, confirmari, prout præsenti decreto confirmatur dictus N. in Curatorem ventris præfatæ Annæ; atque administratio omnium bonorum posthumi decernatur, prout decernitur in personam ipsius N. Cum omnimoda facultate faciendi omnia, quæ de jure Curator ventris facere potest, adimpletis tamen de jure adimplendis, hoc suum.

60 Nota, quod super Curatoris idoneitate capienda non erit informatio; quia quoties in testamento a patre datur, & a judice confirmatur, non erit necessaria inquisitio, *Altimari de nullit. senten. rubr.* 11. *q.* 37. *n.* 14., *Riccius in prax. Civ. tom.* 1. *p.* 1. *tit.* 3. *cap.* 8. *n* 9.

61 Debet igitur talis Curator inventarium conficere, *Altimari n.* 10. Non autem satisdare; nam quando sine inquisitione datur, ut dum fuit a patre datus, & a judice confirmatus, satisdationem præstare non tenetur, ut firmavimus *num.* 42.

62 Provisa de Curatore muliere, atque instante ventrem in possessionem immitti, erit per Curiam expedienda denunciatio cæteris prætendentibus successionis causam, ut mittant ad videndum ventrem ante partum, & in partu, ad hoc, ut omnis suspicionis fraus evitetur de suppositione, de qua videas cap. nono. Hinc in calce instantiæ mulieris petentis immitti in possessionem, fit decretum.

63 Die . . Visis præsenti comparitione, ac actis omnibus, per Curiam .... fuit provisum, & decretum, quod ex eo quia N. provisa est de Curatore sui ventris prægnantis in personam N. expediatur, prout præcipitur, & mandatur expediri denunciationem omnibus prætendentibus successionis causam super hereditate quondam N. pro immissione facienda in possessionem dictæ hereditatis in favorem ventris di-

dictæ

dæ N pro cujus effectu expediatur citatio in forma. Hoc suum.

Quæ citatio sequenti modo esse poterit

Ex provisione &c.

63 Quoniam Curia hujus Civitatis . . . ad instantiam Annæ Fioretto viduæ quondam Petri Tamburro intendit procedere ad immissionem possessionis hereditatis dicti Petri ad favorem ventris ipsiusmet Annæ, pro causa ut ex actis, ideo moneantur, & requirantur infrascripti consanguinei nominati Petri, ut in termino dierum quinque post &c. cum effectu, præcise, & peremptorie compareant, vel legitime quilibet eorum comparere habeat, & debeat coram nobis in hac Curia ad videndum præfatum ventrem immitti in possessionem hereditatis referiti Petri. Pariterque inde per mensem ante partum compareant, prout & in partu adsistant, si velint, ad custodiendum dictum ventrem, & natum inspiciendum, quoniam &c. alias &c. intimentur, & in forma referantur. Datum . . Die . .

N. C. S. V.

N. N.

N. N.

Poterit necnon prædicta citatio expediri per edictum, ut omnibus magis innotescat.

64 Quæ praxis deducitur ex doctrina Ulpiani in *l. 1 § de inspiciendo ff. de ventr. in possess. mitten.*, & testantur *Tuschus lit. V. concl. 76. n. 1., De Luca ad Franchis in dec. 332. n. 2.*, aliique. Denunciatio igitur prædicta quatuor continere debet, ut scilicet inspiciatur venter; ut custodiatur; ut adsit præsentia partium; & quod natus inspiciatur, ut advertit *Tuschus n. 7.*; Cujus
65 denunciationis deficientia in possessorio tantum obstat; nam in petitorio non præjudicat, quia probata filiatione, immissio suum effectum habebit, *Tuschus n. 4., De Luca loc. cit.*;
66 quæ denunciatio, cum fieri debeat, revera expetenda erit; & non sufficeret, mulierem penes judicem pro ea institisse, ac per ipsum judicem mandatum fuit fieri denunciationem, quia si de facto non fuit expedita, neque instantia, neque decretum de denunciatione valeret, *Tuschus n. 2., de Luca loc. cit.*

Transacto termino denunciationis, expediendum erit sequens, vel simile decretum.

Die . . . . . In causa immissionis &c.

67 Visis . . . Per Curiam . . . fuit provisum, & decretum, prout hremet Curia decernit, præfatam Annam nomine sui ventris prægnantis fore immittendam, prout præsenti decreto immittitur, & immitti mandatur in veram, realem, & corporalem possessionem omnium bonorum remansorum in hereditate enunciati Petri defuncti mariti dictæ Annæ, ac patris ipsius ventris, seu posthumi. Verum administratio dictorum bonorum decernatur, prout decernitur in personam nominati N. Curatoris dicti ventris, qui necessariam habeat Curam alendi ipsum ventrem, salva provisione facienda, viso exitu partus. Hoc suum.

68 Dicitur quod administratio decernatur in personam Curatoris, quia administratio bonorum ventris Curatori pertinet, ex sententia *Ulpiani in l. 1. §. quoties ff. de ventr. in possess. mitten.*
69 Dicitur qui Curator necessariam habeat curam alendi ventrem, quia a Curatore mulier prægnans alimenta recipere debet, *l. Curator.*
70 *ventris, ff. eodem*. Dicitur salva provisione facienda viso exitu partus, quia talis Curator nativitate posthumi expirat. Etenim venter tamdiu in possessione esse debet, quamdiu aut pariat, aut abortum faciat, aut certum sit, eam non esse prægnantem, ut refert *Ulpianus in l. 1. § fin. ff. eodem*. Ideoque nato posthumo, tutoris dationi erit locus, *Altimari de nullit. contract. tom. 6. rubr. 2. q. 1. n. 8, & 46. ver. officium*
71 *Curatoris*. Verum huic nato posthumo, juvat possessio per matrem capta nomine ventris, quoad manutentionem tantum, ut tradunt *Postius de manutent. obs. 55. n. 130. Altimari de nullit. sentent. rubr. 11 q. 37. n. 2.*
72 Inter alios effectus, quos mulier ex tali immissione consequitur, est, ut omnia alimenta ex defuncti bonis habere debeat ex manibus Curatoris, nempe cibum, potum, vestitum, & tectum, juxta defuncti facultates, & inspecta ipsius mulieris dignitate. Quæ expensæ prius ex pecunia numerata, indeque ex rebus minus utilibus fieri debent, per sententiam *Ulp. in l. 1. §. mulier ff. de ventr. in possess. mittent. Tusch. lit. V.*
73 *concl. 76. n. 9. & seqq.* Quod verum adhuc erit, etiamsi mulier dotem, unde sustentare possit, habeat; nam quæ tali mulieri præstantur, ei qui in utero est data videntur, ut ait *Cajus in l. Curator 5. ff. eodem, Altimari n. 18* Et si de-
74 functus domum non haberet, aliunde conducenda erit mulieri, ex sententia Pauli *in l. ha-*
75 *bitatio ff. eodem*; & quicquid in alendo ventre fuit impensum, tamquam æs alienum detrahendum erit, ut tradit *Ulp. in l. cum venter*
76 *9. ff. eodem*; Et si prægnans inde mulier esse non reperiretur, ad perceptos fructus, & ad alimenta bona fide percepta nequaquam teneretur, ut docet *Hermogenianus in l. sumptus ff. de ventr. in*
77 *poss. mitten.*; nisi per calumniam se prægnantem dixerit, atque judicem deceperit, quoniam tunc adversus ipsam mulierem procedit dispositio *l. 1 ff. si mulier ventr nom.*, ubi habetur, quod omnia, quæ fuerunt expensa, repetenda erunt; atque calumnia intra annum utilem erit punienda; quod ex Labeone tradit etiam *Ulp. in l. 1. in fine ff. de ventr. in possess. mitt., Altimari num. 25.*
78 Regulariter tamen calumnia non præsumitur, ut tradunt *Mascardus de probat. concl. 639. n. 12. Menochius de arbitr cap 309. n. 8.*, aliique
79 apud *Altimarum n. 26.* Eapropter adhuc in dubio mulier prægnans in possessionem erit immittenda, eidemque alimenta dari; cum æquius sit, ut aliquando inutiliter fiant impensæ, quam eædem ei, qui foret successurus denegentur, per sententiam *Ulpiani in l. 1 §. sed etsi ff. de ventr. in possess. mitten., Altimari n. 26.*

80 In

81 In hoc tamen casu dubio summaria infor-
matio erit per judicem capienda, ut de dubie-
tate constaret; nam si calumniam adesse con-
stiterit, mulieris petitio nequaquam admittere-
tur, *d.l.1.§. si ea.*
82 Et si heres a defuncto patre fuerit relictus,
atque de mulieris praegnantia adhuc dubitare-
tur, deberet pariter talis mulier in possessio-
nem immitti, & alii, herede scripto penitus
impedito, *Altimari de nullit. sentent. rubr. 11.q.*
83 *37. n.15.* Ideoque quia non fuit venter insti-
tutus, habebit bonorum possessionem contra
tabulas testamenti; Instituto vero ventre, ha-
bebit immissionem juxta testamenti tabulas. Et
decedente patre ab intestato, dabitur posthu-
mo bonorum possessio per caput unde liberi,
si fuerit filius; & per caput unde agnati, vel
cognati, si fuerit agnatus, vel cognatus, *Alti-*
84 *mari n.16* Et semper immittendus erit venter
in possessionem, quamvis nesciatur, an fuerit
masculus, aut foemina, *Altimari de nullit. con-
tract. tom.6 rubr.2.q.1. n.46. ver. venter immittitur.*
85 Quid tamen dicendum in fideicommisso, ubi
masculus succedere tantum debeat? Et licet
sint, qui existiment, non posse ventrem in pos-
sessionem immitti, cum deficiat masculinitatis
qualitas, ac proinde Curator dandus erit; ni-
hilominus tamen *Altimari ver. sed si in fidei-
commisso*, contrarium verius existimat, posse
nempe ventrem in possessionem immitti, prae-
stita tamen cautione de restituendo fructus,
si masculum non pariat; & repetit in tract. de
nullit. senten. rubr. 11. q.37. n. 30.
86 Haec tamen mulier in possessionem immissa
nequit alteri possessionem tradere; quod si do-
lo malo fecit, actione in factum tenetur, ut
tradit *Ulp. in l.1. ff. si vent. nomin. mulier.* Et non
87 tantum ipsa mulier, sed etiam is, in cujus
potestate illa erit, si suo dolo fuerit alius in
possessionem immissus, ad id, quod interest,
teneretur; & talis immissus ejiciendus erit a
possessione; quae actio etiam post annum da-
tur, cum rei persecutionem habeat, *d.l.1. §. nec
solum; Altimari de nullitat. contract. tom.6. rubr.
2. q.1. n.46. ver. mulier existens.*
88 Et etiam in dolo esset mulier, si in posses-
sionem venientem non admiserit; vel aliquem
introduxit causa clam circumscribendi, ut do-
cet *Paulus in l. dolo facit 2. ff. si vent. nom. mulier.*
Et quia qui ex tali ventre oritur posthumus
nuncupatur, utpote natus post mortem, seu hu-
mationem Patris, idcirco de posthumis sequi-
tur sermo.

CAP. III.

De Posthumis.

SUMMARIUM.

Posthumus unde denominatur, n.1.
Definitur, n.2.
Posthumus dicitur stricto modo, & late modo, n.3.
Posthumus dividitur, n. 4, & seqq.
Posthumus in numero personarum non est, n. 8.
Dicitur incerta persona, nec in rerum natura esse censetur, n.9.
Posthumus dicitur verus homo, n.10.
Posthumi incertitudo, n.11.
Uno partu plures edi possunt, n.12., & seqq.
Numerus nasciturorum incertus est, n.22., & 23.
Pluribus natis in eodem partu, quis primogenitus dicatur, n.24, & seqq.
Favore libertatis semper judicandum erit, n.32.
Foetus in quo mense dicatur perfectus, n. 33., & seqq.
Posthumus in utero matris existens sub patria potestate dici nequit, n.35., & seqq.
Posthumus natus fit suus heres ex juris fictione, num 39.
Posthumus non erit de necessitate instituendus, n.40. Et neque filius apud hostes existens, n.41. Neque per reversionem ab hostibus rumpitur testamentum, n.42.
Filius natus praeteritus in testamento, erit illud ipso jure nullum, etiam ante illius impugnationem, n.43., & 44., & 53.
Per nativitatem posthumi rumpitur testamentum, n. 45., & seqq.
Testamentum non rumpitur verificata conditione ante posthumi nativitatem; n. 54. Secus vero postea, num 55.
Testamento rupto quoad institutionem, etiam legata, & fideicommissa rumpuntur, n.56, & seqq.
Legatum sustinetur, dummodo fuerit tenue, si posthumi praeteritio fuerit adhuc ignoranter facta, num.66.
Legatum non sustinetur ultra medietatem hereditatis, etiamsi posthumi praeteritio fuerit scienter facta, n.67.
Posthumi praeteritio regulariter ignoranter facta praesumitur, n.68.
Effectus clausulae codicillaris, n. 69., & seqq.
Primum testamentum rumpitur per secundum, ubi venter pregnans fuit institutus, etiam nullo inde nato, n.74.
Idem est instituere ventrem praegnantem, ac posthumum, num. 75.
Posthumus sub conditione si nascatur institui potest; & erit validum testamentum quoad omnia; illo nato, num. 76 77., & 89.
Masculi, non foeminae de necessitate instituendi sunt heredes, num. 78.
Praeterita foemina testamentum non rumpitur, n. 79., & 80.
Instituto ventre uxoris, si fuerit foemina, nato

masculo, dicitur præteritus, num. 81.
Posthumus appellatione liberorum venit, num. 82.
Posthumus an exheredari possit, num. 83. 84., & 88.
Major sine causa ingratitudinis exheredari non potest, num. 85., & 86.
Nemo debet alieno odio gravari, num. 87.
Posthumus alienus institui potest, num. 90.
Ventre instituto, si plures nascantur, omnes erunt heredes, num. 91., & 92.
Instituto aliquo posthumo, qui tunc natus erat, valida erit institutio, num. 93.
Filio posthumo si fuerit datus substitutus, pluribus posthumis natis evanescit substitutio, num. 94., & 95.
Posthumo simpliciter a patre instituto intelligitur de quocumque posthumo tam uxoris prægnantis, quam tunc habebat, quam alterius posterioris, num. 96., & seqq.
Legatum relinqui potest posthumo, num. 99.
Legatum centum a patre relictum ventri mulieris prægnantis, si filia nasceretur, pluribus fœminis natis, singulæ certum habebunt, n. 100.
Posthumus substitui potest, num. 101.
Posthumus in favorabilibus pro nato habetur, num. 102., *non autem in alterius commodum*, num. 103., *neque pro augendo numero duodecim filiorum ad immunitatem gaudendum*, num. 104.

1 POsthumus, ac postumus legi potest, ut tradit *Verdr lib. 2. instit. civ. num. 1010.*, in quorum modo Doctores fuerunt varii, prout etiam exponit *Vinnius lib. 2. instit. civ. tit. 13. de exhæred. liber. ver. de quasi posthumis in princ.*; aspirationis verò placitum communis scribendi usus amplexus est.
2 Definitur igitur posthumus, ut sit *ille, qui nascitur post mortem, sive humationem illius, cui succedit, exequatam, vel tabulis supremis conceptam*; Idest aut post mortem patris; aut post ejus testamentum, ut in *l. posthumi 3. ff. de injust. rupt. testam.*, & *in l. 1. Cod. de posthum.*; stricto modo tamen sumptus posthumus dicitur, qui post patris mortem nascitur. Lato autem modo vocitatur post
3 testamenti factionem; aut alias, prout apparet ex posthumi divisione, ut alius sit Aquilianus; alius Vellejanus; alius Julianus; & alius Cornelia-
4 nus. Aquilianus posthumus est natus vivo Patre, seu avo, ita dictus a Gallo Aquillio *in l. Gallus Aquilius 29. ff. de liber.*, & *posthum.*; Vellejanus posthumus est, qui nascitur mor-
5 tuo patre, sed vivo avo, uti a Vellejo dictus, ut in *d. l. Gallus §. nunc de lege, ubi glos.*,
6 Julianus posthumus est nepos natus post testamentum avi, vivente ipso avo, ac suo patre, & isto mortuo ante avum, *d. l. Gallus §. ille casus*. Cornelianus tandem posthu-
7 mus est, qui nascitur post civilem patris mortem, ut quando fuerit ab hostibus captus, *l. lex Cornelia 12. ff. de testam.*, & *l. lex Corneliæ ff. de vulg.*, vide *Verdem loc. cit.*

8 Posthumus nondum natus in personarum numero nequaquam est, ut tradunt *Gratianus cap. 72. num. 15.*, aliique apud *Altimarem de nullit. sentent. rubr. 11. q. 37. num. 3.*; Diciturque incerta persona, nec in rerum natura esse censetur, quia dum in ventre est,
9 gradum facere nequit, idem *Altimari de nullit. contract. tom. 6. rubr. 2. q. 1. num. 31.*;
10 Vocatur tamen verus homo, cum præditus sit anima, quæ carni infunditur in masculo in quadraginta diebus; & in fœmina in octoginta, secundum *Laram de vita homin. cap. 7. num. 7.*, quamvis non desint alias tenentes. Quicquid dicat *Giurba ad consuet. Messan. glos. 3. num. 71.*, ubi existentem in utero non haberi hominem tenet, vide *Altimarem num. 46. ver. si moriatur*.
11 Posthumi autem incertitudo in eo consistit, quia partus masculus, & fœmina esse poterit. Pariterque quia in uno partu plures filios edi posse tradunt *Plinius lib. 7. cap. 3.*, *Bossius de effect. matrim. tom. 1. cap. 9. num. 231.*, *Menochius de præsumpt. lib. 6. præs. 51.*, *aliique*. Et anno 1718. refert *De Rosa in*
12 *prax. civ. decret. cap. 6. num. 65.*, quod in Civitate Cavæ nobilis Anna Carola Conjux Baronis Nicolai Garofalo tres filios masculos peperit; Immò habetur apud *Gulielmum*
13 *Benedictum in cap. Raynuntius, ver. & soboles, de testament.*, quamdam meretricem anno 454. septem uno partu peperisse, quos vivos in priscina ejecit, atque unus factus fuit, Longumbardurum Rex, vocatus L. Amissio; & refert etiam *Sigilbertus in chronica fol. 19. col. 2.*
14 Mirabile verò, sed incredibilitati proximum habetur illud Gallicum, quod refert idem *Benedictus vol. 2. cap. 16.*, ubi reperisse dicit in Chronica Henrici Imperatoris, quod tempore Philippi Regis Pulchri ann. 1313. Margarita Comitissa Holandiæ, quia de mulieribus ultra unum parientibus truffabatur, asserens impossibile esse, mulieres duos pueros ab eodem patre simul conceptos habere, in punitionem talium verborum concepit simul, & peperit vivos trecentos sexaginta quatuor liberos, sicut parvos pullos, qui omnes fuerunt in quadam pollumbri specie baptizati. Immò refert Arclatus, mulie-
15 rem quamdam ob causam truffationis prædictæ punitam fuisse, & in uno partu plures liberos tamquam sues peperisse; ex quo domus, ubi peperit usque tunc porcellina vocabatur; vide *Borrium dec. 148. num. 4.*, aliosque apud *Altimarem de nullit. contract. rubric. 2. q. 1. num. 43.*
16 Cæterum posse mulierem in uno partu plures liberos edere, usque ad septem in jure nostro describere placuit Paulo *in l. antiqua 3. ver. & multas ff. si pers. hered. petat*; & usque ad quinque testatur Julianus *in l. si*
17 *pater ff. de solution.*, ubi ex Aristotile dicit quinque nasci posse, quia mulierum viduæ

toti-

totidem receptacula possunt habere; atque
Romæ fuisse quamdam mulierem Alexandri-
nam ex Ægypto, quæ quinque in lucem si-
mul edidit, atque incolumes habebat; idem
18 necnon tradit *Cajus in l. utrum 8. ff. de*
reb. dub., usque ad quatuor testatur etiam
19 idem Paulus *in d. l. antiqui ver. nam &*
traditum; usque ad tres refert ipsemet Pau-
lus *in l. ter enixa ff. de V. S.*, *& in d. l.*
antiqui, ver. sed &; *& in l. Arethusa 15. ff.*
20 *de statu homin.*; plures tandem nasci posse
tradunt Ulp. *in l. qui filiabus 17. §. si quis*
ff. de leg. 1., *& in l. 1. §. sed etsi ff. de ventr.*
in possess. mitten., Justinianus *in l. cum inter*
14. ver. sin autem Cod. de fideicom.; hinc vo-
21 lunt relati per *Carnanzam de partu cap. 9.*
cum pluribus sequentibus, & per *Altimarem*
22 *loc. cit.* etiam octo, & novem nasci posse.
Merito igitur incertum esse nasciturorum nu-
merum ait *Ulp. in l. 1. §. interdum ff. si pars*
hæred. petat; & taliter incertum, ut tradit
23 Paulus *in l. antiqui 3. ff. eodem*, quod mul-
ta de hujusmodi re tam varia, & incredebi-
lia nonnulli tradiderunt, ut fabulis annume-
rentur.
24 Quia igitur plures nasci possunt, pluribus
jam natis, quis eorum primogenitus dici de-
beat? *Zacchia tom. 2. lib. 9. tit. 12. de pri-*
mog. q. 1., *Giurba de feud. §. 2. glos. 4. n. 29.*,
aliique tenent, primogenitum dici ultimum
in lucem editum; quoniam prior conceptus
esse debebit ultimus ad prodiendum, exem-
plo facci, quo repleto ex diversis rebus,
dum evacuatur, ultima res reposita erit pri-
mo loco exhaurienda.
25 Verum contraria sententia verior, & commu-
nior est, nempe ex duobus natis illum pri-
mogenitum dici, qui primum in lucem pro-
diit, & claustra materna aperuit, ut docet
Paulus in l. proximus ff. de V. S., *& in l.*
ex duobus 34. ff. de vulg. & pupill.; & cla-
rius habetur *in cap. Joseph, de V. S.*, & de-
fendunt *Tiraquell. de primog. q. 2. n. 9.*, *An-*
charan. cons. 82. n. 3., *Menochius de arbitr.*
cap. 47. n. 8., *Michalor. de fratrib. p. 3. cap.*
27. n. 3., *Molin. de primog. lib. 3. cap. 1. n. 4.*,
Lara de vita homin. cap. 12., aliique apud
Altimarem de nullit. contr. tom. 6. rubr. 2. q. 1.
n. 43. ver. ille est.
26 Sed cum accidere possit, priorem natu igno-
rari, vel ob incuriam obstetricum, aut mini-
strantium, & adsistentium partui, vel quia
sola peperit mulier, vel in loco obscuro, vel
quando est tanta similitudo inter natos, ut
major a minore cognosci nequeat; vel quia
tandem secto matris utero, duo, vel tres,
aut plures filii reperti fuerint, & hoc in casu
alii robustiorem, alii pulchriorem admittunt;
alii recurrunt ad sortem; alii patris electio-
ni, & gratificationi remittunt; alii tenent,
quod manutenendus sit possessor; alii tandem
quod neuter ob incertitudinem ad majora-
tum, seu Regnum admitti debet, vide *Tira-*
quelliam de jure primog. q. 17., *Molin. de pri-*
mog. lib. 3. cap. 1. n. 20., *Caranzam de partu*
cap. 6. n. 18., *Zacchiam medicolegal. lib. 9.*
tit. 12. q. 5., *Menochium de præsumpt. lib. 6.*
præs. 51. n. 24.
27 Ait *Torre de major. Ital. p. 1. q. 26. § 4.* di-
stinguit inter majoratus Hispaniæ, & Italiæ;
in primis si sunt masculus, & femina, ma-
sculus succedit; si ambo masculi, aut femi-
næ, omnes succedunt ex lege Hispanica, ut
apud *Laram de vita homin. cap. 12. n. 30.*;
quoad majoratus verò Italiæ robustum, &
fortiorem admittendum esse tradunt relati per
28 *Altimarem n. 42. ver. sed quia potest*; ubi sub-
dit, quod regulariter loquendo præsumptio
erit in favorem illius, qui prior in Sacro fonte
fuit lustratus; aut prior a patre scriptus in libro,
quo filiorum nomina scribere solitus erat.
29 Verum ex masculo, & femina in dubio
masculus præsumendus erit prior, quia ma-
sculus citius, quam femina in utero perfi-
citur, cum illi major calor insit; ideoque
majori impetu in matris utero moveri cense-
tur & citius sibi aditum facit; *Altimari loc.*
cit.; de veritate tamen vide *Menochium de*
præsumpt. lib. 6. præs. 51. n. 17., & seqq.,
ubi plenissimè pertractat.
30 Favore tamen libertatis, si ancillæ fuit le-
gata libertas, si masculum primum peperis-
set, & ipsa masculum, & feminam simul
peperit, & dubius erit eventus, quorum al-
ter sit prior; & tunc masculus erit anterior
præsumendus, quia in ambiguis humanior sen-
tentia sequenda erit, ut docet *Ulpianus in l.*
si ita 11 § plane ff. de reb. dub., *Menochius*
n. 14., & 15.; & idem erit, si dictum fuit, si
31 feminam primum peperisset, quoniam tunc ma-
sculo, & femina natis, femina in dubio erit
prior favore libertatis præsumenda, *Menoch. n. 16.*
32 Partus perfectus, & legitimus in nono men-
se communiter, & frequentissimè experitur;
33 & idem erit si fuerit natus in septimo mense,
ut respondit J. C. *in l. septimo mense ff. de*
statu homin., *Mantica de conjectur. ult. volunt.*
lib. 11. tit. 7. num. 10.; poterit tamen eve-
nire in quarto, quinto, sexto, septimo,
34 octavo, decimo, undecimo, duodecimo,
decimotertio, & decimoquarto mense; &
quando in his mensibus sit vitalis, perfectus,
legitimus, successibilis, vel ne, fusè scribit
Altimari de nullit. contract. rubr. 2. q. 1.
35 Posthumus igitur, qui adhuc in utero ma-
tris est, licet sub nomine liberorum veniat,
ut tradit *Altimari num. 42.*, *& 50.*, & dice-
mus *num. 82.*; attamen sub patria potestate
dici nequit, *l. si prægnantem 12. ff. de collat.*
bonor. Altimari num. 46. ver. ille qui est. Ideo-
36 que suus heres vocari nequit; nam talis non
dicitur, qui sub morientis potestate non est,
ex sententia Juliani *in l. lege Cornelia 12. ff.*
de testam., *§. sui autem instit. de hered. quali-*
lit., & differ.; *Verde lib. 2. instit. titulum.*
1010. in fine

37 Adverſari verò videtur Textus, quem pri-
ma facie terribilem nominavit *Gomesius in
l. Tauri 13. num. 2.*, & in *tom. 1. ver. cap. 11.
num. 4*, qui Textus eſt *in §. ita demum, in-
ſtit. de hered. quæ ab inteſt.*, *ver. poſthumi
quoque qui ſi vivo parente nati eſſent, in pot-
eſtate ejus futuri forent, ſui heredes ſunt*.
Ex quibus verbis clarè apparere videtur,
poſthumum ſuum heredem eſſe. Attamen
facilem facit reſponſionem Gomeſius, & di-
cit, prædictum Textum intelligi de poſthu-
mo jam nato, cum ille dicatur propriè poſt-
humus, quaſi natus poſt patris mortem,
& humationem, ſicque quaſi velit Textus
dicere, quod poſthumus ſi vivo patre naſce-
38 retur, deberet eſſe in poteſtate patris; na-
tus igitur poſt mortem patris fit ſuus, eique
ſuccedit cum beneficio, & privilegio ſuita-
tis, quæ producitur ex illa ſola potentia, &
aptitudine, ut ſi poſthumus vivente patre na-
tus fuiſſet, foret jam ſub ejus poteſtate, &
ita ſufficiens erit patria poteſtas in actu vel
potentia, *Altimari de nullit. contract. tom. 6.
rubr. 2. q. 1. num. 46. ver. quod poſthumus*.
Etenim conſervantur ei omnia jura, quæ, ſi
39 natus jam eſſet tempore quo in utero erat,
competerent; ſicque juris fictione dicitur
ſuus, *Altimari num. 48.*

40 Ex quibus deſcendit concluſio, quod quia
poſthumus ſub patria poteſtate non eſt, ne-
que ſuitatem retinet, marito a patre in ſuo
teſtamento neceſſariò inſtitui non debet, quia
heredis perſona debet eſſe certa, & habilis
quando fit, & quando confirmatur teſtamen-
tum; ideoque illud ab initio valet, quamvis
nulla mentio inſtitutionis poſthumi facta fue-
rit; cujus perſona quamdiu in utero manet,
incerta eſt, nec certificabilis, niſi poſt par-
tum, quia poterit deficere, & in monſtrum
abortumve abire; eapropter ante ſuam nati-
vitatem teſtamentum valebit, *Gomeſius in leg.
Tauri 13. num. 1.*, & *2. Verde lib. 2. inſtit.
41 civ. num. 1011.*, & *1012.* Et comprobatur
ex eo, quod tradit J. C. *in l. cum apud 31.
ff. de liber.*, & *poſth.*, ubi habetur, quod
filius apud hoſtes exiſtens, quia ſub patria
poteſtate non eſt, inſtitui a patre non debet,
ſed præteriri poteſt.

42 Hæc autem poſthumi non inſtitutio, præ-
tentio vocatur, cujus prætentionis effectus
eſt, ut teſtamentum ſit ipſo jure nullum,
& inutile, ut tradit *Cajus in l. inter cætera
70. ff. de liber.*, & *poſthum.*, *Papinianus in
43 l. 1. ff. de injuſt. rupt.*, etiam antequam im-
pugnetur ab ipſo filio præterito, ut tradunt
Clarus § teſtamentum q. 43. num. 2., *Sabel-
lius §. præteritio, num. 1. ver. an autem*; at-
44 tamen quamdiu ipſe poſthumus in utero
erit, validum erit teſtamentum, quod poſtea
ejus nativitate rumperetur, *l. 1. ff. de po-
ſthum. hered. inſtit.*, *l. poſthumo nato Cod. de
bonor. poſſeſſ. contra tabul.*, *Gomeſius ver. 1.
cap. 11. num. 2.*, & *in leg. Tauri 13. num. 1.*,
45 *Clarus §. teſtamentum q. 45. num. 1.*, *ubi
Bajardus num. 1.*, quamvis illicò deceſſerit,
46 *l. uxoris 2. Cod. de poſthum. hered.*, etiam
voce non emiſſa, per reſcriptum Imp. Ju-
ſtiniani *in l. quod certatum 3. Cod. de poſth.
47 hered.*; & etiamſi ex ſecto matris ventre na-
tus fuerit, quoniam tunc pariter rumperet
teſtamentum, quamquam talis poſthumus
natus non fuerit integer, dummodò tamen
ſpiritum, ſeu animam haberet, ut elicit Ul-
pianus *in l. quod dicitur 12. ff. de liber.*, &
poſthum., ſecus verò erit, ſi in monſtrum abi-
ret, ut in *dict. l. certatum*, *Altimari de nullit.
contr. tom. 6. rubr. 2. q. 1. num. 13.*

48 Et idem erit tam ſi præteritio fiat a pa-
tre, quam a matre, aut alio aſcendente,
Clarus §. teſtamentum q. 47. num. 1., *Craſſus
§. teſtamentum q. 34*, *aliique apud Altima-
rem num. 51.*

49 Et ſi pater fecit teſtamentum, ubi ſuum
poſthumum præteriit, nato tali poſthumo;
patre vivente, qui dictum teſtamentum re-
vocare poterat, & non revocavit, pro rupto
etiam habetur; cum teſtamentum ſemel ru-
ptum poſthumi agnatione ſine novo, & re-
centi judicio literis, vel verbis ſolemnizato
non confirmatur, ex traditis per Papinianum
*in l. qui ex liberis 12. §. teſtamento ff. de bo-
nor. poſſeſſ. ſecund. tab*, & tradit *Altimari
loc. cit. ver. quod rumpatur*. Intelligas verò
50 quoties pater prædeceſſerit, ut firmant *Can-
cerius ver. 1. cap. 4 num. 57.*, *Aylion ad
Gomeſium ver. 1. cap. 11. num. 4 in fine*;
nam ſi ipſe vivente decedit poſthumus na-
tus, licet per ipſius nativitatem fuerit nullum
effectum teſtamentum, quod antea validum
erat, nihilominus tamen per ipſius poſthumi
præmorientiam ipſo jure teſtamentum recon-
valeſcit, modò fuerint in eo inſtituti venien-
tes ab inteſtato, modò extranei, ea ex ra-
tione, quia a principio tale teſtamentum
fuit validum, ideoque de facili ad ſuam na-
turam revertitur, *Clarus num. 2.*, *Sabellius
§. præteritia num. 10.*, *Gomeſius ver. 1. cap.
11. num. 4.*, *Card. De Luca de teſtam. diſc. 30.
51 num. 4.*, & *5.*, & *de fideicom. diſc. 115. n. 9.*,
etenim ſublata fuit juris ſubtilitas, & ſcru-
puloſitas, quod dictum teſtamentum ſemper
ruptum volebat, ſucceſſitque æquitas, quæ
teſtamentum reconvaleſcit, atque heredi ſcri-
pto bonorum poſſeſſionem concedit, ut edo-
cet Paulus *in l. poſthumus 12. ff. de injuſt.
rupt.*, & *tradit Altimari num. 51. ver. ſed
ſubſtinetur*, bonorum tamen poſſeſſio infra
52 centum dies utiles beneficio Prætoris pali
debet, ut ex *Baldo conſ. 377. in princ. lib. 3.
refert Tuſchi lit. P. concl. 640. num. 17.*, quoad
53 filios verò natos præteritos, qui vivo patre
deceſſerint, nullum etiam fore teſtamentum
pro communi tradit *Aylion ad Gomeſium ver.
1. cap. 11. num. 4. ver. teſtamentum*; niſi fue-
rint inſtituti omnes legitimi ab inteſtato ve-
nientes, qui ejuſdem proximioris gradus ſunt.

54 In-

54 Instituto posthumo sub conditione, quæ,
antequam ille nascatur, verificatur, per illius
agnationem non rumpi testamentum tradit
*Terentius Clemens in l. cum posthumus 22. ff.
de liber., & posthum.*, quod secus erit, si
55 antequam conditio extiterit, nasceretur post-
humus sub conditione institutus, quoniam
tunc ruptum erit testamentum, ex sententia
56 *Pauli in l. posthumo 24. ff. eodem*; rupto
tandem testamento per nativitatem præteri-
ti posthumi, aut per præteritionem nati, non
tantum institutio, sed etiam legata, & fidei-
commissa rumpuntur, per Textum *Papiniani
in l. filio 17. ff. de injust. rupt.*, *Pauli in
l. si quis 83. ff. de legat. 2.*, *& Ulp. in l.
generaliter §. ex testamento ff. de fideicom.
libert.*, *& Imp. Antonini in l. 1. Cod. de
posthum. hered.*; verum de jure novissimo
57 aliter observatur vigore *authent. ex causa Cod.
de liber. præterit.*, ut nempe irrito testamen-
to ex causa exheredationis, vel præteritio-
nis tantum institutio irrita sit, cætera autem
firma manebunt, & secundum hoc jus no-
vissimum tenent omnes scribentes, ut tradunt
Clarus §. testamentum q. 52. num. 1., *Crassus
sententiar. §. legatum q. 67. num. 20.*, *Ayllon
ad Gomesium var. 1. cap. 11. num. 2. ver.
dubitatur*, *Parisius cons. 60. num. 36. lib. 2.*,
Alex. cons. 36. num. 8. lib. 1., *Verde lib. 2.
instit. civ. num. 1023.*, *Altimari de nullit. contr.
58 tom. 6. rubr. 2. q. 1. num. 51.*, & consonat
ratio, quia injuria facta filio præterito tan-
tum circa institutionem est, igitur in ea par-
te, in qua peccatum est, annullari debet;
59 nec datur differentia inter præteritionem
patris, aut matris, *Clarus num. 2.*, & quam-
60 vis neget *Verde num. 1024.* procedere dispo-
sitionem dictæ auth. *ex causa* in persona
posthumi, dicens non fuisse vetus jus *l. 1.
Cod. de posthum. hered.* correctum per dictam
auth., quæ solum de natis præteritis intelli-
61 genda est; nihilosecius tamen adversus dicta
per Verdem stat firma, & communis resolu-
tio, ut dispositio dict. auth. procedat in po-
sthumo scienter præterito, non vero igno-
ranter, ut tradunt *Crassus num. 3.*, *Clarus
num. 3.*; sicque rumpuntur etiam legata
62 contra dispositionem dict. auth., si post-
humi præteritio ignoranter fuerit facta, *Cla-
rus num. 4.*, ubi hanc opinionem semper sibi
63 placuisse dixit, tamquam veriorem, & æquio-
rem, & ab ipsa in practica, si recte judicari
velit, non esse recedendum monet, *Gratia-
nus cap. 398. num. 10.*, *Altimari num. 51.
64 ver. sed si posthumus*, & ratio multum ra-
tionabilis est, quia si pater scivisset posthu-
mum nasciturum, legata quidem in ejus præ-
judicium non constituisset, maxime notabilis
quantitatis; immo procedit adhuc, etiamsi
65 talia legata fuerint pia, ut tradunt *Rubeus
de testam. resol. 54. num. 257.*, *Villalobos
com. opin. ver. testamentum num. 47.*, aliique
66 apud *Altimarum loc. cit.*, *& ver. præsertim*,
vult tamen *Alciatus de præsumpt. reg. 2. præs.
13.*, quem refert *Crassus § legatum q. 67. n.
5.*, substineri legatum etiam ignoranter præ-
terito posthumo factum, si fuerit tenue, &
inferioris quantitatis.

67 Facta tamen scienter præteritione posthu-
mi legata substinentur, quamvis fuerint ma-
gna, dummodo non fuerint ultra medietatem
hereditatis, ut tradit *Cyriac. controv. 418. n.
31.*, nam tali casu moderantur, non annul-
lantur, ut volunt *Bursat. cons. 15. num. 27.*,
& cons. 89. num. 51., *Gabius consult. 44. n.
8.*, *Altimar loc. cit. ver. & substinet ut*.

68 Regulariter vero posthumi præteritio igno-
ranter facta erit præsumenda, *Altimari num.
52.*, *Clarus §. testamentum q. 46. num. 2.*,
aliique apud *Sabellium §. præteritio num. 8.*,
ubi contrarium firmat quoad filium natum.

69 Sed quid dicendum, si adesset clausula co-
dicillaris in testamento, an tunc si fuerit et-
iam posthumus ignoranter præteritus, testa-
mentum quoad legata valebit? *Capra reg. 112.
num. 15.* ita difficilem hujus quæstionis deci-
sionem existimavit ob varias Doctorum opi-
niones, itaut ipsam Cæsarea diffinitione defi-
niri opus esse dixit, *Et Romanus cons. 181.
num. 1.* refert tot esse sententias, quot ca-
pita. Et si quis discordantes Doctorum opi-
niones videre cupiat, legat *Crassum senten-
tiar. §. legatum q. 67. num. 4.*, *& Clarum
70 dict. q. 46.*, quæ autem sit verior opinio,
& praxi servanda ipsemet Clarus tandem ex-
ponit, nempe clausulam codicillarem nihil
operari, tam si legata fuerint magna, quam
parva; sive testator de futuris liberis cogi-
tasset, sive non; & tam si post agnationem
posthumi supervixit, quam non, & ab hac
opinione non esse recedendum monet, cum
ipsam in facto fuerint sequuti in judicando
duo Senatores Mediolanenses; subditque hanc
fuisse primum articulum, super quo post as-
sumptam Doctoratus lauream consuluit, &
ita judicatum fuisse testatur. Hinc nato post-
71 humo, nihil operatur clausula codicillaris,
cum idem foret, ac si ipse præteritus fuisset,
ut post alios refert *Altimari de nullit. con-
72 tract. tom. 6. rubr. 2. q. 1. num. 51. in fin.*,
ubi contrarium tenentes refellit; maxime
quia fere semper talis clausula ex Notario-
rum stylo deponitur, absque eo, quod ejus
vis testatori explicetur; imo eam ut pluri-
mum neque Notarii sciunt, utpote idiotæ;
hinc recte ait *Mantica de conject. ultim. vo-
73 lunt. lib. 1. tit. 10. num. 4.*, quod Notario-
rum imperitia destruit Mundum; atque sæpe
bonorum virorum conscientias in periculum
deducit, cum nesciant quid scribant, & ple-
rumque testantium voluntates pervertant.

74 Rumpitur primum testamentum per secun-
dum, ubi venter prægnans fuit institutus, li-
cet deinde nullus posthumus natus fuit, &
uxor nihil in utero gessit; cum sufficiens sit,
possibile fuisse per naturam, ut venter esset

fecun-

fecundus, *Altimari num.* 54.
75 Et item est instituere ventrem prægnantem, aut posthumum in fecundo testamento, ad hoc ut primum rumpi possit, *Altimari num.* 55.
76 Ad evitandum vero periculum rumpendi testamentum ob causam præteritionis posthumi inde nati, sciendum est aliud remedium, ut ipsemet posthumus sub conditione, si nascatur, instituatur; quod remedium gratiæ, & æquitati nititur, quamquam repugnet juris rigori ob illius incapacitatem pro tempore conditi testamenti, & mortis testatoris, ut tradit *Verde lib. 2. instit. civ. num.* 1011., &
77 talis conditio facit, ut non erit posthumus, dum in lucem venerit, præteritus; & testamentum quoad omnia tenebit, quæ conditionalis institutio hodie permittitur, *Verde num.* 1012.
78 Antiquitus omnes liberi tam masculi, quam feminæ erant necessario heredes in testamento instituendi. Hodie vero in nostro Regno per constit. *in aliquibus* masculi tantum sunt instituendi, qui onus habebunt feminas de
79 paragio dotare; hinc si tales feminæ fuerint in testamento præteritæ, non rumperent testamentum, *Crassus sententiar.* §. *testamentum q.* 36. *num.* 7., *Clarus* §. *testamentum q.* 42., *Gomesius var.* 1. *cap.* 11. *num.* 9. *Verde lib.* 2. *instit. civ. num.* 1023., & consequenter
80 præterito ventre prægnante, si inde in lucem evasit femina, testamentum quidem non rumpitur; & si testator instituit ventrem uxo-
81 ris, si nasceretur femina, nato masculo, diceretur præteritus, cum de ipso testator non sensisse videatur, ut a contrario refert *Tuschi lit. V. concl.* 73. *num.* 21.
82 Posthumus quia liberorum appellatione venit, *l. si quis* 5. *ff. de oper. libert.*, *l. nomen* 164. *ff. de V. S.*, ideo quæritur, an possit, sicut filius natus, a parentibus exheredari? Affirmative docuit *Ulpianus in l. posthumi* 3. *ff de injust. rupt.*, *& in l.* 1. *ver. si venter ff. de ventr. in possess. mittend.*, *Aphricanus in l. si posthumus ff. de liber.*, *& posthum.*, atque statuit *Imp. Alex. in l. fin. Cod. de bonor. possess. contr. tabul.*, & Imp. Justinianus *in l. fin. ver. sed quia Cod. de liber. præterit.*
83 Verum ex noviori ejusdem Codicis Sanctione talium veterum jurium iniquitas, ne amplius erubesceret, sublata fuit; successitque pia, & nova Sanctio ejusdem Imp. Justiniani *in l. si quis* 33. §. *legis Cod. de inoffic. testam.*, ubi statutum fuit, neque infantem exheredari posse, cum ingratus esse nequeat; & ob odium patris neque poterit a matre exheredari, quoniam iniquum foret,
84 aliquem alieno odio onerari; & ista Justiniani Sanctio est posterior, & derogatoria illius propositæ *in dict. l. fin. Cod. de liber. præterit.*, ut ibidem aperte tradit *glos. ver. hodie*; & ratio, ut non possit posthumus exheredari, cum ingratus esse nequeat, adeo
85 gravis consideratur, ut nequaquam natus filius quantumvis major possit exheredari, nisi ingratus probetur, & ingratitudinis causa nominatim in testamento a patre inferatur vi-
86 gore *auth. non licet Cod. de liber præterit.*, hinc si in nato filio, cui aliqua ingratitudinis causa considerari poterit, legitima exheredatio cadere nequit, nisi ingratitudinis causa a patre proposita, & ab herede probata, eo magis idem dicendum erit de posthumo, in quo ingratitudinis causa considerari nequit, cum crudele sit, eum, qui non sentit, in-
87 gratum existimari. Nec justa causa esse poterit odium alterius parentis, ne alieno odio alius prægravetur; cum non debeat alteri per alterum iniqua conditio inferri, sunt verba Pomponii *in l. non debet* 75. *ff. de reg. jur.*
88 Et quod ex noviori jure nequit posthumus exheredari testantur *Crassus sententiar.* § *testamentum q.* 42. *num.* 14., *Verde lib.* 2. *instit. civ. num.* 1012., *Ednotomus lib.* 2. *instit. civ. tit.* 13. *de exheredat. liberor.* §. *posthumi num.* 2., aliique apud *Altimarem de nullit. contract. tom.* 6. *rubr.* 2. *q* 1. *num.* 44.;
89 eapropter erit necessario heres sub conditione, *si nascatur* instituendus, ne per illius nativitatem, si masculus fuerit, testamentum rumperetur.
90 Posthumus etiam alienus institui potest, per sententiam J. C. *in l. heredi ff. de leg.* 1., *Mantica de conject. ultim. volunt. lib.* 4. *tit.* 10. *num.* 1.
91 Et si talis venter institutus sit heres, si plures ex tali ventre nascerentur posthumi, omnes instituti censerentur, *Tuschi lit. V. concl.* 78. *num.* 1., imo si singulariter fuerit heres institutus posthumus, proindeque plu-
92 res simul posthumi nati fuerint, omnes pariter instituti censentur, quia in favorabilibus singularia trahuntur ad pluralitatem, *Tuschi num.* 2., *Altimari num.* 43. *ver. & instituens*; *Mantica num.* 4., ubi subdit, esse verisimile quod si testator de ambobus cogitasset, ambos instituisset. Prout & in simili consuluit
93 J. C. *in l. titius* 25. §. *Lucius ff de liber.*, *& posthum.*, & tradit *Mantica num.* 5., ut si testator haberet neptem prægnantem, ejusque ventrem, seu posthumum heredem instituit, si in tempore, quo talis posthumi institutio peracta fuit, natus jam erat iste posthumus, & testator adhuc in utero existimabat, valida pariter esset institutio, cum verisimile sit, quod si testator eum natum scivisset, similiter instituisset.
94 In odiosis vero fallit hæc verisimilitudo, ut si filio posthumo fuerit alius substitutus, nam pluribus posthumis natis evanescit sub-
95 stitutio, *Tuschi num.* 3., nisi pia causa fuisset substituta, *Tuschi num.* 4
96 Quæres, posthumum quis simpliciter instituit, non explicando aut uxoris prægnantis,

quam

quam habet, aut alterius posterioris conjugis, quam post illius mortem habere poterit, de quo posthumo intelligendus erit? Quæsitum hoc declaratum fuit a Ulpiano *in l. placet 4. ff. de liber., & posthum. sequentibus verbis: Placet omnem masculum posse posthumum heredem scribere, sive jam maritus sit, sive nondum uxorem duxerit; nam & maritus repudiare uxorem potest, & qui non duxit uxorem potest maritus effici; nam & cum maritus posthumum heredem scribit non utique is solus posthumus scriptus videtur, qui ex ea, quam habet, uxore ei natus est, vel qui tunc in utero est, verum is quoque, qui ex quacumque uxore nascatur.* Et hujus legis ratio fundatur in favore institutionis, & testamenti conservandi, & in odio præteritionis, ut notat ibidem *Gloss. lit. D.*, & tradunt *Mantica de conject. lib. 4 tit. 10. num. 1.*, *Sabellius §. posthumus, num. 2.*, aliique apud *Altimarem de nullit. contract. tom. 6, rubr. 2. q. 1. num. 22.*, Hinc est, quod si post con-
97 ditum testamentum mariti decesserit mulier, atque maritus denuo nubat, qui ex posteriori matrimonio natus est, institutus censetur, prout etiam fuit sententia Jabuleni *in l. ideoque 5. ff. eodem.*

98 Dum autem non fuit posthumus simpliciter institutus, sed restricta fuit institutio ad posthumum nasciturum ex tali uxore, aut restrictum fuit tempus, ut quando testator dixit; *instituo filium nasciturum ex ventre uxoris meæ, quæ prægnans est*, & tunc si ex altera uxore, aut si ex altera prægnantia fuerit posthumus conceptus, ad ipsum non trahitur institutio, & testamentum ruptum erit, per Tex. *in l. filius a patre 28. §. si quis ff. de liber., & posthum., Mantica n. 2.*

99 Legatum etiam posthumo relinqui potest ex sententia J. C. *in l. qui quartum 15. §. si quis ff. de leg. 1., & Ulp. in l. qui filiabus ff. eodem, Altimari num. 25, & 46.*

100 Et si mulier fuerit prægnans, & pater dixerit, *lego centum, si mihi erit genita filia*; tunc pluribus natis, omnibus tantumdem debetur, *d. l. qui filiabus §. si quis*; & hoc ob paternam charitatem, quæ ita erit præsumenda secundum tradita a Juliano *in l. si servus 52. §. fin. ff. eodem, & Gloss. in d. l. qui filiabus lit. I.*

101 Posthumus substitui adhuc potest hæredi instituto, ut tradit Pomponius *in l. substitut. ff. de vulg., & pupill., Altimari num. 46. ver. & posthumus.*

102 Et in favorabilibus pro nato habetur, *l. qui in utero ff. de statu homin., l. quod dicimus ff. de V. S.*; in alterius vero commodum,
103 etiam patris pro nato non habetur posthumus; hinc non prodest patri pro tutelæ excusatione, *per Tex. in l. excusantur 1. §. remitti*
104 *ff. de excusat. tutor.*, & neque pro augendo numero duodecim filiorum ad gaudendam immunitatem pro muneribus patrimonialibus juxta *Text. l. 2. Cod. de decurion. lib. 10.*, & observatum testatur *Thesaurus in dec. 268. num. 8.*

C A P. IV.

De variis partuum speciebus.

SUMMARIUM.

Mulieris partus varium eventum habet, n. 1.
Communior partus experitur perfectus, n. 2.
Partus aliquando deformi aspectu demonstratur, num. 3.
Variæ partuum species, num. 4.

1 Adveniente partus mulieris prægnantis tempore diversimode talis partus eventus, sicuti raro tamen visum est, acci-
2 dere potest. Etenim partus formam communiter perfectam, & secundum humaniorem naturam in dies experimur. Aliquando vero non sine naturali erubescentia, & pudore vi-
3 sum est, genitalem mulieris naturam, relicta vera naturalis humanitatis formalitate, & corporatione, deformi aspectu se apparatam demonstrasse; nempe aliquando suum partum majori, aliquando minori humanorum artuum apparatu, aliquando commixto sexu, aliquando brutali fere specie in lucem reportasse. Hinc devenit loquendi modus, ut quidam partus sint perfecti, alii imperfecti; de primis utpote omnibus bene cognitis non fit mentio. Ceteri vero quia diversis apparere videntur speciebus, diversis nominibus ipsos vocatos lectitamus. Etenim quidam partus vocantur ostentosi; alii monstruosi; ceteri prodigiosi; & reliqui hermaphroditici. De quibus omnibus breviter sermo subsequitur, ut videatur, si liberorum nomine veniant. Sit igitur

C A P. V.

De partu ostentoso.

SUMMARIUM.

PArtus ostentosus quid, num. 1.
Quotuplex sit, num. 2.
An sit succeßibilis, num. 3.
Liberorum nomine venit, num. 4.
Eum necans homicida est, num. 5.
Partus monoculus ostentosus vocitatur, num. 6.

1 OStentosum partum ostendit Ulpianus *in l. ostentum 38 ff. de V. S. in illis verbis: duo genera sunt ostentorum. Unum quoties quid contra naturam nascitur, tribus manibus forte, aut pedibus, aut qua alia parte corporis, quæ naturæ contraria est. Alterum cum, quid prodigiosum videtur, quod Græci phantasma appellant.* Hujus igitur ostentosi partus speciem tripliciter considerat
2 *Caranza de partu cap. 17. num. 17.*, quem refert *Altimari de nullit. contr. tom. 6. rubr. 2. q. 1. num. 63. ver. datur etiam*; nempe si in corpore, & forma humana integra vox deficiat, atque in vagitum, & hiatum prorumpat. Secundò si formæ, & capiti humano accedant pedes Caprini, vel aliqua membra cujuslibet animalis. Et tertio si natura humanorum membrorum sit aucta, ut si nascantur tres, vel plures manus, pedes, aut digiti; vel minores; vel sine brachiis.
3 Hinc sequitur, partum ostentosum humanum esse, licet imperfectum; & tamquam partus legitimus, & perfectus successionis capax est, cum inter liberos connumeretur, ex sententia J. C. *in l. non sunt 14. ver. partus autem ff. de statu homin.*, *Caranza num. 20.*,
4 *Altimari ver. differentia*; ideoque instar cæterorum liberorum alimenta a patre consequi debet, *Altimari ver. monstruosi partus.*
5 Et quia inter homines connumeratur, qui eum necat, fit homicida, *Scialoya de forjudicat. cap. 3. num 54.*, *Altimari ver. occidens monstruosum.*
6 Hujus speciei est etiam partus monoculus, quem & Regem fuisse tradit *Tiraquell. de primogenit. q. 21. num. 16.*, atque in Macedonia servatum refert *Diodor. Sicul. lib. 16. cap. 8.*, prout & apud Nigros notat *Plinius lib. 6. cap. 20.*, & referunt *Paul. Emil. Histor. Francor. lib. 10.*, & *Pontan. lib. 2. cap. 34.* Carolum VIII. Regem Gallorum, quamvis toto corpore fuisset deformis, ad Regni administrationem fuisse admissum; *vide Altimarem loc. cit.*

C A P. VI.

De partu prodigioso.

SUMMARIUM.

PArtus prodigiosus qualis est, num. 1.
Liberorum nomine non venit, num. 2.
Ipsius nativitate non rumpitur testamentum, n. 3.
Neque inter homines connumeratur, num. 4.

1 PArtus prodigiosus græce phantasma dicitur, ut notat Ulp. *in l. ostentum 38. ver. alterum ff. de V. S.*, & est qui hominis formam non habet, sed ad brutum refertur, ut si rugiat tamquam bos, vel comedat herbas, instar animalium pascendo, ut declarat *Glossa in d. l. ostentum*; *& in l. non sunt liberi ff. de stat. homin.*, *Altimari de nullit. contract. tom. 6. rubr. 2. q. 1. num. 63. ver. dicitur partus prodigiosus.*
2 Hic partus liberorum nomine non venit, ex sententia J. C. *in l. non sunt liberi ff. de stat. homin.*; ideoque ejus nativitate, non
3 rumpitur testamentum, per Rescriptum Imp. Justiniani *in l. quod certatum 9. ver. & sancimus Cod. de posthum. hered.*, & notat *Glos. in l. quod dicitur ff. de liber.*, *& posthum.*; immo inter homines non connumeratur, ut tradit *Altimari ver. sic mulier occidens.*

C A P. VII.

De partu monstruoso.

S U M M A R I U M.

Monstrum a monstruoso corpore distat, num. 1., & 2.
Monstruosi qui dicuntur, num. 3., & 4.
Monstrum a monstrando denominatur, num. 5.
Monstrum inter homines non connumeratur, nec liberorum nomine venit, num. 6., & 7.
Monstri nativitate non rumpitur testamentum, num. 8.
Legatum relictum cum conditione, si filius nascatur, non debetur, nato monstro, num. 9., Fallit, si dictum fuerit, si Titia pepererit, num. 10.
Monstrum non auget numerum liberorum, num. 11.
Inter monstra quinam veniunt, num. 12.

1 Monstrum a monstruoso corpore multum
differt; etenim monstrum refertur ad
insolitas animalium generationes, &
proprie dicitur, quando in animalium gene-
ratione peccatur; ut refert *Caranza de par-
tu cap. 17. num. 4., & seqq.*, ut nempe
quando haberetur forma ursi, vituli, & simi-
lium; vel quando capiti canis, vel similis
adjiciantur brachia, vel alia membra humani
2 corporis, *Caranza num. 11., & 12.*, Mon-
struosum vero erit, dum quis formam ho-
minis retinet, sed cum pluribus, aut pau-
cioribus membris, aut eis suo loco non col-
3 locatis. Monstruosi etiam dicuntur monoculi,
Cyclopes, & pigmei, qui unius cubiti statu-
ræ sunt, & tertio anno gignunt, atque octa-
vo moriuntur, & prope Nili originem ultra
Ægyptum nascuntur. Vide relatos ab *Alti-
mari de nullit. contract. tom. 6. rubr. 2. q. 1.
num. 62. ver. videbimus de monstris.*
4 Monstrum igitur a monstrando dicitur, ut
notat *Cicero de natur. Deor.*, & est quædam
ablesio naturæ, sive ejusdem defectus, & er-
5 ror, *Caranza num. 18.*, aliique apud *Altima-
rem ver. monstrum est*; & inter homines non
6 connumeratur, neque liberorum nomine ve-
nit, ut tradit J. C. *in l. Non sunt 14. ff. de
7 stat. homin.*, eapropter ejus nativitate non
rumpitur testamentum, ut rescripsit Imp. Ju-
stinianus *in l. Quod certatum 3. Cod. de post-
hum. hered. instit.*, nec conditionem, *si sine
8 liberis decesserit*, facit deficere, *Fusarius de
substit. q. 419. num. 1.*, *Altimari ver. nec
9 deficit*; neque legatum consequeretur, si di-
ctum fuerit, *si filius nascatur*, Altimari *ver. verum
si fiat*; si vero dictum fuerit, *si Titia pepererit*,
10 tunc monstri nativitate legatum debetur, cum
revera jam pepererit, ut tradit Ulp. *in l. Qua-
rite 135. ff. de V. S.*, *Peregrinus de fideicom.
art. 43. num. 24.*
11 Ad consequenda tamen liberorum præmia
monstri nativitas non juvat, quia pro libero
non habetur, nec a parentibus alendum erit,
Coler. de aliment. cap. 2 num. 102., aliique
apud *Altimarem loc. cit. ver. monstrum non juvat.*
12 Inter monstra etiam centauros, hyppocen-
tauros, onocentauros, satyros, & faunos con-
numerat *Caranza de partu cap. 17. num. 79.,
& seqq.*, ubi videas.

C A P. VIII.

De partu Hermaphroditico.

S U M M A R I U M.

Partus hermaphroditicus qualis est, n. 1., & seqq. Qualis sexus ad generandum idoneus sit, n. 4., & seqq.
Hermaphroditus etiam dicitur, qui nullum sexum habet, n. 7.
Hermaphroditus accipit nomen a sexu prævalente, num. 8.
Hermaphroditus non comprehenditur sub statuto loquente de viro, & muliere, n. 9.
Verbum si quis masculum, & fœminam complectitur, num. 10.
Dispositio loquens de una persona non comprehendit mixtam, n. 11.
Hermaphroditus an succedat in fideicommisso, & majoratu, excludendo simplicem masculum secundogenitum, n. 12.
Hermaphroditus habens æqualem sexum, standum erit suæ declarationi, n. 13., & 14.
Hermaphroditus an fœminas excludat vigore Constit. In aliquibus, n. 15.

1 Hermaphroditum describit Ulp. *in l. quæri-
tur 10. ff. de stat. homin.*, ut nempe sit
corpus humanum habens sexum utriuf-
que generis, masculini scilicet, & feminini;
Tuschi lit. H. concl. 105. n. 1. Ipsius species plures
2 sunt, ut post alios tradit *Altimari de nullit.
contract. tom. 6. rubr. 2. q. 1. n. 63. ver. hermaphrodi-*

tem. Prima est, cum habeat principales partes
unius sexus, & non erit principalis pars alte-
tius sexus, Secunda est, dum haberetur utrius-
que sexus essentia, sed secundum neutrum ope-
rari poterit. Tertia tandem, quando operatur
secundum unum sexum, & non secundum
3 alium. Ut plurimum vero hermaphroditorum
natura est tribuere uni sexui quod alteri de-
trahit; hinc *Aristot. lib. 4. de generat. animal. cap.*
4 4. ait non dari hermaphroditum, qui utrum-
que sexum ad generandum, & pariendum ido-
neum habeat; sed contrarium firmant *Isidor.*
5 *lib. 11. cap. 9.*, *D. August. de Civit. Dei lib. 16. cap.*
8, aliique apud *Altimarem ver. tamen alii*, quo-
niam lepores vicissim coeundo gignunt, & pa-
riunt.

6 Primus qui fuisse legitur hermaphroditus
fuit filius Veneris, & Mercurii, dictus ab *Her-
mes*, quo nomine Mercurius a Grecis nuncu-
pabatur, & *Aphrodite*, quod est Venus. Voca-
turque etiam *Androgynus*, qui vir est, & fæmi-
na; cum Adrogyni sint populi in Aphrica u-
triusque sexus inter se mutuis vicibus coeun-
tes, vide *Altimarem ver. primus hermaphroditus*.

7 Dicitur etiam hermaphroditus, qui nullum
sexum habet, ut refert *Baldus cons. 237. lib. 3.*,
ubi dicit, quemdam Marchionem Malaspinam
natum fuisse absque ullo sexu, sed cum qua-
dam carnicie loco membri ad modum ovi, &
tradit *Tuschi lit. H. concl. 105. n. 2.*

8 Cum autem utrumque sexum habeat, a se-
xu prævalente accipitur nomen, ut si nempe
sexus masculinus prævaleat, censendus erit ma-
sculus; sin autem, fœmina, ut notat Ulp. *in l.
quæritur 10. ff. de stata homin.*

9 Sub statuto tamen loquente de viro, & mu-
liere hermaphroditus non comprehenditur, *Ti-
raquell. de legib. Connub. Glos. 5. n. 70*, nisi utere-
10 tur verbo *si quis*, cujusmodi dictio mascu-
lum, & feminam complectitur, ex sententia
Ulp. *in l. 1. ff. de V. S.*

11 Et si de una persona loquitur dispositio, non
habet locum in persona mixta, ut est herma-
phroditus, qui duas personas repræsentat, *Ro-
xas de incompatibil. p. 2. cap. 3. n. 27.*, aliique apud
Altimarem ver. dispositio loquens.

12 Et respectu majoratus, & fideicommissi her-
maphroditus excludit secundogenitum simplici-
ter masculum, si in sexu masculino prævaleret,
secus vero si in feminino. Et in casu æquali-
tatis sexus si fuerit hermaphroditus possessor,
etiam præfeletur, *Tuschi n. 4. Gratianus cap. 884.
n. 28. Michalorius de fratrib. p. 3. cap. 11. n. 18.*, *Sur-*
13 *dus dec. 174. n. 14.* Et si utrumque sexum æqua-
liter bonum haberet, standum erit suæ decla-
rationi, quo sexu uti velit, & eligendo mascu-
linum, succederet in majoratu; & eo magis
tali declarationi standum erit, si ex actibus ex-
ternis aliqua cognitio haberi posset, ut ob cor-
poris agilitatem, actusque viriles, *Tuschi n. 8.*,
14 *Altimari vers quoad successionem*. Si vero post fa-
ctam declarationem istam virilem tamquam fæmi-
nam se cognoscere fecit, privatur majoratu; cum
jam cognoscatur magis in fæminino, quam in
masculino sexu incalescere. Si tamen non fa-
cto suo, sed ex accidenti evadit fæmina, tunc
non debet privari successione pro masculis or-
dinata, *Altimari ver. si vero ille*.

15 Sed an hermaphroditus excludit fæminas in
nostro Regno, vigore Constit. *in aliquibus*? Et
idem dicas, quod de majoratu, & fideicom-
misso dictum est, ut tradit *Altimari ver. quæ
diximus*.

C A P. IX.

De partu supposito,

SUMMARIUM.

PArtus alienos humana avaritia supponit, n. 1.
Partus suppositio quid, n. 2.
Accusandi jus spatio temporis præscribitur, n. 3.
Fallit n. 4.
Agentes, & consentientes pari pœna puniuntur, n. 5.
Quinam ad accusandum admittuntur, n. 6., & 7.
Etiam ex officio procedi potest, n. 8.
Pœna suppositionis arbitraria est, n. 9.
Accusatio an differatur ad tempus pubertatis, n. 10.
*Sententia lata contra matrem non debet nocere fi-
lio, n. 11.*
Suppositio præsumptionibus probatur, n. 12.
Enumerantur præsumptiones n. 13. 14. 17. 18. 19. 20. 26.
*Partus quinquagenarius existimatur rarus, n. 15.
& 16.*
*Præsumptio evanescit, nulla existente supponendi
causa, n. 21. & seqq.*
*Licitum est mutare nomen citra alterius injuriam,
n. 24. & 25.*
Suppositio ad captandos amores aliquando fit, n. 27.
*Suspenditur suppositionis causa criminaliter inten-
tata, donec causa civilis successionis terminetur,
num. 28.*
*Partus suppositus an possit heres institui, n. 29., &
cui ejus successio deferatur, n. 30.*
*Quæ solemnitates requirantur ad evitandam partus
suppositionem, n. 31., & seqq.*
Affertur praxis n. 35., & seqq.
Omissio modicæ solemnitatis non obstat, n. 39., & 40.

1 HUmana avaritia crevit adeo, ut alienos
partus occulta suppositione proprios ef-
ficere

ficere non erubescat. Hinc partus suppositio
non aliud dicitur, quam facere filium, qui re-
vera non est, alterumve loco veri ponere;
2 quod adeo grave delictum Imp. Antonino *in
l. 1. Cod. ad leg. Corn. de fals.* visum fuit, ut ca-
pitis pœnam supponenti partum imposuerit.
3 Et licet accusatio falsi, atque fere cujusli-
bet delicti spatio viginti annorum præscriba-
4 tur, *l. querela 12. Cod. eodem*; attamen hoc sup-
positionis crimen nulla temporis præscriptio-
ne finitur, ex sententia J. C. *in l. qui falsam*
5 *19 ff. ad l. Carn. de fals.* Et agentes, & con-
sentientes pari pœna puniuntur, ex traditis
per Ulp. *in l. utrum 6. ff. ad l. Pomp. de parri-
cid.* Immo contra ipsos complices proceditur
etiam post mortem matris supponentis, *d. l.
Qui falsam, ver. nec interest*, & tradit *Martia-
nus in l. licet mulieri, 2. ff. de Carbon. edict.*
6 Ad hanc autem accusationem proponen-
dam non quilibet de populo admittitur, sed
soli parentes, aut ii, de quorum interesse agi-
tur, ut Modestinus ait *in l. Lege Cornelia 30.*
7 *ff. ad leg. Carn. de fals.* Et quamquam filius sit
de iis, ad quos res pertinet, nihilominus tamen
prædictam accusationem dare nequit, sed tan-
tum civiliter adversus suppositum partum age-
re potest, *l. Hi tamen, ver. nam ff. de accusat.*,
& hoc propter reverentiam, ut ibidem sub-
dit Glos.
8 Vult tamen *Farinaceus de falsit. q. 150. n. 263.*,
quem refert *Altimari de nullit. contract. tom 6.
rubr. 2. q 1. n. 66. ver. quod in delicto*, posse ju-
dicem in hoc delicto ex officio sine querela
procedere, cum sit atrocissimum, plura con-
tinens delicta; & quamvis pœna erat capitalis,
9 effecta inde est arbitraria, ut tradunt *Caran-
za de partu suppos. cap. 5. n. 15.*, *Gomesius in
leg. Taur. 83. n. 12.*, *Menochius de arbitrar. cas.
306. n. 38.*, *De Angelis de delict., & pœn. p. 1. cap.
95 n. 12.*, *De Luca ad Franchis in dec. 332. n. 4.*
10 Et data accusatione adversus matrem, ne-
quit accusatio differri ad tempus pubertatis
ex vi Carboniani edicti, *De Angelis n. 6.*, quod
quidem erit differendum, si adversus infan-
11 tem, vel minorem erit lis mota; & lata in-
de sententia contra matrem, non debet no-
cere filio; *Altimari ver. si aliquis Cognatus.*
12. Suppositionis delictum quoniam occultum
esse assolet, ideo præsumptionibus probari pot-
est, *Mascardus de probat. concl. 788. n. 43.*, *&
concl. 1147. n. 2., & 29.*, *Menochius de arbitr. cas.
116. n. 7.*, *Caranza de partu suppos. cap. 5. n. 51.*,
Altimari ver. quamodo probatur.
13 Præsumptiones vero sunt impotentia ge-
nerandi in viro, vel uxore; aut si constet
non cohabitasse maritum cum uxore ob cau-
sam infirmitatis, aut similis; aut si longo tem-
pore fuit maritus absens, exindeque infantem
in domo sua invenit; nam in omnibus his,
similibusque casibus talem natum non pro
vero filio judicari ait Ulpianus *in l. Filiam 6.
ff. de iis, qui sunt sui, vel alien. jur.* Hinc de-
ficiente vicinorum scientia, & quia mulier
prægnans obstetrices non vocavit, ac in lo-
cum solitarium tempore afferti partus se con-
tulit, merito suppositus præsumendus erit
partus, *Lara de vita hamin. cap. 8. n. 59.*, *Me-
nochius de præsumpt. lib 5. præs. 24. n. 16.*, aliique
apud *Altimarem ver. præsumitur partus.*
14 Erit etiam legitima præsumptio, si femi-
na ejus ætatis fuerit, ut secundum naturam
concipere nequeat, ut tradit *Menochius num.
4.*, quæ ætas exemplificatur in anno quin-
quagesimo, nam ultra tale tempus feminam
concipere non posse certum est apud Philo-
sophos, ut testatur *Plinius lib. 7. natural.*
15 *histor. cap. 14.* Immo partum quinquagena-
rium mirabilem, atque rarum existimavit
Imp. Justinianus *in l. Si major 12. Cod. de
legit. hered.*, & vide *Menochium num 5.*, *&
in num. 9.* refert *Aristotilem lib. 5. de hist.
anim. cap. 14.* ita dicentem: *Homo ad annum*
16 *usque septuagesimum, videlicet termino alti-
ma potest generare; fœmina usque ad quinqua-
gesimum. Verum id raro. Paucis enim proles
in eo ætatis tempare procreata est; sed ma-
gna ex parte maribus quintus & sexagesimus
annus finis procreandi est; fœminis quintus,
& quodragesimus.*
17 Præsumptio adhuc erit suppositionis par-
tus, si fuit mulier visa supra ventrem porta-
re culcitram, vel si ad locum partus fuerit
allatus Infans recenter natus, *Menochius n. 18.*,
Mascardus de probat. concl. 1147. num. 15.,
18 *Altimari ver. idem mulier*; aut si mulier, quæ
peperisse dicitur, lactis vestigium non habe-
ret, *Lara de vita homin. cap. 8. num. 63.*,
Altimari ver. idem si in muliere, vel si non
19 permisit ventrem inspici, *Menochius num. 15.*,
Mascardus num. 12., quæ, aliæque præsumptio-
20 nes contrariis præsumptionibus eliduntur,
atque etiam a possibili, *Altimari ver. verum
tales.*
21 Hinc evanescit conjectura, & præsumptio
suppositionis partus, si nulla extiterit causa
ipsum partum supponendi, *Menochius num.
25.*, *Mascardus concl. 1147. num. 28.*, immo
refert *Sarnus in prax. crim. cap. 46. n. 14.*,
22 *& seqq.*, partus suppositionem posse licite
fieri, non existente suppositionis causa, nem-
pe non occurrentibus dolo, & interesse. Era
enim facta suppositio præsumitur in gratiam
magnarum successionum, ne ob defectum
propriorum filiorum ad defuncti proximiores
transeat hereditas; ideoque iniquum existima-
tum fuit, ut per suppositionem partus alieni
hereditas proximiori consanguineo adimatur.
Eapropter judici ante omnia de supponendi
causa constare debet, quæ ipsi facinori sit
adæquata; nam sicuti in falsitate requiritur
dolus, & fraus, ita in suppositione, quæ
respectu eam committentis est causa delicti,
respectu vero tertii est interesse, *Sarnus n.
11., & 12.*, *De Angelis de delict., & pœnis
p. 1. cap. 95. num. 9.*, & dum neque dolus,
23 neque fraus, seu tertii interesse in partus

suppositione intervenit, nulla delicti ratio habenda erit, quia tollitur suspicio falsi, cum nulla causa committendi falsum interfit, & dum nulla lucri, aut commodi spes haberi possit, *Cravetta conf. 75. num. 13.*, *Rolandus conf. 38. num. 38.*, aliique apud *Menochium de præsumpt. lib. 5. præf. 20. num. 47.*

24 Quoties igitur alia ex causa, quæ delictum non sonat, fit suppositio, valida erit; prout in mutatione nominis, quod cuique citra alterius injuriam novum imponere certum est, per Rescriptum Dioclet., & Maxim. *in l.*

25 *unica Cod. de mutat. nomin.*, & consequenter partus suppositio, cui dolus, & fraus non intervenit, licita est, & pro adoptione considerator, cum fit etiam filii nun sui suppositio, *Sarnus num. 17.*

26 Evanescit etiam suppositionis conjectura, & præsumptio inter personas vilis conditionis, nam non præsumitur hoc crimen, dum magnum lucrum non habetur, *Mascardus n. 56.*, *De Angelis num. 2.*, aliique apud *Altimarem de nullit. contract. tom. 6. rubr. 2. q. 1. num. 66. ver. si magnum lucrum.*

27. Verum partus suppositionem aliquando ad captandos amores amantium fieri tradit *Paulus Zacch. quæst. medicolegal. lib. 3. tit. 2. q. 8. num. 3. ver. ceterum*, hinc legitur apud *Juvenalem sat. 6.*

Transeo suppositos, & gaudia, votaque sæpe,
Ad spertus decepta laus, atque inde petitos,
Pontifices falios, scaurorum nomina salso
Corpore laturo stat formas, improba noctu
Arridet nudis infantibus, hos fovet omnes,
Involuitque sinu, domibus tunc porrigit altis,
Secretumque sibi mimum parat, hos amat hisse
Ingent utque suos ridens producit alumnos.

28 Hujus suppositionis causa intentata criminaliter nequit prius diffiniri, nisi terminata causa civilis successionis, ut decisum tradit *Thorus in comp. decis. p. 3. ver. causa criminalis*, & refert *Altimari ver. intentata causa.*

29 Quid autem dicendum in casu, quo suppositus tamquam filius a testatore fuit heres institutus? Et nulla erit talis institutio, itaut tali supposito heredi instituto tamquam indigno auferenda erit successio per Tex. *in l. Auferter 46. ff. de jur. fisc.*; cui tamen defe-

30 ratur successio, quæstio est, quam videas apud *Altimarem num. 66. ver. sed quando quis.*

31 Ad hoc autem ut partus suppositio evitetur, necesse est, ut adhibeantur solemnitates, quas transcribit Ulpianus *in l. 1. § de inspiciendo ff. de ventr. inspic.*, & prima est, ut pariat mulier in domo eligenda a judice, & conducenda ab interesse prætendentibus. Secunda, ut inspiciatur venter, & eligantur quinque mulieres, ut ventrem tangant. Tertia, quod pariens custodiatur a tribus mulieribus liberis, atque aliis tribus viris liberis. Quarta, ut assistant in partu quinque mulieres liberæ, & duo obstetrices. Quinta quod adsint tria luminaria, & quod natum erit, ostendatur iis, quorum interest, & apud eum educetur, apud quem pater jusserit.

32 Ut igitur suppositionis fraus evitetur, omnes prædictæ solemnitates observandæ erunt, ea ex ratione, quam consideravit Ulpianu. *in d. l. 1. §. sed & si servus*, quoniam publice interest, ne partus subjiciatur, ut dignitas ordinum, & familiarum conservetur. Et absurdum foret, ut per alienas sordidas stirpes splendidi, ingenuique natales subrogentur, & falsæ agnationi hereditas deferatur.

33 Quæ solemnitates fuerunt observatæ in personam Franciscæ Salazer in Regia Curia, ut refert *Valens. conf. 96.*, & habetur etiam

34 factum Serenissimæ D. Costantiæ sororis Regis Gulielmi monialis professæ ex dispensatione Apostolica uxoris Henrici VI. Imperatoris; quas D. Costantia cum fuisset annorum quinquaginta, ob hanc causam voluit ipse Henricus, ut palam sub tentorio pareret, ne de aliqua suspicione inde dubitaretur, ut tradunt relati per *Sarnum in prax. crimin. cap. 46. num. 10.*

35 Et ceteris omissis, videndus *De Franchis in dec. 332.*, ubi mortuo Marco Cimmino, in suo testamento instituit heredem posthumum nasciturum ex Magnifica Laurea ejus uxore, si masculus; sin autem femina, substituit fratres. Ipsa Magn. Laurea in domo sui patris se contulit. Sed substituti ad omnes suspicionis fraudes evitandas, instarunt in S. C., ut partus tempore accedat Magn. Laurea ad aliam domum ipsis non suspectam, atque servari, quæ de jure decreta sunt. Et quamquam attenta personarum qualitate, nulla suspicio adesse potuisset, nihilominus idem S. C. ut juris dispositionem servaret, aliam domum, in qua pareret, elegit; jussitque pariter, ut omnia, quæ *in l. 1. §. de inspiciendo ff. de ventre inspic.*, posita sunt, observarentur. Et quia periculum erat in mora, in diebus Paschalibus idem S. C. se congregavit in ædibus Divorum Petri, & Catharinæ de Majelis, & interposuit sequens decretum.

Die 7. Mensis Aprilis 1574. Neapol.

36 „ Stante natura causæ, per Magnificos U.J. „ Doctores Dominos Michaelem de Villanova, „ Vincentium De Franchis, Jacobum Anellum „ de Bottis, & Casparem Pinarium Regios „ Consiliarios provisum est, quod Magnifici „ Paulinus, & fratres Cimmini conducant do„ mum Magn. Lucretiæ Caracciolo sitam in „ Platea Nidi, ad quam accedat dicta Magn. „ Laurea de David, una cum ejus Magnificis

„ ma-

„ matre, & patre ibidem paritura; & similiter
„ ad eam accedant, & permaneant dicti Mag.
„ Paulinus, & ejus conjux; & quod tempore
„ ejus partus in eo interveniant duæ obstetrices,
„ videlicet Rosa Romana, quæ alias intervenit
„ in alio partu prædictæ Magn. Laureæ, & Fi-
„ ladora Paladina. Et nihilominus provisum est,
„ quod ante januam domus suæ cameræ, in
„ qua dicta Laurea paritura erit, stare debeant,
„ donec pariat, tres mulieres liberæ, videlicet
„ Magn. D. Lucretia Carafa qu. Diomedis, Joan-
„ na de Ebulo uxor Magn. qu. Bartholomæi
„ Carafa, & Lucretia Carafa uxor Magn. Fa-
„ britii de Tufo cum salario taxando; data
„ etiam eisdem partibus facultate adhibendi
„ tres homines liberos per S. C. eligendos:
„ Necnon provisum est, quod citra præjudicium
„ jurium utriusque partis dicti Paulinus, & fra-
„ tres parent, & ornent domos prædictas,
„ quam citius voluerint, ut commode dicta
„ Magn. Laurea in ea parere, & habitare pos-
„ sit juxta ejus conditionem. Et insuper de-
„ ponant prædicti Paulinus, & fratres biscen-
„ tum vigintiquinque aureos pro alimentis ipsius
„ Laureæ, & partus, & famulorum, salva pro-
„ visione facienda mulierum, quæ interesse de-
„ beant in ipso partu, quando partes instabunt.
„ Hoc suum.

Quam provisionis explicationem in hoc decreto reservatæ declaravit idem S. C. sub die 19. Aprilis sequenti tenore:

37 Decreto S. C. provisum est, quod tempore, quo dicta Magn. Laurea parere cœperit, ac prousque pariat, adsistant in loco partus prædicti Magn. Portio Sanfelice, Sarra Brancatia, Adriana Sarracena, Jolia Lancianesia, & Beatrix Mirabella.

38 Et cum filium masculum peperisset dicta Magn. Laurea, dubitatum fuit, per quem solvi deberent expensæ pro dictis mulieribus erogatæ. Et per idem S. C. sub die 15. Junii 1571. provisum fuit, dictos fratres teneri, quia cum quis petat aliquid a Judice fieri, ipse expensas facere debet, *De Franchis n. 1., & seqq. ubi De Luca num. 1., & in n. 3.* subdit, quod licet in suprapostita decisione videatur omissa solemnitas de tribus luminibus in inspiciendo partu, quæ lumina tam nocturno, quam diurno tempore intervenire debent, ut tradunt *Surdus conf. 158. num. 16. lib. 2., Gratianus cap. 199. num. 16., Lara de vita homin. cap. 8. num. 14.*, aliique apud *Altimarem de nullit. contract. tom. 6., rubr. 2. q. 1. 66. ver. alia solemnitas est*; attamen non ita est, sicuti prima fronte apparere videtur. Etenim *De Franchis* quamquam nonnullas transcripsit solemnitates, & illam de tribus luminibus omisit, verumtamen in *num.* 1. refert jam S. C. jussisse servari ea, quæ ponuntur *in l. 1. §. de inspiciendo ff. de ventre inspic.*; eapropter remissiva de ceteris solemnitatibus ad eam legem se habuit.

39 Ceterum omissio modicæ solemnitatis non
obstat; maxime ob causam rusticitatis, aut
si alias regionis mos observaretur, ut tradit
idem Ulpianus *in dict. l. 1. §. fin.*, & Julia-
nus *in l. Edictum 2. ff. eodem* consulit, ut
40 Prætor remittere debeat, si non malitia,
sed imperitia mulieris factum fuerit, ne ven-
ter inspiceretur, aut partus custodiretur. Et
hodie tales solemnitates in usu non sunt, &
41 non observantur, nisi a mariti propinquis
petantur, ut testantur *Caranza de partu in
tit. de sign. concept., De Luca ad Franchis
in dict. dec. 332. in appendice*; ubi subdit
ita observatum vidisse in opulentis hereditatibus, ubi ab intestato venientes inhiare solerent adversus mulierem, uari sacra fame.

C A P. X.

De partu exposito.

SUMMARIUM.

Partus expositus miserabilis, & mortuus consideratur, num. 1.

In dubio censetur legitimus, num. 2., & 3.

An sit capax dignitatum, successionum, & sacrorum ordinum, num. 4., & seqq., & 10., & 11.

In prolis favorem interpretatio fieri debet, num. 7., & seqq.

Expositus non præsumitur baptizatus, num. 12.

Expositus a quo erit alendus, num. 13., & seqq.

Locorum consuetudini standum est, num. 17.

Pater dives expensos restituere tenetur, num. 18.

Pater exponens patria potestate privatur, num. 19., fallit, num. 20., & 21.

Pater filiam expositam dotare tenetur, num. 22.

Pater exponens jus filiationis amittit, num. 23.

Filius expositus patrem occidens parricida non dicitur, num. 24.

Pater potest filium expositum agnoscere, & tunc legitimus dicitur, num. 25.

Expositi domicilium loci acquirunt, num. 26., & 27.

Expositis ab intestato morientibus quinam succedat, num. 28., & seqq.

1 OCculti parentes, qui natos suos retinere nolunt, eos in loco publico exponere faciunt, sicque ipsos miserabiles efficiant,

ciuat, immo necare videntur, ut tradit J.C.
in l. Necare 4. ff. de liber. agnofc., & quam-
vis dubitetur cujus fit partus, nihilominus in
2 dubio legitimus, & non dubius cenfendus
erit, *Cardinal. Palent. de nothis cap. 63. n.
3.*, *Menochius de arbitrar. caf. 369. in fine*,
Sabellius §. filiatia num. 17. ver. quod filii,
Pafchalis de patr. pot. p. 1. cap. 6. num. 10.,
Lara de vita homin. cap. 7. num. 50., *Gra-
tianus cap. 135. num. 31.*, *Caramu de partu
cap. 4. num. 40.*, *Peregrinus de fideicom. art.
43. num. 71.*, *Maradei filius in abfer. ad fin-
gul. 195. num. 3.*, aliique apud *Altimarem
de nullit. contr. tom. 6. rubr. 2. q. 1. num. 66.
3 ver. tales expofiti*, & adeo legitimus exifti-
matur, ut abfque ulla difpenfatione ad fa-
cros ordines promoveri poffit, *Caranza num.
50.*, *Maradei loc. cit.*, atque capax dignita-
4 tum, & fucceffionum erit, *Gratianus loc. cit.*,
& cap. 218. num. 68., *Altimari ver. fic funt
5 capaces*; immo notat *Gratianus cap. 267.
num. 24.*, hoc verum effe, etiamfi ftatutum
qualitatem, & puritatem fanguinis requirat.
Etenim multi revera etiam exponuntur, qui
6 funt legitimi; & quamquam veritas conftare
nequeat, femper tamen in meliorem partem
interpretatio fieri debet, atque in prolis fa-
vorem, quemadmodum Canonicis Beneven-
tanis refcripfit Innocent. III. *in cap. Ex te-
nore 14.*, *qui filii fint legitimi*. Hinc firmat
7 *Pafchalis de patr. pot. p. 1. cap. 6. num. 10.*,
quod fi teftis fimpliciter dicat, talem effe
filium talis, intelligitur probatum, eum effe
filium legitimum, & naturalem. Item quam-
8 quam matrimonium regulariter non præfu-
matur, tamen utpote filii pro legitimis ha-
beantur, & erunt præfumendi. Et tandem
cum neceffe fit, ut homines ex aliquo coitu
9 nafcantur, præfumendum erit, ut potius ex
licito concubitu, quam illicito fuerint fufce-
pti, & vide *Menochium de arbitr. caf. 89.
num. 23.*

10 Verum quoad promotionem ad ordines re-
fert *Pirrhus Carradus in prax. difpenf. apo-
ftol. lib. 5. cap. 2. num. 1., & feqq.*, quod
quia expofitorum genus ita obfcurum eft, ut
fere femper origo, & parentes nefciantur,
ideo non vana oriri poteft dubitatio, ut ta-
les inter legitimos connumerentur. Et quam-
quam legitimi plures etiam exponi ob fuo-
rum parentum egeftatem foleant, attamen
non conftito de legitimitate, æquius eft, ut
pro illegitimis habeantur; cum verofimilius
fit, eos extra matrimonium nafci, qui ita a
genitoribus contemnuntur. Et ficuti omnes
incogniti ab ordinibus excluduntur, fortius
& ifti expofiti, qui cum poffint effe rebapti-
zati, ex hoc folum, etiamfi ignoranter, ad
Clerum non admittuntur; cum fola dubita-
tio, an quis fit rebaptizatus, irregularem
efficiat. Immo experientia femper docuit,
paucos effe, qui exponuntur, legitimos; fed
omnes fere illegitimos, ut in dies videmus,
& audimus, ob pofthabitam fuorum genito-
rum cognitionem; meritoque in dubiis tu-
tiorem partem eligendam effe refcripfit In-
nocentius III. Capitulo Herbipolen. *in cap.
illud ver. licet, de Clericis excomunic.*, &
Clemens III. *in cap. ad audientiam, ver.
11 quod de homi. volunt.* Hinc fubdit laudatus
Corradus ftylum invaluiffe, ut difpenfationes
a Pontifice petantur, quæ concedi debent cum
omnibus qualitatibus, conditionibus, claufu-
lis, & decretis, cum quibus pro illegitimis
conceduntur. Quæ tamen difpenfationes ho-
die vigore *Concil. Trident. feff. 25. cap. 15.
de reformat.*, & Conftit. Clem. VIII., quam
in viridi obfervantia effe teftatur *Corradus
fub num. 14.*, a Curia exularunt, & fuo tem-
pore denegatas vidit indiftincte, etiam ad
inftantiam nonnullorum Magnatum, quam-
quam deinde conceffas audivit a Paulo V.,
& Gregorio XV.

12 Expofitus igitur puer quia baptizatus non
præfumitur, ideo baptizandus erit, ut ftatuit
Gregorius IV. *in Can. parvulos de confecrat.
dift. 4.*, *& in Can. placuit, eodem*, *Menochius
de præfumpt. lib. 6. præf. 14. num. 8.*, *Alti-
mari de nullit. contract. tom. 6. rubr. 2. q. 1.
num. 66. ver. infans expofitus*.

13 Sed a quo erit alendus, multum difcor-
dant Doctores; quidam dicunt Epifcopum
teneri, ut refert *Surdus de aliment. tit. 1.
14 q. 81. num. 1.*, alii Principem, *Capiblanca
de Baronibus lib. 2. cap. 100. num. 33.*, *Con-
ftantius in prag. unica de infant. deperdit.*,
15 ceteri volunt pertinere ad Univerfitatem;
nam cum tales expofiti dicantur filii populi,
ut ex illo verfu,

Cui pater eft populus; pater eft fibi nullus,
& omnis:

merito ad ipfam Univerfitatem, uti ipforum
matrem tale onus fpectare debet, ut tradunt,
*Boffius de alim. cap. 9. §. 2. num. 597., &
feqq.*, *Barbofa tit. de infantib. languid. expo-
fit. lib. 5. decret. cap. unic. num. 4.*, aliique
apud *Altimarem ver. expofiti*.

16 Verum *Thefaurus in dec. 118*, relatis hinc-
inde opinionibus, judicatum refert, quod fi
in loco extet hofpitale, ejus oneris erit ex-
pofitos alere; in cujus defectum ad Recto-
rem Ecclefiæ, qui fi fufficientes facultates
non haberet, & tunc Baro, Ecclefia, &
Univerfitas pro rata tenerentur, quod etiam
teftatur *Maradei in fing. 195.*, ubi tamen re-
fert *prag. 1. de infant. perdit.*, difponentem,
tales expofitos Incurabilium Hofpitali fore
confignandos. Hinc Neapoli adeft Ecclefia,
& Hofpitale SS. Annunciatæ, ubi tales ex-
pofiti aluntur, & educantur, aliifque Regni
17 in locis exiftunt adhuc hujufcemodi loca pia.
Ubi vero locus ad id deftinatus non inveni-
retur, ftandum erit locorum confuetudini;
& in hac Civitate Citrarii immemorabilis eft
confuetudo, ut per Univerfitatem tantum
tales expofiti alendi fint; quam etiam con-

fue-

ſuetudinem in ſua patria Caſalenſi obſervari
teſtatur *Surdus de aliment. tit. 1. q. 81. n. 2.*
18 ad quas tamen expenſas quia pater ex ju-
ſtitia teneretur, merito ſi dives fuerit, reſti-
tuere eas deberet, ut volunt *Gratianus cap.
267. num. 41.*, *Antonell. de regim. Eccl. lib.
6. cap. 38. num. 3.*, aliique apud *Altimarem
ver. quod ſi pater.*
19 Immo talis pater exponens in pœnam tan-
tæ crudelitatis patria poteſtate privatur, ut
ſenſit Gregorius IX. *in cap. unic. de infant.
expoſit.*, & tradunt *Surdus de aliment. tit. 4.
q. 18. num. 51.*, *Ciarlinus contr. 117. num. 21.*,
Caranza de partu cap. 4. num. 38.
20 Ob mendicitatem tamen patris licitum eſt
infantem exponere; cum ſufficiat ei, qui ale-
re tenetur, ut alimenta procuret, *Gratianus
dec. 287.*, *ubi De Luca num. 8.*, aliique apud
Altimarem ver. ſed ſi pater; hinc licet pater
exponens incurrat pœnam latam *in l. Unuſ-
quiſque 2. Cod. de infantib. expoſ.*, in illis
verbis: *Unuſquiſque ſobolem ſuam nutriat,
quod ſi exponendam putaverit, animadverſioni,
quæ conſtituta eſt, ſubjacebit*; attamen pœnam
hanc arbitrariam effectam fuiſſe tradunt, *Cla-
rus §. fin. q. 83. num. 7.*, *Menochius de arbitr.*
21 *caſ. 396.*, immo habetur, quod ad infamiam
evitandam, ſi fuerit partus expoſitus ab ali-
qua puella nobili, aut decora, non erit affi-
cienda pœna, ſed abſolvenda, quemadmodum
abſoluta fuit quædam nobilis puella, teſte
Julio Claro loc. cit., & tenent quamplurimi
relati per *Altimarem de nullit. contr. tom. 6.
rubr. 2. q. 1. num. 66. ver. ſic puella*, & licet
22 nonnulli referant, nequaquam incurri pœnam
præfatæ *l. 2.* per exponentem infantem ma-
jorem triennio; nihilominus tamen uſque ad
pueros ſeptennales diſpoſitionem prædictam
procedere poſt alios firmat *Narbona de ætate
ann. ſeptimi q. 32. num. 3.*
23 Filiationis vero jus ſemper pater exponens
amittit; hinc filius expoſitus patrem occidens,
non dicitur parricida, *Gratianus cap. 267. n.
6.*, *Menochius de arbitr. caſ. 356. num. 39.*,
Paſchalis de patr. poteſt. p. 1. cap. 2. num. 99.
24 Poteſt benevero pater puerum ſuum ex-
poſitum agnoſcere, & tunc legitimus, &
ſuus heres cenſebitur, *Gratianus num. 14.*,
25 *Altimari ver. expoſiti poſſunt*; fallit in do-
minis, & patronis, qui ſi ſemel expoſuerunt,
amplius eos agnoſcere nequeunt, *d. l. Unuſ-
quiſque, ver. ſed nec.*
26 Originem, & domicilium in loco, ubi ex-
ponuntur expoſitos acquirere tradunt, *Gra-
tianus cap. 75. num. 12.*, *Caranza de partu
cap. 4. num. 53.*, *Montanar. contr. 30. n. 10.*,
Boerius dec. 13. num. 41., *Mucci ad Sanfe-
lice dec. 74.*, *Ammond. ad Franchis in dec. 198.
num. 9.*, unde infantes qui in Civitate Nea-
27 politana in Hoſpitali SS. Annunciatæ expo-
nuntur, ejuſdem Civitatis privilegiis gaudere,
ex Arreſto Reg. *De Marinis 261. 519.*, &
520., *Anna Arg. 185.*, *Scialoya de foro com-
peten. cap. 18. num. 24.*, *Alex. ad Capyc. La-
tro conſult. 37. num. 5.*, quia cum eorum pa-
rentum origo ignoretur, ſumunt propterea
originem ex loco, in quo ſunt expoſiti, *An-
na loc. cit. Montanar. controv. 30. num. 19.*,
ubi ſubdit, quod ſi filii iſtorum expoſitorum
extra Civitatem naſcantur, non gaudent pri-
vilegiis Neapolitanorum, cum privilegium hoc
gaudendi civilitate originis paternæ a lege
datum ſit origini veræ paternæ, & origo
vera expoſitorum ignoratur.
28 Sed quis ſuccedere debeat expoſitis his ab
inteſtato morientibus? Nonnulli tenent in fa-
vorem Hoſpitalis, ubi expoſiti allevati fuere,
ut ſunt *Peregrin. de jur. fiſc. lib. 4. tit. 6. n.
17.*, *Capriol. de ſucceſſ. ab inteſt. lib. 5. cap. 6.
num. 134.*, *Ganaver. dec. 36. num. 9.*, aliique,
quorum opinionem refellunt *Barboſa tit. de
infantib., & languid. expoſ. num. 9.*, *Paſcha-*
29 *lis de patr. poteſt. p. 2. cap. 1. num. 73.*, ubi
ſubdit, oppoſitum nullo in jure cautum repe-
riri, & videndus *Altimari de nullit. contr.
tom. 6. rubr. 2. quæſt. 1. num. 66. ver. hoſpi-
tale.* Sacrum Conſilium tamen apud *De
Franchis in dec. 198.* articulum hunc indeci-
30 ſum reliquit; verum ipſe *De Franchis* poſt-
quam ſecundam opinionem primo in loco
deguſtavit, tandem confeſſus fuit, ſe audiviſſe
quædam hoſpitalia eſſe in hac quaſi poſſeſ-
ſione ſuccedendi; ex quo in cauſa, de qua
jam agebatur, mandavit debitoribus, quod
facerent depoſitum, quod poſtea liberavit
Hoſpitali cum cautione de reſtituendo in for-
ma; nec alias principale punctum fuit deci-
31 ſum; idem necnon plene tractavit *De Luca
in d. dec. 198. De Franchis*, & firmavit in
Hoſpitalis favorem tenendam eſſe opinionem
pro bono publico, ut Eccleſiæ ad parvulis
neceſſaria ſubminiſtrandum invitentur. Et quia
jus querelandi, & remittendi eidem, qui
32 jus ſuccedendi habet, competere certum eſt,
ut dicemus *par. 2. cap. 12. num.* , ideo
deciſum fuit in S. Conſ. teſte *Thoro in comp.
deciſ. p. 3. ſect. 3. ver. remiſſio*, quod commiſſo
ſtupro in perſonam expoſitæ in Civitate Nea-
politana, jus querelandi, & remittendi ad
Sacram domum SS. Annunciatæ, ubi alimen-
ta recepit, pertinere debet, & ita ſervatum
refert *Tartaglia in prag. fin. de compoſit. n.
2.*, & ſequitur *Altimari ver. ſi committitur*,
contra *Paſchalem num. 73.*
33 Et quod dictum eſt de hoſpitali, procedit,
adhuc de quolibet nutritore expoſiti, qui
jam ſibi patris nomen aſſumpſit, *De Luca
ad Franchis in dec. 198. num. 2.*, *Altimari
ver. & de quolibet*; & ſi plures fuerint nu-
34 tritores, omnes pariter ſuccederent, *De Lu-
ca loc. cit.*, *Gratianus cap. 155. num. 31.*,
Altimari ver. imo ſi plures.

CAP.

C A P. XI.

De ætate, ejusque divisione.

S U M M A R I U M.

ÆTas describitur, num. 1., & seqq.
Multis modis sumutur, num. 5.
Dividitur num. 6., & seqq.

1 MOrtalium ætatem describit *Baldus conf.*
19. num. 13. lib. 5., & post ipsum *Vir-*
gilius de legitim. pers. pupil. cap. 1.
num. 1., aliique apud *Altimarem de nullit.*
contr. tom. 6. rubr. 2. q. 1. num. 2., & 64.,
ut sit quædam temporis mensuratia a nativita-
te usque ad abitum recurrens. Sibi tamen non
placere descriptionem hanc ait *Paul. Zacchias*
lib. 1. quæst. medicolegal. q. 1. num. 2., quia
non integram rei naturam declarat, prout
videndus *Baronius de effect. minor. ætat. cir-*
ca judicial. in prælud. num. 1., & dicit, *ætu-*
tem esse vitæ curriculum, qua luculenter cor-
poris constitutio per se, suoque nutu mutatur;
3 fatetur tamen *Zacchia num. 3.*, quod ipsemet
tamquam medicus, *Baldus* vero utpote ju-
risperitus ætatem prædictam descripsit, vide
Baronium num. 3., verum *Oddus de restit. in*
4 *integr. p. 1. q. 2 art. 2. num. 12.* ex intentione Al-
berti Magni ait *ætatem esse spatium temporis*
homini in hac vita concessum, in quo virtus
vitæ secundum omnem suæ operationis modum
perficitur.
5 Scio benequidem ætatem in genere sum-
ptam pro mundi adhuc ætate sumi posse,
quæ ab Adam usque ad Mundi consumatio-
nem habetur; de qua sermonem esse non
oportet; benevero de ætate illa, quæ homi-
ni erit quoddam substantiale, per quod quis
prædicatur scire, & alia facere, secundum
tradita *in l. Si infanti 18. Cod. de jur. deli-*
ber.. Hinc ætatem istam diversimode partitam
6 a gravibus viris legimus apud *Menochium de*
arbitrar. lib. 2. cant. 1. cas. 57., & omnium
primus fuit Tullius Romanorum Rex, qui in
constitutione census suæ urbis in tres partes
divisit Cives, in pueros nempe, juniores, &
seniores. Pythagoras in quatuor distribuit, ex
quatuor anni temporibus, quod & probavit
Accursius in l. hereditatum ff. ad leg. falcid.;
Varro Terentius, & Servius Grammaticus in
quinque tempora constituerunt. Glosator sexti
libri Decretalium in proœm. *in Glos. perfectus*
in sex partes reposuit. Hippocrates tandem
in septem partes divisit.
7 Nobis tamen referre placet communem il-
lam divisionem, quam Doctores communi-
ter tradunt apud *Oddum de restit. in integr.*
q. 2. art. 2. num. 14., & seqq., *Baronium*
in prælud. circa judicial. num. 4., *Altimarem*
de nullit. contr. tom. 6. rubr. 2. q. 1. num. 3.,
aliosque, nempe in infantiam usque ad septi-
8 mum annum; in pueritiam, usque ad deci-
mumquartum in masculo, & duodecimum in
9 femina; in adoloscentiam, seu pubertatem
10 usque ad vigesimumquintum annum de jure
communi, & decimumoctavum de jure Regni;
11 in virilitatem, seu juventutem usque ad quin-
12 quaginta; in senectutem usque ad septuagin-
ta; in decrepitatem usque ad vitæ finem. Ratio-
nem cujus divisionis reddit *Oddus n. 22.*, nempe
quia homo parvus mundus nuncupatur, &
Mundus magnus sex ætatibus distinguitur,
ideo conveniens adhuc est, ut homo sex
ætatibus claudatur; eo maxime quod sena-
rius numerus perfectus numerus est secun-
dum arithmeticos; atque est numerus qua-
dratus, maximæque perfectionis, cum in
seipso multiplicatus, in seipso desinat, vide-
licet in trigintasex. Ex his igitur ætatum
speciebus super primis tribus ad institutum
nostrum pertinentibus graduatum sermonem
efficiemus, & quia infantia prior ætas est,
ideo sit

C A P. XII.

De ætate infantis.

S U M M A R I U M.

INfantia prima ætas est, n. 1.
Ejus principium, n. 2., & seqq.
Infans quis dicitur, n. 6., & 7.
Primæ voces infantis, n. 8., & 9.
Infans a nemine instructus hebraicam vocem e-
mendat, n. 10.
Infans pro dormiente, & absente habetur, n. 11.,
& pro furioso, n. 12.
Infans quicquid videt, ignorat, n. 13., & seqq.
Infantis nullus est sensus, n. 17.
Ætas infantis infirma est, n. 18.
Infans nec velle, nec nolle habet, n. 19.
Et an sub hominis appellatione veniat, n. 20. & 21.
Infans in Popula non numeratur, n. 22.
Consuetudo rationabilis esse debet, n. 23.
Cognitio infantis parum distat a cognitione Bru-
to-

torum, *num.* 24.
Infantis nullus est dolus, nec amor, nec meritum, num. 25., & 26.
*Infans legum preceptis non ligatur, n.*27., & *seqq.*
Infans ante septennium aliquando rationis usum habet, n. 32., & 33.
*Quæ sit ætas infantis, n.*34., & *seqq.*
Olim omnes laici infantes nuncupabantur, n. 43., & 44.
*Filii cujuscumque sexus, vel ætatis apud Romanos vocabantur infantes, n.*45.
*Filii Regum antiquitus infantes nominabantur num.*46.
*Infantes nonnulli alii nominantur, n.*47.

1 INfantiam primam ætatem fore nemo est,
qui ambigit; quia talem nominavit Imp.
Justinianus *in l. cum non solum* 8 §. *ubi
autem Cod. de bon. quæ liber.* Dubitatur solum,
a quo tempore initium sumat. Etenim
2 *Valescus in prax. partit. cap.* 7. *n.*39., *Zacchias
medicolegal. lib.* 1. *tit.* 1. *q.* 3. *n.*9., aliique relati
a *Narbona de ætate anni septimi q.* 1. *n.*1. volunt,
infantiam incipere ab animato conceptu;
in cujus comprobationem adducunt illud
Genesis 34. *ver. final.*, ubi: *Instante autem
partu apparuerunt gemini in utero, atque in
ipsa effusione infantum unus protulit manum*;
& *Lucæ cap.* 1., ubi: *Exultavit in gaudio infans
in utero*; atque *D. Augustini lib.*3. *de Civit.
Dei cap.*3. in illis verbis: *Infantes nondum
natos de uteris matrum quædam verba clamasse.*
Quod in jure nostro comprobavit Callistratus
in l. cum pater 30. *ver. & quo, antequam
nasceretur infans, gessit, ff. de negot. gestor.*,
& faciunt dicta per eumdem in *l. etiam
ei* 46. *ff. de minor.*; & per Julianum *in l. qui in
utero* 26. *ff. de stat. homin.*
3 Verum, prædictis omnibus nequaquam obstantibus,
verior, & communior opinio est, infantiam,
sive ætatem infantilem ab ipsa nativitate
incipere, ut plene probat *Narbona
n.* 5., & *seqq.*, atque innumeros cumulat *Baronius
in prælud. circa judicial. n.* 5., & 61., &
Altimari de nullitat. contr. tom. 6. *rubr.* 2. *q.*1.
*n.*69.. Hinc Ovidius concinit;
Editus in lucem jacuit sine viribus infans.
4 Istamque opinionem comprobatam legimus
per Tex. Ulp. *in l.*1. *ff. de minor.*, & *in l. denique*
3. §. *minore quam vigintiquinque annis
nata, videndum est, an diem natalis sui ad hoc
dicimus, an horam, in qua natus est, ut, si
captus sit, restituatur, ff. eodem*, & Pauli in
l. non est pupillus, qui in utero est ff. de V. S.
Cum inde certum sit, sub pupilli nomine
infantem contineri, ex sententia *Theophili in*
5 *§. pupillus instit. de inutil. stipulat.* Et hæc secunda
opinio, uti verior, & communior, in
stricta significatione procedit, ut nequeat
quis infans vocari, nisi in lucem sit editus.
Attamen quia saltem in potentia, brevique
actu fœtus infans speratur, inspecto hoc futuro
nativitatis tempore, tamquam infans reputari
potest, ut tradit *Menochius de arbitr.
lib.*2. *cent.*1. *cas.* 57. *n.*8., *Narbona n.*12.
6 Infans igitur quia est, dum adhuc lactat, atque
in cunabulis jacet, merito dicitur *non
fans*, seu *loquens*, vel *inops fandi*, seu *loquendi*,
ut tradunt *Farra de essent. infant. cap.* 3. *n.*
2., *Lara de vita homin. cap.* 14. *n.*1., *Jovius de
solemnit. in contr. minor. glos.* 9. §. 1. *n.* 14., *Muscatellus
in prax. S. C. p.* 2. *glos. intimato n.*3.,
7 *Narbona n.* 24., & 27. Et revera quod infans
sit de iis, qui fari nequeunt est Tex.
Ulp. in l. mulier 70. *ff. de verb. oblig.*, & Impp.
Dioclet., & Maxim. *in l. infantis* 3. *Cod. qui*
8 *admitt. ad bonor.* Cujus primæ voces sunt *Pa,
Ma, ut Lara de vita homin. cap.* 15. *n.*44., *Altimari
n.*68., Et vocant *papa, bava*, idest *cibum*,
9 *& potum*, atque *mama, tata*, idest *matrem,
patrem*, quæ nomina sunt hebraicæ
linguæ, *Lara n.*13., *Altimari ver. infantes cum
primum.*
10 Et si semper infantes sermonem non intelligunt,
hebraicam vocem emandant, qui
sermo fuit primorum parentum; ideoque volunt
quidam, infantem a nemine instructum,
sed a nutrice muta lactatum hebraica lingua
inde loqui, ut *Lara n.* 12., aliique apud *Altimarem
ver. infans a nullo.*
11 Merito igitur infantem pro dormiente, &
absente haberi ajunt *Montan. de tutel. cap.*29.
*n.*18., *Menochius de arbitr. cas.*57. *n.*16., aliique
12 apud *Altimarem n.* 67. Immo ipsum furioso
æquiparavit Paulus *in l.* 1. §. *furiosum ff. de
action., & obligat.*, & *in l. ergo* 22. *ff. ex quib.
caus.*, & *in l. pupillus* 9. *de acquir. hered.*, *Modestinus
in l. infans* 12. *ff. ad leg. Corn. de Sicar.*,
Pomponius in l. condictione 2. *ff. de condict.
furt.*, & *in l. quod infans* 60. *ff. de rei vindic.* Ulpianus
in l. sed & si 5. §. *& ideo ff. ad leg.
Aquil.*, *Justinianus in l. sancimus* 7. *Cod. ad S.
C. Trebell.*, & *in l. ut perfectius* 2. *Cod. de annal.
except.*, & tradunt *Jovius de solemnit. in
contr. min. glos.* 9. §. 1. *n.* 15., *Narbona de ætate
anni octavi q.*4. *n.* 10., *Baronius in prælud. cir-*
13 *ca judicial. n.* 6. Et ideo quicquid videt infans,
ignorat, ex rescripto Imp. Constantini
*in l.*1. §. *impuberes Cod. de fals. mon.*, *Narbona
n.*8., *Jovius glos.* 15. §. 7. *n.*18., *Gomesius in l.
Tauri* 48. *n.*112., *Altimari de nullit. contr. tom.*
14 6. *rubr.*2. *q.*1. *n.*71. *ver. infans ignorat.* Et hoc
ex juris præsumptione, ut notat *glos. in d. l.*1.
& tradit *Ubert. de citat. cap.* 14. *n.* 8. 3., quem
refert *Bersanus de pupillis cap.*2. *cap.*15. *n.*2.
15 Et sicut ignorat quæ agit, ita agendorum
causam non intelligit, ut exponit Paulus *in
l. pupillus* 9. *ff. de acquir. hered.*, *Jovius n.* 17.
16 *Altimari ver. infans sicut.* Neque quicquid
agit, distinguit, ad tradita per J. C. *in l. quamvis*
32. §. *infans ff. de acquir. possess.*, *Bersanus*
17 *n.*2. Cum infantis nullus sit sensus, neque intellectus,
§. *pupillus, instit. de inutilib. stipulat.*,
neque consensus, ut probat *Narbona n.*9., neque
ulla memoria, ut tradit *Altimari n.* 71.
ver. nec habet; hinc ait *Mascardus de probat.*

18 *concl.665.n 9.*, & sequitur *Tuschi lit. E, concl.*
335. *n.* 3., quod memoria talis ætatis est infir-
19 ma, veluti illa feminæ; ideoque non habet
velle, nec nolle *Jovius glos.15.§ 7.n.21. Baro-*
nius n.7., *Altimari loc.cit.*
20 Immo sensit *Cajacius observat.lib.6.cap.21.*,
ut etiam refert *Altimari n.75.*, infantem ne-
que hominis appellatione contineri, ex eo,
quod lex Cornelia de Sicariis generaliter ho-
minum occisores puniendos statuit, & tamen
infantes sub lege ipsa comprehensi non vi-
debantur; taliter quod Imp. Valent., & Grat.
21 alteram legem edere existimarunt, quæ est
penult. suo cod. tit. de Sicariis, qua cautum
fuit, ut eadem dispositio ad infantis occiso-
rem adhuc protraheretur; vide *Narbonam n.5.*,
Oldum de restit. in integr. p.1. q. 2.art.7.
22 Ad inducendam consuetudinem in populo
neque infans numerari potest. Etenim con-
suetudo a majori parte populi fit habentis
consensum habilem ad legem, seu consuetu-
dinem inducendam, & infans computari ne-
quit in numero, cum nequeat legem con-
dere, quia ut ait Papinianus *in l.1.ff.de legib.*,
legem esse virorum Prudentum Consultum, quod
23 pro infante verificari nequit. Pariterque quia
consuetudo rationabilis esse debet, ex sen-
tentia Innocentii *in cap.ad audientiam 3., de*
consuetud., & infans nullam rationem habere
potest, immo omni rationis usu caret; ut
mox diximus, & probat *Narbona de ætate*
ann. vigesimiprimi q.3., quem cum aliis sequi-
24 tur *Altimari n.74.* Eapropter ipsius infan-
tis cognitionem parum a brutorum cognitio-
ne distare tradidit *Sotus in 4.dist. 27.q.2. art.*
25 2., & refert *Narbona n.2.*; Eidemque dolum
& nequitiam considerari non posse ait Mo-
destinus *in l.infans 12.ff. ad l.Corn.de Sicar.*,
Ulp.in l. impuberem 23.ff. de furtis; *& in l.*
illud relatam 3.§. fané ff.de injur., *Pomponius*
in l.quod infans 62.ff. de reivindic., *Imp. Con-*
stantinus in l.1.§. impuberes Cod.de falf.mon.
26 Et econtra nullum meritum, & nullus amor
considerari potest, *Altimari de nullit. contr.*
tom 6 rubr. 2.q. 1. n.71. ver. nullum habet.
27 Hinc sequitur, quod legum præceptis in-
fans non ligatur, *Sanchez in summa tom. 1.*
lib.1. cap. 12. n. 93., *Narbona de ætate anni*
decimi cum dimidio q.8. n.2., *Baronius in præ-*
ludio circa judicialia n.14., *& effect. 1. circa*
28 *spiritualia*, *Altimari n.88.*; necminus senten-
tia Interdicti, *Narbona n.3.*, nec irregularita-
29 tem incurrere potest, *Narbona n. 4.*, *Baro-*
nius d.eff.1.n.6. Altimari ver. infans non; ne-
30 que excommunicationem, *Narbona n.1.*, *Ba-*
ronius n. 14., *Altimari n. 89.*, etiam in casu
31 percussionis clerici, *Lara de vita homin.cap.*
17.n.38., *Altimari ver. quamvis.*
32 Accidere tamen potest, quod infans ante
septennium rationis usum habere posset; ut
in quarto, & quinto anno tradunt *Barbosa*
ad Concil. Trident. sess. 6. n. 5., *Lara de vita*
homin. cap. 15.n.1., *Altimari ver. imo etiam*;
33 Ideoque nequitiæ, dolique capax esse potest,
& consequenter flammis sempiternis dignus,
prout de infante quinque annorum, qui ob
blasphemias è manibus patris fuit a Dæmo-
nibus raptus referunt *D. Thomas dist.27. q.2.*
art.2. ad 2. D. Antonin. p.2. tit.9. cap. 8.§.2.,
D. Gregor. lib.4. dialogor. cap.18., *& vide p.2.*
cap. X. n.1., *& seqq.*
34 Sed quæres modo, quo in anno infantiæ
ætas finiatur? Et sciendum est, adesse Anto-
nium Fabrum, virum alias doctissimum, qui
in sua jurisprud.Papinian. *tit. 12. prin.6. illat.*
8., prout refert *Narbona de ætate anni septi-*
mi q.1.n.16.; nervose sustinuit, nullam adesse
ætatem ad infantiam finiendam præscriptam;
cum infans sit, qui fari, aut loqui non pot
est, sive septem annis major., sive minor
habeatur. Etenim ut fari quis possit, aut non,
æstimari non debet ex annorum numero, sed
ex reipsa, cum alii citius, alii tardius verba
emittant; & quamquam in pubertate præ-
scripta ætas videatur, provenit jam ex ho-
nestatis causa, & ut verecundiæ consuleretur
ut habitus ille corporis ab oculis eueretur
de quo vide cap. XV., quod in infante con-
siderari nequit, quoniam si investigari opor-
tet, aliquem esse, vel ne infantem, non aliud
excogitari potest, si ipsemet fari, vel ne sciat;
proindeque dum J. C. *in l.pupillus 9.ff.de ac-*
quir. heredi ait, eum, qui fari potest, here-
ditatem cum tutoris auctoritate adire posse,
intelligendus est de illo, qui concinne, &
subordinate loquitur, etiamsi fuerit septennio
minor; miraturque laudatus Faber de Tribo-
niano, qui primus fuit qui induxit definitionem,
& descriptionem infantis ex numero anno-
rum *in l.1.ff.de adm.tutor.*
35 Verum tamen Fabrum hunc recte impu-
gnavit *Osualdus ad Donellum lib.7.cap.9.lit.D.*,
& post ipsum *Narbona de ætate anni septimi*
q.1.n.16, *& seqq.*. Etenim non quia ante sep-
tennium quis concinne loquitur, habenda
tunc erit pro completa infantilis ætas; cum
accidere poterit, ut neque anniculus nomi-
nandus erit infans, cum talis fari possit, teste
Plinio lib. 11., & in præsenti tempestate fa-
cili experientia edocemur; immo neque pro
infante habendus erit semestris ille filius, qui
in crepundiis fuit articulate loquutus, ut apud
Alexandrum ab Alexandro lib. 2.dier. gen.cap.
31. Neque alter, qui triumphum Romæ in
Foro Olitorio clamavit, ut meminit *Livius*
36 *3.decad. lib.1. ante finem.* Recte igitur Sacræ
Scripturæ testimonia intra septennium lo-
quentes adhuc infantes denominarunt, ut
Esdræ 4.cap.2. ver. 21., *& anniculi infantes lo-*
quentur vocibus suis, & Psalm. 8. ver. 3. *Ex*
ore infantium, & lactentium perfecisti laudem;
37 & confirmatur felicissimo Deiparæ semper
Virginis testimonio, quæ dum esset infans
trium annorum, perfectissime ambulabat, &
loquebatur instar triginta annorum, ut testa-
tur *Vincentius lib.6. speculi historialis cap.66.*

quem

quem refert *Narbona n.* 20., *& ſeqq.*, ubi alia
ſimilia notat, & in n. 23. infert, quod ſi divi-
38 na eloquia puerulos iſtos ſcitiſſime loquen-
tes denominarunt infantes, certum ſignum
eſt, infantis nomen iis, qui ſeptennio mino-
res ſunt quamquam adhuc compoſite loquan-
tur, convenire.
39 Nec dici poteſt, infantem *a non fando* eſſe
dictum, ac proinde dum fatur, adhuc ante
ſeptennium, non amplius erit denominandus
Infans; nam reſpondet *Narbona n.* 26. *& ſeq.*, quod
in jure is fari, ſeu loqui dicitur, qui cum ra-
tione pronuntiat, non jam qui verba ſolum,
& voces emandat; cum potiſſima, & præci-
pua formalitas loqutionum ſit ipſemet verbo-
rum conceptus, ipſorumque ſententia, ſecun-
dum tradita per Celſum *in l. labeo 7. ff. de*
40 *ſuppell. leg.* Sicque vox illius, qui ſine ratio-
ne loquitur, non dicitur proprie vox, ut vult
Seneca, ſed ſonus a ventris crepitu haud
differens; quapropter quamquam infans *a non
fando* dictus ſit, tamen quia ex juris diſpoſi-
tione is fari creditor, qui cum aliquo judicio
verba emittit, merito infans ille erit dicendus,
qui vel nihil, vel ſine ratione fatur.
41 Permulta alia fundamenta exponit *Narbo-
na uſque ad n.* 38. ad Fabri ſententiam ejicien-
dam, adverſus quam omnium ſcribentium
ſchola tenet, ut tradunt *Mendoſa de ætat. mi-
nor. cap. 3. n. 3.*, *Menochius de arbitrar. caſ.* 57.
n. 9.; *Tuſchi litt. E. concl.* 335. *n.* 2., *Sabellius* §.
infantia n. 1., *Olea de ceſſ. jur. tit. 2. q. 6. n.* 38.,
Felicianus de cenſib. lib. 2. cap. 2. n. 2., *Baronius
in præludio circa judicialia n.* 5., & cæteris
omiſſis vide *Dominum Genitorem in prax. civ.
cap. 7. n.* 29.
42 Et prædicta tam in viris, quam in fœmi-
nis æque procedere teſtantur *Montanus de tu-
tel. cap. 5. n.* 25., *Lara de vita homin. cap. 14. n.* 6.,
Narbona n. 13., *Altimari de nullit. contr. tom.* 6.
rubr. 2. q. 1. n. 65.
43 Scias tamen, quod omnes laici quantum-
cumque ſeptennium excedentes antiquitus re-
ſpectu Eccleſiaſticorum infantes nuncupaban-
tur, ut *in can. in quibus* 38. *juncta gloſ. ver.
infantium, de conſecrat. diſt.* 2., prout refert
44 *Narbona n.* 39. Et adulti adhuc noviter bapti-
zati conſueverunt dici infantes, ut ex Joſepho
Vicecomite de antiquis baptiſmi ritibus *lib.*
45 1., *cap.* 15., notat *Narbona n.* 41. Prout & in-
fantes pariter apud Romanos vocabantur filii
cujuſcumque ſexus, vel ætatis, ut ex Divi Hie-
ronymi teſtimonio refert *Narbona n.* 42. Im-
46 mo omnes filii Regum antiquitus denomina-
bantur infantes, ut teſtatur *Joannes Taſſanus
obſervat. juriſdictional. ver. 1. n.* 20., apud *Nar-*
47 *bonam n.* 45. Et hodie infantes vocantur etiam
belligeri omnes cujuſcumque ætatis pedites,
qui vulgo dicuntur *Soldati d' Infantaria*, ut
refert pariter *Narbona n.* 48.

C A P. XIII.

De ætate infantiæ proxima.

SUMMARIUM.

Franciſcus Farra laudatur, num. 1.
Ætas infantiæ proxima incerta eſt, num. 2., *& ſeqq.*
Quod in jure omiſſum eſt, arbitrio Judicis remittitur, num. 10.
Una Regio callidior altera eſſe aſſolet, num. 11.
In dubio quæ ſit ætas infantiæ proxima, n. 12.
Et quid malitia ætatem supplente, num. 13.

1 Doluit *Narbona in quæſt. 1. anni decimi
cum dimidio*, ex eo, quod in ſua biblio-
theca ſuper tria fere voluminum millia
Franciſcum Farram non invenit, qui in ſuo
tractatu de Eſſentia Infantis latiſſime de in-
fantiæ proximo diſputavit, teſte Borello in
ſumma *deciſ. tit. 44. num.* 264., hinc fatetur
Narbona, quod ex emendatis ſcribentium
placitis, ſanioribuſque opinionibus quæſtionem
iſtam deguſtavit. Ego tamen verum fateor,
quod talem Franciſcum Farram inveni in
mea bibliotheca, & magna cum admiratione
ipſiuſmet opuſculum trigintaquinque Capiti-
bus contentum perlegi. Auctor iſte fertur
etiam inter opus, quod nominatur *Tractatus
univerſi juris*, vulgo dictus *Trattato magno*,
repoſitus in fine tomi octavi, partis ſecundæ.
Hinc igitur Franciſcus Farra Sardus Doctor
Saxarenſis ſui ingenii acumen ad eſſentiam
infantis, proximi infantiæ, & proximi puber-
tati ſolummodo experiri exiſtimavit, ita ut
materiam, quæ uſquetunc in obſcuro latebat,
faciliori cognitione haberi potuiſſe diceret. Ego
vero ejuſdem ſcripta recentioribus, receptio-
ribuſque Doctorum auctoritatibus illuſtrabo,
& etiam impugnabo, ut facti veritas, cum
caſus acciderit, magis eluceſcat.
2 Eo tempore igitur, quo noſtri interpretes,
eorumque ſequaces ætatem hanc infantiæ pro-
ximam poſteritati propoſuere, ipſam magno-
pere involutam, incertitudineque plenam re-
liquerunt. Hinc nonnulli relati a *Narbona
in d. q. 1. num.* 1. voluerunt, eos infantiæ
proximos eſſe, qui adhuc minores ſunt ſeptem
annis, quod comprobant verbis illis *Juſtinia-
ni in §. pupillus, inſtit. de inutil. ſtipulat.*,
nempe: *Nam infans, & qui infantiæ proximus*

est; non multum a furioso distant. Si igitur infans, & proximus infantiæ idem sunt, atque uterque fragile, & inane judicium retinet, sequitur, ut proximus infantiæ dici debeat, qui nondum septennium excessit; cum alias ob mentis defectum infanti, & furioso adæquari non poterit, quia ultra septennium pueri aliquem intellectum, immo rationis usum habere præsumuntur, ut tradunt *Mendosa de ætat. minor. cap. 4. num. 2.*, *Sanchez de matrim. lib. 1. disp. 16. num. 2.*, aliique. Et hanc opinionem nervose amplexus fuit laudatus *Farra cap.* XI. cum pluribus sequentibus; ob eamdem rationem, cui modo respondebo, & quamquam alias attulerit, ipsæ vero parvi momenti sunt, & nullam vim faciunt; quarum aliquam curioso Lectori mox mox faciam notam.

3 Respondendo igitur ad allatam rationem deductam ex Justiniani Textu dico cum *Menochio de arbitr. lib. 2. cas. 57. num. 13.*, *Narbona num. 2.*, & aliis, quod Farri, & suorum auctorum opinio magnopere distat a vero sensu Justinianei Textus; & quod ita sit, clare patet. Si enim proximus infantiæ dicendus erit, qui septennium non dum excessit, incassum Imp. Justinianus postquam de infante dixerat, carere intellectu, & furioso æquiparari, infantiæ adhuc proximum addidisset, quia si infans, idest puer septem annis intellectu caret, fortius & qui erit minor septem annis majori debilitatis morbo affectus esse debet. Unde si sub nomine infantis minor adhuc septem annis comprehenditur, consequens est, quod dum Imperator, Justinianus infantem, & infantiæ proximum nominavit, pro isto puerum supra septennium intelligere quidem voluit, quia jam citra dictum tempus puer sub infantis nomine comprehensus est, quod plene probavimus cap.
4 anteced.; nec vim faciunt aliæ rationes per Farram adductæ, & præ ceteris illa, quam deducit *ex Text. in l. Pupillus, ver. causam acquirendæ hereditatis non intelligat, ff. rem pup. salv. for.*, *in l. Servum, ver. etiamsi ejus ætatis erit, ut non intelligat ff. eodem*, *in l. 1. §. huic proximus ff. de act., & obligat. in illis verbis, qui ejus ætatis est, ut non intelligat*; qui Textus, ut vult Farra, intelligi debent, & loqui videntur etiam de proximo infanti, prout deducitur *ex l. 1. in princ. ff. de verbor. obligat.*, nam respondetur, quod Textus prædicti veri sunt in suis casibus, nempe respectu personæ solius infantis, & non jam proximi infanti, quemadmodum ex
5 eadem *l. 1. fit* clarum ex illis verbis: *& ideo neque mutus, neque surdus, neque Infans stipulationem contrahere possunt*; & nec prius nec postea de proximo infanti ulla fit mentio, ut legenti patebit, & consequenter penitus inapplicabiles casui prædicti Textus habentur, prout & ceteri alii, quos consulto omitto.

6 Alii firmarunt, proximum infantiæ dici, qui septimum annum finivit, ut *Cujacius in §. sed quid, instit. de inutil. stipulat.*, aliique
7 apud *Altimarem de nullit. sentent. rubr. 11. q. 3. num. 8.*, nonnulli alii semestre supra
8 septennium, ut *Bellam. cons. 48. num. 42.*, *Tuschi lit. I. concl. 118. num. 3.*, alii quidam in anno octavo, ut videndus *Mendosa de ætat. minor. cap. 3. num. 3.*

9 Rectius tamen docuerunt, qui ætatem hanc in masculo usque ad annum decimum cum dimidio, & in fœmina usque ad annum nonum cum dimidio constituerunt, *ut Danza de pugna DD. tom. 3. tit. de minor. cap. 2. num. 9.*, *Lara de vita homin. cap. 17. n. 16.*, *Felicianus de censib. lib. 2. cap. 2. num. 2.*, aliique relati a *Narbona de ætate anni decimi cum dimidio q. 1. num. 6.*, *& Baronio in præludio circa judicialia, num. 19.*, quicquid alii dixerint, infantiæ proximum dici usque ad tempus, quod a pubertate per sex menses deficit, ut videndus *Altimari d. rubr. 11. q. 4.*

10 Melius vero atque appuratius scripsit *Menochius de arbitrar. lib. 2. cas. 57. num. 44.*, ubi omnes prædictas opiniones rejiciendo, nullam certam ætatem infantiæ proximam reperiri in jure præscriptam, nec designari posse adfirmavit, sed ipsam Judicis arbitrio remitti, prout fatetur ita antea tenuisse *Barbatium in cap. attestationes, de despensat. impuber.*, & volunt etiam *Covarruvias in epitome de sponsalibus p. 2. cap. 5. num. 7.*, *Narbona num. 10.*, *Baronius num. 20*, aliique apud *Altimarem de nullit. contract. tom. 6. rubr. 2. q. 1. num. 203.* Etenim hujus ætatis diffinitio in jure omissa videtur, prout & notat *Narbona loc. cit.*, & quod lege non dividitur arbitrio jusdicentis remitti debere ait Ulpianus *in l. 1. ff. de jure deliber.*, & præscripsit *Honorius III. in cap. fin. de transaction.*, quod tamen arbitrium regulatum esse debebit, inspiciendo nempe qualitates personarum, & locorum, sive Regionum; quia una Regio pueros altera callidores semper habere soleat, ut de Normannis, & Longobardis notavit *Glos. in l. Sequitur §. pupillus ff. de usucap.*, & refert *Menochius num. 45.*, Hispanos versutos, & callidos esse sensit *Glos. in l. Dolum Cod. de dolo*, & exemplum tradit *Oldradus cons. 84. in fine*, Sclavones nequiores mortalium esse notat *Odofredus in l. Julianus ff. de act. empt.*, Cathalanos fidefragos esse scribit *Baldus in cap. 1. de pact.*; Gallos stolidos, Syras avaros, Siculos acutos, Asiaticos luxuriosos, Italos Regali Nobilitate præfulgidos esse tradit Julius Matermus in astronomicis, prout refert *Menochius num. 46., & seqq.*

12 In dubio tamen ne recedas ab illa opinione, quæ firmat infantiæ proximum dici usque ad annum decimum cum dimidio in masculo, & nonum cum dimidio in fœmina, quia communiori, & seniori scribentium placito fulcita

cita est, & in Hispania expressis decisionibus ita cautum fuisse refert *Narbona num.* 10. *in fine*, & ipsemet *Farra in cap.* 7. *num.* 5. etiam communem nominavit, & adfirmavit; cum sit medium temporis, quod intercurrit ab infantia, quæ septem annis constat, ad pubertatem, quæ erit in anno decimoquarto in masculis, & decimosecundo in feminis, ut dicemus Cap. sequenti, & medietas semper consideranda est, ut tradit *Paulus in l. Antiqui* 3. *ver. quid est ff. si pars hered. pet.* cum media via eligi debeat, §. *fin. instit. quib. ex caus. manum. non licet*, *Glos. in d. l. Antiqui*, *ver. medietatem*, & vide *cap. seq. num.* 10.

13 Volunt tamen *Aretinus in* §. *pupillus*, *instit. de inutilib. action.*, *De Marsil. in l. Infans ff. ad leg. Corn. de Sicar.*, aliique apud *Narbonam num.* 11., & *Baronium num.* 21., quod malitia ætatem suppleante, poterit infantiæ proximus adhuc dici ante prædictam ætatem, quod Judicis arbitrio regulandum erit.

C A P. XIV.

De ætate pubertati proxima.

S U M M A R I U M.

Ætas pubertati proxima disseritur, *num.* 1., *& seqq.*

Decimumseptimum annum habens manumittere potest, *num.* 8.

In rebus dubiis media via eligi debet, *num.* 9., *& seqq.*

Quælibet Regio suam naturam habet diversam, *num.* 16., *& seqq.*

Præsumptio ex ætatis defectu censetur naturæ repugnans, *num.* 20.

Per adventum pubertatis finitur, *num.* 21.

Impuberes, *& pupilli etiam pubertati proximi nominantur*, *num.* 22.

Pueritiæ ætas disceptatur, *num.* 23., *& seqq.*

Parvuli ætas, *num.* 34., *& seqq.*

1 Ætas pubertati proxima adeo perplexa fuit judicata, ac opinionum diversitate sequuta, ut quod aliqui adprobarunt, ceteri carbone dignum dixere, ut notat *Narbona de ætate anni decimi cum dimidio q.* 2. *num.* 1., hinc *Joannes Robertus lib.* 2. *receptar. lection. cap.* 7. asseruit, pubertati proximum dici, qui decimumquartum annum ingressus est, & *in lib.* 3. *animadvers. cap.* 32. dixit eum esse, qui decimumquartum annum est jam prætergressus.

2 *Hostiensis in cap. continebatur*, *de desponf. impuber.* singulariter sustinuit esse illum, qui per triduum a pubertate distat.

3 *Jacobus Cujacius in d. cap. continebatur*, *Revardus in l.* 3. *ff. de reg. jur.*, *Faber in l.* 5. *ff. eodem*, firmarunt dici eum, qui agit annum decimumtertium, si masculus, & undecimum si fæmina.

4 *Jason in auth. Sacram. puber. num.* 15. *Cod. si adverf. vendit.*, *Igneus in l.* 1. §. *impubes*, *& in l. excipiuntur ff. ad Syllan.*, *Abbas in d. cap. continebatur*, *num.* 9., *Henric. lib.* 11. *de matrim. cap.* 13. *num.* 11. voluerunt pubertati proximum dici, qui per sex menses minus a pubertate distat. Hinc notat

5 *Abbas loc. cit.*, quod Statutum loquens de proximo alicui ætati, dicendus hic erit, dum ab ea sex mensibus, aut minori spatio distat.

6 *Franciscus Farra de essentia infantis cap.* 28. firmat esse eum, qui septimum annum excessit.

7 Receptior tamen opinio est, quam tenent, *Felicianus de censib. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 2., *Mauritius de restit. in integr. cap.* 153. *num.* 8. innumerique apud *Baronium in præludio circa judicial. num.* 29., & *Narbonam de ætate anni decimi cum dimidio q.* 2. *num.* 1., ut nempe pubertati proximus dicatur, qui decem annos cum dimidio explevit, si masculus, & novem cum dimidio, si fæmina. Et

8 inter cetera fundamenta adducunt id, quod deducitur ex §. *fin.*, *instit. quib. ex caus. manumitt. non licet*, ubi antiquitatem illam manumittendi servum per majorem viginti annorum Imp. Justinianus ad eos, qui decimumseptimum annum adimpleverit, adhuc

9 extendit, quoniam ipsos ætati huic proximos judicavit. Et consonat ratio *Abbatis loc. cit.*, nempe quod cum ab infantia ad pubertatem septem anni numerentur, masculus qui decennium cum dimidio explevit, ex eo quod ejus temporis medietatem excesserit, magis pubertati proximus dicendus erit.

10 Etenim in rebus dubiis mediam viam fore eligendam commune vulgi placitum edocet, quemadmodum & ita legimus fecisse Titum Cæsarem in persona Parthenii, ut tradit *Pomponius in l. & hoc* 41. *ff. de hered. instit.*, & sequuti fuere Jurisconsulti *in l. Sed etsi lege* §. *adeo autem ff. de repetit. heredit. & in l. Titius rogatus ff. ad S. C. Trebell.*, plene *Tiraquellius de primogenit. q.* 17. *opin.* 4. *n.* 9.,

11 *Narbona num.* 2.. Hinc notat *Glos. finalis in l. Nesennius ff. de negot. gest.*, quod in re susti-

rusticorum controversa semper fere media
via in concordando eligitur; quemadmodum
& cogitavit sapientissimus *Salomon*, ut legi-
tur *lib. 3. Regum cap. 3.*
12 Tutior benevero, & in praxi sequenda opi-
nio est, ætatem prædictam uti dubiam, &
incertam Judicis arbitrio esse dirimendam,
ut plene *Menochius de arbitrar. cas. 57. n.
43.*, *Jovius de solemnit. in contr. minor. Glos.
26. §. 8. num. 23.*, *Sanchez de Matrim. lib. 1.
disp. 51. num. 24.*, *Narbona de ætate anni de-
cimi cum dimidia q. 1. num. 9.*, *Bersanus de
pupillis cap. 1. q. 2. num. 11.*, *Altimari de
nullit. contract. tom. 6. rubr. 2. q. 1. sect. 1.
num. 20.*, *Card. De Luca tom. 1. decis. lib. 7.
decis. 17. num. 6.*. Etenim, ut tradunt *Nar-*
13 *bona*, & *Bersanus loc. cit.*, expertum est,
quod aliquando teneræ ætatis pueri longe
majoribus perspicaciores videantur; sicque
volunt, pueri ætatem, naturam, indolem,
malitiam, facti qualitatem, aliasque circum-
stantias considerandas fore; quoniam exem-
14 plum habetur cujusdam puellæ decem anno-
rum, quæ sub colore quærendi elemosynam
in quadam domo, pateram argenteam surri-
puit, & proposita causa in Parlamento Del-
phinatus, puellam prædictam tamquam dolo
capacem pro tali delicto puniendam judica-
tum fuit, teste *Marc. dec. 812. num. 4 vol. 2.*,
quem refert *Bersanus num. 12.*
15 Immo & Regio, sive natio inspicienda
erit, quoniam una Regio pueros altera cal-
lidiores habere assolet, ut diximus cap. antec.,
& vide *Narbonam num. 10.*, hinc *Ulpianus
in l. Quod si nolit 31. §. qui mancipia ff. de*
16 *edilict. edicto* consulit, ut in servi venditio-
ne ipsius natio inspiciatur. Cum præsumptum
sit, quosdam servos bonos esse, quia natio-
nis sunt non infamatæ, quosdam malos vide-
ri, quia ea natione sunt, quæ magis infa-
mis est.
17 Et etiam ex Sacris Canonibus habetur, ut
pro ordinandis patria, & genus investigentur,
ut *in cap. constitutus 9. de purgat. Canon.*,
& *in Can. quando, dist. 24.*, hinc recte *D.
Thomas opusc. 20. lib. 2. cap. 1.* advertit esse
18 Regna in temperata Regione instituenda;
quia aeris temperies longævam vitam, ac pru-
dentiam ad politicam vitam producit.
19 Ceterum in dubio a receptiore illa opinio-
ne posita *num. 7.* recedendum non erit, ut
nempe pubertati proximus dicatur, qui an-
num decimum cum dimidio si masculus, &
nonum cum dimidio si fœmina, excesserit.
Et si Judex tali ætate minorem pubertati pro-
ximum judicare vellet, ipsum Judicem adver-
tit *Sanchez de Matrim. lib. 7. disp. 104. n. 41.*
20 id non facturum nisi cautissime, aut raro, &
maximis conjecturis inductum; quoniam præ-
sumptio ex ætatis defectu censetur equidem
naturæ repugnans; quod in majore anni de-
cimi cum dimidio nequaquam observandum
erit, cum minus validæ præsumptiones suffi-
ciant, & tradit *Narbona num. 12.*, & *13.*,
ubi subdit, ut Judex pro ætate hac diffinienda
medicorum consilium accipiat.
21 Certum est tamen ætatem hanc pubertati
proximam pubertatis adventu expirare, de
qua vide cap. sequenti.
22 Pubertati proximus idem erit ac impuber,
atque pupillus, ut declarant *Hostien. in sum-
ma tit. de desponsf. impuber. num. 1.*, *Mandosa
de ætate minori cap. 5. num. 3.*, *Baronius in
prælud. circa judicial. num. 32.*, & sub pueri-
23 tia continetur. Cum ætas pueritiæ, ut expo-
suimus cap. XI. *num. 8.* secunda ætas sit, &
incipiat a prima die anni octavi, & duret in
masculo usque ad annum decimumquartum
completum, & in fœmina usque ad decimum-
secundum, ex doctrina *Pauli in l. Pueri ap-
pellatio 204. ff. de V. S.*, ubi Glosa, & tra-
dunt *Menochius de arbitrar. lib. 2. cas. 57.
num. 2.*, *Tuschi lit. P. concl. 973. num. 1.*,
Mandosa de ætate minori cap. 4. num. 1.,
Narbona de ætate anni octavi q. 1. num. 8.,
Baronius num. 35., *Altimari de nullit. contr.
tom. 6. rubr. 2. q. 1. sect. 1. num. 9. in fine.*
24 Non desunt tamen, qui volunt incipere
pueritiam ab ipso vitæ exordio, ut refert
Narbona num. 1., sicque infantiæ ætas sub
pueritia adhuc continetur; & pro hac sen-
tentia adducunt Textum Scævolæ in *l. Uxo-*
25 *rem 39. §. testamento ff. de leg. 3.*, ubi pueri
vocantur intra septennium constituti; & Imp.
*Justiniani in l. Cum non solum 8. §. ubi autem
Cod. de bon. quæ liber.*, ubi infantilis ætas vo-
citatur etiam puerilis. Neque etiam concor-
26 dant, in qua ætate ipsa pueritia expirabit;
volunt enim eam extendi usque ad annum
decimumseptimum, per sententiam *Ulpiani
in l. 1. §. initium ff. postulan.*, & *Marcelli in
l. Publius 36. ff. de condit.*, & *demonstrat.*
27 Etenim habita pro verissima, & magis re-
cepta prima opinione, ad Textum Scævolæ
in *dict. l. Uxorem* respondet *Narbona n. 6.*,
nempe illum improprie fuisse loquutum; nam
pueros ibi non ratione ætatis, sed servitutis
dictos fuisse, secundum unam pueri signifi-
cationem, qui servus appellari solitus fuit per
J. C. *in l. Pueri appellatio tres significatio-
nes habet, unam cum omnes servos pueros ap-
pellamus, ff. de V. S.*, & ad Textum Imp.
28 Justiniani respondet *Narbona loc. cit.* cum
vetustissimo *Petro de Pellapertica in eadem l.*
Imperatorem ipsum non intellexisse dinume-
rare ætatem puerilem secundum naturalem
ordinem, quemadmodum modo fit, beneve-
ro secundum subjectam materiam aditionis,
vel repudiationis hereditatis, juxta posita per
laudatum Narbonam, quem videas. Et ad
29 Textum *Ulpiani in d. l. 1.*, & *Marcelli in
dict. l. Publius* respondet *Farinac. in prax.
crim. tom. 3. q. 97. num. 7.*, quem laudat *Nar-
bona num. 10.*, non fuisse ibidem simplicis
pueritiæ terminum præscriptum, sed plenæ,
prout ad postulandum Prætor requirit; quæ
qui-

quidem plena pueritia in anno decimoseptimo terminatur.

30 Et ne nostra sententia tamquam verissima, & magis recepta legis auctoritate careat, conducitur hic Textus Ulpiani in *l. Argumento 27. §. muliebri ff. de aur.*, *& arg. leg.* ubi legata veste muliebri, tam infantilem, quam puellarem sub legato contineri ait illis verbis: *Muliebri veste legata, & infantilem contineri, & puellarem*. Igitur quia vestis infantilis non est eadem, ac puellaris, merito nec ætas infantilis erit eadem cum pupillari judicanda.

31 Comprobat auctoritas quarti *Concilii Toletani in Can. in veteri 7. dist. 77.*, ubi postquam per illos Patres a Levitarum ministerio infantes exclusi fuere, deinde adhuc immediate pueri fuere remoti sequentibus verbis: *In veteri lege ab anno vigesimo quinto Levitæ Tabernaculo servire jubentur; cujus auctoritatem in Canonibus SS. Patres sequuti sunt. Nos & Divinæ legis, & præceptorum Canonum immemores & infantes*, & *pueros Levitas facimus ante legitimam ætatem, ante experientiam vitæ*. Igitur diversa est infantis, puerique significatio; alias pueris exclusis, infantes adhuc
exclusi videbantur, & econtra. Qua veritate
cognita per Gregorium IX. *in cap. 1. de de-*
32 *lict. puer.* ipsos pueros grandiusculos vocitavit; qui terminus infantili ætati prorsus re-
pugnat. Et consequenter firmum remanet,
33 pueritiam, sive ætatem puerilem ab initio
anni octavi incipere, & ad annum decimumquartum in masculo, & decimumsecundum in femina percurrere.

34 Parvuli adhuc nomen legitur, quod diversis ætatibus applicatum videtur. Hinc *in Genes. 25. ver. 22.* habetur, parvulos esse adhuc in utero existentes, ut quando de Rebecca
dicitur; *sed collidebantur in utero ejus parvuli.*
35 Aliquando etiam pro lactantibus usurpatum
est, ut *Reg. 1. cap. 15. ver. 3.*, ubi Altissimus de Amalec percussione dixit: *Non parcas ei, & non concupisces ex rebus ipsius aliquid, sed interfice a viro usque ad mulierem, & parvulum lactantem*, quod comprobatur adhuc ex *Joel. cap. 2. ver. 16.*, *& Hierem. cap. 44. ver. 7.* Et in *Exod. cap. 2. ver. 6.* pro vagientibus legitur in illis verbis: *Cernensque in ea parvulum vagientem*; immo & pro loquentibus in *1. ad Corinth. 13. ver. 11.*, ubi Apostolus ait. *Cum essem parvulus, loquebar ut parvulus.*

36 Et quod parvuli pro non loquentibus accipiantur probatur etiam ex *can. parvuli 72. de conservat. dist. 4.*, in illis verbis: *Parvuli, alio profitente, baptizantur, quia adhuc loqui, vel credere nesciunt*; *& in can. cum pro parvulis 75.*, *eodem*, ubi: *Cum pro parvulis alii respondent, quia ipsi pro se respondere non possunt.*

37 Et pro recenter natis habentur in *can. a parvulo 132. de consecrat. dist. 4.*, ubi; *A parvulo recenter nato usque ad decrepitum senem.*

38 Ex Juristis vero *Broseus in thesauro jur. ver. parvuli*, cui accessit *Lara de vita homin. cap. 22. num. 2.*, prout & refert *Narbona de ætate anni deciniquarti q. 2. num. 2.* voluerunt parvulos dici, qui existunt intra annum vigesimumquintum per Textum Imp. Constantini *in l. Patrimonialis 2. Cod. de fund. patrim. lib. 11.*, ubi Imperator parvulos pro minoribus quibuscumque constituit.

39 Verum *Narbona num. 3.* fatetur parvuli vocem genericam esse, sicque plures ætates comprehendere posse videri; nihilominus tamen firmat, nequaquam posse excedere annum decimumquartum; & probat primo ex rescripto Imperatorum Valent., & Theodos. *in l. 1. Cod. de tutor. vel curat. illustr*, in illis verbis: *Etsi in regendis pupillaribus substantiis singuli creandorum pares esse non possunt, plures ad hoc secundum veteres leges conveniet advocari* . . . , *Itaque hoc modo remoti a metu, qui consilio affuerint, permanebunt, & parvulis, adultisque clarissimis justa defensio sub hac prudentium deliberatione perveniet*. Hinc videas, quod parvulus pro pupillo usurpatus fuit, & pupillaris ætas usque ad annum decimumquartum protrahitur in masculo, & ad annum decimumsecundum
in fæmina, ut dicemus cap. sequenti. Pro-
40 bat secundo auctoritate Alex. III. *in cap.*
indecorum 3. de ætat., *& qualit. præfic.* in illis verbis: *indecorum est, ut hi debeant Ecclesias regere, qui non noverunt gubernare seipsos, cum ad Ecclesiarum regimen tales personæ sint admittendæ, quæ discretione præmineant, & morum fulgeant honestate. Nolentes itaque sustinere, ut parvulis Ecclesiæ regimen committatur, mandamus, quatenus nemini intra annum quartumdecimum constituto regimen cujuslibet Ecclesiæ concedere præsumatis*. Ex quibus verbis clare deducitur, parvuli significationem omnes hominis ætates usque ad pubertatem comprehendere.

41 Ad Textum in *dict. l. Patrimonialis* respondet *Narbona num. 4.*, quod Imp. Constantinus ibi abusive parvulos pro quibuscumque minoribus constituit. De veritate tamen videat curiosus Lector

CAP.

C A P. XV.

De ætate pubertatis.

SUMMARIUM.

Pubertas antiquitus membrorum inspectione judicabatur, num. 1., & seqq.
Membrorum inspectio hodie abolita est, num. 7.
Pubertas annorum numero judicatur, n. 8., & seqq.
In pœnalibus pubertas in fæminis post annum decimumquartum, sicut in masculo, incipit, n. 12.
Pubertas favore alimentorum respectu masculi protrahitur usque ad annum decimumoctavum, & respectu fæminæ usque ad annum decimumquartum, num. 13., & 14.
Plena pubertas habetur in anno decimoctavo, num. 15.
Pubertas distinguitur, num. 16., & seqq.
Fæminæ cur citius, quam mares pubescant, num. 32., & seqq.
Ubi legem habemus, non debemus quærere rationem, num. 44., & 45., & 90.
Pubertatis tempus de momento ad momentum currit, num. 46.
Nomen pubes *an competat masculis, & fæminis, num. 47., & seqq.*
De ætate prætextatorum, num. 50., & 51.
Vestiendi modus, num. 52., & seqq.
Pubertatis ætas quantum duret, num. 58., & 59.
Fragile, & infirmum consilium habet, num. 60.
De ætate majori, num. 61., & seqq.
In ætate majori incipere videtur judicium, n. 66.
Meta crescendi præfixa est, num. 67., & 68.
Major ætas in masculo, & in fæmina æque finitur, num. 69.
Qui in ætate majori devenit, ad statum devenire dicitur, num. 70.
Et habet complementum virilis vigoris, n. 71.
Et sibiipsi proinde consulere potest, num. 72.
Variæ majoris ætatis dictiones, num. 73., & seqq.
Major ætas cur æqualis in masculo, & in fæmina, num. 86., & seqq.
Legis ratio inquirenda non est, num. 90.
Appellatione minoris ætatis quæ veniat, num. 91., & seqq.
Sub nomine perfectæ ætatis quæ veniat, n. 95.
Ætas vigintiquinque annorum an possit aliquo statuto, vel consuetudine abbreviari, num 96., & seqq.
Major ex statuto quæ facere possit, num. 103., & seqq.
In causis fidei major ætas secundum jus commune attenditur, num. 110.
Constitutio Minorum *jura an Clericos comprehendat, num. 111., & seqq.*

1 Antiquitus pubertas ex inhonesta membrorum inspectione judicabatur, præsertim apud Sabinianos; & hoc propter ipsius nominis etymologiam, cum dicatur a *pube* idest pudentia corporis, sive pudore,
aut verecundia, qua afficiebatur is, qui inspiciebatur, ut notat *Hostiens. in summa tit. de desponsat. impuber. num. 3., Narbona de ætate anni decimiquarti q. 1. num. 2.*, eapropter
2 J. C. *in l. Si dies 21. ff. quando dies leg. ced.*
pubertatis diem incertum denominavit. Et
quamquam successit inde tempus, quo pubertas annis constituebatur, nihilominus ta-
3 men *Isidorus in cap. puberes 3. de despons.*
impuber. antiquam Romanorum Consuetudinem pubertatem ex pubis inspectione constituendi in usum revocavit; ipsamque habuisse locum colligitur etiam ex Textu Imp.
4 Justiniani *in l. Indecoram 3. Cod. quando tutor, vel curat.*, sed tamen respectu viri tantum, non autem feminæ, quemadmodum
ipsemet Imp. declaravit *in princ. instit. quib.*
5 *mod. tut. fin.* Hinc merito ab Ecclesia reprobata fuit sententia Clementis Alexandrini, & aliorum tenentium, Beatissimam Virginem inspectionem hanc fœdam, & turpissimam ab obstetricibus passam fuisse, ut suspicanti Josepho de illius integritate constaret.
6 Ut igitur honestati consulatur, merito laudatus Imp. Justinianus *in dict. l. Indecoram*, etiam pro viris fœdam inspectionem reprobavit, sed pubertatem diffinivit ex annorum numero, nempe quatuordecim completorum respectu viri, & duodecim respectu feminæ; etenim ex turpissimo tali inspectionis modo
7 semper incertum erat pubertatis judicium,
quoniam quidam pubes simulare impuberem se volens, pudendam pilorum Sylvam medicamentis evellere potuisset; aut etiam aliquis impubes ob vim cruoris, seu sanguinis vespertilionis lanuginem erumpere facilitasset; qui sanguis, ut nonnulli tradunt, hanc virtutem retinet. Sicque deciperetur Judex, si secundum modum hunc artificiosum deprehendere veritatem vellet, pubertatem judicando.
8 Et hæc Imp. Justiniani constitutio non fuit equidem nova, ut quosdam reprehendendo,
tradit *Narbona de ætate anni decimiquarti q.*
9 *1. num. 10.*; etenim Digestorum adhuc nempe fuit pubertas eadem in ætate definita, ut
testatur Ulpianus *in l. Qua ætate 5. ff. de testam.*, & quamquam post dictam ætatem pu-
10 bescere non contingat, attamen semper puberes credendi sunt, & validum erit testamentum per ipsos confectum, per Rescriptum Imp. Justiniani *in l. Si frater 4. Cod. qui testam. facer. poss.*, & hodie de tali ætate nemo
11 hæsitat, sed ipsam bona sequitur Legistarum schola, ut videndus *Altimari de nullit. contract. tom. 6. rubr. 2. q. 1. sect. 1. num. 9. ver. incipit ab anno, & num. 12.*
12 Quod tamen fallit primo in pœnalibus, quo-

niam

niam tunc etiam in fœminis pubertas initium
accipit post decimumquartum annum, sicut
in masculis, ut tradunt *Julius Clarus §. feudum q. 49. num. 4.*, *Tuschi lit. F. concl. 124. num. 64.*, aliique apud *Narbonam num. 12.*
13 Fallit secundo favore alimentorum, ut si
cuidam puellæ alimenta usque ad pubertatem
fuerunt relicta; nam tunc ejus pubertas usque
ad annum decimumquartum est intelligenda.
14 Et si fuerit masculus, cui alimenta legata
sunt, ipsius pubertas usque ad annum decimumoctavum erit protrahenda ex pietatis intuitu, ex traditis per Modestinum *in l. Mela ait 14. ff. de alim., & cibar. legat.*, *Narbona num. 16.*, *Bersanus de pupillis cap. 1. q. 1.*
15 *num. 16.*, & ista ætas dicitur plena pubertas,
ut tradit *Baronius in prælud. circa judicialia num. 39., & 40.*
16 Ad majorem tamen declarationem sciendum est, quod quamquam sint, qui pubertatem trifariam distinguant, nempe in simplicem, plenam, & plenissimam, ut *Osualdus ad Donellum lib. 3. cap. 14. lit. B.*, *Balzara-*
17 *nus de feudis, lib. 2. tit. 26. num. 8.*, aliique,
nihilominus tamen certius esse firmat *Narbona de ætate anni decimioctavi quæst. 1.*, ipsam
solummodo in simplicem, & plenam dividi;
18 simplex erit respectu masculi in anno decimoquarto, & in fœmina usque ad annum decimumsecundum; plena vero in viris usque
ad annum decimumoctavum, & in fœminis
19 usque ad annum decimumquartum, ut *in d. l. Mela*, & respectu viri notat etiam Ulpianus *in l. Quidam consulebant 57. ff. de re judic.*, & *Modestinus in l. Arrogato 40. §. non tantum ff. de adopt.*
20 Hanc tamen plenam pubertatem rejicere videtur ipsemet Ulpianus *in l. Cum filiofamilias 48. ff. de leg. 3.*, ubi legato relicto puberi, cum ad suam pubertatem advenerit;
quia iste pubes tali tempore relicti legati pubertatis ætatem jam excessisse reperiebatur;
vult J. C. fore legatum præstitutum usque
21 ad annum vigesimumquintum. Evidenter igitur infertur, Jur. Cons. ætatem hanc plenam dare noluisse; alioquin in anno decimoctavo legatum præstari poterat, quia si una pubertatis ætas expleta jam erat, poterat conditio altera pubertatis ætate adimpleri.
22 Huic difficultati respondere voluit *Pinellus select. jur. lib. 2. cap. 4. num. 25.*, cui accessit *Narbona num. 3.*, nempe quod plena pubertas, quæ in anno decimoctavo contingit, tunc attendi debet, quoties dubium erit, an quis pubes sit, vel ne; ea propter cum *in d. l. Cum filiofamilias* supponatur, testatorem scivisse quod legatarius erat pubes, ideo non erit de plena pubertate habenda ratio, sed de ætate vigintiquinque annorum, quasi quod testator intelligere voluisset, ea in ætate legatum deberi, qua illud libere administrare posset.
23 Ego vero ejusdem responsio acquiescere
non possum. Etenim quis dicit, plenam pubertatem attendi debere in casu, quo dubium erit, an quis sit pubes, vel ne? Nullibi namque lectitare hoc potuimus, quia nec jura constituerunt, neque Doctores docuere. Jura tamen solummodo dictant, ut plenæ pubertatis ætas in aliquibus peculiaribus casibus locum vigeat, absque eo quod dubitaretur; si fuerit ille pubes, vel ne. Hinc *Modestinus in l. Mela ait 14. ff. de alim., & cib. leg.*
24 docuit, quod alimentis usque ad pubertatem
legatis, eadem pietatis intuitu usque ad decimumoctavum annum in masculis, & decimumquartum in fœminis debeantur; & hæc ætas plena pubertas in utroque vocitatur, ut tradit *Baronius in prælud. circa judicial. n. 39., & 40.*, sicque plena pubertas hoc in casu contingit in anno decimoctavo in masculis, & decimoquarto in feminis, non quia dubium sit de pubertate, sed peculiari ratione, pietatis nempe intuitu.
25 Ipsemet *Modestinus in l. Arrogato 40. §. non tantum ff. de adopt.* in ea sententia fuit, ut adoptator, & arrogator adoptatum, & arrogatum præcedere debeat in plena pubertate, decem nempe, & octo annis. Illius verba sunt: *Non tantum cum quis adoptat, sed & cum arrogat major esse debet eo, quem sibi per arrogationem, vel per adoptionem filium facit, & utique plena pubertate, idest decem, & octo annis eum præcedere debet.* Clare igitur hic habetur, quod plena pubertas in anno decimoctavo sit constituta; & non jam attendendum erit, si fuerit in dubio, an quis
26 sit pubes, nec ne. Immo inane, & prorsus
irrationabile erit amplius dicere, esse dubium, an quis sit pubes, vel ne; cum pubertatis ætas annorum numero sit constituta ab Imp. Justiniano *in l. Indecorum 3. Cod. quando tut., vel curat.*, sicque dici nequit, quod talis pubes sit, vel ne; quia hodie non ex signis, inhonestisque inspectionibus regulatur pubertas, quin semper dubietas oriri poterat, beneveto ex certo, determinatoque annorum tempore, in quo dubium cadere nequit; quod tamen solummodo cadere poterit, si anni nescirentur, & tunc etiam de plena pubertate esset dubitatio, pariterque de ætate ma-
27 jori, quia si corpus haud pubescere demonstraret, semper impubes credendus erit; quod non procederet, si sciretur ætas, quoniam tunc etiamsi corpus haud pubescere demonstraret, rigore juris semper pubes erit credendus, ut statuit Imp. Justinianus *in l. Si frater 4. Cod. qui testam. facer. poss.*
28 Non bene igitur stat ea propositio, quod plena pubertas contingit in anno decimoctavo, quoties dubium erit, an quis sit pubes, vel ne. Etenim nequit hodie de ætate pubertatis amplius dubitari. Pariterque quod hæc plenæ pubertatis ætas ob peculiarem rationem constituta invenitur, ut hujus ætatis homines a ceteris minoribus distinguan-

tur, ut tradit *Barbosa in l. Cum pretor* 12. §. *fin. num.* 103. *ff. judic.* per *Tex. in auth. si captivi Cod. de Episc., & Cleric.*, & tradit *Farinacius in prax. crim. tom.* 3. *q.* 92. *num.* 20.

29 Ego vero meum judicium, ut sentio, exponam. Ulpianus igitur *in d. l. Cum filiofamilias* non videtur rejicere, & parvipendere ætatem plenæ pubertatis, de qua nulla ab eo facta fuit mentio, sed peculiarem ponit casum de simplici legato relicto puberi, cum ad pubertatem pervenerit, & putat legatarium sensisse usque ad majorem ætatem vigintiquinque annorum, quæ caret in integrum restitutione; & quidem recte. Etenim sciens testator, quod legatarius erat pubes, inanis quippe fuisset verborum contextus, si pro ætate puberi non intelligeretur major. Nec valet objicere, quod testator poterat
30 intelligere de plena pubertate, quemadmodum habetur *in d. l. Mela*; etenim respondetur diversum esse unum casum ab altero, quia in hac *l. Mela* fuit legatum alimentorum relictum impuberi usque ad pubertatem, & ex pietatis intuitu in alimentorum favorem pubertas ista fuit extensa ad plenam usque pubertatem, simplici pubertate relicta; & hic casus habetur singularis favore alimentorum, nequaquam ad alios diversæ speciei referibilis, quibus alia competit ratio; itaque
31 si tale legatum non fuisset alimentorum, non extenderetur ad plenam pubertatem, benevero ad simplicem, quatuordecim nempe annorum, ut tradit idem Ulpianus *in d. l. Cum filiofamilias, ver. quod si quis*. Casus vero positus ab ipso Ulpiano est toto Cælo diversus; etenim non jam impuberi sit legatum alimentorum, benevero puberi fit simplex legatum, cum ad pubertatem pervenerit; quæ pubertas merito pro ætate majori considerata a Ulpiano fuit *in d. l. Cum filiofamilias*, ne inutilis verborum contextus redderetur. Ea igitur consideratur differentia, ut uno in casu sit legatum alimentorum impuberi, & in altero sit legatum simplex puberi. In illo fuit a Modestino consideratus pietatis intuitus, ut relicta pubertatis ætate, ad illam aliam plenæ pubertatis extendi legatum potuisset. In isto consideratum fuit a Ulpiano, ita testatoris voluntatem existimandam esse, ne verborum contextus inutilis habeatur; & non erit curandum de plena pubertate, quæ solum, & peculiariter procedit in legato alimentorum impuberi a testatore facto, & non in aliis casibus, qui expresse a ceteris Juris Prudentibus fuerunt in jure constituti. Dicendum igitur erit, Ulpianum nequaquam plenam pubertatem refutasse, benevero pro pubertate in casu proposito majorem ætatem intelligere voluisse.
32 Sed quæres, cur citius fœminæ, quam mares pubescant? Multi permulta dixere. Ego vero quæ magis consona mihi visa sunt exponam. Ideo fœmina citius, quam mas pubescit, quia mutatio ætatis, quæ naturaliter per septennium fit in masculis, in fœminis vero quolibet sexennio contingit, ut observant Philosophi, quos refert *Narbona de ætate anni decimiquarti q.* 1. *num.* 13., *& anni vigesimiquinti q.* 1. *num.* 12., ideoque pubertas, quæ post duplex septennium in
33 masculis, post duplicis sexennii elapsum in fœminis evenit, ob naturalem ejus imperfectionem, innatamque sui temperamenti humiditatem, ut post Aristotilem sensit *Galenus lib.* 14. *de usu part. corp. hum. cap.* 5. *clauf.* 1., ea-
34 propter quia fœmina respectu viri imperfectior est, ideo minus requirit spatium, quam vir, ut integram recipiat perfectionem; cum semper perfectius augescat, & tardius absolvatur, quam id, quod imperfectius est; hinc videtur in homine, in quo citius perficiuntur quæ ad corpus, quam quæ ad animam pertinent; & respectu fœminæ notat *Glos.*, *& Baldus in l.* 2. *Cod. de his, qui ven. ætat.*, atque *Glos. in l. Qua ætate ff. de testam.*,
35 quod fœmina tamquam mala herba cito crescit, quam bona; cui augmento recte decrementum correspondet; quia tempora augmenti, & decrementi sibi respondere debent, ut refert *Aristotel. in lib. de morte, & vita*, ideoque in fœmina citius adhuc decrementum advenit, & citius degenerare desinit,
36 citiusque quam vir senescit; & hæc imperfectio ex illius debili calore emanat; quia secundum *Hippocratem in lib. de septimo partu in fine*, & in lib. de natura puerorum; quem sectatur *Galenus in* 6. *de morb. vulg. comm.* 2. *text.* 45. *clauf.* 3. habetur id evenire puellis propter corporis imbecillitatem, ut citius, quam viri pubescant, & senescant, & assentitur *Aristotel.* 4. *de gener. animal. cap.* 6.; Hinc recte *Macrobius* 1. *de somn. Scipion.*
37 *cap.* 6 fœminas exilibus pomis comparavit, quæ multo celerius robustioribus maturescunt. Et in jure nostro recte sensit Triphonius *in l. Qui duos* 10. §. *si maritus ff. de reb. dub.*
58 quod si conjuges simul decesserunt, citius mulierem decessisse præsumeretur.

39 Sed cur hæc celeritas, quæ feminis ob ejus imperfectionem adjicitur extra uterum existentibus, non erit eadem consideranda in utero; ut sicuti extra uterum celerius femina concrescat, ita pariter & in utero concrescere deberet; quando econtrà ex auctoritate *Hippocrat. in lib. de natura pueror.*, *&* 1. *de diet.*, *& morb. vulg. sect.* 2. *text.* 35., *Aristotel.* 4. *de generat. animal. cap.* 6., *& Galeni* 2. *de sem. cap.* 5. *claf.* 1. habetur, marem in utero citius ad perfectionem advenire. Sicque consequi deberet, feminam extra uterum, prout & in utero non celerius viro, benevero tardius concrescere, pubescere, & senescere.

40 Huic objectioni obviam ivit *Aristotel. loc. cit.*; atque quod in fœmina tanta adest in

sua

suo primo exortu humiditas, ut nativum calorem prorsus obruat, ejusque actionem ita impedita, ut illam materiam suo libitu vegetare non permittat, cum humiditas caloris actionem infringat. Quod tamen secus habetur extra uterum; etenim quia primogenia illa humiditas sensim deperditur, atque calor in dies invalescit, facilius molliora ipsius fœminæ membra confacit; sicque calor ipse ab humido, ut antea, nequaquam obruitur; vide plene *Paulum Zacchiam medicolegal. lib. 1. tit. 1. q. 6. num. 51.*, quem laudat *Narbona*
41 *de ætate anni decimiquarti q. 5. num. 10., & seqq.*, & ob hanc rationem humiditatis suæ temperaturæ fœmina citius, quam mas concrescit, ut exponit *Galenus in 6. de morb. vulg. comm. 2. text. 45. clas. 3.*, & refert *Narbona num. 11. ver. sed non solum*; unde quia fœmina imperfectior, & humidior est
42 viro, sicque fragilior, & debilior, & a nativitate minoris potentiæ, vitæ, & virtutis, ideo citius perfectionem recipit, & discretionem, prout cum hac sententia animum suum quiescere fatetur *Gomesius var. 2. cap. 14. num. 5. ver. circa quod*; & tenet pariter *Altimari de nullit. contr. tom. 6. rubr. 9. q. 1. sect. 1. num. 12. ver. pubertas.*

43 Novissime tamen *Card. De Luca in suo tract. de conflict. legis, & rationis obs. 1.* irrationabilem nominavit legem prædictam, quæ masculis, & fœminis inæqualitatem pubertatis tribuit; ait namque manifestam redolere irrationabilitatem legem ipsam, quæ fragiliori, ac imbecilliori, magisque imperfecto sexui majorem judicii perfectionem antea per biennium tribuit, quando hæc biennalis præventiva judicii perfectio in muliere supra virum tam in prima ætate infantili, quamdiu altera minori nequaquam concessa videtur.

44 Verum tamen dicendum est, quod quærere non debemus rationem, ubi expressam legem habemus, ut docuit Julianus *in l. Non omnium, quæ a majoribus nostris constituta sunt, ratio reddi potest, ff. de legib*; alias multa ex iis, quæ certa forent, subverterentur; eapropter rationes eorum, quæ constituta sunt, inquiri non oportet, prout & com-
45 probat *Neratius in l. Et ideo 21. ff. eodem.* Sicque quia lex inæqualitatem in pubertate constituit, eadem semper in usu visa fuit, eamque in viridi observantia universa præservat.

46 Sed quare puberes dein majores facti, sive masculi, sive fœminæ una simul, & eadem ætate æquales a jure fuerunt considerati, vide infra *num. 86., & seqq.*

47 Hoc autem pubertatis tempus de momento ad momentum currit, ideoque impletum esse debet, ex traditis per *Ulp. in l. Denique 3. §. minore ff. de minor.*, tradunt *Narbona num. 15., & Oddus de rest. in integr. p. 1. q. 2. art. 9. num. 54.*

48 Sed quæres, an hoc nomen *pubes* tam masculum, quam fœminam comprehendat? Et quod solummodo masculum comprehendat, ex eo quod fœmina viripotens dicatur, colligitur ex Ulpiani Textu *in l. Hæc autem 5. § ait prætor, si is pupillus in suam tutelam* (idest pubertatem, ut explicat Glosa) *venerit, cave pupilla viripotens fuerit, ff. quib. ex caus. in possess.*, *Papiniani in l. Pater 100. ff. de condit., & demonstrat.*, *Cai. in l. Mulieris 13. ff. de V. S. & Imp. Justiniani in princ. instit. quib. mod. tut. fin.*; Ideoque ipsemet Imperator dum *in l. Hac consultissima 21. Cod. de testam.*, ad testamenti solemnitatem septem puberes testes exegit; pro ipsis mares tantum intellexit, ut declaravit *in §. testes, instit. de testam. ordin.*

49 Nihilominus tamen fœminam recte puberem dici expresse docet J. C. *Julianus in l. Qui filium 4. ff. ubi pupil. educ. deb.*, in illis verbis: *Pubes factus pupillus puberi jam factæ sorori suæ*, & comprobatur Rescripto Imp. Justiniani *in l. fin. Cod. quando tut., vel cur.* in illis verbis: *Jubemus quemadmodum fœminæ post impletas duodecim annos omnimoda pubescere judicantur*, & pariter *in princ. instit. quib. modis tut. fin.* in illis verbis: *Pupilli, pupillæque cum puberes esse cœperint*, & tenent *Cujacius in cap. puberes 3. de desp. impub.*, *Osuald. ad Donellum lib. 3. cap. 14. lit. C.*, *Narbona de ætate anni decimiquarti q. 1. num. 14., & 15.*, ubi subdit, utrique sexui pubertatis nomen convenire nullum esse dubitationem amplius.

50 Sed quoniam sub hac pubere ætate Prætextatorum adhuc ætatem contineri nonnulli voluerunt, ideo videndum adhuc duximus, qua ætate Prætextatos haberi. Et primo sciendum est, Prætextatos ab hujus nominis amictu, quo honoris causa induti incedebant, cognomen hoc meruisse tradit *Caranza in notis ad l. 3. §. in hoc interdicto ff. de liber.*
51 *exhib.*; etenim placuit Romanis, ut dignitates vestitu secernerent, ut testatur *Petrus Gregorius lib. 9. Syntagmat. cap. 19. num. 3.*, eapropter quintuplicis modi vestes Prætextas habuerunt, nempe Regales, Augurales, Consulares, Senatorias, & Equestres; & etiam erant quæ puerorum ornamento deserviebant,
52 cujusmodi modum instituit Tullus Hostilius Rex Romanorum III., postquam Hetruscos debellavit, apud quos illum invenit, ut tradit *Macrobius lib. 1. Saturnal. cap. 6.*

53 Qua ætate autem Prætexta hæc assumebatur non fuerunt concordes Doctores. Hinc Macrobius in anno decimoquarto parvulos ante annum decimumquartum hoc amictu decoratos firmat, & usque ad pubertatem induebant, qua completa exuebant, solemnique festo, vel officio, quod ajunt *laribus* suspendebant.

54 Verius apud *Plinium naturalis historiæ lib. 9. cap. 33.* contendit usque ad annum

decimumſextum prætextam hanc obſervatam
55 fuiſſe ; immo ad annum decimumſeptimum
contigiſſe teſtatur *Budeus in annot. ad l. fin.*
ff. de Senator. , *Petrus Syntagmat. cap.* 3.
num. 11., *Mandoſa de ætat. minor. cap.* 5.
56 *num.* 39. , alii tandem firmarunt percurriſſe
uſque ad annum vigeſimumquartum , ut videndus
Alex. ad Alex. lib. 5. *dier. genial.*
cap. 18.
57 Verum *Narbona de ætate anni decimiquarti q.* 3. *num.* 5. firmavit probabiliorem eſſe
opinionem illorum tenentium poſt pubertatem ,
ſeu poſt annum decimumquartum prætextam
veſtem deponi , atque virilem , puramque
togam aſſumi , quod variis rationibus
probare conatur *num.* 6., & 7.
58 Quicquid autem de Prætextatorum ætate
amplius ſit , ſupereſt ut videamus , uſque ad
quod tempus pubertatis ætas currat ? Et de
jure communi habetur ; pubertatis tempus
uſque ad annum vigeſimumquintum perdurare ,
ut teſtatur *Ulp. in l.* 1. *ff. de minor.*,
& paſſim probant jura , maxime in *tit. Cod.*
ſi major. fact. rat. hab., & communiter Doctores
tradunt ; & uſque ad prædictum tem-
59 pus ſemper pubes , ſeu minor vocitatur ; in
cujus ætatis decurſu fragile , & infirmum eſt
conſilium multis captionibus , multorumque
inſidiis ſuppoſitum , ut advertit Ulp. *in d. l.* 1.,
& vide *Baronium de effect. min. ætat. circa*
judicial. in præfat. num. 36., & 51.
60 Et ætate vigintiquinque annorum completa ,
eadem dicitur major ætas , ut patet ex
utroq. *tit. Cod. ſi maj. fact.*, & tradit J. C.
in *l. Minor.* 33. *ff. de Minorib.*, *Baronius n.*
62., *Narbona de ætat. ann.* 25. *q.* 1. *num.* 23.,
61 & ætas dicitur bene conſtituta , ut refert
Oddus de reſtit. in integr. q. 1. *art.* 3. , cum
62 ſit legitima , & perfecta , quemadmodum
talem nominavit Imp. Juſtinianus *in l. fin.*
63 *Cod. de iis , qui ven. ætat.*, *Narbona num.* 15.
& juſta , ſecundum Ulp. in *l. Sextumdecimum*
2. §. *de minorib. ff. de vacat. muner.* , & *in l.*
Cum filiofamilias 48. *in fine ff. de leg.* 3., &
64 plena , conſtans , firma , impleta , integra ,
matura , virilis , & robuſta , ut probant *Baronius
num.* 68. 70., & 71., *Narbona num.* 25.,
& *ſeqq.*, aliique ; hinc recte ajunt relati per
Baronium num. 72., quod poſt vigeſimumquin-
65 tum annum incipiat judicium ; & *Narbona n.*
5. firmat , quod in tali tempore creſcendi
66 meta præfixa eſt . Et *Oddus num.* 34. rationem
hujus perfectionis ætatis reddendo ait ,
67 quod numerus 25. annorum dicitur maximi
miſterii , & perfectionis , cum ſit numerus
quadratus , qui in ſeipſo multiplicatus deſinit
68 in ſeipſo . Et etiam ſubdit , hunc numerum
complere animam noſtram , & pariter corpus ;
etenim Jubileum hoc temporis ſpatio celebratur ;
atque corpus uſque ad vigeſimumquintum
annum creſcere , & non ulterius evincitur
ex Papiniano *in l. Cum pater* §. *Curatoris
ff. de leg.* 2.

69 Uſquedum dicta tam in maſculo , quam in
fœmina intelligenda ſunt , ſicque utraque pubertatis
ætas ad annum vigeſimumquintum
protrahitur . Nam jura nullam inter maſculum
& fœminam ætatis majoris differentiam conſtituerunt ,
ut patet ex *tot. tit. ff. de minor.*
25. *ann.*, *Mandoſa de ætate minor. cap.* 5. *n.*
104., *Narbona de ætate anni* 14. *q.* 1. *n.* 17.,
& *anni* 25. *q.* 1. *num.* 7. , *Baronius in prælud.
circa judicial. num.* 36.
70 Hinc eſt , quod tam maſculus , quam fœmina
poſtquam ad ætatem majorem devenit ,
dicitur deveniſſe ad complementum virilis
vigoris , virtutis , & perfectionis , ut tradit
Oddus quæſt. 2. *art.* 4. *num.* 41., & etiam ad
71 ſtatum ut probant *Lara de vita homin. cap.*
22. *num.* 3., *Baronius num.* 64., *Narbona n.*
72 14., & 15., Eapropter hac in ætate mares ,
& feminæ ad illam judicii , & diſcretionis
perfectionem accedunt , qua ſibi , rebuſque
ſuis providè abſque curatoris ope conſulere
poſſunt ex juribus allegatis per *Narbonam in
ann.* 25. *q.* 3. *num.* 3. , & ſuo loco plene
diximus .
73 Hoc tamen 25. annorum tempus completum
eſſe debet . Pro majori tamen intelligentia ,
& declaratione ſciendum eſt , quod
aliquando diverſæ dictiones haberi poſſunt ;
etenim quandoque præferuntur verba hæc ,
ut poſt vigeſimumquintum annum ; aliquoties
ut *ante vigeſimumquintum annum* , & tandem
74 ſimpliciter in *vigeſimoquinto anno* . Primo
caſu certum eſt , tempus 25. annorum completum
eſſe debere , quemadmodum probat
Textus Pomponii *in l. Si ita fuerit* 41. *ff.*
de manumiſ. teſtam. , & *Ulpiani in l. Majores*
3. *ff. de jur. immun.*, ſecundo caſu diſtin-
75 guitur , aut non agitur de favore ejus , in
cujus beneficium ætas impleri debet , & tunc
quia non erit ei favor , ut annus cœptus pro
completo habeatur , eapropter annus vigeſimusquintus
integre excedere debet ; nam
odioſum , & damnoſum minori eſſet , ut reſtitutionis
beneficium anno prius , quam ceſſare
deberet , eidem tolleretur . Si vero de
76 ejus favore ageretur , atque de commodo
publico , & tunc annus cœptus pro completo
habebitur ; quod tamen pro non cœpto haberetur ,
ſi publicum damnum , & incommo-
77 dum adeſſet , ex traditis per *Ulp. in l. Ad
Rempublicam* 8. *ff. de muner.* , & *honor.* , atque
ita ſentire videtur *Textus in Can. Epiſcopus*
6. *diſt.* 77. , in tertio tandem caſu an-
78 nus cœptus pro completo haberi non debet ,
ſed eum compleri neceſſe eſt , ut in puncto
docet Ulpianus *in l. Denique* 3. §. *minore ff.*
de minor., & facit Textus *in l. Non putabam*
47. *ff. de condit.* , & *demonſtrat.*, & *in l. Ex
his verbis* 5. *Cod. quando dies leg. ced.*, quod
79 tamen fallit , ſi favore libertatis ageretur , ut
tradit Pomponius *in l. Si ita fuerit* 41. *ff. de*
80 *manumiſ. teſtam.*, aut etiam favore teſtamenti ,
ut ſentire videtur Paulus *in l. Qui filium*

23 *ff.*

73. *ff. ad S. C. Trebellic.*, aut tandem in favo-
81 rabilibus, nam in odiosis, seu in delictis
semper quis minor reputatur, quamquam
aliquod temporis momentum deficiat, vide
plene *Oddum quæst. 2. art. 8.*, *Virgilium de
legit. personæ cap. 1. num. 19.*, *Baroniam in
prælud. circa judicial. num. 59.*, & *60.*
82 Sed in casu anni completi an sufficiens
erit, ut attingatur ultima dies, vel hora; aut
sit necesse, ut penitus compleatur? Et sat
esse ultimam diem attingi evincitur ex *Ulp.
in l. Qua ætate 5. ff. de testam.*, & *ex Celso*
83 *in l. Si in annos 48. ff. de condit.*, & *demon-
strat.*, verum Jabolenus *in l. In omnibus re-
bus 54. ff. de action.*, & *oblig.* in contrariam
sententiam ire videtur. Nihilominus tamen
84 *Oddus loc. cit. art. 9.* discusso articulo fir-
mavit, nativitatis horam attendi debere in
ultimo natali die, & si ab initio talis diei
fuerit illa hora transacta, iste dies diceretur
completus, & sic ætas finita, cum compu-
tatio de momento ad momentum fieri de-
beat, & tradunt etiam *De Marinis var. 1.
cap. 144. num. 5.*, aliique apud *Baronium n. 58.*,
etenim dat rationem Oddus, quod dum agi-
tur de favore minoris, & simul publico;
omnino exitus, & complementum 25. anno-
rum usque ad ultimam horam expectandum
erit, cum ita favorabile sit minori, ne be-
neficiorum tempore eidem abbreviarentur;
quod & favori publico adhuc convenit;
cum in integrum restitutio propter publicam
necnon utilitatem sit introducta, ut diximus
85 *p. 3. cap. 6. num. 9.*, hinc infert etiam Od-
dus, quod si de hora non constaret, in dubio
expectandus erit exitus totius diei. Et si du-
bius fuerit dies, expectari deberet exitus to-
tius mensis; & si neque certus fuerit mensis,
totius anni exitus expectandus erit.
86 Quæres, cur ista major ætas 25. annorum
æqualis sit in masculis, & fœminis, & non
jam ætas pubertatis, & veniæ impetrandæ?
Jason *in §. masculi, instit. de curat.* dicit,
quod in pubertatis abbreviatione, ac veniæ
impetratione favorabile est mulieri, ut ætatis
cursus anticipetur, atque pro idonea habea-
tur prius quam masculus; quod secus erit in
ætate annorum 25., quia odiosum esset mu-
lieri, restitutionis beneficium ipsi prius, quam
masculo cessare.
87 Hanc Jasonis sententiam reprobavit *Aldobr.
ibidem sub num. 2*, aliamque attulit rationem,
nempe quod in tutela consideratur guberna-
tio personæ, in cura vero rerum; eapropter
apta prius est fœmina ad seipsam tuendam
quoad personam, quam masculus, ex eo quia
prius pubescit. Non autem sic in rebus agen-
dis, quia fœminæ semper fragilis sunt consi-
lii, & ideo tempus beneficiorum non erit
eisdem abbreviandum, sed masculis potito
æquiparantur.
88 *Oddus de restit. in integr. quæst. 2. art. 4.
in fine* neutram sententiam adprobat, sed
ait, quod quantum ad complementum virilis
vigoris numerus vigintiquinque annorum est
in utroque par, ejusdemque perfectionis, &
virtutis, ut supra diximus; ideoque tali in
tempore habetur æquiparatio, quod non ita
erit in ceteris temporum anteriorum disposi-
tionibus, in quibus quia non adest ista per ra-
tio, dispar quoque habenda erit dispositio.
89 Recte tamen *Gomesius var. 2. cap. 14. sub
num. 5.* fatetur congruam aliquorum rationem
non invenisse. Hanc notam vero ab ipso pro
aliis datam incurrere volens, ait, quod ea esse
poterit ratio, quod in pubertate agitur de le-
gitimanda persona, & esset maximum mino-
ris præjudicium esse remotum, & inhabilem
ad commercium, & negotia suggerenda. At
cetero in casu, ut ætas legitima extendatur
in utraque persona in tempus 25. annorum
pro petenda restitutione non agitur de legiti-
manda persona, sed solum de beneficio, &
privilegio extendendo.
90 Quæ autem prædictarum rationum amabi-
lior sit, videat doctus Lector. Ceterum se-
quenda erit monitio Juliani *in l. Non omnium
20. ff. de legib.*, quod non omnium, quæ a
majoribus constituta sunt ratio reddi potest.
Et Neratius *in l. Et ideo 21. ff. eodem* adver-
tit, non esse inquirendas rationes eorum,
quæ constituuntur, alioquin multa ex iis, quæ
certa sunt, subvertentur.
91 Quæres etiam, an appellatione minorum,
seu minoris ætatis veniat ea quatuordecim an-
norum, aut vigintiquinque, aut utraque *Re-
bell. de oblig. justit. lib. 1. q. 8 sect. 4. n. 15.*,
Lora de vita homin. cap. 22. num. 2., *Simon-
cellus de decr. in præfat. num. 9.*, aliique re-
lati per *Narbonam de ætate ann. 25. q. 2. n. 2.*
volunt tam masculos, quam fœminas dici
minores usque ad vigesimumquintum ætatis
annum.
92 *Sanchez in summa tom. 2. lib. 4. cap. 35.
num. 3.* tenet minorem dici a tempore pu-
bertatis usque ad vigesimumquintum annum
completum.
93 Conciliabilis tamen est sententia *Oddi de
restit. in integr. quæst. 2. art. 5.*, cui accedit
Narbona num. 3., quem laudat *Baronius in
præludio circa judicial. num. 54.*, nempe mi-
norem dupliciter considerari posse, in genere,
& in specie; primo modo de utraque ætate
intelligitur, ut minor ab exordio ætatis usque
ad annum vigesimumquintum habeatur. In
specie vero tantum a pubertate usq. ad annum
vigesimumquintum. Et revera ita sensisse vi-
detur Innocent. III. *in cap. in præsentia, de
probat.*, in illis verbis: *præterea cum verbum
illud, minor annis, duobus poterit modis in-
telligi, cum & qui minor est quatuordecim an-
nis, & qui vigintiquinque dici soleat minor*
94 *annis*. Hinc subdit *Narbona num. 4.* de mi-
nore in genere sumpto fuisse loquutos Scripto-
res primæ sententiæ. Unde si testes dixerint,
Titium tali in tempore, quo Monasterium
fuit

fuit ingressus, minorem fuisse, non propterea
probatum remanet, inhabilem ad ingredien-
dum fuisse, ut tradunt *De Amicis conf.* 40.
num. 1., *Rebuff. de restit. art.* 2. *Glos.* 4. *n.* 1.

95 Sed an sub nomine perfectæ, & legitimæ
ætatis veniat tantum ea 25. annorum, an ve-
ro illa veniæ adhuc impetratæ. Et quod tan-
tum illa 25. annorum veniat, nisi aliter spe-
cifice fuerit dictum, statuit Imp. Justinianus
in l. fin. Cod. de iis, qui ven. ætat., & tra-
dit *Gomesius var.* 2. *cap.* 14. *num.* 12. *in fine*,
quæ autem sit ætas veniæ impetratæ, dicemus
cap. seq.

96 Verum num possit ætas ista 25. annorum
aliqua Consuetudine, vel Statuto abbreviari?
Et negative videtur dicendum ex eo, quod
ætatis perfectio ab incremento naturali pro-
venit, ideoque aliquo jure positivo nequit
mutari, vel alterari per id, quod tradit Imp.
Justinianus *in §. fin. instit. de jur. nat.*. Pa-
riterque quia minores ætates, & privilegia
piæ causæ æquiparantur secundum *Baldum*
conf. 465. *num.* 1. *lib.* 1., & sicuti hæc pri-
vilegia neque directe, neque indirecte aliquo
Statuto, vel Consuetudine variari possunt,
per *auth. cassa Cod. de Sacros. Eccles.*, ita
& nec minores ætates.

97 Communis tamen omnium Doctorum sen-
tentia tenet, posse ætatem prædictam per
Statutum, vel Consuetudinem abbreviari,
plene *Oddus de rest. in integr. quæst.* 2. *art.*
6. *num.* 44., *& quæst.* 15. *art.* 19. *num.* 76.,
Paschalis de patr. pot. p. 2. *cap.* 1. *n.* 105.,
Narbona de ætate anni 25. *q.* 1. *num.* 18., *Baro-*
nius in prælud. circa judicial. num. 99., innu-
98 merique apud ipsos. Etenim quamquam na-
turalis vigor in anno vigesimoquinto com-
pletus dicatur; attamen quia varia est clima-
tum, cœlorumque temperies, varium quo-
que esse poterit incrementum, ac perfectio
naturalis vigoris, acuendo citius juvenum in-
tellectus, vel serius, prout crassiores sunt lo-
corum vapores, & aër. Hinc est, quod Sta-
tutum, vel Consuetudo Minorum ætatem bre-
viorem, vel longiorem constituere potest,
quemadmodum secundum subditorum mores
variari leges soleant, ita *Oddus num.* 46.

99 Hinc evenit consuetudo apud Bituricenses,
ut major 21. annis pro majore 25. annis ha-
100 beatur. Item Florentiæ adest Statutum, ut
major 20. annis per omnia tamquam major
25. tractetur; ut tradit *Boerius dec.* 350. *n.*
4., quem refert *Oddus num.* 45, & ceteris
101 adhuc Civitatum Statutis cavetur, ut deci-
mumoctavum annum attingens legitimæ æta-
tis habeatur, ut tradit *Corneus conf.* 108. *n.* 8.
lib. 3., *Narbona num.* 18.

102 Et in Regno nostro Neapolitano satis,
superque scita est Constitutio *Minorum jura*
sub rubrica *de rest. in integr.*, ubi major ætas
25. annorum ad annum decimumoctavum
completum tam in masculo, quam in femina
per Imp. Fredericum restricta, & abbreviata
103 fuit. Hinc per talem Constitutionem hodie
in Regno nostro major decem & octo annis
potest libere contrahere, & in judicio com-
parere absque Curatoris auxilio, & sine spe
restitutionis in integrum, ut universa Regni
praxis servat, & testantur *Carleval. de judic.*
lib. 1. *tit.* 1. *disp.* 2. *q.* 6. *sect.* 7. *n.* 566.,
Rondella de jur. prothom. §. in primis Glos.
minor 25. *ann. sub num.* 1., *Baronius in præ-*
lud. circa judicial. num. 97., *&* 114., *De Ma-*
rinis var. 1. *cap.* 144. *num.* 5., qua constitu-
104 tione attenta hæc ætas dicitur perfecta quoad
omnia, sicuti ætas 25. annorum de jure com-
muni, ut tradunt *Scaccia de judic. lib.* 2.
cap. 2. *num.* 547., *Giurba dec.* 78. *num.* 9.,
aliique apud *Baronium num.* 98.

105 Sed quærunt nonnulli, an vigore hujus
Constitutionis dicatur quis major etiam quoad
bonorum alienationem? Negant *Tiraquellius*
de nobilit. cap. 20. *num.* 42., *Oddus de rest.*
in integr. quæst. 15. *num.* 77., *Michalorius de*
fratrib. p. 3. *cap.* 38. *num.* 4., *Mandosa de*
ætate min. q. 19., *Simoncellus de decr. lib.* 3.
tit. 8. *insp.* 3. *num.* 24., aliique apud *Baro-*
106 *nium num.* 103., hinc subdit Simoncellus,
quod hujuscemodi Statutum, seu Constitutio
tribus in casibus verificari potest; primo in
contractibus, & obligationibus, in queis alie-
natio non continetur; secundo in contracti-
bus in quibus continetur alienatio mobilium,
aliarumque rerum, quæ sine decreto alienari
possunt; & tertio in contractibus, per quos
immobilia distrahuntur; sicque cum possit
Statutum in uno ex tribus casibus verificari,
intelligendum est, ut tantum de primis duo-
bus casibus, non autem de tertio loquatur,
ut jus commune lædatur minus, quam possi-
bile sit.

107 Nihilominus tamen respectu nostræ Con-
stitutionis *Minorum jura* nulli dubium est, cen-
seri eum decem, & octo annis majorem ad
quamcumque bonorum alienationem, cum
eadem per verba generalia nimis loquuta vi-
deatur, ut tradit *Baronius num.* 104., eapro-
pter contrarios repellendo *De Luca ad Fran-*
chis in dec. 650. *num.* 1., *&* 2. firmavit pro
magis recepto, quinquennii lapsum pro ra-
108 tihabitione contractus per minorem nulli-
ter initi super bonis quantumvis immobilibus
post annum decimumoctavum attenta prædi-
cta Constitutione currere debere, & com-
probat adhuc *Baronius num.* 114.

109 Potest tamen dari casus, quo restitutio-
nis beneficium non tollitur per Statutum, &
erit quando Statutum simpliciter faceret mi-
norem majorem in aliquo actu, ut probat
Oddus de restit. in integr. quæst. 15. *art.* 9.
num. 73., aliique apud *Baronium num.* 113.

110 In causis vero fidei, non obstante qualibet
Consuetudine, vel Statuto, dicendus erit quis
major secundum jus commune; eapropter
minori 25. annis dandus erit Curator, ut aliis
relatis firmat *Scaccia de judic. lib.* 9. *cap.* 2.

num.

num. 551., & sequitur *Baronius in praludio circa judicial. num.* 118.

111 Difficultas tamen erit circa personas Ecclesiasticas, an prædicta Constit. *Minorum jure* minores Clericos adhuc comprehendat? Affirmative defendit *Baronius num.* 119., nam cum Statutum sit generale, & factum pro communi omnium civium utilitate, & ex justa, laudabilique causa circa ritum agendi in judicio; atque circa modum contrahendi cum tertiis personis, & de Clericis mentionem non fecit, sed tamen materiam contineat temporalem Clericis ipsis, sicuti & laicis indifferenter utilem, & favorabilem, ideo laicos, & pariter Clericos indifferenter comprehendere debet; etenim constitutio ista cum sit Lex Imperialis, veluti ab Imp. Frederico condita, & Sacris Canonibus non obviat, etiam contra Clericos in foro Ecclesiastico servanda est, saltem veluti Imperatoris Statutum. Quod & comprobatum videtur sequenti Regali Diplomate.

Illustriss. Signore Padrone mio Osserv.

112 „ Il Governadore di Corato mi ha rappresentato, che stante la scarsezza della raccolta seguita del prossimo passato anno di vettovaglie in detta Terra stimò il supplicante, precedente istanza del Sindaco, emanar bando, col quale si proibiva l' estrazione di dette vettovaglie da detta Terra sotto pena della perdita della robba, che si estraesse, e degli animali, che l' asportassero. Dopo la publicazione di quel bando essendosi ritrovati Natale, e Nunzio N., che in controvenzione di detti bandi estraevano quattordeci somarri, e due cavalli carichi di grano, furono i medesimi arrestati, e dovendosi procedere alla vendita di detti animali, e grano, sia uscito di mezzo il Cherico Michele Cotignano, allegando, che il detto grano era suo, e che come Cherico non sia tenuto alla osservanza di detto bando, e perciò debba restituirsegli il grano, e gli animali, per la restituzione de' quali è ricorso in codesta Curia Arcivescovile, per far sostenere la sua pretenzione con ordine di scommunica, ed ha supplicato di opportuno rimedio. Ho stimato bene insinuare a V. S. Illustr., come fo con questa, che la sua Curia non deve, nè può sostenere la pretenzione di detto Cherico, come ingiusta, ed irragionevole. *Imperciocchè lo esser Cherico non lo dissobbliga dalla osservanza di detto bando; mentre le leggi, che riguardano il buon governo, ed il bene publico* ex vi directiva *obbligano anche gli Ecclesiastici, che compongono coi Laici un sol Comune*; oltrecchè abborrisce dalla bontà Cristiana, non che dal zelo dell' ordine della Chiesa approfittarsi delle communi miserie de' Cittadini. Che perciò si compiacerà V. S. Illustr. ordinare alla sua Curia, che si astenga da dar passi, con rivocare quelli già dati per sostenere la pretenzione di detto Cherico; siccome mi compometto dal sommo zelo, e giustizia di V. S. Illustr., nel mentre attendendone il riscontro, resto bac. le mani" = Di V. S. Illustr. Napoli 21. Novembre 1719. = Divotissimo, ed Obligatiss. Serv. Gaetano Argento. All' Illustr. Monsignor Vescovo di Trani.

113 Et hodie Clerici multis in casibus Potestati Laicæ subjiciuntur ob peculiares Leges a Supremo Principe in dies editas. Hinc in causis juris congrui diffinitum est tam pro Civitate Neapolitana, quam pro toto Regno, ut Clericus active, & passive a Judice laico privative cognosci debeat, ut habetur ex Regali Diplomate de die 24. Maj 1760., & sub die 16. mensis Martii 1762., cujus tenor est ut sequitur.

„ Uniformandosi il Re al sentimento di codesta Real Camera proposto con rappresentanza de' 25. dello scorso mese, nella quale sul dubbio fatto dalla Corte di Caserta, se dovea attendersi la consuetudine praticata in questo Stato, che gli Ecclesiastici nè soffrono, nè godono il congruo, riferì essersi dal Re Cattolico Augustissimo Padre della M. S. già stabilito, e determinato, che le cause di congruo siano ad istanza de' Laici, o di Ecclesiastici debbano sempre trattarsi avanti al Giudice laico, al quale privativamente la cognizione appartiene per la principale ragione di esser questa una azione tutta Reale, la quale deve regolarsi nella decisione della medesima colle leggi comuni, e municipali, senza attendere qualunque altra pretesa consuetudine in contrario. Ha la M. S. dichiarato, e vuole, che nella causa di congruo, sia di pretenderlo, sia di riceverlo gli Ecclesiastici in Napoli, e nel Regno siano trattati ugualmente che i laici; e che per gli uni, che per gli altri debbano i Giudici laici, a' quali privativamente la cognizione di tali cause appartiene, regolarsi nella decisione della medesima colle consuetudini di Napoli nella Capitale, e colla costituzione *Sancimus* nel Regno. Lo prevengo di Reale ordine alle Signorie loro Illustrissime per intelligenza, e governo di codesta Real Camera, nella prevenzione ancora di essere in tale conformità dati gli ordini corrispondenti alla Corte di questo Regio Stato. Caserta 16. Marzo 1762. = Bernardo Tanucci.

114 Insuper in materia nunciationis novi operis Clericus nunciandus erit in Curia laicali; quia tamquam actor debebit sequi forum nunciantis, qui utpote reus consideratur, quoniam a Clerico nunciato causam recipit, prout habetur ex Regali Diplomate de die 31. mensis Augusti 1765.

115 Clerici etiam pro mercede, vel salario per ipsos debito, & pro aliis debitis per eosdem contractis conveniendi sunt coram Judice laico, attento Regali Diplomate de die 23. mensis Augusti 1765. tenoris sequentis:

„ Avea.

„ Avendo fatto presente al Re una memoria data da questo Nunzio Pontifizio colle doglianze di Sua Santità per la processura, che i Ministri Regj fanno contra gli Ecclesiastici, sì per causa di mercede dovuta agli operarj, che per i debiti, che da essi si contraggono. La M. S. mi ha comandato di rescrivere a detto Prelato, che avendo esaminati gli esempli in detta memoria allegati, non si è finora ritrovato, che da' Regj Ministri siasi fatto alcun' atto violento; ma soltanto siasi fatto uso di quella autorità, e protezione, che il Signore Iddio l'hà incaricata indistintamente sopra tutti i suoi vassalli, e sudditi, e della quale non deve la M. S. dispensarsi. Anzi m'incarica, ed ordina, che dovesse a questo invigilarsi con somma cura, e gelosia, che giustizia si amministri a chiunque la domandi, e che punto non venga la sua Reale autorità fin dove estender si possa, perturbata, o defraudata. Ed avendo eseguito il Real Commando, le partecipo a V. S. Illustr. per sua intelligenza, ed in risposta della sua consulta de' 31. del caduto sullo assunto. Palazzo 05. Agosto 1765. Carlo De Marco. Signor Cavalier Vargas Macciucca.

116 Et respectu actionis Realis adversus Ecclesiasticos illius cognitio ad Judicem laicum pertinet, ex Regali Diplomate de die 5. mensis Decembris 1772., cujus tenor est sequens.

„ Avendo proposta al Re la Consulta di codesta Real Camera de' 27. Luglio del passato anno per la domanda del Monastero di San Giorgio Armeno di questa Città di doversi continuare nella Curia Arcivescovile il giudizio di assistenza introdotta nella medesima fin dal 1633. dal fu Lionardo Spinola sopra un Palazzo, che il Monistero possiede per suoi pretesi crediti. S. M. informata de' motivi addotti dalla Real Camera, per li quali facendosi carico de' veri confini del Sacerdozio, e dello Imperio, e della pratica, e polizia del Regno, ha stabilita la massima, che dove si tratti di azione Reale, se ne appartenghi la cognizione a' Magistrati laici. E che uniformemente a questa massima abbia fatto decreto, che nel presente giudizio di assistenza proseguito dal Principe di S. Angiolo dovesse procedere il Consiglio cogli stessi atti però, e nello stesso stato, in cui si ritrova la causa nella Curia Arcivescovile, ad oggetto di rimediare allo sconcerto di eternarsi la lite. E che per le stesse ragioni abbia stimato di non doversi dar luogo alla restituzione *in integrum* pretesa dal Monistero avverso il rapportato decreto. Ma ha la M. S. commandato dire a V. S. Illustr., che la Real Camera esegua il suo decreto, e dia gl' ordini, che ne rispondano, essendosi uniformata a quanto la medesima ha proposto. Palazzo 5. Decembre 1773. Carlo De Marco. Signor Marchese Spiriti.

117 Pariterque in causis mercimonii, inter quas numerantur literæ cambii procedendum erit adversus Ecclesiasticos in foro laicali, ubi expediuntur literæ executoriales realiter, & personaliter; verum pro executione personali impartiendum erit brachium Curiæ Ecclesiasticæ, a qua denegandum non erit, prout extat Regale Diploma sub die 21. mensis Junii 1770. tenoris sequentis.

„ Nella rappresentanza di V. S. Illustr., con cui esponendo di aver sospesa l'esecuzione di un decreto fatto dal Delegato della Regal Giurisdizione in seguito di Real Dispaccio de' 22. Luglio 1769. di doversi gli Ecclesiastici convenire nel foro laicale per li contratti di mercimonio, tra i quali sono anche le lettere di cambio, che non sono di mercatura, e come debba regolarsi nell' esecuzione personale contra gl' Ecclesiastici; mi comanda il Re dire a V. S. Illustr., che eseguisca il decreto del Delegato della Regal Giurisdizione, e proceda indistintamente contra gli Ecclesiastici per qualunque lettera di cambio, la dicui formazione trasmuta in mercimonio ogni altro contratto; e che per l'esecuzione personale si regoli nella forma, che si tiene dagli altri Tribunali laici in casi simili, cioè che nelle lettere esecutoriali si attenda la legge d' impartirsi il braccio della Curia Ecclesiastica, che lo da, e deve darlo senza altra condizione, per condursi il debitore Ecclesiastico nelle Carceri; e se occorre, che in qualche Curia s' incontra renitenza nel dare il braccio, riferisca per prendersi dalla M. S. gli opportuni ripari, ed espedienti. Palazzo 21. Giugno 1770. Bernardo Tanucci. Signor Consigliere Porcinari.

118 Et in Civitate Neapolitana Ecclesiastici omnes sicuti ceteri laici subjiciuntur Consuetudinibus ipsius Civitatis, attento Regali Diplomate de die 6. mensis Martii 1770. videlicet.

„ Non ammettendo dubbio, ne potendo controvertirsi, che gli Ecclesiastici sono soggetti alle Consuetudini Napolitane, giacche non può mettersi in dubbio che siano essi Cittadini ugualmente che li laici, e sottoposti alle stesse Leggi, ed alla stessa Sovranità; mi comanda il Re parteciparlo a V. S. Illustr. per intelligenza sua, e del Consiglio. Palazzo 6. Marzo 1770. Carlo di Marco.

119 Ex prædictis igitur, aliisque brevitatis causa omissis concludendum superest Principum statuta sive privilegiata, sive immunitatis concessiva, aut bonum publicum respicientia Clericos adhuc ex vi directiva ligare, & comprehendere; atque ita firmandum pariter pro laudata Constit. *minorum jura*; etenim cum sit Statutum generale, atque pro communi omnium Civium utilitate confectum, pariterque ex justa, laudabilique causa circa ritum sollicite agendo in judicio, atque circa modum contrahendi cum tertiis personis, ideo

lal-

laicos æque & clericos comprehendere debet, eo quidem fortius, quod materiam continet temporalem Clericis ipsis sicuti & laicis in-
120 differenter utilem, & favorabilem. Et non gravat objectio, quod isthæc constitutio Clericis onerosa erit consideranda ex eo potissimum, quod quamquam jure communi inspecto Clericorum conditio reddi deterior videatur, tamquam longius posita; juvat benevero, ut usque ad annum 25. completum ad negotia sane peragendum bonus ei Curator detur. Etenim eluitur objectio ista, & primo, quod melior considerandus in Clerico erit sollicitus favor libertatis, quam longæva ejus conditio in contrahendo. Et secundo esset durum nimis, æqualitatem in eisdem personis, & in eodem contractu non servari; meritoque ut bonum politicum, & regimen Reipublicæ æqualiter servetur conveniens, atque justum considerandum erit, ut prælaudata Constitutio *Minorum jura* tamquam ad bonum publicum directa, ne contractus firmitas longius protrahatur, Clericos adhuc liget, & comprehendat. Et vide *Alexander. lib. 2. cons. 210. num. 13.* Quicquid in contrarium apud nonnullos scriptum reperitur.

C A P. XVI.

De ætate ad veniam impetrandam requisita.

S U M M A R I U M.

ÆTas perfecta aliquando præmatura esse assolet, num. 1.

Præmaturæ ætatis juveni venia conceditur ætatis, num. 2., & seqq.

Reipublicæ interest, ne curatoribus minores alligati sint, num. 5.

Venia ætatis nulla est ante ætatem concessa, num. 6. Fallit num. 7.

Veniam ætatis qui obtinuit pro majore habetur, n. 8. 13., & seq. 31., & 32.

Intra quadriennium a die veniæ impetratæ debet in integrum restitutionem petere, num. 9.

Minor falso ætatis veniam impetrando, adversus contractus venire potest, n. 10. 11., & 13.

In Curatore præsumitur scientia minoritatis, n. 12.

Venia ætatis a Principe concedi debet, num. 21., & 22.

Debet præsentari coram Judice, qui administrationem decernit, num. 23.

Debet publicari per proclamationes, ut omnibus innotescat, num. 24.

Læsus minor in impetranda venia, restituitur in integrum, num. 25., & 26.

Mulier prius, quam vir veniam ætatis impetrat, num. 27. & 28.

Numerus 20. annorum Sapientiæ symbolum significat, num. 29.

Morum instituta pro veniæ impetratione probari debent, num. 30.

Nomine perfectæ, & legitimæ ætatis non venit ea per veniam impetrata, num. 33.

De venia ætatis jure Regni attento, num. 34.

1 ÆTas perfecta nonnullis adolescentibus adeo præmatura priscis temporibus experta fuit, ut ipsos optimam indolem, solidamque eruditionem mirifice ostendisse tradit *Vincentius Turturreti in paralellis ethicis, & juridicis dissert. 24.*, ubi subdit, hoc
esse intempestivæ mortis, aut insaniæ indubitabile signum per illud Catonis Censorini,
Senilem juventutem præmaturæ mortis esse signum, & alia similia apud *Plinium lib. 7. cap.*
2 51. Hinc Cæsares indignum putarunt, intempestivam hanc adolescentium Sapientiam
absque munere abire; eapropter ætatis venia
eos decorarunt, ut exponit *Cassiodorus lib. 7. var. cap. 41.*, & post alios notat *Narbona de
ætate anni 20. quæst. 1. n. 1.*
3 Cum igitur major ætas de jure communi ad
annum 25. protraheretur, evenit inde, ut masculus probata ætate viginti annorum, morumque honestate tam per scripturas, quam
per testes, ætatis veniam impetrare possit;
4 Fæmina vero, dum ad annum decimumoctavum advenerit; & absque eo, quod morum
instituta, ceu vir, probare teneretur; sed ætatem solummodo, aut per instrumenta, aut per
testes; & non solum per se; sed etiam per
procurationem, ut pudori parcatur, ne cætui
publico demonstretur; per rescriptum Imp.
Constantini *in l. omnes adolescentes 2. Cod. de
iis, qui ven. ætat.*, vide *Jovium in append. ad
5 glos. 8. §. 1. n. 2.* Hinc notat *Narbona n. 2.*, quod
interest Reipublicæ, ne Curatoribus minores
alligati sint, per doctrinam Ulpiani *in l. quoties 2. ff. ad municipal.*
6 Ante tamen prædictam ætatem nequit
Princeps ætatis veniam impertiri; & concessam remanere irritam tradit *Dondeus consult.
75. n. 7.*, quem refert *Jovias n. 3.* Nisi de gra-
7 vioribus negotiis, vel de personis illustribus
ageretur, quoniam tunc etiam citius ætatis
venia impertiri poterit, *Jovius loc. cit., & glos.
9. §. 2. n. 61. ver. Princeps.*
8 Obtenta igitur hac ætatis venia, quia isti
pro majoribus habentur, merito restitutionis
beneficium eisdem denegatur, etiamsi bona
sua recte non administrassent, per rescriptum
Imp. Aureliani *in l. 1. Cod. de his, qui ven. ætat.*

plene Oddus de reſtit. in integr.quæſt.23.art.9.,
9 *Jovius n.43.ver. & licet.* Verum ſi fuerit læ-
ſus minor ex aliquo contractu ante impetra-
tionem veniæ ætatis, & tunc poterit intra
quadriennium computandum a die impetratæ
veniæ in integrum reſtitutionem petere; cum
veniæ impetratio operetur poſtea, & non
ante, *Jovius d. n. 43. in fine, Molina de juſt.,
& jur. tract.2. q. 224. n.25.*

10 Sed quid dicendum in caſu, quo minor in
precibus expoſuit ſe majorem 20. annis, cum
revera non eſſet, atque ætatis veniam, etiam
ad effectum contrahendi impetravit, num poſ-
ſit inde contractus, quos geſſit, impugnare ?
vide plene Jovium *gloſ. 9.§.2.num.52., & ſeqq.,*
11 ubi affirmative reſolvit. Curator tamen ſi
ſciens fuit, minorem ante 20. annum veniam
obtinere, ipſum Curatorem totum minoris
damnum ſuſtinere debere firmat *Jovius n.62.
per tex.Ulp. in l.minor 33.ff.de minor.*. Sicque
contra ipſum Curatorem pro ſua indemnita-
te minor venire poteſt; qui Curator licet in
dolo dici nequeat, erit tamen in negligentia,
ob quam conveniri poteſt, *Jovius in appendi-*
12 *ce ad gloſ. 8§.1. num.7.*; Et hæc minoritatis
ſcientia in Curatore præſumitur, ſi conſan-
guineus fuerit, *Jovius num.63., per tex.in l.de*
13 *tutela, ubi gloſ. Cod.de reſtit.in integr.* Si ve-
ro tutor, vel Curator ſolvendo non eſſet,
tunc poterit minor contractum tamquam nul-
lum impugnare, quamquam in contractu ju-
ratum fuerit de non contraveniendo, *Jovius
num.64.*

14 Sciendum tamen eſt, quod licet ætatis ve-
niam obtinens pro majore habeatur, intelligi-
tur hoc tamen ſolummodo procedere in mo-
bilibus, & in negotiis iis, quæ perſonam con-
cernunt, ut in fidejubendo, *Jovius n.11., Hen-*
15 *rig. de fidejuſſor. cap. 7. n. 109.*. Non autem
quoad immobilium alienationem, quam, non
obſtante ætatis venia, nequit minor ſine de-
creto efficere, quemadmodum reſcripſit idem
Imp. Conſtantinus *in d. l. omnes, ver. ita*; &
tradunt *Grotianus cap.233.n.24., Gomeſius var.
2.cap.14.n.12., Cancerius var.1. cap.7.n.13., Jo-
vius gloſ.9.§ 2.n.1.*, aliique apud *Altimarem de*
16 *nullit. contr. tom. 4. rubr. 1. q. 38.n.204.* Et ſi
cum decreto alienat, poteſt cum cauſa reſti-
tui, *Gomeſius loc. cit., ubi Ayllon n. 13., Oddus
de reſtit. in integr. quæſt.23. art. 11., Simoncel-
lus de decretis lib.3. tit. 8. n.23.*, & idem di-
cas de hypotheca, *Jovius n.4.*

17 Cæterum in caſibus permiſſis non tenetur
minor adhibere ſolemnitates neceſſarias in
contractibus minorum, ſi alienare vellet; ſed
abſque illis contrahere libere poteſt ſine nul-
litatis incurſu ob ſolemnitatis defectum, *Jo-*
18 *vius n. 51.* Et idem erit in caſu, quo Prin-
ceps expreſſe immobilium alienationem per-
miſerit tempore conceſſionis veniæ, ut ſtatu-
tum fuit *in d.l.omnes; & tradunt Jovius n.9.,
Altimari n.206.*, aliique. Pariterque ſi verba
Principis fuerint ita generaliter concepta, ut
omnia negotia comprehenderent, *Narbona
de ætate ann.25. q.5. n. 15.* Aut etiam quando
ad certum actum fuerit ſpecialiter ætatis ve-
nia impetrata, quoniam tunc decretum non
erit neceſſarium, *Altimar. loc.cit. in fine; Sa-
bellius §. decretum n.23., Surdus dec. 268. n. 1.*
19 Et habilitatus ad unum actum nequit alium
facere, quamvis eſſet conſequens ad actum
permiſſum, veluti obligare bona pro firmita-
te actus permiſſi, quoniam tunc neque pote-
rit, niſi verba precum, & reſcripti id ferant,
Jovius gloſ.9.§. 2. num.54.

20 Ratio autem cur minor, qui ætatis veniam
impetravit, nequeat bona immobilia ſine de-
creto alienare, eſt, quia talis minor nequit
efficere plura, quam poterat cum auctoritate
Curatoris: At minor Curatorem habens, non
poteſt ſtabilia alienare, niſi cum Judicis de-
creto, ergo nec etiam quando ſimpliciter
ætatis veniam obtinuit, *Jovius n. 9., & in ap-
pend. ad gloſ.8.§.1. num.4.*

21 Advertendum tamen eſt, hanc ætatis ve-
niam a ſolo Principe concedi poſſe; & penes
eumdem morum probitas erit efficienda re-
ſpectu commorantium in Regia Urbe; in
Provinciis vero apud earum Rectores; & in
Terris Regni apud Prætores, prout ſtatutum
fuit *in d.l.omnes §. ſed Senatores Cod. de his,*
22 *qui ven.ætat.* Alias nulla foret impetratio ve-
niæ ætatis, *d.l.omnes §. hi vero*; & impetrata
23 a Principe per minorem ætatis venia, eam-
dem coram Judice oſtendere, & præſentare
ipſe minor debebit, qui Judex adminiſtratio-
nem dabit, ut reſcripſit Imp. Conſtantinus *in
l. ea quæ Cod. 5. Cod. de temp. in integr. reſtit.*
24 *peten. Jovius n. 26.*; Atque ſolet per procla-
mationes publicari, ut omnibus innoteſcat,
Jovius n.28.

25 Verum ſi ſe læſum in impetranda venia
probaverit, in integrum apud competentem
ſuum Judicem reſtitui poterit, *Altimari de
nullit.contr.tom.4. rubr.1.ſect.2. q. 38. n.215.*

26 Et ob ſolam veniæ ætatis impetrationem,
alio non ſpecificato, poteſt minor ſine Cu-
ratore, & abſque ſpe reſtitutionis in integrum
comparere in judicio, etiamſi de immobili-
bus ageretur, *Montan. de tutel. cap. 39. n. 59.,
Jovius in appendic. ad gloſ.8 §.1. n.19., Cance-
rius var.1. cap.7. n. 15., & p.2. cap. 1. n 191., Al-
timari de nullit. contr. rubr. 11. q. 5. in fine ap-
pendicis.*

27 Sed quæres, cur mulier citius veniam im-
petret, quam maſculus ? Et reſpondet *gloſ.
in d. l. omnes lit. O. Cod. de his qui ven. ætat.*,
quod mala herba cito creſcit; & citius eſt ſub-
dola mulier, & avara; cum genus mulierum
avariſſimum. Hinc firmat *Narbona de ætate
ann.20. q.1. n.8.*, ideo fœminam citius impetra-
re, quia ejus pubertas adhuc præmatura eſt.

28 Sed cur vicenarius, & non alius annorum
numerus pro tali impetratione fuit ſtatutus ?
Narbona n. 5 ait, nullum verbum apud Scri-
ptores quoad hoc inveniſſe; & ideo dicit, quod
regu-

regulariter hoc vitæ termino juvenilis levitas
proculdubio firmari incipit; quod si naturaliter
non videretur, non jam beneficium;
benevero exitium adolescentibus, hæc venia
fuisset. Ea propter actum est, adolescentem referre
virilitatem non solum ex moribus, &
Sapientia, sed ex ipsa Corporis proceritate, &
præsentia; quæ proceritas unicuique post vicesimum
annum frequenter contingit; quod ex
eo ostenditur, quia ad bellum, ubi corporalis
29 hæc validitas maxime prærequiritur, viginti
annorum juvenes de jure divino desiderabantur,
ut habetur ex *Numer. cap. 26.*, in illis verbis:
Numerate omnem summam filiorum Israel a 20.
30 *annis, & supra*; Ideoque ista, & non alia ætas
ad impetrandam veniam fuit præscripta. Immo
subdit *Narbona n. 7.* vicenarium hunc numerum
ex natura sua scientiam significare;
Symbolumque esse Sapientiæ; quare ad veniam
impetrandam ipsemet præpositus fuit,
& vide *Grivellum in decis. 150. n. 11.*, ubi hujus
ætatis juvenes sagaces, & industriosos appel-
31 lat; quod magis de fœmina erit dicendum,
quoniam in prædicta ætate viro sagacior præsumitur,
atque honestior, & ob hanc rationem
morum instituta probare non debet, vide
Narbonam num. 8.
32 Hæc tamen ætatis impetratio ad publica
munera subeunda nequaquam juvat; quia statutum
dum facit aliquem majorem non se
extendit ad alienationem bonorum, neque
quoad munera publica, *Cancerius var. 1. cap. 7.*
num. 15., *Ayllon ad Gomesium var. 2. cap. 14.*
num. 13. in fine, aliique apud *Altimarum de*
nullit. contract. tom. 4. rubr. 1. sect. 12. q. 38.
num. 214.
33 Notandum tandem erit, quod dum de legitima
ætate fit mentio, aut de perfecta, non
debet intelligi de ea per veniam impetrata,
sed de propria a communi jure, vel statuto
præfixa; & præsertim in substitutionibus; &
restitutionibus, prout statuit *Imp. Justinianus*
in l. fin. Cod. de his, qui ven. ætat.
Pro coronide tamen quæritur, quid dicendum
foret de hac veniæ impetratione, attento
jure nostri Regni, per quod major ætas
in anno decimoctavo præfixa est. Quæsitum
hoc nullibi, non paucis nostrorum codicibus
revolutis, tactum invenire potui. Hinc est,
quod hodie, quia major ætas ad annum decimumoctavum
est reducta per Constit. *minorum jura*,
corruunt propterea, quæ a jure communi
super hac ætatis venia præscripta fuere
respectu ætatis temporis; quoniam recentior
major ætas antiquiori veniæ beneficio brevior
est. Et quia ætatis veniam concedere soli
Principi reservatum est, ut supra diximus, ideo
si evenire poterit, quod aliquis eamdem petere
vellet, adeat Principem, qui circumstantiis,
qualitatibusque inspectis nova sanctionis
methodo ætatem istam instituat.

C A P. XVII.

De ætatis probatione.

SUMMARIUM.

PRæsumptio stat pro perfecta, & legitima ætate, num. 1.

Contrarium asserenti probandi onus incumbit, n. 2., & seq. Fallit num. 11., & seq.

Quæ temporis cursu variantur, in eodem statu manere non præsumuntur, num. 6.

Minorem ætatem opponens specifice de ætatis anno exponere debet, num. 9.

Qui ætatem allegat, probare ipsam debet, etiam nemine opponente, num. 10.

Probatio minoris ætatis quomodo in judicio erit proponenda, num. 15., & seqq.

Diebus adhuc feriatis fieri potest, num. 19.

Variis modis fit, num. 20., & seqq.

An per matrem ætas sui filii probetur, n. 40. & seqq.

Et quid de Patre, num. 47. & seqq.

Et quid de consanguineorum testimonio, num. 54. & seqq.

Patris confessio cæteris probationibus est potentior, num. 61., & seqq.

Quot testes ad ætatem probandam requiruntur, num. 70. & seqq.

Testium dicta quid continere debeant, num. 73. & seqq.

Scripturis ætas probatur, num. 88.

Instrumenta, & testes eamdem vim habent, n. 89.

Scriptura aliquando magis probat, quam testes, num. 90.

Liber parentis efficacissimum testimonium est, n. 91., etiamsi fuerit privatus, num. 92.

Literæ Patris, quibus narratur aliquem esse suum filium tantæ ætatis plene probat, n. 93.

Figura astronomica ortus filii ab aliquo astronomo, patre id procurante, confecta, cum annotatione anni, & diei plene probat, n. 94.

Patris libro magis creditur, quam ejus vivæ voci, n. 95., Fallit n. 96., Declaratur n. 97. & seqq.

Instrumentum dotis, aut matrimonii an probet ætatem, num. 104. & seqq.

Instrumentum super nativitate filii quando probet, num. 109, & 110.

An per librum publicum, seu annotationem Officialis alicujus loci probetur ætas, num. 111. & seqq.

Adversus probationem ex publico libro non admittitur probatio in contrarium, num. 127.
Per annotationem Cameræ, in qua describuntur focularia plene probatur ætas, num. 128.
Liber Parochi plenissimam probationem facit, num. 129. & seqq.
Partita libri, ut jacet, extrahi debet, n. 132.
Nativitatis punctum ex Parochi libro plene probari nequit, n. 134. *Declaratur* n. 135.
Instrumentum tutelæ, vel curæ an minorem ætatem probet, num. 136. & 137.
Litigans cum Curatore alicujus videtur fateri illum esse minorem, num. 138.
Litigans cum aliquo tamquam cum minore videtur fateri illum esse minorem, num. 139.
Litigans cum aliquo tamquam tali, censetur fateri illum talem esse, n. 140., *etiam in criminalibus causis*, num. 141.
Exceptio minoris ætatis ex parte minoris potest quandocumque opponi; ex parte adversarii ante processum, num. 142.
Ex actis in judicio factis minor ætas probari potest, num. 143.
An sententia declaratoria minoris ætatis faciat jus inter omnes, num. 144., & seqq.
An sola ætatis probatio absque eo, quod super ea lata fuerit sententia faciat jus inter omnes, num. 150., & seqq.
Veritas dum per testes, aut scripturas haberi nequeat, per conjecturas, & præsumptiones probari potest, num. 253.
Minor ætas indiciis, & conjecturis probari potest, num. 154. *Declaratur* num. 155.
Major ætas conjecturis non probatur, num. 156.
Probatio per aspectum præsumptiva est, n. 157. *Et admittitur quando de ætate dubitatur*, num. 158.
Probatio ætatis æque per testes, ac per conjecturas probatur, num. 159.
Statutum requirens plenam probationem ætatis, erit sufficiens probatio præsumptiva per aspectum, num. 160.
Utile est ætatem præsumptive probari, num. 161.
Ex conjecturis ætas probari potest, num. 162.
Ad ætatem probandam sufficiunt testes minus idonei, num. 163., & *testes de credulitate*, n. 164.
Per aspectum corporis ætas probari potest, num. 165., & 166.
Quomodo facienda erit aspectio, num. 167., & seqq.
Formula pronunciandi super probatione ætatis ex aspectu, num. 175., & 176.
Sententia super ætate ex aspectu alicujus, non citatis citandis, ipsis non præjudicat, n. 177.
Adversus Judicis pronunciationem poterit contrarium per adversarium probari, num. 178.
Judicio Judicis non erit simpliciter credendum, num. 179.
Sententia lata ex probationibus per aspectum numquam transit in rem judicatam, num. 180.
Fallit si fundata fuerit super notorio, num. 181.
Minores nequaquam admittuntur ad honores, num. 182.
Minor in judicio nequit admitti sine Curatore, num. 183.
Bona immobilia nequit minor sine decreto alienare, num. 184.
Cui onus probandi incumbat, ei qui dicit se majorem, an adversario contradicenti, num. 185., & seqq.
Probatio per aspectum aliquando de necessitate fieri debet, num. 191.
Probatio per aspectum etiam pro modico excessu fieri debet, num. 192.
De probatione testium per aspectum, num. 193., & seqq.
Testes deponentes per verbum Circiter *non probant*, num. 215.

1 TAm qui contrahit, quam qui comparet,
legitimæ, & perfectæ ætatis præsumi
debet, ut probat *Baronius in prælud.*
circa judicial. num. 132.; ideoque contrarium
2 asserenti probandi onus incumbit; *Mascardus de probation. concl.* 667. num. 18., qui
3 vero in ætate se fundat tam in agendo, quam
in excipiendo, sive principaliter, sive incidenter, tam affirmative, quam negative ætatem ipsam probare tenetur, *Baronius* n. 133.,
Lara de vita homin. cap. 14. num. 45., *Tuschi*
lit. E. concl. 344. num. 20., *Menochius de præsumpt. lib.* 3. *præs.* 52. num. 21., aliique apud
Altimarem de nullit. contract. tom. 6. *rubr.* 2.
q. 1. num. 64. *ver. infantia*; & q. 1. *sect.* 1. n. 13.,
4 hinc si minorem se aliquis asseruerit, se talem probare debebit, prout & habetur ex
Rescripto Impp. *Diocletiani*, & *Maximiani*
in l. Cum te 9. *Cod. de probat.*, & *in l. Si*
minorem 4 *Cod. de in integr. restit.*; tum quia
præsumptio stat pro contractu, contra quem
minor venire autumat, *Tuschi lit. E. concl.*
344. num. 2., tum quia major erit quis præsumendus, ut annuimus num. 1., & adde *Tuschum lit. M. concl.* 266. num. 1., & econverso
5 objiciens pupillo, aut minori incapacitatem
suæ ætatis objiciens ipse probare debet, *Sabellius* §. *ætas* num. 4., *De Franchis dec.* 119.
num. 8., aliique apud *Bersanum de pupillis*
cap. 2. q. 33. num. 1., & seqq.
6 Etenim quæ temporis cursu variantur, prout in ætate contingit, nequaquam in eodem
statu manere præsumuntur; ideoque de iis
ex præterito nihil in præsens inferri posse
tradit *Bersanus* num. 8., & *in cap.* 4 q. 17.
7 num. 4.; quare, qui in ætate se fundat, ipsam, ceu suæ intentionis fundamentum, probare debet, per doctrinam *Pauli in l. Ei*
incumbit 2. *ff. de probat.*, & *Ulpiani in l. Eum*
qui 22. *ff. eodem*; *Mascardus concl.* 667. n. 1.,
& 2., *Oddus de restitut. in integr. quæst.* 37.
8 *art.* 1., eapropter volens, quis matrem pupilli a successione repellere, quia tutorem
illi non petiit, debet quidem probare, quod
ille filius erat pupillus, *Mascardus* num. 4.,
9 & seqq., non sufficeret tamen simpliciter dicere, & probare talem esse pupillum, aut
mino-

minorem, sed annos ætatis ejusdem specifice
exponere; & probare debebit, *Mascardus*
10 *num.* 16., ubi adhuc subdit, quod per alle-
gantem erit ætas probanda, etiamsi adver-
sus eam nullus opponeret; cum in tali casu
Judicis officium multum operari debeat.
11 Adsunt vero nonnulli casus, quibus debet
quis minor præsumi, neque eidem probandi
onus aliter esse ætatem incumbere debet. Et
primo, si essemus in casu, quo actus allega-
tur, qui ad sui validitatem accessorie ætatem
includit; tunc actu probato, præsumitur ætas
ad ipsum actum idonea, plene *Mascardus*
12 *num.* 19., *& seqq.*, ubi alia ad materiam.
Secundo, dum alicui datus fuit tutor tamquam
pupillo, aut Curator tamquam minori, quo-
niam tali in casu præsumendus erit pupillus,
aut minor, & sibi non incumbit onus pro-
bandi aliter ætatem, *Mascardus num.* 28.,
13 *&* 31.; tum si agatur respectu ejus, cum
quo contraxit, quam quoad alios, *Alex. cons.*
147. *num.* 9. *lib.* 6., & pro communi firmat
Mascardus num. 5. Et tertio quando Judex
14 super ætate pronunciavit, talem e. g. esse
ætatis quindecim annorum; nam tunc con-
trarium afferenti probandi onus incumbit,
Mascardus num. 53., aliosque casus apud
eumdem videas.
15 Quomodo autem minoris ætatis probatio
in judicio proponi debeat tradit solus *Bar-
tolus in l. De ætate ff. de minor.*, ceu notat
Oddus de restit. in integr. quæst. 37. *art.* 2.
num. 16., *& seqq.*, ubi ait ætatis quæstionem
dupliciter accidere posse, nempe principaliter,
16 & incidenter. Primo modo erit, quando
nulla in integrum restitutio fuit in judicio de-
ducta, neque aliquid aliud propositum, ad
quod obtinendum ætatis probatio fuisset ne-
cessaria; sed ipsa ætatis probatio absolute, &
principaliter ad omnem meliorem finem, &
eventum, & ad perpetuam rei memoriam,
ne temporis lapsu probationes deficiant, pro-
posita fuit; & hoc in casu dicitur principali-
17 ter deponi, & super ipsius ætatis declaratio-
ne ferenda erit sententia. Secundo autem
modo erit, quando in integrum restitutio fuit
principaliter petita, & ad ipsam obtinendam
ætatis probatio incidenter probanda venit;
nam tunc dicitur deduci in judicio, & pro-
poni incidenter, & propter aliud; non jam
principaliter, & absolute propter ipsam æta-
tem probandam.
18 Et sicuti minor ad jura sua tuendum, æta-
tem suam minorem proponere, & probare
potest; ita ejus adversarius, cujus interest,
petere potest, ut minor, cujus ætatis sit, de-
claret; quemadmodum cogi potest ipse mi-
nor vel adprobare contractum a se gestum,
vel in integrum restitutionem petere, *Oddus
num.* 19.
19 In minoris ætatis favorem tamen inductum
est, ne ipsius minoris jura pereant, fore æta-
tis probationem diebus adhuc feriatis fieri
posse, ut singulariter tradit *Fulgosius in l.
Intra utile num.* 1. *ff. de minor.*, quem lau-
dat *Oddus num.* 17.
20 Sed an hæc ætatis probatio adhuc præ-
sumptive, & per conjecturas fieri possit? Et
dicendum est, quod probatio alia erit vere,
& evidenter; alia præsumptive, & per con-
jecturas. Prima fit testibus, & scripturis; se-
cunda per aspectum, ut tradit *Oddus q.* 37.
art. 3. *num.* 21.; hinc respondent nonnulli,
21 præsumptivam probationem nequaquam suf-
ficere, quia eadem non admittitur in iis,
quæ sunt difficilis probationis; & ætatis pro-
batio non videtur admodum difficilis proba-
22 tionis, cum per testes, & scripturas proba-
ri possit. Contrarium defendunt alii, & di-
cunt ætatis probationem admodum difficilem
esse; verum *Oddus num.* 29., *& seqq.*, ita
23 conciliando resolvit, quod aut facile ætas
probari potest, & nequaquam ad præsumptio-
nes erit recurrendum; quod secus erit in
casu difficilis probationis; nam quando veri-
24 tas haberi aliter nequit, ad præsumptiones
confugiendum esse docet *Arrianus in l. Non
omnes* 5. *§ a barbaris, ver. sed licet hoc li-
quide constare non possit, argumentis tamen
cognoscendum est; ff. de re milit.*
25 In casu igitur facilis probationis melior
ceteris erit probatio per testes de visu nati-
vitatis tempore, ut probat *Oddus quæst.* 37.
art. 4. *num.* 36., per Tex. Imp. *Constantini
in l. Omnes* 2. *Cod. de iis, qui ven. ætat.*, cum
regulariter parturiendi actus semper in ab-
26 scondito fiant; & numquam in loco publico,
prout fuisse legitur de partu Constantiæ filiæ
Rogerii I. Regis utriusque Siciliæ, & uxo-
ris Henrici VI. Imperatoris Romanorum,
quæ cum desponsata esset in ætate provecta,
& parum ad generandum credibili, ejus vir
Henricus in Civitate Hesina in publica Pla-
tea coram omnibus eam parere fecit, ne
partus suppositus, & dissimulatus censeretur;
& natus fuit Fredericus II., vide *Oddum n.*
38., hujuscemodi tamen probationes regula-
27 riter haberi nequeunt; si nihilominus inter-
fuerint, evidenter probarent, *Altimari de
nullit. contr. tom.* 6. *rubr.* 2. *q.* 1. *num.* 64.
ver. probatur ætas.
28 Adsunt benevero, qui verisimiliter nativita-
tis tempus scire possunt, ac ætatem certitu-
dinarie probare, ut sunt obstetrices; quæ præ-
sentes fuerunt *Tuschi lit. E. concl.* 342. *num.*
10., *Oddus de rest. in integr. quæst.* 37. *art.* 4.
num. 39., *Menochius de præsumpt. lib.* 2. *præs.*
51. *num.* 29., *Boronius in prælud. circa judi-
cialia num.* 163., *Gallappus in prax. p.* 1. *cap.*
5. *num.* 66., & ipsarum testimonium melius
aliis probat, ut tradit *Tuschi loc. cit.*, *& concl.*
343. *num.* 6., diciturque indubitata probatio,
ex traditis per Ulpianum *in l. Carbonianum*
3. *§. causæ, ver. vel finge ff. de Carb. edict.*;
29 etiamsi fuerint sorores illius, de cujus ætate
probanda agitur, quamquam minor fides eis
adhi-

adhibeatur; *Mascardus de probat. concl.* 669. *num.* 3, & 4.
30 Item nutrices, *Oddus num.* 40., *Baronius*
num. 163., quod verum putat *Oddus num.* 41.,
dum statim fuit parata nutrix post editum
partum; cum esse poterit, ut non illico, quod
natus fuit puer, illi nutriendus fuit traditus;
eapropter interrogari in causa scientiæ debet,
quo die natus puer ei traditus fuit; quæ si
diceret, in nativitatis die, vel sequenti, vel
partui fuisse se præsentem, optima quidem
erit testis.
31 Item Præsbiter, qui baptizavit; quoniam
pueri statim, aut paucos post dies baptizari
debent, & assolent, *Oddus num.* 43., *Tuschi*
num. 3.
32 Item patrini, qui puerum e Sacro Fonte
elevarunt, quorum testimonium ab omni suspi-
cione alienum esse tradit *Bartolus in conf.* 92.
num. 7. *lib.* 1., *Oddus num.* 45., *Tuschi loc. cit.*
33 Item tutor, qui non solum ex curiositate,
vel diligentia talem ætatem scire potuit, sed
ex officio suo adhuc scire debuit, ut præ-
sumptio juris sit, quod ipse sciverit, *Oddus*
num. 47.
34 Item vicini, *Oddus num.* 48., *Baronius n.*
135., *Mascardus concl.* 668. *num.* 17., *De Fran-*
chis in dec. 119. *num.* 9.; etenim vicinus præ-
35 sumitur scire facta vicini. Verum *Menochius*
de præsumpt. lib. 2. *præs.* 51. *num.* 42. teste
consideravit, quod non semper vicinus facta
sui vicini scire præsumitur; proindeque ait,
quod aliquando agitur de iis actibus, qui non
cadunt in cognitionem, & scientiam vicini,
ut quando agitur de adulterio, stupro, &
similibus, quæ secreto committi solent; &
in his dici potest, quod vicinus non præsu-
mitur scire facta vicini. Quandoque vero agi-
tur de iis actibus, qui in scientiam, & co-
gnitionem vicini cadere possunt, ut si aliquis
sit dives, vel pauper; & tunc vicinus præ-
36 sumitur scire facta vicini. Difficultas tamen
erit, si ætatis cognitio cadat in scientiam,
& cognitionem vicini; & ita distinguit Me-
nochius, aut testis vicinus erit longe majo-
ris ætatis, quam is, de cujus ætate testifica-
tur, & agitur de probanda ætate præcise, &
per ipsum punctum nativitatis, & hoc in
casu ætatis cognitio non cadit in vicino ex
37 eo solum, quod vicinus sit, quoniam nati-
vitatis actus admodum secretus est, ut ca-
dere nequit in vicini cognitionem. Aut vici-
nus erit minoris, vel ejusdem ætatis, de quo
38 testificatur, & tunc tam de puncto, seu die
nativitatis, quam de ipsa ætate nequaquam
probat, cum illius testificatio admodum sit
dubia; quoniam scire is verisimiliter non
potest ejus nativitatis tempus. Dum autem
39 vicinus erit multo major ætate, & agitur de
probanda ætate in totum, non tamen de
solo nativitatis puncto, & hoc in casu satis
probatur ætas per dictum vicini, qui dicit se
id jure tamquam vicinus; dummodo tamen
cum ceteris conversabatur; alias non erit
præsumendum scire facta vicini, cum quo
numquam conversatus fuit, aut si diu fuisset
absens, vide plene *Menochium usque ad n.* 53.
40 Item quæres, an mater sui filii ætatem
congruenter probet sicuti extraneus. Affir-
mant nonnulli, cum nemo melius, quam
mater diem, & horam nativitatis filiorum
suorum recordetur; quod & sensisse videtur
Terentius Clemens *in l. Etiam matris* 16. *ff.*
de probat. in illis verbis: *etiam matris pro-*
fessio de ætate filiorum recipitur; sed & avia
recipienda est, vide *Tuschum lit. E. concl.*
343. *num.* 1., *Mascardum de probat. concl.*
669. *num.* 7., & *seqq.*
41 Contrarium alii communiter firmant, nem-
pe matris testimonium præsumptionem, vel
semiplenam probationem solummodo effice-
re, ut sunt *Menochius de arbitr. lib.* 2. *cent.*
2. *cas.* 116. *num.* 3., *Alex. lib.* 7. *cons.* 29.
num. 11., *Grammaticus dec.* 48. *num.* 13.,
De Marinis var. 1. *cap.* 144. *num.* 7., *Od-*
dus de rest. in integrum quæst. 37. *art.* 5. *n.*
57., *Altimari de nullit. contr. tom.* 6. *rubr.* 2.
q. 1. *num.* 64. *ver. probatur ex testimonio*; &
in hac opinione resedit *Mascardus num.* 13.
42 Etenim mater cum sit nimis conjuncta per-
sona, & filium sicuti seipsam diligat, dice-
retur admitti ejus testimonium in causa pro-
pria, si pro filio suo admitteretur.
43 Verum *Oddus loc. cit.* utramque opinio-
nem salvam facit, nempe aut probatio mino-
ris ætatis filii non tendit ad ejus utilitatem &
emolumentum, sed vel contra ipsum, vel
principaliter pro Republica, ut dum filio
munus aliquod injungere vellet, & tunc be-
ne procedit prima opinio, ut matris testimo-
nio credatur, cum cesset suspicionis ratio.
44 Quoties autem ætatis probatio in filii utili-
tatem tenderet, & utilitas in incerto foret,
quia ætatis probatio ad perpetuam rei me-
moriam erit efficienda, & tunc matris testi-
monio adhuc creditur, quoniam nec mater,
nec filius scire poterunt, an plus utilitatis,
vel damni hujuscemodi probatio in facti con-
tingentia foret allatura; ideoque suspicionis
45 ratio cessare videtur. Dum vero utilitas de
præsenti certa est, & tunc procedit secunda
opinio, ut matris testimonium sit fide minu-
tum; nisi corroboretur dicto alterius testis
fide digni, nam tunc plene probaret, & ita
firmat etiam *Mascardus num.* 8. 12., & *seqq.*
46 Ad textum Terentii *in d. l. Etiam matris*,
manifestatur intellectus per *Alciatum de præ-*
sumpt. reg. 2. *præs.* 14. *num.* 10., quem lau-
dat *Mascardus num.* 14., nempe quod illud
verbum *professio* non inducit attestationem;
seu testimonium, beneverο denunciationem,
quæ fit publice in actis apud Pretorem; etenim
tenebantur olim patres filiorum nomina pro-
ferre, de quo consule *Alciatum loc. cit.* &
Narbonam de ætate anni primi q. 11., & de-
cemus *num.* 114.

47 Sed quid dicendum de dicto Patris? Idem
quod de matre firmant *Oddus num.* 58. , *&*
Mascardus loc. cit., verum *Menochius de*
præsumpt. lib. 2. *præs.* 51. *num.* 11. , *& seqq.*,
ubi postquam parentis testimonium semiple-
ne probare firmavit, limitavit primo *num.* 17.,
48 quoties pater fuerit descriptus in aliquo in-
strumento una cum filiis, nam tunc ipsius patris
testimonium plenam fidem faceret ; limita-
49 vit secundo *num.* 21., dum pater fuerit per-
sona valde honesta, & in dignitate posita,
ex responso *Ruini in cons.* 92. *num* 3. *lib.*1.,
sed quia contrarium respondit *Decius cons.*
463. *num.* 13. , ex eo quod testis idoneus
50 non est domesticus, & affinis, nec recipi
debet ; etiamsi fuerit persona Cardinalis, &
valde honesta, & sancta ; cum honestas, &
sanctitas vitæ non sit considerabilis, quando
agitur alterius detrimentum; & nemo adeo
bonus, & perfectus est, quin legi subsit,
51 iccirco idem *Menochius sub num.* 25. ita opi-
niones conciliat, nempe ut Ruini opinio
procedat, quando de levi alterius detrimen-
to agitur; Decii vero, quando de gravi agi-
52 tur præjudicio. Limitavit tertio in *num.* 28.,
quando cum Parentis testimonio aliud admi-
niculum concurreret, quoniam tunc plene
probante, *Mascardus de probat. concl.* 669.
num. 15.

53 Ceterum patris testimonium, etiamsi fue-
rit juratum, adhuc semiplene probare tradunt
Cravetta de antiquit. temp. in 8. *partic. pri-*
mæ part. princ. num. 34. , *Menochius de ar-*
bitr. cas. 116. *num.* 4. , *& in dict. præs.* 51.
num. 10.

54 Quoad consanguineorum testimonium idem
quod de matre dicendum fore ait *Oddus de*
restit. in integr. quæst. 37. *art.* 5. *num.* 59..
Etenim quamquam in consanguineis non ad-
sit tanta affectionis suspicio, quanta in patre,
vel in matre; nihilominus in eis nequit præ-
sumi singularis memoria nativitatis ipsius con-
sanguinei, quanta in patre, vel in matre.
Verum hæc Oddi ratio non satisfacit, quia
suspicio quæ oritur ex affectione, oriri nequit
53 ex eo, quod testis non bene recordatur;
quoniam isto modo sua depositio non jam
fidem facit, quia affecta suspicione, sed non
56 probat, quia nihil certitudinarie deponit;
eapropter rectius *Menochius in dict. præs.*51.
num. 42. , consanguineorum testimonium illi
vicinorum comparavit; ut norma quæ de vi-
cinis, adhuc de consanguineis erit habenda,
& vide *Mascardum in dict. concl.* 669. *num.* 20.,
57 atque per nos dicta *num.* 34. , *& seqq.*; &
quamquam tales consanguinei non sint omni
exceptione majores, cum semper aliqualis
affectionis suspicio præsumatur, attamen ad-
mittuntur ad probandam ætatem, quæ quan-
doque difficilis est probationis, & duo testes
58 consanguinei supplentur, si alii de aspectu
adfuerint testes, ut tradit *Tuschi lit. E. concl.*
342. *num.* 12., aut si consanguineorum testi-
monium fuerit fultum iis adminiculis, quæ
pro confirmanda testis depositione lex requi-
59 rit ; ut si adnotarent ætatem, & natalem
diem ; aut rationes adferrent alias suum te-
60 stimonium corroborantes, ut exponit *Ma-*
scardus num. 22. , *ex Mauritio de restit. in*
integr. cap. 318. *num.* 2. , *&* 3.

61 Probatur etiam ætas per ipsius partis con-
fessionem, *Mascardus concl.* 674. *num.* 2., *Pa-*
risius cons. 115. *num.* 12. *lib.* 1., *Baronius in*
prælud. circa judicial. num. 162. , quæ con-
fessio est aliarum probationum verior, & po-
62 tentior, maxime si fuerit jurata, *Menochius*
recuper. rem. 1. *num.* 202. , *& de præsumpt.*
63 *lib.* 2. *præs.* 51. *num.* 39., volunt tamen non-
nulli apud *Boerium in dec.* 89., *&* 393., con-
clusionem istam procedere in profanis tan-
tum, non autem in spiritualibus ; alii vero
64 contrarium responderunt, ut tradit *Bertrand.*
cons. 2. *num.* 41. *lib.* 3. , sed *Mascardus n.*5.
65 ita conciliando firmat, ut prior opinio pro-
cedat quoad hoc, ut adjudicet beneficium ;
ut quando vellet actor inducere probationem
tituli ex confessione adversarii, quoniam tunc
hujusmodi confessio non prodest agenti ; sed
aliter probare debebit titulum beneficialem,
66 & sic in petitorio. Posterior vero opinio
locum suum vindicat in possessorio, in quo
sufficiens est adversarii confessio pro colore
tituli, & ut confitenti imponatur silentium,
ex quo per eam detrahitur suæ propriæ pro-
bationi, & confirmatur actoris probatio.

67 Firmat tamen *Accursius in l. De ætate ver.*
probandum ff. de minorib., quem refert *Ma-*
scardus num. 7., ut confessio super ætate præ-
judicet confitenti tantum, quoad præsentes,
non autem quoad absentes; intelligas tamen
68 quoad plenum præjudicium, cum faciat sal-
tem indicium etiam pro absentibus, ex do-
ctrina *Baldi cons.* 2. *num.* 3. *lib.* 4.

69 Omnia tamen prædicta vera sunt respectu
majoris; sed an minoris confessio super æta-
te ipsi minori adhuc præjudicet ; & an ad-
versus talem confessionem etiam juratam pot-
erit inde contrarium probare, & quomodo,
vide *par.* 3. *cap.* 6. *num.* 256. , *& seqq.* , &
Oddum de restit. in integr. quæst. 24. per to-
tam.

70 Ad ætatem tamen probandam unum testem
sufficere tradit *Bartolus in l. De ætate num.*
7. *ff. de minor.*, verum *Oddus quæst.* 37. *art.*6.
ait, hoc Bartoli dictum incidenter, & per-
functorie prolatum intelligi; sicque procedere
71 intelligatur in iis, in quibus erit ætas solum-
modo probanda per unum testem, quod eve-
nire poterit respectu obstetricis, nutricis, ma-
tris &c. quæ regulariter contestes habere non
soleant ; ideoque earumdem testimonium,
quantumvis singulare, fidem sicut alias duo-
rum, vel trium facit.

72 Et plurium dictis statur, quamvis eadem
fuerint singularia, & inter ipsos testes non
contexta, ut tradunt *Mascardus concl.* 669.
num.

num. 21., *Gabriel commun. concl. lib.* 1. *tit.*
de testib. concl. 2. *num.* 49. *ver.* 15., *Baronius*
73 *in prelud. circa judicial. num.* 161., vult. ta-
men Bartolus *in dict. l. De ætate num.* 7. *ver.*
sed juxta, quod testium dicta duo continere
debent; primum quod in eo tempore natus
fuit is, de cujus ætate agitur; secundum quod
exinde tot anni transiverunt, & non plures,
74 nec pauciores. Attamen hoc ultimum re-
prehendit *Oddus quæst.* 37. *art.* 7., ex eo,
quod superfluum videtur; nam quoties de-
ponit quis de nativitatis tempore, absque eo,
quod dicat, quot anni inde fluxerint, ex seipso
probatum ducitur. Testatur tamen Oddus ve-
ram Bartoli doctrinam in casu, quo testes
nesciunt deponere de millesimo; cum multi
sint rustici, qui nesciunt dicere, talem natum
fuisse de anno tali; sed potius dicunt, natum
fuisse eo anno, quo creatus fuit Pontifex
Clemens XIII., aut in tempore alicujus no-
tabilis facti, quod in propria Regione suc-
cessit, cum possit tali modo ætas probari,
ut tradit *Mascardus concl.* 679., & hoc in
casu necesse est, ut probetur intentio indu-
centis per eosdem testes; ut nempe subdant,
quod ab eo tempore usque adhuc tot anni
transiverint; & praxim hanc ita declaratam
invenit exinde *Oddus apud Jacobum de S.Geor-*
gio in l. Cum de ætate num. 1. *ff. de probat.*,
Ludovis. dec. 55. *num.* 8. *lib.* 2., & alios.
75 Articulantem tamen advertit *Oddus n.* 65.,
ut duos articulos distinctos efficiat; ut nempe
in primo ponat, quod ille talis fuit natus eo
anno, vel mense, quo tale notabile factum
successit; & in secundo, quod ab eo facto
usque tunc tot anni transierunt; alias quo-
modo sciret Judex, quod ab eo facto absque
millesimo explicato tot anni decurrerunt; in
casu vero, quo in facti narratione millesimus
explicaretur, & tunc secundus articulus su-
perfluus erit, quoniam ex primo probatum
Judex habebit.
76 Diversa tamen est scientiæ causa, quam
singuli testes in probanda ætate reddere de-
bent; etenim respectu matris, obstetricis, Pa-
rochi, Patrini, ceterorumque, qui actui præ-
sentes fuerunt, & sine quibus contingere non
poterat nativitas, vel baptismus pueri conclu-
dit *Bartolus in dict. l. De ætate num.* 7. quem
laudat *Oddus de restit. in integr. quæst.* 37.
art. 8. *num.* 69., quod sufficit dicere fuisse
77 præsentes. Respectu vero extranei vult *Bal-*
dus in l. 2. *Cod. de temp. appellat.*, quod
sufficit dicere, ut recordetur de die nativita-
tis, absque eo quod adhuc dicat, se fuisse
præsentem, & vidisse, quando puer natus
fuit. Attamen *Oddus num.* 70. non putat ad-
78 mitti hoc Baldi dictum simpliciter prolatum,
cum non esset deponere per sensum corpo-
reum; hinc firmat, ut respondeat extraneus,
quia vidit, aut præsens fuit &c., nam alias
esset simplex testimonium de fama, aut de
79 auditu, & nequaquam probaret; nisi depo-
neret; se audivisse a parentibus ipsius pueri,
aliisque, qui nativitatis actum necessario scire
potuissent, ut docet *Alex. conf.* 149. *num.* 17.
lib. 5., quam laudat *Oddus num.* 71.
80 Vicini vero, aut consanguinei in casu, quo
ad testificandum admittuntur, prout firmavi-
mus *num.* 54., *& seqq.*; deponere possunt
sequenti modo: *Scimus quia sumus consan-*
guinei, aut vicini, *Oddus num.* 72., *Mascar-*
dus de probation. concl. 669. *num.* 17., *& concl.*
680. *num.* 2., *Tuschi lit. E. concl.* 342. *num.* 21.
81 Sed quid dicendum eo in casu, quo testis
deposuit, quod a tali tempore usque adhuc
tot anni cucurrerunt; exindeque per Judicem
interrogatus, quis annus salutis erat tum, &
dicit se nescire, an probet? Et prima facie
videtur dicendum non probare; etenim qui
nescit principium, a quo dinumerari debet,
neque & ipsam dinumerationem scire potest:
attamen *Oddus num.* 76., *&* 77., ex pluribus
relatis contrarium firmat, ob illam regulam,
quod testium dicta ita intelligenda sunt, ut
nequaquam sint invicem contraria, quoties
commode fieri potest; hinc, præsertim in ru-
sticis, accidit, quod enumerant æstates, seu
messes ab aliquo facto notabili; eapropter si
ignorat testis rationem dinumerationis uno
82 modo, & scit alio, nequit propterea sibi
contrarius dici. Quamquam *Oddus num.* 78.
in rudibus hominibus hoc tantum procedere
firmat; non autem in ceteris. Verum quia
quandoque in omni hominum statu rude in-
genium reperitur, ideo ego existimo, ut ru-
ditas non respectu personæ, benevero inge-
nii inspicienda sit; etenim vilis aliquando per-
sona nobilis ingenii esse videtur; & econtra:
eapropter totum Judicis arbitrio remittendum
esse puto.
83 Quæres etiam, an testis probet, si depo-
nit per verbum *suo judicio*; nempe si dicat,
Titius meo judicio est annorum quinquaginta?
Negative respondit *Alex. conf.* 29. *num.* 1.
lib. 7., quem sequitur *Tuschi lit. E. concl.* 341.
84 *num.* 10., neque probabit, si diceret, quod
Titius tali in tempore poterat esse ætatis duo-
rum annorum; cum non dicat jam se vidisse
aliquid, propter quod sic judicandum erit;
Alex. num. 4., necminus valeret testis dictum
deponentis per verbum *Credo*; maxime quan-
85 do non redderet causam scientiæ per sensum
corporis; *Baldus conf.* 19. *num.* 3. *lib.* 5.,
Tuschi lit. E. concl. 342. *num.* 14., sed vide
Mascardum de probat. concl. 680. *num.* 6., *&*
7., ubi aliqua in contrarium adducit; & se-
86 cundum *Mascardum num.* 1. valida erit testis
depositio, si in causa scientiæ diceret, scio
Titium esse decem annorum, quia memoria
teneo, eum in illa die ortum habuisse. Pa-
87 riterque si deponeret Testis per verbum *vi-*
detur, *Mascardus num.* 8.
88 Non solum testibus, sed etiam scripturis
probari ætas potest per Tex. *Herennii in l.*
Excusantur 2. *ff. de excus. tutor.*, cum cen-
tis-

89 tissimum sit, probari instrumentis posse omnia,
quæ per testes; eamdemque vim habere in-
strumenta, ac testes, per Rescriptum Imp.
Constantini in l. In exercendis 15. *Cod. de fide
instrum.*, & *Dioclet.*, *Maxim. in l. Pactum* 17.
Cod. de pactis; *De Franchis in dec.* 141. *num.*
6., *ubi Amaend. num.* 7., immo quibusdam in
90 casibus majorem vim obtinent scripturæ, quam
testes, prout rescripserunt Impp. *Gratian. Va-
lent.*, & *Theodos. in l. Unica Cod. de mandat.*
Princip.. Eapropter Glos., Bartol., aliique *in
l. 1. Cod. si min. se maj.*, quos laudat *Oddus
de restit. in integr. quæst.* 37. *art.* 9. *num.* 81.
firmant, meliorem esse omnibus ceteris ætа-
tis probationem, quæ scripturis fit, quam
quæ per testes.
91 Verum quia scripturæ multifariam haberi
possunt, ideo videamus, quibus scripturis pro-
bari ætas possit. Hinc *Mascardus de probat.
concl.* 670. *num.* 1. efficacissimum nominat te-
stimonium probandæ ætatis filiorum, quod
convincitur ex scriptis, & libro parentum, in
quo solent diem, & horam nativitatis suorum
filiorum adnotare; cum non præsumatur, eos
contra veritatem id scribere voluisse; quoniam
ad id alia non traxit affectio, nisi ut ipsis quan-
doque possit esse solatio, filiorum ætatem in
memoriam redigere.
92 Quod & verum esse subdit *Mascardus n.*4.
etiamsi patris liber fuerit privatus; qui liber
si amitteretur, sed tamen de ejus productio-
ne in actis constaret; atque libri particulam
extractam fuisse ad ætatem probandam, &
tunc ex tali registratione recte ætas probata
remanebit, præsertim si parte præsente, *Ma-*
93 *scardus num.* 5., & *in num.* 7. subdit, patris
literas, quibus narratur, aliquem esse suum
filium tantæ ætatis plene probare. Prout
etiam plene probabit figura astronomica or-
94 tus filii ab aliquo astronomo, patre procu-
rante, confecta cum annotatione anni, &
95 diei, *Mascardus num.* 8., & huic patris libro
magis creditur, quam ejus vivæ voci; si vi-
vens testificaretur, *Mascardus num.* 9.
96 Limitat tamen primo *Mascardus num.* 12.,
si Patris liber suspectus esse poterit; limitat
secundo *num.* 14. respectu scripturæ Patris vi-
ventis; limitat tertio *num.* 16. si Pater fuerit
filii adversarius.
97 Verum magis arridet sententia *Oddi de re-
stit. in integr. quæst.* 37. *art.* 12., ubi post-
quam opinionum retulit diversitatem, ita ad-
firmavit, nempe, aut hujusmodi scriptura de-
ducatur contra ipsum filium ad favorem ex-
tranei, & plene probabit; cum nulla tunc
cadere possit suspicio paternæ affectionis. Aut
deduci velit contra ipsum Patrem ad favorem
98 ejus filii, ut si Pater cum filio suo litigaret,
& tunc adhuc plene probabit, prout & re-
fert *Menochius de arbitrar. lib.* 2. *cas.* 116.
99 *num.*4.. Aut quæritur, an probationem faciat
ad favorem filii contra alios, & tunc aut po-
terat adesse suspicio tempore, quo pater na-
tivitatis diem in libro exaravit, ex eo quod
patri magis unum, quam alterum annum na-
tivitatis apponere expedire potuerit, & tali
in casu vel nullam, vel modicam fidem fa-
100 ceret. Dum autem prædicta suspicio adesse
non poterat, & huic patris scripturæ maxima
fides erit adhibenda; quamquam per adversa-
rium probari contrarium poterit; & interim
101 Patris scripturam supplebit quælibet alia con-
jectura, utpote juramentum ipsius patris, aspe-
ctus filii, fama viciniæ, vel unius testis de au-
ditu, quemadmodum tradunt *Menochius loc.
cit.*, *Alciatus de præsumpt. reg.* 2. *præs.* 14.
102 *num.* 5., qui tamen *Menochius in lib.* 2.
præsumpt. 51. *num.* 10. declarat, probationem
hanc dici præsumptivam; cum non sit veri-
mile, quod pater mendacium scripserit, dum-
modo nulla tunc suberat causa, quæ eum ali-
ter scribere impellere poterat, quam ipsam
veritatem; & idem foret, si pater esset mor-
103 tuus, cum mors vim juramenti substineat,
Menochius loc. cit.
104 Sed quid dicendum de instrumento dotali?
Distinguit *Oddus de restit. in integr. quæst.*37.
art. 10. *num.* 88. post *Speculator. in tit. de
restit. in integr.* §. 1. *num.* 11., & *Alex. cons.*
21. *num.* 5. *lib.* 1., nempe aut confectum fuit
post contractum matrimonium, & non pro-
bat; quoniam potuit filius nasci prius, aut
postea. Si vero factum fuit ante matrimo-
105 nium contractum, & probabit, arguendo sic,
quod filius non dicatur prius natus, quam
dictum instrumentum confectum esset; nam
alias non probabit, si nempe dicatur natus
postea, cum esse poterit natus post multum
tempus.
106 Ex matrimonii autem instrumento dedu-
citur probatio, si negative argumentatur; e.g.
hodie numeratur annus 1770., iste est filius
Titii, & Bertæ, qui contraxerunt de anno
1760., ergo iste filius non habet annum un-
decimum; quia si filius eorum est, ergo non
prius natus; *ita Oddus num.* 89., ubi ait ita
fore intelligendum *Mascardum in concl.* 671.
num. 4., & *seqq.*. Ex affirmativa vero argu-
107 mentatione nulla inducitur probatio; ex. gr.
hodie sumus in anno 1770., iste est filius Ti-
tii, & Bertæ, qui contraxerunt in anno 1760.,
ergo iste filius habere potest annum nonum.
Non tenet amabo hæc probandi forma, quia
filius poterit esse postea natus. Oritur bene-
108 vero quædam præsumptionis species per ar-
gumentum ex communiter accidentibus; cum
regulariter post annum ex matrimonio filii
nasci videantur; vide *Menochium de præsumpt.
lib.* 2. *præs.* 51. *num.* 36., *Tuschi lit. E. concl.*
340. *num.* 9.
109 Instrumentum vero super nativitate ipsius
filii tempore, quo nascitur, jussu patris, vel
matris confectum, validam ad omnes effectus
ætatis probationem inducit, ut tradunt *Ma-
scardus nom.* 14., aliique apud *Altimarem de
nullit. contract. tom.* 6. *rubr.* 2. *q.* 1. *n.* 64.

ver. probatur ætas. Volunt tamen *Menochius*,
110 & per ipſum relati *in num.* 35., ut tale inſtrumentum Judicis auctoritate ſit confectum.

111 Sed an per librum publicum, ſeu annotationem Officialis alicujus loci erit ætas probata? Pro intelligentia ſciendum eſt, nonnullis in locis eo in uſu degi, ut ſoleant homines ſtatim, ex quo nati ſunt, in libris, & in actis publicis ipſiuſmet loci deſcribi; qui mos antiquitus apprime in uſu erat, ut teſtatur *Accurſius in l. Imperator l. 1. ver. Imperator ff. de ſtat. homin.*, & vide *Menochium num.* 3.

112 Et hæc deſcriptio, ſive adnotatio alias profeſſio adnominatur, ut tradit *Terentius Clemens in l. Etiam matris* 16. *ff. de probat.*, *Menochius loc. cit.*, *Maſcardus de probat. concl.* 672. *num.* 6., *Narbona de ætate ann. I. quæſt. II.*

113 Cujus profeſſionis inſtitutio peracta primum fuit a Servio Tullio Rege Romanorum III., dum primis illis Urbis temporibus inſtituit, ut parentes cognative naſcentium certam pecuniam publice Junoni Lucinæ darent. Et dum ab adoleſcentia in virilem ætatem migrabant, Deæ Juventæ donum dare debebant. Et morientes tantundem Libitinæ, Et hoc, ut ſingulis in annis cognoſceretur, quot Ci-
114 ves, & cujus ætatis in Urbe forent. Quam adnotationis, ſeu profeſſionis curam habebant Cenſores, qui ſingulis in luſtris una ſimul cum nova civium cognitione eam efficiebant, prout teſtatur *Dionyſius Halicarn. lib.* 4. *antiq. Roman.*, quem laudat *Menochius loc. cit.*, &
115 poſt Cenſores Prætorum hujuſcemodi cura fuit Cæſaris Auguſti, dum edidit edictum, ut univerſus Orbis deſcriberetur, teſte *D. Luca cap.* 2.

116 Mos hujus nativitatis filiorum profitendæ obſervatur inter Nobiles Venetos, qui per legem Venetam ſtatim ac naſcuntur, publicis in actis redigi tenentur, ut ſummis illis nobilitatis privilegiis quandoque potiri poſſint.
117 Item & Florentiæ adhuc obſervatur, ut de primis teſtatur *Menochius num.* 4; & de ſecundis *Maſcardus num.* 8.

118 Quibus præpoſitis firmamus modo, hunc profeſſionis librum plenam fidem efficere, ut probant *Maſcardus num.* 1., *& 6.*, *Menochius num.* 4, *Tuſchi lit. Q. concl.* 340. *num.* 9, aliique apud *Altimarem de nullit. contr. tom.* 6.
119 *rubr.* 2. *q.* 1. *num.* 64. *ver. probatur ex libro*; & ratio ea eſt, quia perſona Officialis, qui natorum nomina in libro, ſeu actis deſcribit, a publico eſt adprobata, eapropter fides ei adhibenda eſt. Neceſſarium eſt tamen, ut
120 hujuſcemodi liber ſit repoſitus inter alias publicas ſcripturas ad Rempublicam pertinentes, ut tradunt *Alex. conſ.* 187. *num.* 2. *lib.* 7. aliique apud *Menochium num.* 4. *in fine*.

121 Et ne hujuſcemodi probationis ſpecies jurium auctoritate careat, ipſam indicarunt *Terentius Clemens in l. Etiam* 16. *ff. de probat.*, & *Scævola in l. Imperatores* 29. *§. mulier. ff. eodem*; atque ſtatuerunt *Imp. Alex. in l.* 1. *Cod. ſi min., ſe major.*, *& Dioclet.*, *& Maximian. in l. Non nudis* 14. *Cod. de probat.*

122 Limitatur tamen primo prædicta concluſio per *Bartolum in l. Quædam §. nummularios ff. de edendo*, ut tali libro non credatur pro ipſomet Actuario ſcribente, benevero pro tertio tantum, & contra tertium. Diſſen-
123 tit vero *Jaſon in l. Decem num.* 35. *ff. de verb. oblig.*, ut nempe talis liber pro ipſo ſcribente præſumptionem efficacem efficiat. Hæ tamen opiniones conciliantur. per *Cra-*
124 *vettam de antiqui. temp. in* 7. *part.* 1. *part. num.* 68. *in fine*, quem refert *Menochius n.* 5., ut ea Bartoli procedat in caſu, quo Officialis uti vellet præfato libro contra tertium, qui ejus perſonam non adprobaſſet, & cum quo res geſta non eſſet. Illa vero Jaſonis vera ſit, dum tertii adprobatio interfuit. Ego vero, ut verum fatear, Jaſonis ſententiam verio-
125 rem exiſtimo. Etenim ratione, & cauſa publici officii illi credendum ſit; nec valet dici per Cravettam, hoc verum eſſe, dum a tali tertio Officialis perſona fuit adprobata; quoniam cum profeſſio nativitatis filiorum fiat primis illis diebus ipſius nativitatis, nequit propterea a tali puero Officialis perſona adprobari; cum ipſamet natura repugnet. Itemque ſi pro hac ſcriptura cadere nequeat ſuſpicio aliqua falſitatis, quia deſcriptionis tempore neſciebatur, ſi pro ſcribente erat ſcriptura ipſamet neceſſaria, cur ergo non erit eidem fides adhibenda? Falſitatis ſuſpicio fidem diminuit, aut annullat. Ea autem ceſſante, fides quidem ſalva manet; & faciunt dicta *num.* 97., *& ſeqq.*

126 Limitatur ſecundo, quando talis liber falſo deinde ſcriptus reperiretur, aut erroneus, *Menochius num.* 7., *Oddus de reſtit. in integr. quæſt.* 37. *art.* 9. *num.* 35.

127 Limitatur tertio, ut præfatus liber fidem non faciat pro forenſe, ſeu extero; cum non videatur Officialis fides a forenſibus adprobata, ut in ſimili reſpondit *Alex. in conſ.* 68. *num.* 15. *lib.* 2., quem ſequutus fuit *Cravetta num.* 76., hinc vult *Menochius num.* 6., librum hunc adminiculum aliquod ceteris ſuper ætate probationibus addere poſſe.

128 Sciendum tamen eſt, quod adverſus probationem ex prædicto publico libro legitime productam nequit contrarium probari, ut firmavit *Monterentius ad Statutum Bononiæ §. penult. ver. plena fides*; quam laudat, & ſequitur *Menochius de præſumpt. lib.* 2. *præſ.* 51. *num.* 7.

129 Et quicquid de prædicto libro dictum eſt, procedit etiam in annotatione Cameræ, in qua deſcribuntur ſocularia, ceu de Curia Neapolitana teſtatur *Grammaticus in dec.* 48. *in fine*; & tradunt *Oddus num.* 84., *Maſcardus de probation. concl.* 672. *num.* 10.

130 Quid autem dicendum de libro Curati,

ſeu

seu Parochi, qui alias dicitur liber baptismatis, an per ipsum plene ætas probetur? Et
affirmative omnes concludunt; & talem probandi modum efficacem nominavit *Mascardus concl. 673. num. 1.*, plene *Menochius n.
53.*, *Oddus num. 83.*, *Tuschi lit. E. concl. 340.
num. 7.*, *Baronius in prælud. circa judicial. n.
135.*, *Gratianus cap. 155. num. 14.*, *Sabellius
§. baptismos num. 1., & §. ætas, num. 22., &
§. libri num. 36.*, *Galluppus in prax. civ. p. 1.
cap. 5. num. 66.*, *Gizzius ad Capyc. Latr. dec.
166. num. 9.*; innumerique apud *Altimarem de
nullit. contr. tom. 6. rubr. 2. q. 1. num. 64.
ver. probatur ætas*; quamvis in tali libro na-
131 tivitatis dies non fuerit adscriptus, *Mascardus num. 3.*, *Sabellius §. libri num. 36. ver.
quod liber*; *Altimari loc. cit.*, & etiamsi de
commodo illius, cujus est liber, ageretur,
Mascardus num. 9., *Sabellius loc. cit.*, *Altimari ver. quod talis*.

132 Pro validitate tamen probationis requiritur, ut partita libri, ceu jacet, extrahi debeat, tam ab ipso Parocho, quam ab alio de ejus mandato; *Baronius loc. cit.*, aliique apud *Altimarem ver. sed ut probat*.

133 Scias benevero, quod non defuerunt, qui firmarunt, librum hunc Curati tum ætatem probare, quoties adfuerit consuetudo, ut tali libro credatur; vel saltem si ad decem annos solitum fuerit. Nihilominus tamen adversus ita tenentes est verior, & æquior opinio, ut tradunt *Mauritius de restit. in integr. cap. 321.*, aliique apud *Mascardum num. 10., & seqq.*

134 Prædicta tamen non intelligas de puncto nativitatis, qui quidem ex tali libro plene probari nequit; cum sæpe, & fere semper post duos, tres, quatuorve dies pueri baptismus differatur, ita *Menochius lib. 2. præs. 51.
num. 56.*, *Alex. ad Capyc. Latr. obs. 155. n.
20.*, *Altimari ver. sed quando*; nisi tamen in
135 ipso libro Parochi nativitatis dies fuerit pariter adscriptus, quoniam tunc plene probatus remanebit, *Menochius loc. cit.*

136 Quæres etiam, an per instrumentum tutelæ, vel curæ minor ætas probari possit? Affirmative concludit *Mascardus in concl. 675.*, & hoc propter decretum Judicis, ut tradit *Simoncellus de decr. lib. 3. tit. 7. num. 43.*, aliique apud *Baronium in prælud. circa judicial. num. 152.*, & quamquam *Virgilius de legitim. person. cap. 1. num. 24.*, aliique apud *Baronium num. 153.* velint, hujuscemodi probationem nocere tantum ei, ad cujus instantiam reperitur Curator datus, non autem aliis tertiis. Nihilominus tamen *Mascardus num.
9., & 10.* firmat, eam probationem procede-
137 re adhuc, si ageretur contra tertium, dummodo aliæ minoris ætatis conjecturæ concurrerent, vide plenius apud *Oddum de restit. in integr. quæst. 37. art. 11.*, ubi multa ad materiam.

138 Hinc sequitur, quod si quis litigat cum Curatore alicujus, videtur fateri illum esse minorem. Et si facit quis aliquem citare tamquam tutorem, vel Curatorem, ipsum ita adprobare videtur, taliter quod nequit inde petere, ut fiat fides de tutela, vel cura; *Surdus dec. 104. num. 8., & 9.*; & fortius dicas
139 in casu; quo adversarius minoris litigaret
cum eo, tamquam cum minore; nam si tunc
incideret quæstio restitutionis *in integrum* ex
hoc edicto minorum, non erit necesse ipsi
minori probare suam minorem ætatem, *Oddus quæst. 37. art. 1. num. 15.*; etenim re-
140 gula generalis est, quod litigans cum aliquo tamquam tali censetur fateri, quod sit
talis; & contrarium probare volens, non erit
audiendus, ut tradit *Cavalcanus de tutor. n.
297.*, quem laudat *Surdus num. 10., & 11.*,
quod etiam in criminalibus locum suum vin-
141 dicat; hinc si minor fuerit in causa criminali conventus, & Fiscus passus fuit illi dari Curatorem, decretum Judicis facit eum præsumi minorem; & Fisco incumbit contrarium probare, ut post alios refert *Baronius in prælud. circa judicial. num. 137.*

142 Hæc minoris ætatis autem exceptio ex parte ipsius minoris quandocumque opponi potest ad invalidandum processum. Ex parte tamen adversarii debet fieri ante sententiam ad impediendum processum, & ne ulterius progrediatur, *Baronius num. 139.*

143 Sed an ex actis semel in judicio factis minor ætas probari possit? Affirmative resolvit *Mascardus in concl. 677. num. 1., & 5.*, non jam quod ex ipsis actis probare possum, me nunc esse minorem; cum probationes factæ in uno judicio in his, quæ solo cursu temporis mutantur, non probant in alio; & minor ætas temporis cursu jam mutatur. Ex ipsis benevero actis quidem probare possum, me tunc minorem fuisse? Difficultas tamen est, an sententia declaratoria minoris ætatis
144 faciat jus inter omnes, & præjudicet? Præsciendum est, multa requiri ad hoc, ut sententia dicatur inter omnes jus facere; & primo requiritur, quod causa sit de sui natura præjudicialis omnibus, & in omnibus causis. Secundo quod ipsamet causa ordinarie, non incidenter, vel summarie agatur. Tertio ut in eodem judicio adsit legitimus contradictor. Quarto ut iste contradictor sit præsens, non autem per contumaciam condemnatus; cum non debeat uni negligentia alterius nocere. Quinto ut sententia declarative proferatur. Sexto ut non detegatur collusio; ita exponit *Oddus de restit. in integr. quæst. 37. art. 17. num. 117.*

145 Ad casum vero respondet idem *Oddus n. 125.* ut sententia declaratoria minoris ætatis, idest qua pronunciatur, aliquem esse minorem faciat jus inter omnes, & præjudicet in quantum ad ea, quæ gesta fuerunt ante illud tempus; secus vero quoad ea, quæ postea effecta fuere.

146 Respectu tamen ipsius minoris tradit cau-

telam *Bartolus in l. De ætate num. 17. ff. de minor.*, quem sequitur *Oddus num. 126.*, ut dum erit puer, faciat super sua ætate pronunciari, ideſt quot annos agat ad perpetuam rei memoriam; quoniam tunc sufficeret eidem in facti contingentia iſthæc ætatis probatio pro omnibus, quæ geſſerit tam prius, quam poſtea.

147 Voluit tamen *Baldus in l. Cum te num. 1. Cod. de probat.* ex traditis per *Innocent. in cap. ſignificavit de teſtib.* quod examinatio teſtium super aliqua cauſa ad perpetuam rei memoriam deſervit tantum ei, qui examinavit, ſi agatur contra eum; non autem ſi ipſe agat contra alium; verum *Oddus loc. cit. ver.*
148 *ſed poteſt*, declarat Innocentium fuiſſe loquutum in iis terminis, in quibus nequit is, qui examinavit teſtes ad perpetuam rei memoriam pro jure ſuo conſervando agere, quia poſſidet; neque etiam poteſt cogere adverſarium, ut agat; eapropter non erit mirum, ſi tantum ad excipiendum illa examinatio deſervit.

149 Advertit tamen *Oddus num. 127.*, quod ad hoc, ut ſententia declaratoria minoris ætatis faciat jus inter omnes, atque ceteris præjudicet, opus eſt, ut non fiat probatio per probationes ſuppletivas, ſive per ſemiplenam probationem, addito minoris juramento; aut per aſpectum; cum ſententia ita lata nequaquam faciat jus inter omnes.

150 Sed an ſicut ſententia declaratoria minoris ætatis faciat jus inter omnes; ita pariter erit ſufficiens ſola ætatis probatio abſque eo, quod fuerit ſuper ea lata ſententia? Negant *Baldus in l. etiam ſi patre §. ſi in hæreditate ff. de minor.*, *Mauritius de reſtit. in integr. cap.*
151 323., aliique contrarium firmant *Bartolus in l. de ætate n. 14. ff. de minor. & in l. 2. n. 6. ff. judic. ſolv. Imola conſ. 93.*, quos ſequitur *Oddus de reſtit. in integr. quæſt. 37. art. 18. num. 129., & 130.* Etenim ajunt, quod in cauſis de ſui natura præjudicialibus, & in quibus ſententia lata facit jus inter omnes, probationes quoque tantum peractæ abſque ſententia lata facit jus inter omnes, probationes quoque tantum peractæ abſque ſententia ſubſequuta idem operantur. Subdit tamen *Oddus n. 131.*, ut concurrere debeant requiſita enun-
152 ciata ſupra *n. 144.* Pariterque ut probatio facta ſit per inſtrumenta, vel per teſtes, non alias. Et tandem ut per Judicem fuerit ſaltem ſuper ætate minori interloquutorie pronunciatum; & pars vel non appellavit, vel appellationem non juſtificavit; & ad ulteriora judex proceſſerit ſuper læſionis, & reſtitutionis cauſa, ſuper qua ſententia demum ferretur ad favorem minoris; quoniam tunc putat Oddus hujuſmodi interloquutoriam, quæ vim habet diffinitivæ, ſufficere ad faciendum jus inter omnes, ac ſi diffinitive ſuper ætate fuiſſet pronunciatum. Quod ſi nullatenus ſuper ætate fuit pronunciatum, & tunc ſecus putat *Oddus n. 133.*, & veriorem exiſtimat ſententiam Baldi, quoniam eſſe poteſt, quod judex motus fuerit ad concedendam reſtitutionem alia de cauſa, quam minoris ætatis. Quod notandum dicit *Oddus loc. cit.*

153 Alia ſpecies probandi ætatem eſt illa per indicia, conjecturas, & præſumptiones. Etenim cum veritas per teſtes, & ſcripturas haberi nequeat, jure merito ad conjecturas, præſumptiones, & argumenta confugiendum erit, ex ſententia *Arriani, in l. non omnes 5. §. a barbaris ff. de re milit.*, in illis verbis: *Sed licet hoc liquido conſtare non poſſit, argumentis tamen cognoſcendum eſt*; & tradunt *Maſcardus de probat. concl. 676. n. 1., Oddus de reſtit. in integr. quæſt. 37. art. 14. num. 101.*, aliique.

154 Hæ autem conjecturæ veriſimiles eſſe debent; *Maſcardus n. 4, & 5.* Hinc recte ait *Celſus in l. cum de ætate 13. ff. de probat.*, quod
155 quando teſtes producti ſuper ætate a diverſis partibus contrariantur, illis, qui veriſimilia deponunt, credendum erit; & plene ibidem notat *gloſ.*

156 Intelligas tamen concluſionem iſtam ſolummodo procedere de minori ætate, non autem de majori, quæ haud patitur conjecturis probari, ut tradit *Maſcardus num. 6.* Quicquid alias ſit de probatione ex aſpectu, ut videbis *n. 165., & ſeqq.*

157 Principalis igitur, & præſumptiva probatio ea eſt, quæ fit per aſpectum, ut tradunt *Oddus de reſtit. in integrum quæſt. 37. art. 3. n. 20., Baronius in prælud. circa judicial. num. 155.*, aliique apud ipſos. Et ſuper hac probationis
158 ſpecie multum Judicis arbitrium verſari debere vult *Menochius de arbitrar. caſ. 117. n. 1. & 3.* Etenim tunc ad hujuſmodi probationem erit deveniendum, quando probabiliter de ætate dubitatur, non autem quando clarum eſt, quoniam ſtultum foret dicere poſſe judicem judicare, ſenem ex aſpectu juvenem
159 eſſe, ita *Menochius loc. cit.* Et quamquam impoſſibile ſit, ut vere dicatur probatum quicquid conjecturis probatum eſt; nihilominus tamen reſpectu probationis ætatis æque plena ſit probatio per teſtes de viſu, ac per conjecturas, & præſumptiones ex aſpectu; ita
160 quod ſi ſtatutum plenam requireret ætatis probationem, erit quidem illi ſatisfactum per hanc præſumptivam probationem ex aſpectu, ut refert *Oddus n. 22., & 23., & in n. 24.* Sub-
161 dit, magnam eſſe utilitatem ſcire, num ætas præſumptive adhuc probari poſſit; Cum pri-
162 ma utilitas ſit, ut conjecturis probari queat,
163 *Oddus n. 25., Baronius n. 151.* Secunda, quod teſtes minus idonei, qui alias non probarent,
164 ad minorem ætatem probandam admittuntur, *Oddus n. 26.* Et tertia, ut teſtes de credulitate admitti pariter poſſint, *Oddus n. 27.*

165 Per aſpectum etiam corporis probari ætas poteſt, *Mauritius de reſtit. in integr. cap. 319., Maſcardus concl. 658. n. 1.*, plene *Oddus quæſt. 37. art. 13.*, & tam reſpectu Judicis, quam te-
166 ſtium. Hinc reſpectu Judicis evenit, quod ex juvenis aſpectu, facie nempe diligenter inſpecta, conſiderata membrorum qualitate, parentum conditione, loco unde natus eſt,

judex

Judex judicabit, cujus ætatis talis erit, ita
Grammaticus in dec. 48. n. 19., Menochius de
167 *arbitrar. lib. 2. caſ. 117. n. 1., & 2.*, ubi ſubdit
huc locum ſuum vindicare tam de ætate ju-
venili, quam ſenili.
168 Qui membrorum aſpectus non de pudi-
bundis intelligitur, quemadmodum nonnulli
tradiderunt, coeundi potentiam judicari ex
corporis inſpectione, ſi lanuginem habeat; ut
judex nempe nudos omnino mares uſque pu-
bem inſpiciens judicet, juxta notata in *cap.
puberes de conſtit. impuber.*, de quo ſcripſit
169 *Plato lib. 11. de legib.* Quod & apud Roma-
nos olim obſervatum fuiſſe teſtatur *Imp. Ju-
ſtinianus in §. 1., Inſtit. quib. mod. tut. fin.*, & in
170 *l. fin. Cod. quando tut., vel Curat.* Hodie ve-
ro ut pudori parcatur, & in quantum fieri
poteſt, honeſtas ſervetur, ipſemet Juſtinianus
præſcripſit in dictis locis, ut nequaquam am-
plius huic corporis inſpectioni habeatur lo-
cus, de quo vide late apud *Menochium de ar-*
171 *bitr. lib. 2. caſ. 58.* Hinc eſt, quod hodie aſpe-
ctus ad ætatem probandam non de pudibun-
dis, ſed de facie, cæteriſque membris intel-
ligendus eſt, *Menochius caſ. 117. n. 3.* Sicque
172 Judex dicitur informare animum ſuum ex
rei inſpectione; quemadmodum erit de aſpe-
ctu loci, ubi aliter veritas commode a Judi-
ce percipi non poterit, *Oddus de reſtit. in in-*
173 *tegr. quæſt. 37. art. 13. n. 93.* Eapropter a Judi-
ce ipſo fit judicium, an is aſpectus indicet
illum eſſe tantæ ætatis, *Menochius de præ-*
174 *ſumption. lib. 2. præſ. 51. n. 58.* Quod erit ve-
rum tam reſpectu perſonæ Judicis, quam ejus,
cui Judex ipſe commiſerit, ut tradit *Maſcar-
dus concl. 668. n. 8., & 28.*
175 Hinc advertit *Musa in conſuet. 21.*, quem
laudat *Baronius in prælud. circa judical. n. 157.*,
ut Judices in decretis apponant verba, *ut ſuo
nobis demonſtravit aſpectu*; eapropter dum
ætas pupillaris ex aſpectu probata apparebit;
ita per Judicem pronunciari poterit.
176 Viſis &c. fuit per hanc Curiam pronun-
ciatum, prout pronunciat, prædictum N. pu-
pillarem ætatem habere, quemadmodum ſuo
nobis demonſtravit aſpectu; quapropter defe-
rendum eſſe petitæ in integrum reſtitutioni.
177 Hæc autem Judicis ſententia facta ſuper
ætate ex aſpectu alicujus, non citatis citan-
dis, ipſis non præjudicat; Nec in eos onus
probandi contrarium transfertur, *Baldus conſ.
… n. 1. lib. 4., Maſcardus n. 39.*
178 Poterit benevero adverſus hanc Judicis
pronunciationem contrarium per adverſarium
probari, *Menochius de arbitr. caſ. 117. n. 4., Tu-*
179 *ſchi lit. E. concl. 342. n. 3.* Cum non ſimplici-
ter parendum ſit judicis judicio; *Maſcardus*
180 *n. 37.* Et ideo ſententia lata ex probationi-
bus ex aſpectu nunquam tranſit in judica-
181 tum, *Maſcardus n. 38.* Niſi fundata fuerit
ſuper notorio, videlicet ſi tunc ille puer erat
tenellus, & judicatum fuit, quod eſſet impu-
bes, ut de communi notat *Oddus de reſtit. in
integr. quæſt. 37. art. 17. n. 128.*
182 Sed quid dicendum, quando quis dicit ſe
majorem, ut ad honores admittatur, ad quos
non admittuntur minores, ex ſententia *Ul-
piani in l. ad Rempublicam 8. ff. de minor. &*
183 *honor.* Aut vellet per ſe intereſſe judicio, ad
quod minor admitti nequit ſine Curatore, *l.*
184 *1. & 2. Cod. qui legitim. perſon.* Aut cæteris
omiſſis, vellet rem ſuam immobilem aliena-
re, quod minori ſine Judicis decreto inter-
dictum eſt, *l. 1., & tot. tit. ff. de reb. cor.* Et
econverſo in omnibus prædictis contradicit ad-
verſarius, ut nempe quod ille non ſit major,
tunc quis debeat probare, an ille qui ſe ma-
jorem dicit, an ejus contradictor? Et *Maſcar-*
185 *dus n. 2., & 4.* concludit, ut Judex imponat
onus probandi ex aſpectu corporis cui volue-
rit; ut ſi ille, qui dicit ſe majorem ex cor-
poris aſpectu major appareat, & imponet
onus probandi adverſario contradicenti. Si
vero ex corporis aſpectu minor apparere vi-
deatur, qui ſe majorem eſſe dixerit, & tunc
ipſi probandi onus judex imponet.
186 Si vero ex aſpectu ita clare non apparet,
ſed quibuſdam apparebit major, & cæteris
minor, cui tunc probandi onus Judex impo-
nere debeat? Et firmat *Maſcardus n. 5.*, quod
ille probabit, qui affirmativam proponet; ſic-
187 que ſi ſe minorem aliquis dixerit, adverſa-
rius vero negabit, & tunc qui ſe minorem
dixerit, probabit. Si vero adverſarius dicit,
eum eſſe minorem, & ipſe minor negat, &
188 tunc adverſarius probabit; cum clara ſit ju-
ris regula, ut ei incumbat probatio, qui di-
cit, non qui negat, *l. ei incumbit ff. de probat.,
l. de ætate 44. ff. de minor., l. ſi minorem 4.
Cod. de in integr. reſtit., l. cum res 9., & l. actor 23.*
189 *Cod. de probat.* Etenim qui in ætate ſe fun-
dat, ipſam, ceu ſuæ intentionis fundamentum
probare debet, ut diximus *n. 2. & ſeqq.*
190 In caſu autem, quo uterque negativam
proponit, ut e. g. dicit aliquis, qui vult judi-
cio intereſſe, *ego nego me minorem*; Adver-
ſarius vero dicit, *ego nego te eſſe majorem*, &
ſic uterque negativam proponit, & tunc vult
Maſcardus n. 6., & 7., ut Judex imponat pro-
bandi onus cui voluerit, exiſtimando ex aſpe-
ctu illius, de cujus ætate dubitatur.
191 Hæc autem probatio ex aſpectu non ſo-
lum per Judicem quandoque fieri poteſt;
Benevero aliquando neceſſario fieri debet, ut
quando teſtes ſunt hincinde contrarii, vel va-
rii; *Baldus conſ. 452. n. 2. lib. 4. Oddus de reſtit.*
192 *in integr. quæſt. 37. art. 13. n. 95.* Atque fieri
debebit etiam reſpectu ætatis non ab omni-
bus cognoſcibilis, ex eo quia modicus eſſet
exceſſus, ita *Menochius de præſumpt. lib. 2.
præſ. 51. num. 58.*
193 Remanet, ut videamus de probatione æta-
tis ex aſpectu, quæ fit per teſtes. Et *Baldus
in l. ſolam n. 12. Cod. de teſtib., Mauritius de re-
ſtit. in integr. cap. 319.*, aliique firmarunt, pro-
bationem hanc per teſtes fieri non poſſe;
cum

çum teſtes deponere debeant de his; quæ
ſenſu corporis percipere poſſunt, non quæ
diſcurſu intellectus dirimere valent, & juxta
ejus diſcretionem diſcernere. Verum poſſe
quidem per teſtes fieri probationem ætatis
ex aſpectu magis communiter alii tenent, ut
tradunt *Oddus de reſtit.in integr. quæſt.37.art.
14. n. 100.*, aliique apud *Altimarem de nullit.
contract.tom 6.rubr.2. q.1.n.64.ver. probatur per*
194 *teſtes.* Qui tamen teſtes non dubitative, ſed
clare, & cum dictorum ratione deponere
debent, *Altimari ver. non probatur per teſtes.*

195 Nihilominus tamen *Menochius de præſump.
lib.2. præſ.51. n.58, & ſeqq.* utramque opinio-
nem veram nominat in ſenſu ſuo; Hinc ait,
quod in hac probationis ſpecie duo caſus di-
ſtinguendi ſunt. Primus eſt, quando agitur de
probanda ætate non ab omnibus cognoſcibi-
li, ex eo quia modicus eſſet exceſſus. Se-
cundus vero, quando agitur de probanda æta-
te communiter cognoſcibili, ut quando erit
magnus exceſſus, itaut quilibet facile judicare
196 poterit, illum eſſe, vel non eſſe tantæ æta-
tis. In primo caſu procedit prima opinio,
ut ætas per hunc aſpectum teſtibus non pro-
betur; niſi ipſi teſtes etiam non interrogati
197 redderent ſuorum dictorum rationem. In
ſecundo autem caſu procedit ſecunda opi-
nio; & vide *Oddum loc. cit.*, & *Maſcardum*
198 *concl.668.n.11., & ſeqq.*, etiamſi teſtes fuerint
ſingulares, ut tradit *Baronius in prælud.circa
judicial. num. 154.*

199 Sed ex quo cognoſci poteſt exceſſus iſte
magnus, vel modicus? Et ſciendum eſt,
quod natura ſæpeſæpius poteſt aliquem ex-
ceſſum facere, ſcilicet non omnibus ſuppe-
ditare barbam, rugas, aut caniciem eodem
die, menſe, & anno; & ita nequit ſcire quis
ex aſpectu alicujus quem annum gerat; cum
teſtes in hujuſmodi depoſitione excedere poſ-
ſint, & plerumque decipiuntur in uno anno,
vel duobus, vel pluribus; & quem omnes
credunt eſſe duodecim annorum, erit decem,
vel quatuordecim; ideoque videri oportet,
quomodo debeat teſtis deponere, ut ætatem
ex aſpectu probare dicatur; præſuppoſito hoc
exceſſu unius, duorum, vel plurium annorum.

200 Hic autem exceſſus quantus præſupponi
debeat, & an certa dari poſſit regula, uſque
ad tempora Bartoli incognitum fuit, qui
tandem aperiendo viam, practicas regulas
conſtituit. Bartolus igitur, qui ſuper hoc
multum notabiliter, & omnes ſuperando lo-
quutus fuit, prout ita eum laudat *Oddus de
reſtit. in integr. quæſt. 37. art. 15. num. 106.*,
& quod in hac re egregiam attulit declara-
tionem, ut deſcribit *Menochius de præſumpt.
lib. 2. præſ. 51. num. 65*, & quod hæc do-
ctrina Bartoli ſit multum ſpeculativa, & lon-
go tempore ab ipſomet elaborata, ut notat
*Paul. de Caſtr. in l. Si minorem Cod. de reſtit.
in integr.*, quem refert *Oddus num. 110.*, Bar-
tolus, inquam, *in l. de ætate num. 9., & 10.
ff. de minor.*, antequam regulam conſtituiſſet,
201 admonitum Lectorem fecit, quod quanto
quis eſt minor, tanto facilius ex modico ex-
ceſſu ætas cognoſci poteſt. Quanto vero major
eſt & antiquior tanto major requiritur exceſ-
ſus. Et probat Ulpiani textus *in l. 1. §. de
inſpiciendo, & §. Is autem apud ff. de ventr.*
202 *inſpic.*, ubi habetur, quod ubi partus edi-
tus eſt, donec erit trimeſtris, bis in menſe
oſtendendus erit. A trimeſtre uſque ad ſe-
meſtre, ſemel in menſe. A ſemeſtre uſque
ad annum, alterius menſibus; ab anno uſque-
quo fari cœperit, ſingulis ſex menſibus. Hinc
videtur jam, quod ætas quanto minor eſt,
majorem patitur mutationem; & vide *Oddum
num. 109.*, & *Menochium loc. cit.*

203 Prima igitur concluſio eſt, quod ad pro-
bandum, infantem fuiſſe minoris ætatis ſex
menſium, teſtes deponere debent, quod ex
aſpectu videbatur trium menſium, quia ſic
abſque dubio judicari poteſt minor ſex men-
ſium; & hic dicitur judicandi modus deſcen-
ſive; ſicque deſcendendo ſufficiunt tres men-
204 ſes. Dum autem probari velit ætas major
tanto tempore, nempe ſex menſium, tunc
teſtis dicens, quod talis ſit ætatis ſex men-
ſium, & interrogatus quomodo ſciat, reſpon-
det, quod ſibi videtur major decem menſium;
ſicque ob majorem illum exceſſum quatuor
menſium recte teſtis probabit; eapropter
aſcenſive quatuor menſes requiruntur; ita
Bartolus, quem ſequuntur *Oddus loc. cit.*,
Menochius num. 65. ver. exceſſum, *Maſcardus
concl. 668. num. 28.*

205 Secunda concluſio eſt, quod ad proban-
dam ætatem anni ſufficiunt deſcenſive quin-
que menſes; ut nempe teſtis dicat, quod ſibi
ex aſpectu videbatur minor ſeptem menſibus,
quia ſic plene probabit, illum non eſſe æta-
tis unius anni. Si vero agatur ad probatio-
nem unius anni aſcenſive, ut nempe quod
talis erat major uno anno, & tunc ſufficiunt
ſex menſes ſupra annum, ut nempe teſtis
dicat, quod ſibi videbatur menſium decem,
& octo, quoniam tunc recte probabit ætatem
unius anni, ita Bartolus, quem ſectantur *Od-
dus loc. cit.*, *Menochius ver. ſecundo ad pro-
bandum*, *Maſcardus num. 30.*

206 Tertia concluſio eſt, quod ad probandam
ætatem triennii deſcenſive ſufficit annus; aſcen-
ſive vero ſufficiunt decem, & octo menſes;
ita Bartolus, quem laudant *Oddus loc. cit.*,
Menochius ver. tertio ad probandum, *Ma-
ſcardus num. 31.*

207 Quarta concluſio eſt, quod ad probandam
ætatem ſeptennii deſcenſive ſufficit biennium;
aſcenſive vero triennium, ita Bartolus, cui
accedunt *Oddus, & Maſcardus loc. cit.*, *Me-
nochius ver. quarto ad probandum.*

208 Quinta concluſio eſt, quod ad probandam
ætatem duodecim annorum in femina, & qua-
tuordecim in viro deſcenſive ſufficit triennium;
aſcenſive vero quadriennium, ita Bartolus,
Oddus, & Maſcardus loc. cit., *Menochius
ver. quinto ad ætatem.* Se-

209 Sexta conclusio est, quod ad probandam ætatem viginti quinque annorum tam descensive, quam ascensive sufficiens erit quinquennium, *Oddus loc. cit.*, *Mascardus num.* 32., *Menochius ver. sexto ad ætatem.*

210 Septima conclusio est, quod ad probandam ætatem quadraginta annorum descensive, & ascensive sufficiunt octo anni; *Oddus loc. cit.*, *Menochius ver. septimo ad ætatem. Mascardus vero dict. num.* 32. *in fine* tenet, ut testes descensive minus, & ascensive magis annorum septem, plusquam sit ætas quadraginta annorum, deponant.

211 Octava conclusio est, quod ad probandam ætatem septuaginta annorum descensive, & ascensive sufficiunt decem anni, *Mascardus num.* 33., *Menochius ver. octavo ad ætatem*, ubi refert decisionem Rotæ Romanæ, *Oddus num.* 109.

212 Nona conclusio est, quod ad probandam ætatem supra septuagesimum annum usque centesimum sufficiunt descensive, & ascensive quindecim anni, *Oddus loc. cit.*, *Mascardus dict. num.* 33., *Menochius ver. nono ad ætatem.*

213 Nota tamen, quod quando agitur de probatione de temporibus mediis enunciatarum ætatum, ex. gr. de ætate biennii, tunc regulanda erit probatio secundum sequentem probationem triennii. Et in casu probationis quatriennii, quinquennii, & sexennii regulatur probatio juxta sequentem probationem septennii; & sic de singulis; habita semper ratione ad modum probandi juxta sequentem exemplificatam ætatem respectu annorum antecedentium, & illorum, qui mediantur inter unam, alteramque ætatem exemplificatam, ita *Mascardus dict. num.* 33. *in fine.*

214 Omnium prædictorum rationem abbundanter refert, *Menoch. n.* 66., *& seqq.*, solummodo D. Thomæ auctoritatem super Joan. 8. hic refero. Etenim jam Judæi dixerunt Domino habenti jam triginta tres annos, nondum quinquaginta annos habes, & Abraham vidisti? Miratur D. Thomas, quare non dixerunt quatraginta. Ex quo satis ostendit, quod excessus iste inter 30., & 40. annos non solet esse amplius octennio, vide *Oddum num.* 110., ubi hanc Bartoli regulam menti tenendam esse monet.

215 Nota tandem, ut non deponant testes per verbum *circa circiter*, quia non probarent; benevero simpliciter, *Alex. cons.* 149. *num.* 18. *lib.* 5., *Oddus num.* 111.

C A P. XVIII.

De pupillorum educatione.

SUMMARIUM.

Educatio Judicis arbitrio remittitur, num. 1.
Judicis arbitrium regulatum esse debet, n. 2.
Educatio in primis tribus annis ad matrem spectat; exinde ad patrem, num. 3.. *Fallit, num.* 4.
Patris voluntas attendenda est, num. 5., *&* 6.
Ex causa potest judex a Patris voluntate recedere, num. 7., *& seqq.*
Judex potest ex causa decernere, ut neque apud Patrem pupillus educetur, num. 10., *&* 11.
Pater per solum transitum ad secunda vota educationem non amittit, num. 12.
Judex potest ex causa judicare, ut potius apud matrem, quam apud patrem filius educetur, num. 13.
Omnis minima suspicio ab educatione repellit, num. 14.
Judex regulate, & causa cognita procedere debet., num. 15., *&* 16.
Judex ut bonus pupilli pater in educationis materia geri debet, num. 17.
Judex malam testatoris dispositionem exequi non debet, num. 18., *&* 19.
Educatio non semper tutelæ conjungi debet, n. 20.
Educatio perniciosa est apud eum, qui erit pupillo successurus, num. 21.
Suspicionis causa cessante, non denegatur tutori, educatio pupilli, num. 22.
Cuilibet de populo permittitur judicis officium implorare pro recta pupilli educatione, n. 23.
Mater in pupilli educatione omnibus præfertur, num. 24.
Parentum affectus omnem alium vincit, num. 25.
Mater in filiorum educatione juris præsumptionem pro se habet, num. 26.
Parentes magis filiorum mortem, quam propriam timent, num. 27.
Mater potest esse tutrix, & educatrix, num. 28.
Mater præfertur aviæ num. 29.
Præfertur fratri ipsius pupilli, num. 30.. *Fallit, num.* 31.
Præfertur tutori ipsius pupilli, num. 32.
Præfertur patruo magno, num. 33.
Et quid de avo materno, num. 34., *& seqq.*
Proximus pupilli successor ab ejus educatione repellitur, num. 38.
Primum triennium matri spectat, avo materno excluso, num. 39.
Mater si fuerit bonæ conditionis, & famæ admittitur ad educationem etiam contra expressam patris prohibitionem, num. 40., *&* 41.
Mater ad educationem admittitur, etiamsi fuerit pupilli debitrix, aut creditrix, num. 42., *&* 43.
Mater binuba filios suos diligere non præsumitur, num. 44.
Mater binuba filiorum vitam, & res abdicit, n. 45.

Ma-

Mater binuba dicitur excoriatrix filiorum primi matrimonii, num. 46.

Mater binuba ab educatione repellitur, num. 47., etiam ob solam suspicionem transeundi ad secunda vota, num. 48.

Matri secunda nuptæ neque primum triennium permittitur, num. 49., etiamsi propriis sumptibus vellet alere, & educare pupillum, num. 50., & quicquid ad alimenta expendit, amittit, num. 51.

Mater etiamsi secundo non nubat, si fuerit vilis, & impudica, ab educatione repellitur, num. 52., aut si alias suspecta reddita fuerit, num. 53.

Mater binuba si non est pupillo successura, ad ejus educationem admittitur, num. 54., fallit num. 55., & seqq.

Mater binuba non repellitur ab educatione, si erit in modico successura, num. 59., aut si esset bonæ conditionis, & famæ, num. 60., & seqq.

Animus pupilli aliquando inspici debet, num. 63., fallit, num. 64.

Adulti voluntas attendenda est, num. 65., nisi alias Judici videbitur, num. 66.

Mater binuba justa causa intercedente ad educationem admittitur, num. 67.

Mater secundo nubens habet juris præsumptionem contra se, num. 68.

Mater, si secundus vir moriatur, ad educationem filiorum primi matrimonii admittitur, & quando, num. 69., & 70.

Matre deficiente admittitur avia paterna, exinde materna, num. 71.

Avia deficiente admittitur proavia, num. 72.

Post aviam, & proaviam admittitur patruus, num. 73.

Et quid concurrentibus patrua, & avo materno? ibidem.

Et quid concurrentibus sorore uterina, & avunculo? ibidem.

Ex consanguineis propinquior attenditur, n. 74.

Consanguineis deficientibus admittitur extraneus, num. 75.

Tutor testamentarius cuilibet extraneo præfertur, num. 76.

Judex quid observare debeat in dando pupillo educatorem, num. 77., & seqq.

Educatio denegatur iis, qui pupillo erunt successuri, num. 80., & seqq.

Frater, & quilibet alius extraneus pupillo substitutus propter spem futuræ successionis ab educatione arcetur, num. 86., & seqq.

Mores in materia educationis attendi debent, num. 89.

De Judicis arbitrio in eligendo educatorem, n. 90.

Judex irrationabiliter invitum potest cogere, n. 91.

Educatio denegatur apud personam detentam, num. 92., & 93.

Agnatus tantum naturalis ab educatione arcetur, num. 94.

Educatio apud minorem non conceditur, n. 95., neque apud sponsum, num. 96., fallit, num. 97.

Educatio neque apud futurum socerum permittitur, num. 98., fallit, num. 99., & seqq.

Judex potest in dubio ferre sententiam in favorem possessoris, num. 105.

Educatio permittitur extra domum, & civitatem, num. 106, & 107.

Orta lite super sponsalia, penes honestam personam erit puella deponenda, num. 108.

Matrimonia, aut sponsalia pupillorum ab educatoribus tractari nequeunt, num. 109.

Contractus pupillorum in educatoris beneficium sine Judicis decreto nullus est, num. 110.

1 SI generales jurium regulas inspiciamus, ad
Judicis arbitrium pupillorum educationem
videmus esse p.:sitam, ut *in l. 1., & in*
l. Si disceptetur, ff. ubi pup. educ. deb., &
in l. 1., & 2. Cod. eodem; & tradunt *Me-*
nochius de arbitr. cas. 168. lib. 2., Surdus
de aliment. tit. 4. q. 13. num. 1., Jovius de
solemn. in contr. min. Gloss. 21. §. 3. n. 47.,
De Anna cons. 33. num. 1. lib. 2., Parisius
cons. 56. num. 3. lib. 1., De Marinis var. 1.
cap. 91., Riccius collect. dec. 455., De Fran-
chis in dec. 350., Verde lib. 1. instit. civ. n.
452., Staiban. jun cent. 2. obs. 141. num. 77.,
Bersanus de pupillis cap. 1. q. 11. num. 1.,
Altimari de nullit. contr. tom. 6. rubr. 2. q. 1.
num. 584. ver. educatio pupilli, Card. De Luca
de tutel. disc. 4. num. 23.; ad arbitrium tamen
2 regulatum; cum non possit Judex pro libito
suæ voluntatis illud exercere, sed a causæ
cognitione pendere debet, ut advertit *Mar-*
tius Medic. exam. 38. num. 2., quem laudat
3 *Bersanus num. 2.*, hinc evenit, ut secundum
personarum prærogativas, & strictiores co-
gnationes ad educationem prælectio haben-
tur, ita Judicis arbitrio regulato. Eapropter
si supponamus pupilli patrem, & matrem au-
ras adhuc carpere vitales, & tunc primis
tribus annis, si aliqua ex causa parentes ipsi
cohabitare nequirent, mater jure actionis pa-
tri præfertur; exindeque ad patrem spe-
ctat, ut deducitur ex *tex. in l. Nec filium 9.*
Cod. de patr. pot., & tradunt *Sabellius §.*
pupillus num. 15., aliique apud *Altimarem n.*
584. ver. mater actionis; nisi de fide agere-
4 tur, quoniam pater præferendus tunc erit, ut
post alios tradit *Card. Tuschi lit. P. concl.*
977. num. 1.
5 Patre extincto, ejus voluntas erit penitus
attendenda, ex traditis per Ulpianum *in l. 1.*
§. quamvis, ver. certe ff. ubi pupil. educ. deb.,
& in l. 1. §. si omnes, ver. apud eum ff. de
vent. inspic., Parisius cons. 56. num. 3. lib. 1.,
Surdus de aliment. tit. 4. q. 13. num. 2., Stai-
banus jun. cent. 2. obser. 141. num. 2., Bersa-
nus de pupillis cap. 1. q. 11. num. 3., Roma-
nus cons. 4. per totum, ubi late consuluit,
6 esse diligenter animadvertendum, ne facile a
Patris voluntate recedatur, etiamsi tacita;
Staibanus num. 3., cum semper præsumatur,
patrem melius ceteris suorum filiorum utili-
tati prospicere voluisse, *Surdus num. 2.*
7 Ex causa vero potest Judex a patris volun-
tate

fate recedere, per sententiam *Ulpiani in l. 1.*
ff. ubi pup. educ. deb.; *Jovius de solemn. in*
contr. minor. Gloss. 21. §. 3. *num.* 47. *ver. ta-*
men; *Cancerius var.* 1. *cap.* 2. *num.* 94., *Tu-*
schi lit. P. concl. 977. *num.* 9., *Surdus de ali-*
ment. tit. 4. *q.* 13. *num.* 4., *De Marinis ad*
Reverterium in dec. 132. *num.* 3., *Staibanus*
jun. cent. 2. *obs.* 141. *num.* 35., *Verde lib.* 1.
instit. civ. num. 452., *Ursillus ad Afflictum in*
dec. 281. *num.* 3., *De Luca ad Franchis in*
dec. 350. *num.* 6., *Altimari num.* 584. *ver. licet*
pater.
8 Et licet persona per patrem electa debeat
a Judice optime judicari, ut tradunt *Montan.*
de tutel. cap. 32., *reg.* 4. *num.* 234., aliique
apud *Altimari ad Rovitum in dec.* 8. *num.* 20.;
attamen dum Judex Patris judicium tutum
9 non videt, potest, immo debet, causa co-
gnita, a tali judicio, sive voluntate recedere.
10 Immo ex causa potest Judex judicare, ut
neque apud Patrem pupillus educetur, ut
tradunt *Valeron. de transact. tit.* 3. *q.* 1. *n.* 47.,
Gomesius in leg. Tauri 14. *num.* 13., *Jovius*
num. 47. *ver. imo Judex*; *Altimari ver. imo pot-*
11 *est*: hinc si transiret ad secundas nuptias, at-
que malæ conditionis appareret, justa Judici
causa erit, ut patrem ad educatione expel-
let, *De Marinis var.* 1. *cap.* 95. *num.* 16.,
Rovitus dec. 8. *num.* 9., *Altimari num.* 67.
ver. sic non potest; si vero fuerit bonæ con-
ditionis, & vitæ, per transitum ad secunda
12 vota filiorum educationem nequaquam amit-
teret; cum solus hic transitus haud suspectum
ipsum reddat, nisi alia concurrerent admini-
cula, *Fontanella de pact. nupt. clauf.* 5. *Gloss.*
8 *q.* 11. *num.* 31., *Michalorius de fratrib.*
p. 3. *cap.* 13. *num.* 169., *Roderius ad De Ma-*
rinis var. 1. *cap.* 95. *num.* 6., *& seqq.*, *& eod.*
p. 3. *cap.* 36. *num.* 30.
13 Ex causa etiam judicare poterit Judex, ut
potius apud matrem, quam apud patrem fi-
lius educetur, ut advertit *Ulpianus in l.* 1. §.
si vero; *& in l. Deinde* 3. §. *etiamsi ff. de liber.*
exhib., *Parisius lib.* 1. *conf.* 56. *num.* 27.
14 Etenim qualibet minima suspicio sufficiens
est, ut quid aliquem puer non educetur, *Pa-*
risius num. 8., verum Judex regulate proce-
15 dere debet, & causa cognita, atque omnibus
consideratis circumstantiis; cum arbitrium non
tributum sit ipsi absolutum, & liberum, be-
nevero regulatum, ut late *Parisius num.* 5.,
Surdus de aliment. tit. 4. *q.* 13. *num.* 1., *Tu-*
schi lit. P. concl. 977. *num.* 8., *Staibanus*
16 *jun. cent.* 2. *observ.* 141. *num.* 79, alias de suo
teneretur Judex, *Cravetta conf.* 190. *num.* 9.,
17 aliique apud *Tuschum num.* 8., *&* 33., eaprop-
ter in hac educationis materia Judex ut bo-
nus pupilli pater geri debet, *Cravetta conf.*
18. *num.* 3., *Fabius De Anna conf.* 33. *num.* 9.
18 Et sicuti ad rectam Testatoris voluntatem
omnino servandam, ita malam penitus effu-
giendam providus Judex esse debet. Hinc
refert *Grammaticus in dec.* 55. fuisse in S. C.
Parsl.
decisum, quod non obstante patris disposi-
tione, ut filia pupilla nequaquam penes aviam
maternam educetur, apud ipsam fuit educa-
ta; quoniam falso præsupponebatur, quod
insidiis novercæ dictæ pupillæ fuerat Pater
ad ita disponendum inductus.
19 Causa igitur cognita, potest Judex, non
obstante contraria Testatoris voluntate, edu-
cationem sui filii pupilli auferre alicui perso-
næ suspectæ, veluti substituto, aliique proxi-
miori successionis spem habenti, cui jam pa-
ter commiserat. Etenim si incautus testator
de illis male providerit, provida lex tamen
civilis non esse eis fidendum admonuit, in-
nuente Ulpiano *in l.* 1. *ver. & nonnumquam*
ff. ubi pup. educ. deb., & tradunt *Montan.*
de tutel. cap. 32. *reg.* 9. *num.* 236., *Guttier.*
de tutel. p. 2. *cap.* 8. *num.* 10.. Menochius
omnino videndus *de arbitr. Judic. cent.* 2. *caf.*
168. *num.* 15., *& seqq.*, aliique apud *Bersa-*
num de pupill. cap. 1. *q.* 11. *num.* 4.
20 Et licet pupilli tutela ad proximum sangui-
ne conjunctum deferatur, educatio tamen
non semper tutelæ conjungi debet; quoniam
juri non adversatur, ut quis tamquam proxi-
mior pupilli tutelam gerat, & tamen ob ali-
quam suspicionis causam ab educatione repelli
debeat, ut expresse tradit *Gloss. in l.* 2. *Cod.*
ubi pupil. educ. deb., & sequuntur *Guttier.*
num. 29., aliique apud *Bersanum num.* 6., *&*
21 7., etenim perniciosum est, illum enutriri
apud quem successionis erit spes, cum subesse
possit vitæ discrimen; ideirco ferendum haud
erit, ut apud ipsum educatio fiat, *Montan.*
num. 259., aliique apud *Bersanum num.* 8.
22 Nulla vero suspicionis causa existente, non
erit tutori deneganda pupilli educatio, prout
& cuicumque alii personæ a testatore desti-
natæ, ut plene probat *Bersanus num.* 9., *&* 10.
23 Et cuilibet de populo permissum est Ju-
dicis officium implorare pro recta; totaque
pupilli educatione. Immo Judex ex officio
tandem obligatus erit, *Bersanus num.* 11.,
& 12.
24 Quoties vero de patris voluntate non ap-
pareret, & tunc mater in educatione filii
erit omnibus præferenda, si vitricum non
induxerit, per Rescriptum Imp. *Alex. in l.*
1. *Cod. ubi pup. educ. deb.*, & Justiniani in
auth. de nuptiis §. *ejusdem quoque Principis*:
Etenim quis extranei affectus talis invenia-
25 tur, ut vincat Parentum? Aut cui alteri
sit credendum, res liberorum gubernandas
esse, parentibus derelictis? Sunt verba Imp.
Justiniani *in l. Cum furiosus* 7. *Cod. de curat.*
furios., & tradunt *Fontanella de pact. nupt.*
clauf. 5. *Glos.* 8. *p.* 11. *num.* 16. *ver. quamdiu*;
Surdus de alim. tit. 4. *q.* 13. *num.* 12. *De Ma-*
rinis var. 1. *cap.* 95. *num.* 1., *ubi Addentes*;
Staibanus jun. cent. 2. *resol.* 141. *num.* 1., *&*
seqq., *& in observ. num.* 5., *&* 6., *De Luca*
ad Franchis in dec. 350. *num.* 1., *Altimari de*
nullit. contr. tom. 6. *rubr.* 2. *q.* 1. *num.* 52.

ver. mater penes se.
26 Etenim mater in filiorum educatione juris
præsumptionem pro se habet, cum de ipsa
maxime confidant leges, ut tradit *Staibanus*
num. 5.; quoniam in ea nulla succedendi spes
timetur propter naturalem affectionem in fi-
27 lium. Atque Parentes magis filiorum mor-
tem, quam propriam timent, ut monet Pau-
lus *in l. Isti quidem* 8. *in fine ff. de eo quod*
met. caus., *Jovius de solemnit. in contr. minor.*
Glos. 21. §. 3. *num.* 47. *ver. unde*; & præ-
28 dicta maxime procedunt, quando mater
filiorum tutelam assumpsit; quoniam tunc non
solum tamquam mater, sed etiam tamquam
tutrix ad filiorum educationem erit admitten-
da, *Card. de Luca de tutor.*, *& curat. disc.* 4.
num. 23.; *Bersanus de pupillis cap.* 1. *q.* 11.
num. 14., ubi subdit, eo magis debere pro-
cedere in educatione puellarum, quæ tutius
a matre custodiri solent, quam a qualibet alia
persona, etiam sanguine juncta.
29 Hinc est, quod mater præfertur aviæ, quo-
niam magis quam avia filium diligere præ-
sumitur, *Paschalis de patr. pot. p.* 3. *cap.* 1.
30 *num.* 1., *& seqq.*, *Altimari ver. & præfertur.*
Item fratri præfertur ipsius pupilli, *Menochius*
de arbitr. cent. 2. *cas.* 168. *num.* 8., *&* 16.,
Staibanus jun. cent. 2. *resol.* 141. *num.* 6., *De*
Luca ad Franchis in dec. 350. *num.* 1. Nisi
pro fratre conjecturata patris voluntas adef-
31 set, ut si penes ipsum præstari alimenta jus-
sit, *Alex. cons.* 100. *lib.* 1., *& cons.* 178. *n.* 5.
lib. 6., aliique apud *Menochium num.* 11., *&*
12., aut si apud fratrem magis commode,
aut utiliter educaretur, *Menochius num.* 9.,
& 13.
32 Præfertur necnon mater tutori ipsius pu-
pilli, *Staibanus num.* 7., *De Luca ad Fran-*
chis loc. cit., *Surdus de alim. tit.* 4. *q.* 13.
33 *num.* 10., & etiam patruo magno; atque pa-
truo fratri nempe testatoris, etiam heredi, &
tutori, *Tuschi lit. P. concl.* 977. *num.* 3.
34 Sed quid dicendum avo superexistente pa-
terno? Et relictis Doctorum opinionibus,
communis distinctio est, quod aut pater pu-
pilli erat emancipatus, vel non: primo casu
mater præfertur; non autem in secundo;
35 quoniam existenti in potestate neque tutor,
neque educator datur, *Tuschi. num.* 3., *&* 6.,
De Marinis var. 1. *cap.* 95. *num.* 2., *Afflictus*
in dec. 183., *De Luca ad Franchis in dec.* 10.
36 *num.* 2., nisi dilapidator, male morigeratus,
aut suspectus fuerit avus, *Tuschi num.* 7., aut
decrepitæ fuerit ætatis, & in ejus domo fi-
37 lium proxime pupillo successorem per inter-
mediam ipsius avi personam haberet; nam in
omnibus prædictis casibus semper avus exclu-
deretur; *Altimari de nullit. contr. tom.* 6.
38 *rubr.* 2. *q.* 1. *num.* 584 *ver. talis educatio*;
etenim, proximus pupilli successor ab illius
educatione expellitur, patre, & matre ex-
ceptis, ut infra *num.* 85.
39 Verum dum avus paternus matri præfertur,
semper tamen primum triennium ad matrem
spectat, ut tradit *Tuschi lit. P. concl.* 977.
num. 6.
40 Quæstio tamen erit, si mater ab educatio-
ne fuerit per pupilli patrem exclusa. Et quic-
quid dicant relati per *Altimarem ver. & præ-*
fertur, verior opinio est, quod, non obstan-
te patris prohibitione, semper mater admit-
tenda erit, ut decisum in S. C. de anno 1663.
cum maxima discussione ad sui relationem
testatur Consiliar. *Staibanus jun. cent.* 2.
obs. 141. *num.* 75., dummodo fuerit bonæ
41 qualitatis, & vitæ; & nulla adesset suspicio;
quam decisionem laudat *Altimari ad Rovitum*
in dec. 8., & tenent *De Luca ad De Ma-*
rinis var. 1. *cap.* 95. *num.* 6., aliique relati
a Card. *de Luca de tutorib. disc.* 4. *num.* 23.,
& 24., ubi recte ait, quæstionem puri facti
potius esse, quam juris; decidendum ex facti
qualitate, & circumstantiis ex prudentis arbi-
trio; subditque legulaicam ineptiam esse, de-
cisiones in uno casu editas alteri pro regula
tamquam generali applicare; quoniam pro
diversis facti circumstantiis, ac personarum,
locorum, & temporum qualitate quandoque
expedit educationem matri fore decernendam,
quandoque denegandam, aliique concedendam.
42 Immo admittitur mater ad educationem,
quamvis ipsius pupilli debitrix fuerit, ad dif-
ferentiam extranei debitoris, qui excluditur,
43 *Menochius de arbitrar. cent.* 2. *cas.* 168. *n.*
3., atque etiam si fuerit creditrix, *Gratianus*
cap. 340. *num.* 25., *Cancerius var.* 1. *cap.* 7.
num. 49., *Olea de cess. jur. tit.* 2. *q.* 6. *n.* 8.,
Afflictus in dec. 13. *num.* 14., *De Franchis*
in dec. 404. *num.* 6., *Altimari num.* 67. *ver.*
nec minor educari.
44 Porro quantum de matre in viduali tem-
perantia existente confidant leges, eo magis
suspicantur, dum ejus intemperantiam pro-
spiciunt. Etenim in *l. Feminæ*, *& in l. Ge-*
neraliter Cod. de secund. nupt. habetur, ma-
45 trem binubam filios suos diligere non præ-
sumi. Atque habetur in *l. lex quæ tutores*
§. lex enim Cod. de adm. tutor., quod im-
moderatæ, & intemperantes fæminæ, hoc
est ad secunda vota convolantes, non solum
secundis viris res primorum filiorum, sed
etiam vitam abdicunt. Hinc bene quidem
ait *Rodoerius ad De Marinis var.* 1. *cap.* 95.
46 *num.* 8., tales feminas filiorum primi ma-
trimonii futuras esse excoriatrices; & refert
Hieronymum de Furi lib. 2. *epist.* 19. ita ajen-
tem. *Superducit mater filiis non vitricum,*
sed hostem; non parentem, sed tyrannum: in-
flammata libidine obliviscitur uteri sui; &
inter parvulos suas miserias nescientes, lugens
dudum nova nupta componitur.
47 Jure igitur merito Imp. *Alex. in l.* 1. *Cod.*
ubi pupil. educ. deb., atque Imp. Justi-
nian. *in auth. de nuptiis §. ejusdem quoque*
Principis; & in *auth. ut licet matri, & aviæ*
§. illud quoque, matrem ad secunda vota con-
volan-

volantem a filiorum suorum educatione omnino excluserunt, & tradunt Montan. de tutel. cap. 15. num. 82., Surdus de aliment. tit. 4. q. 13. num. 15., Menochius de arbitrar. cent. 2. cas. 168. num. 10., Tuschi lit. P. concl. 977. num. 5., Ursillus ad Afflictum in dec. 281. n. 3., Altimari de nullit. contr. tom. 6. rubr. 2. q. 1. num. 584. ver. sed mater, quod verum
48 est, & procedit, etiamsi suspicio erit transeundi ad secunda vota, Menochius num. 10., Surdus num. 16., Sorge in jurisprud. tom. 2. cap. 1. num. 33.
49 Immo neque primum triennium matri secundonuptæ permittendum esse volunt Romanus cons. 219. num. 2., aliique apud Sorgem loc. cit., ubi ita obtinuisse testatur solemni decisione, discusso plene articulo per Regiam Junctam erectam per S. R. M. pro causis
50 Ill. domus Principis Castilionis; etiamsi propriis sumptibus vellet mater suum pupillum alere, & educare, Surdus num. 15., aliique apud Altimari ver. qua conclusio; & si reve-
51 ra pupillum educet, expensas ad alimenta factas amittet, & tamquam in mala fide non repetet, Tuschi lit. P. concl. 977. num. 30.
52 Et quæ de matre secundonubente dicta sunt, etiam in matre vidualem vitam servante procedunt, quoties fuerit vilis, aut impudica; cum paria sint, matrem secundo nubere, vel inhoneste vivere. Et pœnæ pro una impositæ pro alia necnon locum suum vindicant, ut plene tradit Surdus de alim. tit. 4. q. 13. num. 21., & 22., pariterque si suspecta fuerit reddita, ut quia pro ipsa filia
53 educanda immaturum, & inæquale matrimonium procuravit; Surdus num. 23.
54 Et quicquid de matre dictum est, etiam in avia procedit, Surdus num. 28., & alter proximus erit præferendus, Thesaurus dec. 5., De Luca ad Franchis in dec. 350. in appendice.
55 Non semper tamen mater binuba a sui pupilli educatione repellitur; & primo si suis filiis non erit successura, ut in Civitate Neapolitana, ubi matrimonium ad usum Sedilium Capuani, & Nidi contrahitur, ut tradunt Rovitus in dec. 8. num. 5., De Franchis in dec. 350. num. 3., ubi De Luca num. 2., & seqq., Staibanus jun. cent. 2. resol. 141. num. 20., & seqq., Rodoerius ad De Marinis var. 1. cap. 95. num. 15.; Surdus de aliment. tit. 4. q. 13. num. 18., De Rosa in prax. civ. decret. cap. 7.
56 num. 47. ver. neque his; quod in matre innupta non consideratur, quia etiamsi fuerit pupillis successura, ad educationem adhuc eligitur, & præfertur, Staibanus num. 4., Surdus num. 12., De Marinis num. 16., & 17., Altimari de nullit. contr. tom. 6. rubr. 2. q. 1. num. 67., De Luca ad Franchis in dec. 350. n. 1., Card. De Luca de tutor. disc. 21. num. 4.,
57 & idem dicas de avia, aliisque ascendentibus, propter immensum erga descendentes amorem, Parisius cons. 56. num. 22. lib. 1., Rovitus in dec. 8. num. 2.

58 Et quamvis etiam in fratre idem velint, Menochius de arbitrar. cent. 2. cas. 165. n. 11., & seqq., De Marinis var. 1. cap. 95. num. 11., nihilominus tamen ipsorum opinio impugnatur a Surdo de aliment. tit. 4. q. 13. num. 30., Rodoerio ad De Marinis loc. cit. num. 14., Rovito in dec. 8. num. 3., aliisque.
59 Secundo neque repellitur mater binuba si esset pupillo in modico successura, & adhuc in legitima, Rodoerius ad De Marinis num. 17., De Luca ad Franchis in dec. 350. num. 2.
60 Tertio si mater, & vitricus essent bonæ conditionis, & famæ, itaut amor maternus erga suos pupillos ex iterato conjugio nequaquam cessare videatur, Rodoerius num. 18., Jovius de solemnit. in contr. minor. Glos. 21. §. 3. num. 47. ver. proinde; Menochius de arbitrar. cas. 168. num. 10., Bersanus de pupillis cap. 1. q. 11. num. 18., Ammend. ad Franchis in dec. 350. num. 3., Gyzzius ad Capyc. Latr. in dec. 53. num. 7., Altimari num. 584. ver. tamen si. Et quamquam non desint qui velint, indistincte matrem binubam, sive successuram filio, sive non, etiam concurrente honestate vitæ, ab educatione esse arcendam; nihilosecius tamen eorumdem opinionem spernendam fore; atque primam veriorem, & communiorem esse, ipsamque tenendam tradit De Luca ad Franchis num. 4. in fine; & vide Surdum de aliment. tit. 4. q. 13. num. 18.
61 Immo mater binuba bonæ conditionis, & famæ, accedentibus bonis moribus vitrici, etiamsi suis filiis pupillis prioris matrimonii erit successura, neque ab illorum educatione arcenda erit, ut contra Guttier. de tutel. p. 2. cap. 8. num. 23. melius probat Bersanus de pupillis cap. 1. q. 11. num. 19., ubi recte ait,
62 quod non est sola ratio successionis, quæ per se repellit matrem, aliosve conjunctos ab educatione; benevero suspicio, quæ plerumque ex ipsa spe succedendi deducitur, inspectis moribus, illorumque conditione. Eapropter si mater binuba in ea conditione erit, ut optimam educationem suo filio pupillo præstare possit, nequaquam removenda erit; etiamsi proxime foret illi successura.
63 Inspiciendus aliquando erit etiam animus pupilli, qui a matre educari vellet, & non ab alio; & per amorem erga matrem contristaretur, & in periculum vitæ incideret, ut tradit De Rosa in prax. civ. decret. cap. 7.
64 num. 47.; nisi electio pupilli fuerit prorsus mala, quam Judex permittere non debebit; immo tenetur succurrere pupillo male eligenti, & saniori consilio indigenti, ut advertunt Surdus de aliment. tit. 4. q. 13. num. 6., Staibanus jun. cent. 2. observ. 141. num. 50.
65 Idem dicas de pupillo facto adulto, cujus voluntas licet attendenda sit, ut apud quem velit educetur, ut tradunt Surdus n. 6., Bersanus num. 35., De Luca ad De Marinis var. 1. cap. 95. num. 8., Altimari de nullit. contr. tom. 6. rubr. 2. q. 1. num. 584. ver. nisi adultus;

nihilominus tamen laudatus *De Luca num.6.*
66 monet non assentiri faciliter imbecilli ejus
consilio, aliis bonis circumstantiis non con-
currentibus; quoniam infaustos exitus sortiri
vidit.
67 Justa igitur intercedente causa mater binu-
ba ab educatione arceri non debet. Hoc ta-
men in casu vult *Verde lib. 1. inst. civ. n. 451.*
audiendos esse ab intestato venientes; quibus
consentientibus, aut irrationabiliter dissentien-
tibus, vitricus, & mater ad educationem
erunt admittendi; & in *num. 453. idem Verde*
decisum testatur per S. C., pupillum educa-
tum fuisse apud matrem, quæ ad secunda
vota convolavit; quod fuit contemplatione
vitrici advocati magni nominis. Hinc recte
68 *Sanchez de matrim. lib. 7. disp. 88. num. 16.*
& seqq., ait, quod mater per transitum ad
secunda vota non præcise excluditur ab edu-
catione sui pupilli; sed tantum contra ipsam
adest juris præsumptio de suspicione, qua
cessante, non erit mater ab educatione re-
pellenda.
69 Quoties vero per secundum matrimonium
fuerit mater ab educatione exclusa, si secun-
dus vir inde moriatur, & filii ex secundo
matrimonio, non adessent, atque successioni
sui filii pupilli ipsa mater renunciaret, & tunc
70 ad educationem habilitaretur, *Altimari ver.*
sed potest. Quibus nec adimpletis nequaquam
admittenda erit; *Rodoerius ad De Marinis*
var. 1. cap. 95. num. 5.
71 Ob matris deficientiam avia paterna ad-
mittitur, nisi aliqua justa suspicionis causa
eam repellat; & tunc in ejus defectum avia
materna subintrabit, *Surdus de aliment. tit. 4.*
q. 13. num. 25., *Menochius de arbitrar. lib. 2.*
cas. 168. num. 4., *Montan. de tutor. cap. 32.*
reg. 9. num. 251., aliique apud *Bersanum de*
72 *pupillis cap. 1. q. 11. num. 22.*, & avia de-
ficiente admittitur proavia, *Bersanus num. 23.*
73 Post aviam admittitur patruus, cum quo
si avus maternus concurreret, Judicis arbitrio
erit, illum eligere, cujus educatio majorem
utilitatem foret pupillo allatura, *Parisius cons.*
56. num. 28. lib. 1., *Bersanus num. 24.*, quem-
74 admodum in concursu sororis uterinæ, &
avunculi fuit per Rotam Senensem, conside-
ratis circumstantiis, decisum, ut educetur
penes avunculum, ut testatur *Medic. dec. 62.*,
quem refert *Bersanus num. 25.*
75 Deinde admittitur frater, & gradatim post
ipsum consanguinei proximiores pupilli; &
tandem quæcumque alia persona extranea,
quæ Judici magis videbitur, deputanda erit,
Parisius num. 36., *Bersanus num. 26.*, dum-
modo talis persona extranea non fuerit debi-
trix, aut creditrix ipsius pupilli, alias erit re-
pellenda, quoniam valde perniciosa talis edu-
catio foret, *Olea de cess. jur. tit. 2. q. 6.*
num. 8., *& seqq.*, aliique apud *Bersanum*
num. 27.
76 Verum si tutor testamentarius adesset, erit
præferendus cuilibet extraneo; cum ejus fi-
des satis a patre sit adprobata, *Joujus de so-*
lemn. in contr. minor. Glos. 21. §. 3. num. 47.
in fine.
77 Quando autem Judex pupillum de educa-
tore providere debet, consulat *Baldum in cons.*
487. lib. 5., quem omnes Doctores laudant,
& maxime *De Franchis in dec. 352.*, qui,
recentioribus omissis, ad illum semper recur-
rere se consuevisse ait. Hinc volens indemni,
imbecillique pupillorum statui consulere, Ju-
dicem monitum facit., ne educationem per-
mittat apud eum, qui eorum vitæ, animæ,
aut bonis moribus insidiaretur; aut etiam eo-
rum nuptiis, vel sponsalibus, vel eorum pa-
trimonio, aut tandem castitati, juxta moni-
tum *Ulpiani in l. Si disceptetur 5. ff. ubi*
pup. educ. deb., cum talis metus major quam
78 metus mortis sit, ut advertit *Paulus in l.*
Isti quidem 8. §. 1. ff. de eo, quod met. caus.;
atque etiam monet, ne sit Judex severus,
aut rigorosus; neque lacrymis, aut blanditiis,
79 beneve ro meritis moveri debet, & vide *Sur-*
dum de alim. tit. 4. q. 13. num. 37., *De Ma-*
rinis var. 1. cap. 95. num. 9., *& seqq.*
80 Animadvertere igitur debet Judex ne com-
mittatur educatio iis, qui necessario ad pu-
pillorum successionem venire debent, *Surdus*
num. 30., ubi refert *Aretinum instit. de action.*
§. actionum num. 56., qui dicit hoc esse cordi
tenendum, ut numquam pupillus apud illum
educetur, cujus proximior erit succedendi
spes; & tradunt *Anna cons. 33. num. 3.*, *Ro-*
doerius ad De Marinis var. 1. cap. 95. num. 13.,
Mastrillus dec. 230. num. 25., *Sanfelice dec. 205.*,
etenim prudens erit suspicio, ut illum nec
81 tradat, ad successionem consequendam, ut
advertit *Salicetus in l. 2. Cod. ubi pup. educ.*
82 *deb.*, quod verum erit, tam si ex testamen-
to, quam ab intestato successio deferretur,
Parisius cons. 56. num. 5. lib. 1., *Surdus num. 30.*,
83 etenim causa futuræ successionis etiam con-
tra expressam voluntatem, & dispositionem
patris & testatoris tribuit suspicionem, *Pari-*
sius, *& Surdus loc. cit.*, nam si incautus te-
84 stator de malo educatore providerit, provida
lex civilis de eo fidendum non esse admo-
nuit in *l. 1. ver. & nonnumquam ff. ubi pup.*
educ. deb., cum perniciosum sit pupillum enu-
triri apud quem successionis erit spes; cum
subesse vitæ discrimen possit; eapropter feren-
dum non erit, ut apud ipsum educatio fiat,
Montan. de tutel. cap. 32. reg. 9. num. 236.,
Guttier. de tutel. p. 2. cap. 8. num. 10., *Meno-*
chius de arbitr. cent. 2 cas. 168. num. 15., alii-
que apud *Bersanum de pupillis cap. 1. quæst.*
11. num. 4., *& 8.*
85 Fallit hoc tamen in matre, avia, aliisque
ascendentibus propter immensum erga de-
scendentes amorem, *De Marinis var. 1. cap.*
95. num. 12., *Altimari de nullit. contr. tom. 6.*
rubr. 2. q. 5. num. 584. ver. Judex. Non autem
86 in fratre, ut alios impugnando defendit Ro-

doe-

doctius ad De Marinis num. 14.; hinc frater,
87 aut quilibet extraneus pupillo substitutus propter spem futuræ successionis ab educatione arcetur per sententiam *Ulpiani in l. 1. ff. ubi pup. educ. deb.*, *Parisius cons. 56. num. 6. lib. 1.*, *Menochius de arbitr. cent. 2. cas. 168. num. 15.*, *De Anna cons. 33. num. 5.*, *Afflictus dec. 183. num. 5.*, *Grammatic. dec. 55. num. 4.*, *Altimari ver. nec penes.*
88 Verum si talis pupillo successurus esset bonæ conditionis, & vitæ, apud ipsum arbitrari poterit Judex, ut pupillus ille educetur, *Menochius num. 17.*, *De Marinis num. 13.*, *De Anna num. 3.*, *Tuschi lit. P. concl. 977. n. 22.*
89 Etenim in hac educationis materia mores potissimum a lege considerantur, ut tradit *Parisius num. 14.*, & adeo magnum erit Judicis arbitrium, ut possit, omnibus relictis,
90 pupilli educationem intus Monasterium committere, *Cravetta cons. 190. num. 7.*, *Bersanus num. 59.*, *De Anna num. 10.*; ubi sic millies decisum testatur per S. C., & refert casum filiæ Comitissæ Montellæ, cui non deficiebant Consanguinei, & Magnates, & tamen fuit in Monasterio educata *Card. De Luca de tutor. disc. 4. num. 24.*, atque etiam potest
91 Judex, relictis omnibus pupilli consanguineis, & propinquis, alium eligere, & irrationabiliter invitum cogere per id, quod tradit *Ulp. in l. 1. §. quamvis ff. ubi pup. educ. deb.*, & *Imp. Alex. rescripsit in l. 1. in fine Cod. eadem.*
92 Neque apud personam detentam educatio erit permittenda; cum pupillus sua libertate frui debeat, & detentio servitutis speciem inducat, *Parisius lib. 1. cons. 56. num. 15.*, etiamsi voluntarie pupillus ibidem manere
93 vellet; quoniam seductus, & sollicitatus ad ibi morandum inductus præsumitur, ut probat *Parisius num. 17.*
94 Neque apud agnatum tantum naturalem, etiamsi legitimatus appareat, *Parisius num. 19.*, & 20., neque apud minorem, qui pariter indiget consilio; cum nec juri, neque
95 honestati conveniat, ut pupillus aliquis apud illum educetur, *Bartolus quæst. 16.*, quem laudat *Parisius num. 13.*
96 Nec apud sponsum potest puella tradi educanda. Neque per Judicem juste decerni poterit, maxime si sponsus esset adhuc puerculus; nisi grandis urgeret causa, ut ratione
97 pacis, quemadmodum tradit *Bartolus ver. solutio*, *Tuschi lit. P. concl. 977. num. 12.*, & idem dicas de futuro socero, apud quem neque pupilla erit educanda; quoniam pos-
98 set, adulta effecta pœnitere, & interim suæ pudicitiæ insidiari poterit; cum semper inter sponsum puerum, & sponsam puellam insidiandi pudicitiæ suspicio possit adesse, *Tuschi*
99 *num. 11.*, & 12., *Surdus de alimen. tit. 4. q. 13. num. 34.*, ubi tamen limitat, si apud ipsum socerum sponsæ pudicitia non esset insidiis subjecta, & tradunt *Guttier. de tutel. p. 1. cap. 8. num. 20.*, *Bersanus de pupill. cap. 1. q. 11. num. 32.*, & 33.
100 Notanda benevero sunt dicta per *Bartolum loc. cit.*, cui accedit *Tuschus num. 13.* & 14. respectu hujus casus, nempe si licitum sit, ut puella una cum sponso alatur, non jam quod ipsi principaliter tradatur, sed ejus patri cum suo filio sponso habitanti? Et duos casus distinguit; primus erit, aut tutores, mater, & consanguinei pupillæ concordant, ut patri, aut matri, alterive in eadem familia cum sponso habitanti alenda tradatur, & tunc per Judicem juste decerni poterit, ut puella apud quemlibet ipsorum alatur; nisi tutores, & consanguinei forent viles, atque
101 inopes, ut de facili corrumpi possint ad ita assentiendum, quoniam tunc Judex permittere non deberet. Secundus casus erit, si tu-
102 tores, & consanguinei puellæ non fuerint concordes, & tunc si sponso nihil objici poterit, quin fuerit indignus, nec ratione personæ, nec dignitatis, nec divitiarum et cum ipsa puella nubat, taliter quod omnis suspicio, ut puella major facta inde recuset, penitus cesset; & tali in casu poterit Judex apud patrem, aliamve personam cum sponso habitantem puellam ipsam educandam, &
103 alendam decernere. Si vero imparitatis exceptio objici poterit, adeout in ætate perfecta verisimiliter in eum pupilla non consentiret, & tunc Judex omnino permittere non debebit. Etenim timens sponsus, ne puella major facta ipsum repudiet, dante occasione, eam immature cognosceret, quod sponsi pater libenter pati posset, ut pluries Bartolus vidisse testatur; atque currentium temporum
104 intemperies aperte adhuc ostendit. Hinc est, quod si puella sponso tradita reperiretur, poterit a Judice separari, atque decerni, apud quem alenda erit; nec objici poterit possessio, vel quasi, aut spolium; *Bartolus loc. cit.*; *Tuschi num. 16.* In dubio
105 tamen, cessante suspicionis causa, potest Judex ferre sententiam favore possessoris, nempe illius, apud quem pupillus educandus invenitur; præsertim si bonam educationem ab eo reciperet; quia in hac materia adhuc vigent juris regulæ pro possessore, ut tradit *Medic. dec. 62. num. 10.*, quem laudat *Bersanus de pupillis cap. 1. q. 11. num. 34.*
106 Extra domum, & Civitatem educatio non denegatur, etiamsi per patrem pupilli fuerit inhibitum; cum tale præceptum servitutis sit species, ideo rejiciendum esse firmat *Verde*
107 *lib. 1. instit. civ. num. 454.*, præsertim si fieret in loco insigni ad bonam disciplinam acquirendam, *Altimari de nullit. contr. tom. 6. rubr. 2. q. 1. num. 584. ver. educatio.*
108 Et si desponsata pupilla lis circa sponsalia oriretur, non erit pupilla educanda in loco, ubi insidias pati posset; sed alibi penes honestam personam deponenda erit, *Alex. cons. 161. num. 10. ver. super tertio lib. 5.*, *Tuschi lit. P. concl. 977. num. 10.*

Tan-

109 Tandem sciendum est, educatores puerorum, & puellarum non posse per se, neque per interpositas personas tractare eorumdem matrimonia, aut sponsalia, nisi intercedat decretum, & licentia Superiorum sub pœna nobilibus annorum quinque relegationis, & ignobilibus annorum quinque triremium, aliis- que pœnis arbitrariis secundum facti circumstantias, attenta *prag. 1. de educat. puer.*,
110 per quam etiam annullantur omnes contractus, & promissiones, quæ a dictis pueris in educatoris beneficium sine Judicis decreto fiunt; vide *Altimari ver. in. Regno nostro*.

C A P. XIX.

De officiis, & muneribus.

SUMMARIUM.

Pupillus nequit esse Judex, num. 1., & seqq. Declaratur num. 5.
Minor neque Judex esse potest, num. 6., & seqq. Fallit num. 11., & seqq.
Pupillus, & minor arbiter esse nequit, num. 17.
Compromissum cur inductum est, num. 18.
In faminis compromitti nequit, num. 19., Fallit num. 20., & 21.
Sententia Judicis minoris compromittentis nulla est, num. 22.
Ex consensu partium in minorem compromitti potest, num. 23.
Minor neque arbitrator, seu amicabilis compositor esse potest, num. 24.
Tempus compromissi, non laudi dati attendendum est, num. 25.
Pupillus, & minor advocatus esse nequit, n. 26. Necminus doctorari potest, num. 27., & seqq.
Neque pupillus, neque minor procurator in judicio esse potest, num. 36., & 37.
Judicium cum Procuratore minore agitatum ipso jure nullum est, num. 38.
Minor potest esse in judicio pro defensione patris, vel matris, num. 39., & 40.
In Regno potest esse quis Procurator post annum decimumoctavum completum, num. 41.
Procurator ad negotia an possit esse minor, num. 42., & seqq.
Pupillus in actione institoria sine tutoris auctoritate non obligatur, num. 45.
Pupillus non obligatur ex facto sui institoris, si sine tutoris auctoritate illum præposuit, n. 46. Et quid respectu minoris, num. 47., & 48.
Pupillus, aut minor procuratorem constituere nequit, num. 49., Declaratur, num. 50. Fallit, num. 51., & 52.
Judicium cum procuratore a minore nulliter constituto ipso jure nullum est, etiam adversario non repulsante, num. 53. Fallit, n. 54., & 55.
Pupillus pubertati proximus in possessoria potest esse in judicio, num. 56., & 57.
Procurator potest a minore cum juramento valide constitui, num. 58.
Procurator ad judicia, & ad negotia æquiparatur, num. 59.
Minor ex facto sui procuratoris an restituatur, num. 60.
Pupillus tutorem non habens, debet cum Judicis decreto constituere procuratorem, num. 61.
An solus tutor, vel curator in causa pupilli, vel minoris possit procuratorem constituere, n. 62., & seqq.
Mandatum pupilli, aut tutoris quando dicatur extinctum, num. 72., & seqq.
Mandatum extinguitur per mutationem status personæ mandantis, aut mandatarii, n. 92., & 93.
Testamentarius executor an impubes esse possit? num. 94., & seqq.
Tutor, vel Curator an minor esse possit? n. 99., & seqq.
Minores ad Rempublicam administrandam non admittuntur, n. 106. Fallit, n. 107., & seqq.
Neque Rectores Universitatis esse possunt, n. 106. Fallit, num. 107., & seqq.
Neque vocem activam habent in eligenda Syndacum Universitatis, num. 111. Neque valet consuetudo in contrarium, num. 112.
Neque passivam vocem retinent, num. 113.
Annus cœptus pro completo habetur ad honores suscipiendos, num. 113.

1 MUlta sunt, quæ magis summam consilii maturitatem, plerumque rerum experientiam requirunt, officia; aliaque multa, quæ potius certam ætatis desiderant rationem. De frequentioribus, communioribusque nonnullis hic tantum sermo erit. Paulus igitur *in l. Cum prætor 12. §. non autem ff. de judic.* pupillum, seu impuberem a Judicis officio repellit ex naturali jure, quod & tradunt *Decius in l. Fœmina §. impubes num. 2. ff. de reg. jur.*, *Scaccia de judic. cap. 1. Gloss. 4. q. 2. num. 4.*, *Baronius effect. 37. circa judicial. num. 1.*, *Bersanus de pupillis cap. 1. q. 4.*
2 *num. 1.*, etiamsi necessitas penuriæ hominum cogat, secundum tradita per *Ulpianum in l. Hi, qui certa 2. §. impuberes ff. de jur. immun. Baronius num. 2.*
3 Et quamquam *Cumna. in l. Quidam consulebant num. 3. ff. de re judic.* late defendat, posse pupillum pubertati tamen proximum Principis dispensatione Judicem esse. Nihilo-

secius

fecius tamen neque cum clausula ex *certa*
scientia dispensare Principem posse firmat
Narbona de ætate ann. 25. q. 31. num. 3., quia
4 quoad naturalia attinet, inefficax censetur su-
prema jurisdictio, *§. sed naturalia, instit. de*
jur. nat., *Vantius de nullit. tit. quomodo sen-*
tentia nulla reparari possit, num. 54, *Baronius*
num. 22., *& 23.*
5 Valere tamen cessionem firmat *Narbona*
num. 4., si impuberi judicandi officium con-
cederetur ; addita clausula , ut eo utatur,
postquam fuerit legitimæ ætatis. Etenim suf-
ficit habilitas tempore, quo officium exerce-
ri debet ; cum prohibitus a Statuto infra cer-
tum tempus officium habere non prohibea-
tur infra illud tempus ad officium eligi, quod
post tempus prædictum incipere deberet, ut
probat *Decias in cons. 40. num. 2.*
6 Neque etiam pubes, seu minor vigintiquin-
que annis Judicis officio fungi potest, per
sententiam *Ulpiani in l. Ad Rempublicam 8.*
7 *ff. de muner.*, *& honor.*, cum Judicis officium
sit munus publicum, ex traditis per *Paulum*
in l. Quippe judicare ff. de judic., & plene
tractat *Narbona num. 6.*, *& seqq.*
8 Et si tempore, quo quis datus fuit Judex
esset minor , & pendente lite effectus esset
major , neque convalidaretur judicium , *Ba-*
ronius num. 67., *& 68.*
9 Talis pubes vero si fuerit supra annos de-
cem, & octo, & sententiam tulerit, erit va-
lida, & teneret, ut tradit *Ulpianus in l. qui-*
dam consulebant ff. de re judic., *& in l. cum*
lege 41. ff. de recept. arbitr. Bersanus num. 2. Et
10 licet in tali ætate possit esse judex, attamen
jure communi attento, compelli nequit, *d. l. cum*
lege ; glos. in l. cum prætor, *ver. & impubes ff.*
11 *de judic.*, *Bersanus num. 3.* Et si fuerit infra
annos decem, & octo, etiam poterit esse Ju-
dex ex consensu partium, ut quando partes
scirent eum esse minorem, & in ipsum con-
sentirent, quoniam tunc sententia valeret, ut
docet *Ulpianus in l. quidam consulebant §. &*
si forte ff. de re judic., *Narbona de ætate ann.*
25. q. 31. num. 29., *Baronius effect. 37. circa ju-*
dicial. num. 19., *Bersanus de pupillis cap. 1. q. 4.*
12 *num. 4.* Verum dandus erit a Principe scien-
ter ; quoniam ab alio , nisi a solo Principe,
etiam partibus volentibus, dari Judex nequit,
13 *Bersanus num. 90.*, *& 91.* Etenim super mi-
noris ætate , cujus impedimentum juris posi-
tivi est, utpote a lege proventum, dispensare
quidem Princeps potest, *d. l. quidem, cap. pro-*
posuit, de concess. preben., *Narbona num. 27.*,
15 *Bersanus num 5.* Etiamsi dum Princeps mino-
rem judicem elegerit, nominatim, & expresse
non dispensaverit ; nam Princeps promoven-
do inhabilem ex certa tamen scientia ad of-
ficium aliquod, dicitur dispensasse, eique æta-
tis gratiam fecisse, defectumque supplevisse ;
sicque tacite cum eo dispensasse censetur ,
dum eumdem scienter in Judicem elegerit,
plene *Menochius de præsumpt. lib. 2. præs. 20.*,

15 *Narbona num. 28.* Quod intelligas respectu
Judicis ordinarii ; nam si fuerit minor datus
Judex in causa particulari , non præsumenda
erit scientia in Principe, sed erit probanda, ut
electio valeret , *Narbona loc. cit.*, *Baronius*
num. 53., *Romanus cons. 216. num. 8.*
16 Omnia tamen prædicta locum suum vindi-
cant in iis tantum officiis, judicandique mu-
neribus , quæ per electionem conferuntur :
Quid autem dicendum in iis , quæ per suc-
cessionem obveniunt ? Et communiter DD. do-
cent, posse ea per pupillum retineri; quoniam
in ipsis jurisdictionis habilis est impubes, quam-
quam non exercitii ; eapropter dandus ei Cu-
rator erit, qui ejus nomine jurisdictionem ad-
ministrabit, *Gomesius var. 3. cap. 1. n. 55. notab.*
5., *Bersanus de pupillis cap. 1. q. 4. num. 23. & 24.*,
Narbona num. 30., *Baronius num. 27.*
17 Et quæ de Judice dicta sunt, adhuc in ar-
bitro procedunt : hinc sicuti pupillus, aut mi-
nor judex esse nequit, ita neque & arbiter,
per Textum *Ulpiani in l. Sed & si 9, ff. de re-*
cept. arbitr., *& Callistrati in l. cum lege 41.*
ff. eodem ; Gomesius loc. cit., *Narbona de ætate,*
ann. 25. quæst. 33. num. 1., *& seqq.*, *Tuschi lit. A.*
concl. 447. num. 1., *& 29.*, *Menochias de arbitrar.*
cas. 540. num. 4., *Bersanus num. 6.*, *& 7.*, *& cap. 3.*
18 *q. 11. num. 32.*, Etenim summa æqualitas est in-
ter Judicem , & arbitrum , *Narbona num. 6.*,
quoniam compromissum ad judiciorum simi-
litudinem reductum est ; & ad finiendas lites
pertinet , prout sonant verba *Pauli in l. 1. ff.*
19 *de recept. arbitr.* Eapropter eadem quæ ad
judicandum , etiam ad arbitrandum deficera-
tur ætas tam in masculis, quam in fœminis .
Et licet regulariter in fœminas compromitti
nequeat per rescriptum Imp. *Justiniani in l.*
fin. Cod. de recept. arbitr., quamquam bene pos-
20 sit esse arbitrix, & amicabilis compositrix, ut
tradit *Tuschi lit. A. concl. 447. num. 29.* Attamen
21 multis in casibus permissum fore tradunt *Bo-*
rellas in summa decis. tit. 63. num. 165., *Lara de*
vita homin. cap. 30. num. 61., aliique apud *Nar-*
bonam loc. cit.
22 Hinc vult *Callistratas in d. l. cum lege, ver.*
ideoque , quod pœna ex sententia Judicis mi-
noris compromittentis nullo modo committi potest.
23 Ex consensu tamen partium potest qui-
dem in minorem compromitti, ex traditis per
Narbonam num. 7., *& 8.*
24 Sed quid dicendum de arbitratore , quem
amicabilem nominamus Compositorem , an
idem possit esse minor ? Et respondeas prout
in arbitro ; etenim cum ejus officium parum
ab illo arbitrorum distet, ad quod expedien-
dum majori discretione , & solertia opus est;
cum difficilius sit diffidentes redigere ad pa-
cem , & concordiam , quam ex jure præ-
scripto causam , & litem dirimere ; ideo
non minoris ætatis arbitratores , quam arbi-
tros esse debeat, ut probat *Narbona num. 9.*,
& licet *Borellus num. 195.*, & *in tract. de*
com-

25 *compromiss.* §. 2. *Glos.* 4. *num.* 26., *& Felinus in cap. cum vigesimum num.* 4. *de offic.*, *& pot. Judic. deleg.* teneant, quod si tempore compromissi fuerit quis minor, major vero tempore Laudi prolati, validum fore compromissum, & Laudum; nihilosecius tamen ipsos reprobat *Narbona num.* 10., ubi firmat, ætatem ad Judicem compromissarium requisitam tempore nominationis adesse debere; alias si tempore Laudi supervenerit ætas legitima, adhuc nullum erit Laudum, quod & volunt etiam *Speculat. tit. de arbitr.* §. *possunt*, *ver. quod si pendente*, *Soccinus cons.* 99. *lib.* 3., quos laudat, & sequitur *Tuschi lit. A. concl.* 447. *num.* 30.

26 Ad officium, seu munus Advocati exercendum pupillus, aut minor non admittitur. Minor scilicet tantum annis decem & septem, per sententiam *Ulpiani in l.* 1. §. *initium ff. de postulan.*, & necminus in eadem
27 ætate doctor creari potest, ut tradit *Bersanus de pupillis cap.* 1. *q.* 4. *num.* 8., verum per prag. *de Scholaribus doctorandis* statu-
28 tum est, ut post vicesimum primum annum possit quis Doctor creari. Quamquam per supplicationem fidelissimæ Civitatis concessa fuit dispensandi facultas, & per S. M. adprobata, vide *Sanfelicium in prax. Judic. sect.* 26.

29 In Notarium neque minor eligi potest, cum ad Notariatum assequendum vigintiquinque annorum ætas sit necessaria, *Bersanus n.* 10.,
30 contrarium tradunt *Mandosa de ætate minor. cap.* 5. *num.* 37., *Lara de vita homin. cap.* 20. *num.* 106., *Gomesius var.* 3. *cap.* 1. *num.* 57., aliique tenentes, puberem ad notariatum idoneum fore; quod & indicare videtur *Oddus de rest. in integr. quæst.* 13. *art.* 6. *num.* 23., ubi ait, non restitui Notarium minorem deceptum in iis, quæ ad Notariatus artem pertinent. Immo adhuc Notarium nasci posse tradit
31 post alios *Gratianus cap.* 75. *num.* 13., & 14., ubi firmat, quod si alicui privilegium conceditur, ut ipse, & qui ab eo nascantur tabelliones sint, tunc statim natus erit tabellio, quamquam ob ætatis defectum non habebit exercitium. Omnes vero has opiniones
32 recitavit *Narbona de ætate ann.* 25. *quæst.* 69., *& in num.* 6., & 7. primam adprobavit, ut nempe Notarius creari quis nequeat, nisi post vigesimum quintum annum; cum munus hoc sit personale, *l. fin.* §. *hi quoque ff. de muner.*,
33 *& honor.*, & ad munera personalia nullus ante vigesimum quintum ætatis annum admittitur, *l. Ad Rempublicam* 8. *ff. eodem l. Sextumdecimum* 2. §. *de minoribus ff. de vacat.*, *& excusat. muner.*, *l.* 1., *&* 2. *Cod. qui ætate, vel profes. lib.* 10. Quem ætatem exactam esse debere notat *Narbona num.* 9., ubi subdit, ut non possit pupillus, aut minor ea
35 lege Notarius creari, ut post legitimam ætatem exerceat; cum oporteat, ut sit idoneus de tempore, quo eligitur, & tradunt *Bersanus num.* 12., *Baronius effect.* 37. *circa judicial. num.* 68., *&* 69.

36 Ad Procuratoris officium in judiciis peragendum non solum pupillus, sed nec etiam minor admittitur ex sententia *Ulpiani in l. Minor* 51. *ff. de procurator.*, & per textum Bonifacii VIII. in *cap. qui generaliter* 5. §. *licet de procurator. in* 6., & tradunt *Narbona de ætate ann.* 25. *q.* 34. *num.* 7., *Tuschi lit. P. concl.* 810. *num.* 2., *Baronius effect.* 1. *circa judicialia num.* 10., *Bersanus de pupillis cap.* 1. *q.* 4. *num.* 18., *& cap.* 3. *q.* 8. *num.* 1., immo neque Judex cum expresso consensu
37 adversarii ipsum minorem habilitare poterit, ut in judicio alterius procurator esset, nam contra jus faceret, *Narbona loc. cit.*, *Altimari de nullit. contr. tom.* 6. *rubr.* 2. *q.* 1. *n.* 622. *ver. quæ conclusio.*

38 Sed an hoc judicium cum Procuratore minore agitatum sit ipso jure nullum, aut solum parte opponente? Casum istum late discutit *Altimari de nullit. sentent. rubr.* 11. *q.* 31. *num.* 20., & 21., ubi tandem in eam inclinare sententiam videtur, ut ipso jure nullum sit. Ipsum igitur in contingentia consulas.

39 Admittitur vero minor in judicio ad patrem, matremque defendendum, tam si mandatum habeat sive non, per Rescriptum *Imp. Alex. in l. Exigendi* 12. *Cod. de procurator*, cum tacitum a jure habere mandatum præsumatur, *Bersanus de pupillis cap.* 3. *q.* 8. *num.* 6.. Qui minor si læsus fuerit, in integrum resti-
40 tutionis auxilium non habebit, *Bersanus n.* 7., ea ex ratione, quia dum lex civilis eum habilitat, ut patrem, matremve defendat, censetur respectu hujus actus jus commune in illius minoris personam statuere; itaut veluti major reputetur; ne alioquin auctoritate legis pars ex adverso circumveniatur.

41 In Regno nostro tamen quia major ætas in anno decimoctavo completo habetur, mesito eadem in ætate potest quis esse procurator ad judicia, quæmadmodum in specie pro Civitate Florentiæ tradit *Tuschi lit. P. concl.* 810. *num.* 3.

42 Ad negotia vero admittitur minor tamquam procurator, dummodo sit major annis decem, & septem, per sententiam *Ulpiani in l. Si collectaneus* 13. *ff. de manumis. vindict.*, & per Textum Bonifacii VIII. *in cap. qui generaliter* 5. §. *licet*, *de procurat. in* 6., *Covarruvias in cap. sua*, *de testamentis tom.* 4., *Mandosa de ætate minori cap.* 5. *num.* 65., *Tuschi lit. P. concl.* 810. *num.* 1.. Verum alii
43 volunt, nullam certam ætatem in procuratore ad negotia esse constitutam per ea, quæ tradunt *Paulus in l.* 1. §. *pupillus ff. de acqu. possess.*, *& in l. Cum mandato* 24. *vers. ergo ff. de minor.*, *Cajus in l. nam plerique* 8. *ff. de instit. act.*, atque *Ulpianus in l. Sed ex si quis* §. *pupillus ff. eodem*, *& in l.* 1. §. *magistratum ff. de exercit. act.*, & hanc secundam opi-

opinionem securiorem putant *Sanchez de matrim. lib. 3. dispat. 41. num. 8.*, *Narbona de ætate anni 17. q. 4. num. 2.*, & 3., aliique.
44 Ajunt enim, quod ideo ætatem 25. annorum
in procuratore ad judicia exposcunt Jura, &
nullam ætatem certam, & determinatam in
procuratore ad negotia, quia judicia ex sui
ratione peraguntur inter contradicentes, &
reluctantes: negotia vero, sive contractus
nonnisi per consentientes simultanea voluntate perficiuntur. Quæ voluntas cum in quacumque ætate rationis experte reperiatur, recte inferri debet, ut pupillus, aut pubes negotia administrare, & ad ea procurator deputari possit; & istam opinionem probat etiam *Bersanus de pupillis cap. 3. q. 8. num. 8.*, & *seqq.*, ubi subdit, quod si aliquid damnum pupillus receperit, quod jura læserit constituentis ipsum procuratorem sibi ipsi imputet constituens, qui pupillum alicui negotiationi præposuit; aut per ejus personam aliquem contractum gerere voluit. Si vero damnum in se pupillus receperit, ut si obligationem quamdam in sui personam occasione mandati contraxerit, veluti fidejubendo pro domino, vel promittendo de rato, & tunc si absque tutoris auctoritate se obligaverit, & nulla erit obligatio. Si autem cum tutoris auctoritate, & tunc in Integrum restitueretur quocumque in casu occasione mandati læsionem passus fuerit, vide *Narbonam num. 7.*, *Simoncellus de decret. lib. 2. tit. 6. num. 91.*, *Bersanum num. 11.*, ubi conclusionem istam tunc procedere ait, quando a mandatore damni æstimationem consequi non posset, ut quia non solvendo factus sit, & refert Textum in *L. Cum mandato ff. mandati*.
45 Neque pariter pupillus in actione institoria, vel exercitoria obligatur, nisi cum tutoris auctoritate fuerit præpositus; alias tantum præponens ex pupilli contractu obligatus remanebit; & idem dicas de minore Curatorem habente, ut probat *Bersanus num. 12.*
46 Et econverso idem erit, quoties pupillus aliquem navi, tabernæ, alterive negotiationi præposuit; quoniam tunc obligaretur ex contractu, seu facto exercitoris, aut institoris, si eumdem tutoris auctoritate præposuit; alioquin non obligaretur per Tex. *in L. Verum 9. ff. de instit. act.*, ubi Ulpianus ita ait: *Verum si ipse pupillus præposuit, siquidem tutoris auctoritate obligabitur*: nisi effectus fuerit locupletior, quia tali in casu dabitur in eum civilis actio, quemadmodum tradit *Cajus in l. Eatenus 10. ff. eodem*, *Bersanus num. 13.*, & 14.
47 Respectu vero minoris dicimus, quod si
ipse curatorem habens sine ejus auctoritate
aliquem præposuerit, & tunc neque obligari
valide potest ex contractu institoris, vel exercitoris, *Bersanus num. 15.*: Curatorem vero
48 si non habuerit, & quidem adversus contractus institoris, vel exercitoris in integrum cum causæ cognitione restitui poterit, per sententiam *Ulpiani in l. Sed & si pupillus 11. ver. sed & si ff. de instit. act.*, ubi *Glos. ver. minor.*, *Bersanus loc. cit.*
49 Sed quid dicendum in propria procuratoris
specie, an pupillo, ac minori permittatur, ut procuratorem ad judicia, vel negotia constituere possit? Et communis est conclusio, quod sicuti pupillus, aut minor agere nequit, ita neque procuratorem constituere potest, ut tradunt *Mandosa de ætat. minor. quæst 9.*, *Tuschi lit. M. concl. 261.*, *Narbona de ætate ann. 25. q. 49. num. 1.*, *Bersanus de pupillis cap. 3.*
50 *q. 9. num. 1.*, nisi tutoris, aut Curatoris auctoritas intervenerit; quoniam tunc tam ad agendum, quam ad defendendum pupillus, & minor constituere procuratorem possunt, ut statuit *Imp. Alex. in l. Neque tutoris 11. §. pupillus Cod. de procurat.*, & *Imp. Gordianus in l. Non eo minus 14. eodem*, *Tuschi loc. cit.*, *Narbona num. 5.*, *Bersanus num. 2.*
51 Hoc autem respectu minoris stricto jure
inspecto procedit. Etenim secundum praxim communiter receptam, & in omnibus fere Tribunalibus probatam, ut testatur *Brunnemann in l. Clarum Cod. de auctor. præstan.*, quem laudat *Bersanus de pupill. cap. 3. q. 4. num. 26.* minor habet legitimam personam standi in judicio absque curatore tam in civilibus, quam in criminalibus causis, ubi majus versatur periculum. Et consequenter licitum eidem erit
52 procuratorem ad judicia valide constituere,
quamquam curatoris auctoritas non intervenerit, ut *Bersanus repetit in cap. 3. q. 9. n. 3.*, de veritate vero si minor legitimam standi in judicio personam habeat, vide *p. 2. cap. 1.*
53 Procuratoris igitur mandatum a pupillo,
vel minore absque tutoris, vel curatoris auctoritate confectum nullum est, quoties verteret in illius præjudicium; & erit nullum judicium ipso jure, etiamsi pupilli procurator non fuerit per suum adversarium repulsus, *Bersanus num. 4.*, *Altimari de nullit. sentent. rubr. 11. q. 30. num. 11.*, verum si pupilli,
54 aut minoris utilitatem respiceret, ut si sententia in ejus favorem lata fuerit, & tunc valida erit, ex regula Textus *in l. Non eo minus, ver. minoribus etenim ætas in damnis subvenire, non in rebus prospere gestis obesse consuevit, Cod. de procurat.*, *Narbona num. 4.*, *Bersanus num. 5.*
55 Immo si pars sententiæ pro minore, &
pars contra eum fuerit pronunciata, illam ex parte minoris sustinendam monent nonnulli, quos refert *Narbona loc. cit.*, & sequitur *Bersanus supra*.
56 Verum si de possessorio agatur, sicuti in
hujuscemodi judicio tam adultus, quam pupillus pubertati proximus legitimam standi in judicio personam habet, ex Rescripto *Honorii, & Theodosii in l. fin. Cod. qui legitim. person.*, ita eodem in casu procuratorem valide con-
57 stituere potest. Dummodo simul cum possessorio proprietatis causa non fuerit intentata, *Narbona de ætate ann. 25. q. 49. num. 12.*, *Bersanus num. 6.*
58 Idem dicas de pubere, aut pupillo doli
capace in casu, quo procuratoris nominatio

fuerit juramento firmata, quia esset valida, ut
tradunt *Borellus tit. de procurator. num. 5.*,
Guttier. de juram. confirm. p. 3. cap. 11. n. 3.,
Narbona num. 13., *Bersanus num. 7.*
59 Et quicquid de judiciis dictum est, adhuc
in procuratore ad negotia a pupillo, seu mi-
nore constituto locum suum vindicat, ut tra-
dunt *Narbona num. 11.*, *Bersanus num. 8.*
60 Et dum procurator erit legitime tam ad
judicia, quam ad negotia a pupillo, vel mi-
nore constitutus, si ex facto dicti procura-
toris fuerit ipsi pupillo, aut minori aliquod
damnum inductum, an in integrum restitutio-
ni erit locus? Et ex dictis per Paulum *in l.
Cum mandato 24.*, *ubi Glos. ver. pone ff. de
minor. 25. ann.* infertur, quod si pupillus, aut
minor alteri pupillo, aut minori mandaverit,
sibi imputare debet, quod talem constituerit
procuratorem, eapropter non erit eidem suc-
currendum adversus damna per ipsum procu-
torem illata. Si vero procurator erit in æta-
te majori constitutus, & distinguendum est,
aut is erit solvendo, & adversus eumdem
agere pupillus, aut minor debebit. Si autem
non erit solvendo, & habebit pupillus resti-
tutionem adversus contractum a dicto procu-
ratore factum, ex quo damnum ipsi pupillo
obvenit; & ita probat *Bersanus de pupillis
cap. 3. q. 9. num. 19.*, *& 22.*
61 Sed quid dicendum in casu, quo pupillus
tutore careat, an poterit valide procuratorem
constituere? Et tunc resolvit *Baldus in l.
Neque tutores num. 6. Cod. de procurat.*, quem
laudat *Bersanus num. 9.*, ut in tutoris defe-
ctum procuratorem cum Judicis decreto con-
stituat.
62 An vero solus tutor, aut curator in causa
pupilli, aut minoris procuratorem tam ad ju-
dicia, quam ad negotia constituere possit? Et
respectu procuratoris ad judicia negative præ-
scripsit Imp. Alex. *in l. Neque tutores 11.
Cod. de procurat.*, quod tamen intelligas an-
te litem contestatam, quoniam tunc tutor,
63 vel curator litis dominus non habetur; ea-
propter actorem tantum, qui etiam a non
domino, non vero procuratorem, qui a do-
mino solummodo dari debet, constituere pot-
est, ut tradunt *Narbona de ætate anni 25. q.
49. num. 5.*, *Montan. de tutor. cap. 30. eff. 1.
num. 22.*, *Bersanus de pupillis cap. 3. q. 9.
64 num. 12.*, qui actor proprie ille est, quem
vulgo *fattore* nuncupamus, ut notat *Bersanus
num. 18.*, & in constituendo ipsum Judicis
decretum requiri ex doctrina *Glosæ in dict.
l. Neque ver. debent*; firmant *Narbona loc. cit.*
Montan. num. 24., *Bersanus num. 12.*
65 Pupilli tamen consensu intercedente, pot-
erit tutor, quamvis non fuerit adhuc lis con-
testata, procuratorem constituere, *Narbona
num. 6.*, *Bersanus num. 13.*, si vero pupillus
esset etiam infans, in qua ætate non erit con-
66 sentiendi facultas, poterit tunc solus tutor
etiam ante litis exordium procuratorem con-
stituere, *Bersanus num. 14.* [illegible]
67 Post litem vero coeptam non prohibetur
tutor etiam absque pupilli consensu constitue-
re in judicio procuratorem; quoniam tutor
litis dominus tunc est, *Bersanus num 10.*,
Altimari de nullit. sentent. rubr. 11. q. 30. n. 33.
68 Quoad procuratorem vero ad negotia di-
cendum est, quod sive cœptum, sive non
fuerit negotium, semper tutor etiam absque
pupillo procuratorem constituere poterit, ut
probant *Bersanus num. 15.*, *Altimari num. 38.*
*per Text. Ulpiani in l. Ita autem 5. § gessisse,
in fine ff. de adm., & peric. tut.*, ratio autem
69 differentiæ inter hunc, ceterumque casum
est, quod aliena negotia administrare potest,
quis etiam absque domini mandato; prout
patet ex *toto tit. ff.*, *& Cod. de negot. gest.*
Alienas vero causas absque mandato in judi-
70 cio deducere nemo potest, *Glos. in l. Neque
ver. neque Cod. de procurat.*, *Bersanus n. 16.*
71 Et quoties fuerit procurator a tutore, vel
curatore constitutus, narrare in libello talis
procurator debebit, se esse procuratorem tu-
toris, aut curatoris, non autem pupilli, quia
alias esset nullus processus, eo quod revera
procurator tutoris est, & non pupilli, ut
tradunt *Montan. de tutor. cap. 30. eff. 1. n.
26.*; *Capyc. Galeota contr. for. lib. 2. cap. 25.
num 34.*, aliique apud *Bersanum num. 21.*
72 Videamus modo, quando, & qualiter pu-
pilli, aut tutoris mandatum tam ad judicia,
quam ad negotia extinctum dicatur. Et in
primis certa est juris regula, illud finiri mor-
te tam mandantis, quam mandatarii, per sen-
tentiam J. C. *in l. Inter causas 26.*, *& in l.
Si quis alicui 27. §. morte ff. mandati.*
73 Sed quia plures casus considerandi sunt,
ideo principaliter occurrit quærere, num man-
datum a pupillo, & tutore simul confectum
judicari extinctum debeat tam per mortem
pupilli, & tutoris, aut per unius ipsorum
tantum? Et concludunt DD. finiri solummo-
do per mortem pupilli; nam cum dederit
pupillus mandatum cum tutoris auctoritate,
radicatum illud habetur in persone ipsius pu-
pilli, nec potest dici profectum a tutore, qui
solam auctoritatem pupillo mandanti præsti-
tit; sicque ob mortem solummodo pupilli,
non autem tutoris extinctum mandatum di-
cendum est, *Mantica de tacit. lib. 7. tit. 23.
num. 7.*, *Golinus de procurat. p. 3. cap. 4. n.
84.*, *Bersanus de pupillis cap. 3. q. 10. num. 1.*,
& 2., *De Luca ad Franchis in dec. 466. n. 4.*
74 Quoties vero mandatum a solo tutore per-
actum fuit, quia tunc dicitur in personam
ipsius tutoris substantiari, merito per ejus
mortem extinctum mandatum habetur, quam-
vis adhuc pupillus vivat, qui mandatum jam
non dedit, sed tutor pro eo, *Mantica n. 4.*,
Capyc. Galeota lib. 2. contr. for. 28. num. 24.,
aliique apud *Bersanum num. 3.*
75 Sed an prædicta intelligenda sunt, tam si
res fuerit integra, quam non? Et respectu
primæ conclusionis, ut quando fuerit manda-
tum a pupillo cum tutoris auctoritate con-
fectum, & tunc solum ob pupilli mortem
dici extinctum; intelligendum est re integra;
nam

nam hoc tantum in casu mandatum morte
domini finitur, per Rescriptum Impp. Dio-
cletiani, & Maxim. *in l. Mandatum 15. Cod.
mandat.*, & tradunt *Tuschi lit. M. concl. 65.
num. 1.*, *Gratianus cap. 542.*, *Riccius collect.
312.*, & *3413.*, *Sabellius §. mandatum n. 20.*,
76 dum autem res non fuerit integra, & tunc
quia procurator dominus litis effectus est per
litis contestationem, ideo mandatum morte
mandantis non finitur, per Tex. *in l. Nulla
dubitatio 23. Cod. de procurat.*, *Tuschi n. 36.*
77 Dubium vero erit in secunda conclusione,
quando nempe a solo tutore fuerit manda-
tum confectum, an etiam re non integra
per tutoris mandantis mortem non extingua-
tur mandatum? Non jam quærimus de casu,
78 quo res integra est, quoniam tunc nullum
dubium est, revocari mandatum per tutoris
mortem ex sententia *Modestini in l. Si per
epistolam 50. ff. de acquir. hered.*, *Tuschi n.
16.*, *Romanus cons. 119. num. 1.*, & fuit in
S. C. expresse decisum teste *De Franchis in
dec. 466.*
79 Dum autem res non erit integra, volunt
Jason *in l. Neque tutores Cod. de procurat.*,
Alex. lib. 6. cons. 128. num. 4., *De Marinis
var. 1. cap. 298. num. 1.*, aliique relati per *De
Lucam ad Franchis in dec. 466. num. 2.*, ut
mandatum non expiret; quod etiam proce-
dere dicunt *Mantica de tacit. lib. 7. tit. 22.
80 num. 32.*, *Gratianus cap. 342. num. 4.*, aliique
apud *Bersanum de pupillis cap. 3. q. 10. n. 9.*
in mandato etiam universali, dum una res
fuerit cœpta geri, quoniam dicendum erit
cœptum totum ipsum universale; sicque non
amplius integra res quoad totum.
81 Nihilominus tamen verius est expirare tu-
toris mandatum, tam si res fuerit integra,
quam non, per expressum Textum *Clement.
fin., de procurat.*, & refert *De Anna in al-
leg. 92. num. 4.* Et quamquam loqui videa-
tur Textus de Ecclesiæ Rectore, attamen
quoad hoc nequaquam subest aliquod speciale
82 ob Ecclesiæ favorem; cum adhuc eadem
decidendi ratio Rectoribus, & administratori-
bus rerum secularium congruat; ut de Re-
ctore Universitatis notat *Glos. in d. clem. fin.
ver. Rectore*; & respectu tutoris insinuare vi-
83 detur Textus Modestini *in l. Si per episto-
lam 50. ff. de acquir. hered.*, quem in simili
quæstione ponderat *Romanus cons. 374. num. 5.*,
& tradit etiam *Bersanus de pupillis cap. 3.
q. 10. num. 17.*
84 Urget præterea peculiaris ratio, ut non
possit administratio accessorii ultro protendi
magis, quam principalis: etenim si per mor-
tem tutoris expirat administratio, expirare
quoque & debet omne ejus accessorium; cum
nequeat protendi administratio accessorii, sci-
licet procuratoris constituti a tutore, plus-
quam protenditur administratio ipsius tutoris,
ut tradit *De Luca ad Franchis in dec. 466.
num. 9.*, *Bersanus num. 18.*, quia quod fit
85 per procuratorem, continuo refertur ad tu-
torem mandantem; sicque cum finiatur man-
dati fundamentum, idem adhuc mandatum
finiri debet, ut considerat *Romanus d. num.
5. ver. ergo multo magis*. Etenim respectu
86 administrationis per tutoris mortem nullum
jus in tutoris heredem transmittitur; atque
per mortem nulla remanet defuncti imago,
ut refert *De Luca loc. cit.*, & quoties non
87 est aliquis, qui repræsentat in specie, ut suc-
cessor personam ipsius mandantis mortui,
certum est finiri mandatum morte, etiam re
non integra, ut probat *Romanus loc. cit.*
88 Et quamvis obstare videatur regula, ut
mandatum mandantis morte, re non integra,
nequaquam finiatur; nihilominus tamen ea
procedit, & vera dicitur in procuratore con-
stituto a vero domino, non autem a tutore,
qui quamquam loco domini habeatur, atta-
men verus dominus non est, ad notata per
Julianum *in l. Qui fundum 7. §. si tutor ff.
pro emptore*, *Bersanus num. 19.*
89 Nec refragare potest argumentum ductum
a contrario sensu prædictæ decisionis 466.
De Franchis. Etenim respondet *Reg. Galeota
lib. 2. contr. 28. num. 35.*, quod in casu no-
stro non meretur allegari in contrarium de-
cisio *De Franchis*, quia non fuit punctus di-
scussus, neque in dubium revocatus. Proin-
deque ibi S. C. juxta limites casus, de quo
fuit actum, decrevit, mandatum fuisse revo-
catum in litibus, & negotiis non cœptis; sic-
que nequit sumi argumentum a contrario
sensu; & secundum hanc postremam opinio-
nem decisum refert per S. C. *Minad. in dec.
35.*, quem cum aliis refert *De Luca in dict.
dec. num. 2.*
90 Dubiam quæstionem hanc præteriit Barto-
lus *in l. Si per epistolam in fine ff. de acquir.
hered.*, an nempe expiratum censeatur man-
datum procuratoris a pupillo cum tutoris
auctoritate constitutum, cum jam tutela finita
inde fuerit? Affirmavit *Sichard. in l. Neque
tutores 11. num. 6. Cod. de procurat.*, nega-
runt tamen *Capyc. Galeota contr. for. lib. 2.
cap. 28. num. 38.*, *Guttier. de tutel. p. 2. cap.
19. num. 5.*, aliique; quibus favere videtur
Pauli Textus *in l. Si quis mancipiis 17. §. Si
impubes ff. de instit. act.*
91 Attamen verius existimavit distinguere *Ber-
sanus de pupillis cap. 3. q. 10. num. 23.* post
Narbonam de ætate anni 25. q. 49. num. 7.,
& alios, ut scilicet quando res adhuc integra
est, expirat mandatum post pubertatis super-
venientiam; dum autem non erit res integra,
& perdurabit tam quoad lites, quam quoad
negotia cœpta.
92 Ob mutationem necnon status personæ man-
dantis, aut mandatarii extinguitur mandatum;
ut si mandans esset ætate major, & decesse-
rit, pupillo herede relicto, tunc expirat man-
datum; cum mandatarius dicatur procurator
heredis, non defuncti; diciturque procurator
defuncti tantum per fictionem juris; cum re-
vera sit procurator heredis, qui fingitur per-
sona defuncti juris fictione; qui heres pupil-
lus quia potest valide constituere procurato-
rem

rem sine tutoris auctoritate, ideo extinctum
censetur mandatum a majore constitutum,
cum ei pupillus successerit; ita *Gratianus*
cap. 342. num. 2., *Bersanus num. 24.*
93 Mandatarius econtra si dum erat ætate ma-
jor decesserit, pupilli herede relicto, penitus
mandatum extinguitur, sive res fuerit integra
sive non, *Capyc. Galeota contr. 28. num. 41.,*
lib. 2., *Bersanus num. 25.*
94 Testamentarium executorem adhuc impu-
berem esse posse tradit post alios *Jacob. de*
Carus de execut. ultim. volunt. par. iv. 1. n.
26. ver. nemo impubes; saltim quoad ea, quæ
corporalia sunt, & ab ipso testatore expressa,
veluti dimittere legatarium in corporalem
possessionem; numerare ei pecuniam, & si-
milia: non autem quoad industriala, & ma-
jorem rationis usum requirentia. Alii distin-
95 ctionem istam reprobant, & tenent, ut adhuc
decimoseptimo anno minor ab executoris
munere arceatur, *Addit. ad Capel. Tholos.*
q. 154., *Covarruvias in cap. Tua, num. 4. de*
testam., *Mandosa de ætate minor. cap. 5. n. 66.*,
96 verum tutior est opinio *Speculat. tit. de in-*
strum. edit. §. nunc vero, num. 75., *Narbona*
de ætate ann. 25. q. 79. num. 4., *Bersani de*
pupillis cap. 3. q. 8. num. 17., aliorumque
tenentium vigesimo quinto anno majorem
debere executorem in testamento designari;
cum indecens, & indecorum sit, ut alterius
rem gubernet, & administret, qui pro sui
97 gubernio, & administratione alieno eget au-
xilio, ad notata per Imp. Justinianum *in l.*
fin. Cod. de legitim. tutel., & istorum opinio
a testamentorum conditoribus, utpote ipsis
98 magis utilis, & expediens, sequenda erit;
quamquam primas opiniones nequaquam im-
probabiles arbitrari; immo in stricta juris dis-
positione sustineri posse notant *Narbona n. 6.*,
& Bersanus num. 17.
99 Ingens pondus, seu officium tutoris, & cu-
ratoris olim minoribus permissum erat, dum-
modo per ipsos ætatis excusatio non propo-
nebatur, ut tradit *Modestinus in l. non solum*
12. § si libertus ff. de excusat. tutor.; Sed
100 quia expertum fuit, ut qui ob lubricum
ætatis, judiciique imbecillitatem a propriæ rei
administratione arcentur, minus alterius expe-
ditioni sufficiunt; atque indecens foret, eos
ad aliena negotia gerenda admitti, quorum
adeo imperfecta natura est, ut sua negotia
tueri, & expedire nequeant, ad notata *in*
cap. indecorum 3. de ætat., & qualit.; Eapro-
pter novissime Imp. Justinianus *in l. fin. Cod.*
de legitim. tutel. expresse diffinivit, ante vige-
simumquintum ætatis annum non posse ali-
quem dari tutorem, etiamsi fuerit frater. Nec
hodie est necesse, ut excusentur, sed de facto
prohibentur, ut statuit ipsemet Imp. Justin. *in*
§. item major, Instit. de excusat. tut.
101 Ad tanti igitur muneris gestionem, jure
communi inspecto, major ætas 25. annorum
completa necessaria esse debet; *Montan. de*
tutel. cap. 23. num. 28., *Surdus de alim. tit. 9. quæst.*
44. num. 49., *Tuschi lit. I. concl. 439. num. 1.*, *Nar-*
bona de ætate ann. 25. q. 79. num. 6. Etiam in ma-
102 tre, aliisque descendentibus; cum mater mi-
nor tutrix esse nequeat, *Tuschi num. 2.*, *Nar-*
bona loc. cit.
103 Immo quamquam Principis Rescripto ad
bonorum suorum administrationem fuerit mi-
nor dispensatus; nihilominus a tutelæ officio
repellendus erit; quia aliud est dispensari ad
bonorum suorum administrationem, aliud ve-
ro ad aliorum; sicque qui Principis indulgen-
tia ad suorum bonorum administrationem an-
te debitam legitimamque ætatem fuit admis-
sus, nequaquam ad pupilli, vel minoris bona
gerenda habilitatus erit censendus, quemad-
modum in terminis firmat *Surdus num. 52.*,
104 quem laudat *Narbona n. 8.* Eo magis quia
omnis dispensatio, utpote juri communi con-
traria, est strictissime, & non ultra expressum
interpretanda, *Narbona num. 9.*
105 Hinc est, quod si minor 25. annis fuerit
tutor in testamento nominatus, erit jam tu-
tor in habitu; quoniam dum legitima ætas
advenerit, alius tutor, Immo melius Curator
adsignandus erit, ad pupillaria negotia geren-
dum, & administrandum; habenti enim tuto-
rem alius tutor dandus non erit, per Tex.
in *l. licet tutorem 4. Cod. in quib. caus. tut.*, *Nar-*
bona num. 11.
106 Ad Rempublicam administrandam mino-
res 25. annis admitti non possunt, *l. ad Rem-*
publicam ff. de muner., & honor., *Baronius ef-*
fect. 37. circa judicialia n. 91., & in n. 92. refert
Tondutum Sanleger. quæst. civil. lib. 2. cap. 62.
107 *n. 4., & seqq.*, ubi tribus modis limitat; Primo
quando adesset defectus majorum: Secundo
108 ob longam consuetudinem in contrarium.
Tertio in eo, qui habet liberos, cui demantur
109 tot anni a 25, quot liberos habebit. Sed de
hoc ultimo mihi videtur carere omni conclu-
dentia, & ratione.
110 Neque tales minores Rectores Universita-
tis esse possunt; sed saltem vigesimum an-
num excedere debeat; *Mandosa de ætate mi-*
nor. cap. 5. n. 87., aliique apud *Baronium n. 94.*;
Hodie vero cessant omnia prædicta in Re-
gno nostro, ubi major ætas post decimum-
octavum annum completum habetur.
111 Sed an minor vocem habeat in eligendo
Syndacum Universitatis? Negant Alex, Jason,
aliique *in l. 5. Cod. de testam.*, *Baldus in l. de*
pupillo ff. solut. matrim., *Ammend. ad Franchis*
in dec. 210. n. 3., *Montan. in prag. 2. de admin.*
Universit., *Baronius n. 95.*, *Riccius ad Cervelli-*
num de prax. Universitat. cap. 1. n. 14.; Taliter
112 quod non valet consuetudo in contrarium,
ut tradit *Caroc. cas. 94. num. 2.*, quem refert
Baronius num. 96.
113 Prout etiam talis minor neque Syndacus
esse potest, *Narbona de ætate ann. 25. q. 41.*
num. 11., *Novarr. super pragm. Regni Neapoli-*
tani de minor. collect. 1. sub num. 11., *Baronius*
n. 97., *Ammendol.*, *Montan.*, *& Riccius loc. cit.*
114 Ad honores vero suscipiendos annus cœ-
ptus pro completo habetur; *Baronius n. 99.*,
Narbona de ætate ann. 25. q. 3. n. 21.

FINIS PRIMÆ PARTIS.

PRAXIS
PUPILLARIS
U. J. D.
REV. D. ANTONII RICUCCI
A CITRARIO
CONSENTINÆ PROVINCIÆ

PARS II.


In qua de judiciis ſermo erit. Sit igitur.



CAPITULORUM

QUÆ IN HAC SECUNDA PARTE

CONTINENTUR SYLLABUS.



PRAXIS PUPILLARIS

U. J. D. REV. D.

ANTONII RICUCCI

PARS SECUNDA

In qua de judiciis sermo erit. Sit igitur

CAP. PRIMUM.

De modo comparendi in judicium.

SUMMARIUM.



Udicium variis modis accipitur, num.1.

Ejus denominatio, num.2., & 3.

Definitur, num.4.

Infans in judicio esse nequit, num.5., & seqq.

Tutor pro infante comparere debet, num.8.

Formula comparitionis, & decreti, n.9., & 10.

Infans neque cum tutore comparere potest, n.11. & 12.

Infans si citatur, & comparet, per comparitionem non convalidatur citatio, num.13., Necminus si ipsius tutor comparuerit, causam defendendo, num.14. declaratur num.15.

Acta cum infante fabricata neque in ipsius favorem valebunt, num.16.

Infans neque per Procuratorem comparere potest, num.17.

Infans tutore carens, citandi sunt agnati, & cognati, ut tutelæ onus suscipiant, n.18., & seqq.

Tutor datus tenetur per publicum instrumentum onus acceptare, num.25.

Agnati, & Cognati etiam captis pignoribus compelli possunt, num.26.

Judex ex officio tutorem dabit, si nullus foret, qui infantem defenderet, num.27.

In tutoris personam omnia acta sunt dirigenda, num.28.

Tutor, non Curator ventri datur, num.29.

Infans nec velle, nec nolle habet, num.30.

Tutor certæ rei dari nequit, n.31. Fallit n.32.

Infanti datur tutor ad litem ex necessitate, n.33.

Infanti Curator dari nequit, n.34. Fallit n.35., & 36.

Pro adventitiis filii infantis potest Pater citari, num.37.

Patre existente non datur filio tutor, num.38.

Infantis tutor an solemnitates adimplere debeat, num.39., & seqq., & num.49., & seqq.

Textus in l. Barbarius ff. de offic. Prætor. quando procedit, num.46., & seqq.

Pupillus legitimum Curatorem generalem habens, an eidem specialis ad aliquam litem agendam constitui possit, num.55., & seqq.

Pupillus an in judicio esse possit, n.59., & seqq.

Acta contra pupillum indefensum facta nulla sunt, num.75. etiamsi cum Fisco litigaret, num.76.

Sententia lata ad favorem pupilli indefensi valida est, num.77.

Confutatur Muscatellius, & Riccius n.78., & 79.

Pupillus pluribus in casibus in judicio esse potest, num.80. Declaratur num.81., & seqq.

Pupillus potest esse in judicio per Procuratorem cum tutoris auctoritate constitutum, n.89.

Procuratur a pupillo sine tutoris auctoritate con-

constituti nequit, num. 90.

Solus tutor procuratorem revocare potest, n. 91.

Pater pro filii pupilli adventitiis debet tamquam ejus Curator in judicium venire, & cæteris præfertur, num. 92.

Solus pater an pro filia possit agere, & conveniri, num. 93., & seqq.

Minor an in judicio stare possit, n. 100., & seqq.

Minor Curatorem habens assimilatur cui bona fuerunt interdicta, num. 104.

Curatoris auctoritas si ex postfacto intervenerit in litis progressu, non convalidat causam, n. 105.

Curatoris auctoritas habita in principio, sed in medio causæ defecit, nullus erit processus, n. 106.

Curator generalis minoris lite contestata nequit sibi alterum specialiter subrogare, & litem deserere, num. 107.

Curator generalis si citatus comparere nolit, quid erit agendum, num. 108. 109.

In minoris favorem omnia gesta valebunt, etiam sine Curatore, num. 110. Declaratur num. 111.

Minor Curatorem non habens, an in judicio stare possit, num. 112., & seqq.

Minor ætas defendit a processu, sicut innocentia a pœna, num. 115.

Minor etiamsi fuerit conjugatus, & liberos habebit, aut erit juris Doctor, neque in judicia sine Curatore stare potest, num. 116. 117.

Minor filiusfamilias ultra Patris consensum etiam Curatorem ad litem habere debet, num. 118.

Sola Patris auctoritas judicium non firmat, num. 119.

Pater si idoneus fuerit, Curator esse poterit, n. 120.

Sententia in favorem minoris Curatorem non habentis lata an sit valida, num. 121.

Adversarius minoris petere potest, ut minor declaret, si velit, vel ne stare actibus judicii, num. 122.

Minoris judicium ut sit validum cum Curatore esse debet, num. 123.

Agere volens minorem requirere debet, ut sibi de Curatore provideat, num. 124.

Minor simpliciter citatus, intelligitur citatus, ut legitime compareat, num. 125.

Minor potest eligere Curatorem, quem vult, n. 126.

Minor ad libitum potest nominatum Curatorem revocare, n. 127. Declaratur, n. 128.

Minor cogi nequit illum, aut alterum acceptare, num. 129.

Curator a minore nominatus dandus erit, n. 130. Fallit num. 131.

In minoris arbitrio erit aut Curatorem ad litem, aut generalem petere, n. 132. Fallit n. 133.

Minor si Curatorem eligere nolit, quid erit agendum, num. 134., & seqq.

Minor nequit revocare Curatorem a Judice in contumaciam datum, nisi ante litem contestatam, num. 146.

Curator minoris si solemnia non adimplevit, alter Curator dandus erit, num. 147. Declaratur num. 148. 149.

Curator ad lites simpliciter datus ad omnes lites datus censetur, num. 150. Non vero quando ad unam causam tantum datus fuit, n. 151.

Minor laicus si coram Judice Ecclesiastico litem habet, Ecclesiasticus Judex dabit Curatorem num. 152.

Judex laicus dabit Curatorem ad litem clerico minori coram se litiganti, num. 153. Declaratur, num. 154.

Curator si ad lites movendas a minore peteretur, Judex ratione originis, aut domicilii illum dabit, num. 155.

Curator a Judice datus si minorem non defendit, an acta sint nulla, num. 156. 157.

Pater in curatorem præfertur pro bonis Castrensibus, vel quasi Castrensibus sui filii, n. 158., & quid pro bonis adventitiis, num. 159., & 160.

Curator ad lites non est necessarius, ubi Patris auctoritas intervenit, num. 161.

Patris consensus si non apparet præstitus filio agenti in judicio, nan præsumitur, n. 162., & seqq.

Patris consensus, etiam per nuntium, & epistolam præstari potest, num. 265., & in quacumque parte judicii, num. 167., etiam post sententiam, num. 168.

Patris consensus in principio præstitus non debet in singulis actibus reiterari, num. 169.

Pater simpliciter tamquam pater citari potest, num. 170.

Pater tamquam legitimus filii administrator potest solus absque filii consensu agere, num. 171.

Pater in bonis adventitiis filii usumfructum non habens, an pro filia agere possit, n. 172., & seqq.

Patris consensus pro peculio profectitio intercedere debet, num. 276.

Pater obligatur, atque contra ipsum exequi potest, si consensit, ut filius staret in judicio, 177.

Pater si minor adhuc fuerit, cum patris curatore judicium agendum erit, num. 178.

Pater si consentire nolit, judicis officio cogi potest, nam. 179.

Filius nequit renunciare consensui per patrem præstando, num. 180.

Multis in casibus tenet judicium sine Patris consensu factum, num. 181.

Minor nequit esse Procurator, num. 182.

Judex nequit minorem habilitare, ut sit alterius procurator in judicio, num. 183.

Curatoris auctoritas multis in casibus non est necessaria, num. 184., & seqq.

Processus nulliter cum pupillo, aut minore indefenso confectus quomodo sanatur, n. 190. 191.

Praxis, num. 192., & seqq.

1 JUdicium decem & tribus modis accipi potest, de quibus plene *Maranta in suo spec. aur. in proem. p. 1.*, tantummodo hic de illo actu trium personarum, actoris scilicet, Judicis, & rei breviter agendum erit. Illud enim judicium quasi jurisdictio dicitur, &
2 prius vocabatur inquisitio, quia judiciorum auctores præpositi quæstores, seu quæsitores vocitabantur, ut notat *Isidorus in cap. forus 10. de V. S.*

3 Dicitur etiam judiciale certamen, eo quod tam-

tamquam milites causarum Patroni, seu ad-
vocati pro earum defensione militare viden-
tur, ut patet ex Rescripto Impp. Leonis,
& Anthemii *in l. Advocati 24. Cod. de advoc.*
diverf. judic., hinc definitur *in Glos. dict. cap.*
4 *forus, ut sit legitimus actus duarum persona-*
rum actoris, & rei super eadem quæstione con-
tracta sub eodem Judice. Quamquam non de-
sint, qui alias judicium definivere, prout &
quinque modis transcribit *Maranta loc. cit.*,
immo & quindecim notat *Termineus in pro-*
cessu juris scripti cap. 1., cujus meminit *Gal-*
luppus in prælud. prax. civ. num. 5.
5 Quæ actoris, reique personæ quia infan-
tes, impuberes, & puberes esse possunt, ideo
videamus, quomodo cum ipsis judicium erit
agendum? Et quoad infantem certum est,
ut neque citari, neque comparere in judi-
cio potest, ut Ulp. tradit *in l. Quique liti-*
gandi ff. de in jus voc., *Altimari de nullit.*
6 *contr. tom. 6. rubr. 2. & 3. quæst. 1. num. 94.*;
Et si citatur nulla est citatio, contumacia,
totusque processus, *Sanfelicius in prax. civ.*
sect. 5. num. 1., *Bersanus de pupillis cap. 3.*
q. 3. num. 1., *Afflictus dec. 262. num. 2.*, *Ric-*
cius in prax. civ. tom. 4. p. 3. lib. 2. cap. 39.
num. 7., *ver. & citatio*; sed si citandus, aut
7 in judicio vocandus erit, neque citari pot-
erit, ut legitime compareat, aut tutorem no-
minet, *Ursillus ad Afflictum dict. dec. 262.*
num. 2., *Dominus Genitor in prax. civ. cap. 7.*
num. 28., quia talis citatio erit nulla; nam
dum citatur infans ad comparendum, etiam
quod dicatur ad comparendum cum auctori-
tate tutoris, citatur ad actum, quem impos-
sibilitate juris, & facti gerere non potest,
Costa de remed. subsid. rem. 58. num. 1., quem
laudat *Scoppa ad Gratianum in dec. 75. n. 2.*,
8 *Bersanus num. 2.*; sed inquirere tantum de-
bet, si tutorem habeat; quem si habuerit,
ipse tutor solus pro infante citandus erit, ut
judicium suscipiat, ex traditis per Ulp. *in l.*
1. §. sufficit, ver. ita tamen ff. de adm. tutor.,
Jovius de solemnit. in contr. minor. Glos. 22. §.
281. num. 62., *Bersanus de pupillis cap. 2. q. 28.*
num. 3., *Romanus cons. 268. num. 2.*, *Altimari*
num. 606., *& quæst. 1. sect. 2. num. 162.*. Ea-
propter dum conveniendus erit infans, con-
tra solum tutorem sequenti modo compara-
re debebit.
9 „ Nella Corte . . . Comparisce N., e di-
„ ce, come deve conseguire da N. N. figli,
„ ed eredi del qu. N. ducati venticinque per
„ annualità censuali decorse, e non pagate per
„ capitale di ducati cinquanta, come per istro-
„ mento, di cui copia in pronto esibisce.
„ Ma come li sudetti N. N. sono infanti, per-
„ ciò il Comparente fa istanza procedersi av-
„ verso il diloro tutore N., con astringersi il
„ medesimo al pagamento delli cennati ducati
„ venticinque per parte delli suoi principali
„ infanti, protestandosi di tutte le spese, *isto &c.*
In cujus calce interponendum erit sequens
decretum.
10 Per Curiam . . . Visis præsenti compari-
tione, ac copia instrumenti in ea enunciati,
fuit provisum, ac decretum, quod N. tam-
quam tutor infantium N. N. filiorum, & he-
redum qu. N. in biduo post &c. solvat in
beneficium Comparentis petitam summam
ducatorum vigintiquinque pro causa in dicta
comparitione expressa, alias &c. & ita &c.
& intimetur.
11 In cujus tutoris personam semper acta e-
runt dirigenda usque ad exitum causæ. Et
si una cum tutore vellet infans citari, nulla
erit citatio, quoniam neque cum tutoris
auctoritate citari infans potest, *Ubert. de ci-*
tat. cap. 14. num. 380., *Montan. de tutel.*
cap. 4. num. 6., *Bersanus de pupill. cap. 3.*
quæst. 3. num. 1., *Altimari de nullit. contr.*
tom. 6. rubr. 2. quæst. 1. num. 613., *& de nullit.*
12 *judic. rubr. 11. quæst. 4. num. 13.*; hinc ut
ejus citatio valeat, contra solum tutorem
dirigenda erit, *Ubert. num. 385.*, *Altimari d.*
quæst. 1. num. 94. ver. ideo actus, *& num. 614.*;
13 *Riccius in prax. civ. tom. 4. p. 3. lib. 2. cap.*
39. num. 14., & si infans citatur, & compa-
ret, per comparitionem non convalidatur
citatio; cum non sit legitima standi in judi-
cio persona, *Bersanus num. 3.*, etiamsi ipsius
14 tutor comparuerit, causam defendendo; *Af-*
flictus dec. 262. num. 6., *Bersanus num. 1.*,
Altimari num. 94. ver. infans solus.
15 Vult tamen *Muscatellus in prax. S. C. p.*
2. Glos. intimato num. 63., quod si tutor post
citationem factam infanti statim comparuit,
atque cum ipso tutore fuerit ulterius pro-
cessum, valebunt omnia acta, & processus,
quoniam actus ille citationis infanti factæ;
cum statim tutor comparuerit, ejusque de-
fensionem susceperit, nullum ei potuit infer-
re præjudicium; vide *Baronium effect. 1. cir-*
ca judicialia num. 62.
16 Et adeo sunt nulla acta cum infante fabri-
cata, ut necminus in ipsius favorem valebunt,
Ubert. de citat. cap. 14. num. 383., *Jovius*
de solemnit. in contr. minor. Glos. 15. §. 7. n.
14., *Baronius effect. 8. circa judicial. num. 12.*,
Scoppa ad Gratianum in dec. 73. num. 8., *&*
seqq., *Bersanus num. 6.*, *Altimari num. 94.*
ver. sic sententia. Et prædicta vera sunt, &
17 procedunt, etiamsi per Procuratorem infans
comparuerit, *Jovius Glos. 22. §. 28. num. 66.*,
Altimari loc. cit. ver. sic infans nec . . .
18 In casu tamen, quo tutorem infans non
habuerit; pro ejusdem datione instandum
erit, ut nempe citentur agnati, & cognati,
ut tutelæ onus suscipiant, atque ad eum de-
fendendum veniant, *Montan. de tutel. cap. 14.*
num. 1., *& cap. 17. num. 9.*, *Gratianus cap.*
720. num. 21., *Tuschi lit. C. concl. 252. n. 1.*,
Bersanus de pupillis cap. 3. q. 3. num. 11.,
Jovius num. 71., *Altimari num. 94. ver. sic*
judicium; *Maradei ad Galluppum in prax.*
civ. p. 1. cap. 6. num. 6., *Riccius in prax.*

civ, tom. 4. *p.* 3. *lib.* 2. *cap.* 39. *num.* 7. *ver. sed quando*, *Dominus Genitor in prax. civ. p.* 1. *cap.* 7. *num.* 28; ideoque per partem adversam ita imitari poterit.

19 „ Nella Corte . . . Comparisce N., e di-
„ ce; come va creditore di docati cento di
„ N. N. figli, ed eredi del qu. N. per tante
„ annualita censuali decorse, e non pagate in
„ vigor di pubblico, e solenne stromento, la di
„ cui copia prontamente esibisce. E volendo
„ esso Comparente esser sodisfatto di detta
„ summa, viene impedito, per essere li cen-
„ nati N. N. infanti, e senza difesa di tutore.
„ A qual mottivo far istanza, che sieno da essa
„ Corte provveduti di legitimo tutore *ad fi-*
„ *nem &c.* E cosi dice &c. *ifto &c.*

In cujus calce interponendum erit sequens decretum.

20 Per Curiam . . . visa præsenti petitione fuit provisum, & decretum, quod citentur, & requirantur infrascripti agnati, & cognati qu. N., ut in termino dierum octo cum effectu, præcise, & peremptorie compareant coram nobis in hac Curia, & quilibet ipsorum comparere habeat, & debeat ad suscipiendum onus tutelæ infantium N. N. filiorum, & heredum prædicti qu. N., ad hoc ut legitime procedi possit ad petita per Comparentem; & ita &c. alias in contumaciam providebitur per Curiam;

N. C. S. V.
N. N.
N. N.
N. N.

21 Possunt etiam tales agnati, & cognati ci-
tari per proclama, *Bersanus de pupillis cap.*
8. *q.* 3. *num.* 12., *Altimari de nullit. contr.*
tom. 6. *rubr.* 2. *q.* 1. *num.* 616., quibus com-
parentibus, in concursu mater, & avia erunt
22 præferendæ; & exinde proximior idoneus
erit eligendus, *Altimari num.* 94. *ver. si in-*
fans matrem, *Jovius Glof.* 21. §. 3. *num.* 19.,
& *Glof.* 22. §. 28. *num.* 72.

23 Ipsis vero non comparentibus, in contumaciam Judex tutorem dabit, *Ubert. de citat. cap.* 14. *num.* 415., *Baronius effect.* 1. *circa judicial. num.* 65., *Ursillus ad Afflictum in dec.* 262. *num.* 5., *Cacheranus dec.* 89. *n.* 8., *Altimari num.* 615.; hinc contumaciis incusatis ad majorem actus comprobationem, sequens decretum interponendum erit.

In causa dationis tutoris in personas N. N. infantium filiorum, & heredum qu. N. interpositum fuit sequens decretum.

24 Visa . . . Hæc Curia providendo decernit, quod ex eo quia agnati, & cognati qu. N. Patris dictorum infantium non curarunt, prout & quilibet ipsorum non curavit in termino præfixo suscipere onus tutelæ prædictorum infantium ad finem legitime procedendi super petita per N., iccirco in eorumdem contumaciam detur, prout præsenti decreto datur in tutorem N., cum quo super omnibus prætensis, & petitis per N. legitime procedi possit, quoniam &c. Et ita &c.

25 Qui tutor datus per publicum instrumentum tenetur onus acceptare cum promissione jurata de bene, & diligenter exercendo, utilia faciendo, & inutilia prætermittendo, atque minorem non relinquere indefensum, *Jovius de solemnit. in contr. minor. Glof.* 21. §. 3. *num.* 1.

26 Poterit necnon Judex ipsos agnatos, & cognatos etiam captis pignoribus compellere; qui dum excusantur, ex officio dabit Judex, *Muscatellius in prax. S. C. p.* 2. *Glof. intimato num.* 42., & 43., *Riccius in prax. civ. tom.* 4. *p.* 3. *lib.* 2. *cap.* 39. *num.* 7. *ver. sed quando.*

27 Prout & Judex dabit, si nullus foret, qui saltem ex charitate infantem defendere velit, *Ursillus ad Afflictum in dec.* 262. *num.* 5.

28 Et hoc etiam in casu, quo tutor fuerit a Judice deputatus, omnis citatio, omnesque actus in solius tutoris personam dirigendi erunt, *Sabellius §. infantia num.* 5., *Jovius Glof.* 22. §. 28. *num.* 73., *Orta de cess. jur. tit.* 2. *q.* 6. *num.* 35., *Lara de vita hominum cap.* 16. *num.* 73., *Scoppa ad Gratianum dec.* 73. *num.* 6., aliique apud *Altimarem de nullit. contract. tom.* 6. *rubr.* 2. *q.* 1. *num.* 94. *ver. facta tutoris.*

29 Huic igitur infanti tutor jam non Curator
dandus erit *Jovius glof.* 21. §. 3. *num.* 19.,
nam secus acta erunt nulla, ut tradunt *Nar-*
bona de ætate anni septimi q. 28. *num.* 2.,
Baronius effect. 1. *circa judicialia num.* 29.,
Jovius glof. 22. §. 28. *num.* 67., *Altimari n.*
662., & 693. *per Tex. Ulp. in l. Qui habent*
3. §. *si pupillus ff. de tutel.*, & ratio est,
30 quia Curator non datur nisi petenti, & po-
stulanti, & eum infans petere nequit, cum
non habeat velle, nec nolle, ut tradunt *Nar-*
bona num. 3., aliique apud *Baronium num.* 32.
31 Et quamquam tutor certæ rei, & causæ
dari nequeat, ut voluit *Ulp. in l. Certarum*
rerum 12. *ff. de testam. tutel.*, nisi ad eandem hereditatem, ut tradunt *Guttier de tu-*
tel. p. 1. *cap.* 19. *num.* 10., aliique apud *Ba-*
32 *ronium num.* 36., nihilominus infanti datur
33 tutor ad litem ex necessitate, *Virgilius de*
legitim. personæ cap. 1. *num.* 71., aliique apud
Baronium num. 37., nam isto casu fallit regula,
ut notat *Cacheranus dec.* 89. *num.* 4. & 5.
34 Et si daretur Curator, non valeret datio,
tamquam contra legis formam facta, *Mastrillus*
dec. 75. *num.* 1., *Baronius num.* 38.
35 Poterit benevero Curator dari, si tutor non
reperiretur, aut si res infantis sub eversionis
periculo manerent, ut volunt *Jovius glof.* 22.
§. 28. *num.* 68.; *Baronius num.* 38., aut si exi-
stens tutor nollet satisfieri super bonis infan-
tis, quoniam tunc poterit dari Curator; nam
36 habenti tutorem, vel curatorem nequit dari
tutor, *l. fin. Cod. de in lit. dand. tutor.*, *Vir-*
gilius num. 82., *Baronius num.* 41.

Ad

37 Advertas tamen, quod si de bonis mater-
nis, aut adventitiis ageretur, citandus erit
pater ut legitimus administrator; *Carpanus*
super Statut. mediolan., *cap.* 34. *num.* 9., &
10. *lib.* 1., aliique apud *Baronium num.* 62.,
etenim Patre existente non datur filio tutor,
38 cum in ejus potestate sit, *Baronius num.*63.,
Narbona de ætate anni 14. *quæst.* 17. *num.* 1.,
Cacheranus in dec. 80. *num.* 5.
39 An vero hic infantis tutor solemnitates ali-
quas adimplere debeat, ut actus cum ipso
gesti validi sint? Negant *Ludovis. dec.* 48.,
aliique apud *Galluppum in prax. civ. p.* 1.
cap. 6. *num.* 40., *ubi Maradei num.* 6., ut
nempe neque inventarium conficere, neque
satisdationem dare tenetur. Et *Duardus de*
societate lib. 1. *cap.* 3. *q.* 1. *num.* 33. reso-
40 lutum refert in una Romana Societatis offi-
ciorum 12. Novembris 1601. coram B. G.
Ludovisio, postea Gregorio XV. P. O. M.
fuisse validam declaratam societatem, quam
pupillus cum auctoritate tutoris, qui inven-
tarium non confecit, contraxit; ex eo quia
tutor inventarium non conficiens, quamvis
possit ut suspectus removeri, attamen ejus
gesta valida sunt; maxime si tutor publice
administravit, & pro tutore se gessit.
41 Restringit *Muscatellius in prax. S. C. p.*2.
Glos. intimato num. 50., quem laudat *Riccius*
in prax. civ. tom. 4. *p.* 3. *lib.* 2. *cap.* 59. *n.*11.,
& tantum satisdationem dare debeat; atque
a Galuppo cavendum monet.
42 Attamen quod etiam inventarium confice-
re tenetur tradit *Rota dec.* 387. *lib.* 2., &
dec. 324. *lib.* 4. *penes Veral.*, & *dec.* 530. *pe-*
nes Ludovic., atque semper in S. C. judica-
tum testatur *Gizzarellius dec.* 12. *num.* 1., &
tradunt *Montan. de tutel, cap.* 32. *reg.* 5. *n.*
4., *Vantius de nullit. ex defectu modi n.*148.,
aliique apud *De Marinis var.* 1. *cap.* 193. *n.*
8. *in novissima impres.*, & *var.* 2. *cap.* 18. *n.*15.,
ubi hanc esse communem omnium sententiam
43 dicit, & *in num.* 17., & 18. subdit, quod
quamvis jura *in l. Si tutor tuus* 4. *Cod. in*
quib. caus. in integr. restit., & *in L. In du-*
bium 3. *Cod. de tutor.*, & *curator.* de tutore
satisdationem omittente loqui videantur, at-
tamen etiam in tutore inventarium non con-
ficiente procedunt, & refert *De Franchis in*
dec. 206. *num.* 9., & 10., ubi sicut M. C. pro-
vidit, gesta ante satisdationem esse nulla, ita
44 pariter & ante inventarium confectum, etiamsi
per partes non fuerit ab initio oppositum,
& sequitur ibidem *De Luca num.* 6.
45 Et quamquam *Duardus loc. cit.* velit, te-
nere gesta per tutorem ante inventarii con-
fectionem, licet ut suspectus removeri possit;
attamen respondet *De Marinis num.* 20, istud
nullo jure probari; & taliter tenentes existi-
mat loquutos fuisse contra Tex. *in l. fin. Cod.*
sicut., [illegible]
46 Neque obstat alterum ipsius Duardi asser-
tum, nempe si tutor publice pupillorum bo-
na administravit, ac pro tutore palam habi-
tus fuit, tunc, quamvis inventarium non con-
fecit, pro tutore tamen habendus erit, per
Textum Ulpiani *in l. Barbarius Philippus* 3.
ff. de offic. Prætor., & sequitur *Gratianus cap.*
560. *num.* 56., nam respondet *De Marinis n.*
21., & 22. Duardi assertionem directe ad-
versari dispositioni *l.* 2. *ff. de eo, qui pro tu-*
tore, ubi J. C. Cajus generaliter docuit, posse pu-
pillum recuperare rem suam alienatam ab eo,
qui pro tutore se gerebat. Etenim dispositio
dict. l. Barbarius locum suum non vindicat
in tutore non legitimo communiter pro le-
gitimo reputato, ut post *Speculatorem tit.*
de tutore §. *generaliter num.* 7. *ver. item non*
obstat, tradit *De Marinis num.* 23., nam ta-
lis error favori pupilli præjudicare nequit.
47 Immo advertendum nolo, dictam *l. Bar-*
barius dumtaxat procedere in iis, quæ pu-
blicam concernunt utilitatem. Erat enim ibi
casus de pluribus actibus jurisdictionalibus
publice factis coram eo, qui ut Judex com-
muniter reputabatur, eapropter ob publicam
utilitatem, ut longiores lites evitarentur,
fuerunt acta valide declarata. Secus vero
48 dicendum videtur in caussis privatis, utilita-
tem solummodo privatam concernentibus, ut
tradunt *Caren. resol.* 62. *num.* 7., *Mascard.*
de probat. concl. 643. *num.* 88., & 96., *Jovius*
de solemnit. in contr. minor. Glos. 16. § 6. *n.*
78., & nonnulla alia ad propositum vide p.
3. *cap.* 3. *num.* ....
49 Nihilosecius tamen supradictas dissendentes
opiniones distinctionis fœdere conciliantur, &
qualibet in sensu suo vera, & practicabilis
demonstratur. Eapropter dicimus, quod pri-
ma opinio negativa vera est, & procedit in
tutore, seu curatore specialiter ad lites dato,
qui neque inventarium, neque satisdationem
efficere, & dare tenetur ut tradunt *Baronius*
effect. 1. *circa judicial. num.* 148., *Rodolphus*
in prax. p. 1. *cap.* 5. *num.* 66., aliique apud
Jovium Glos. 21. §. 5., *Altimari de nullit.con-*
tract. tom. 1. *rubr.* 1. *q.* 6. *sect.* 3. *num.* 147.,
& *tom.* 6. *rubr.* 2. *q.* 1. *num.* 667. *ver.* & *tutor.*,
& *ver. nec satisdat.*, & quamquam in con-
50 trarium suadere videantur *Capicius dec.* 87.
num. 1., *Muscatellius in prax. S. C. p.* 2. *Glos.*
intimato num. 50., *Verde lib.* 1. *instit. civ. n.*
290.; aliique; nihilominus tamen opinionem
prædictam veriorem esse, atque de stylo ad-
missam tradit *Gratianus dec.* 75. *num.* 4., & 5.,
ubi *Scoppa num.* 23., & 24. *tam. in judiciis*
ordinariis, quam summariis. Et ita in omni-
bus suis Curiis, & parlamentis de consuetu-
dine receptum esse refert *Puteus dec.* 132.
num. 2. *lib.* 3., atque etiam de communi con-
suetudine testatur *Bertra cons.* 281., prout &
de Rota Romana tradit Mandosa, de quibus
plene *Scoppa num.* 25., & *seqq.*, ubi subdit,
tunc teneri prædictum tutorem inventarium
51 conficere, quoties ad suas manus aliquid
fuerit pervenutum. Tenetur benevero librum
de

de expensis conficere, quod & in Cathalo-
nia receptum adhuc esse tradit *Cancerius ver.*
1. cap. 7. num. 40., Vult tamen *Jovius n. 10.*,
52 hoc verum esse, & procedere, quoties talis
tutor ad lites datus fuerit facultatibus idoneus;
secus vero si non fuerit dives, quoniam tunc
nisi satisdationem præstiterit, deputatio erit
nulla, nulla que etiam actus subsequuti. Quod
tamen Jovii dictum mihi rationabile non vi-
detur. Etenim, ad hujuscemodi tutoris ma-
nus substantia aliqua non pervenit, satisdatio
inutilis est; unde etiamsi dives non fuerit tu-
tor datus, benevero bonæ conditionis, &
famæ, prout quilibet tutor ita dandus erit,
satisdatio, quæ pro securitate datur, necessa-
ria non videtur.
53 Secunda vero opinio procedit in tutore
generali, prout est decisio *De Franchis in*
dec. 206., *ubi De Luca num. 6.*, qui tutor si
solemnitates non adimplevit, non poterit va-
lide comparere, sed alter tutor a Judice dan-
dus erit, plene *Gratianus dec. 73. num. 17.*,
& dec. 75., *ubi Scoppa num. 1.*, *& seqq.*,
Verde lib. 1. instit. civ. num. 721., *Galluppus*
in prax. civ. p. 1. cap. 6. num. 43., eapropter
citandi erunt agnati, & cognati, ut ad pu-
54 pillum defendendum veniant, qui si non com-
paruerint, aut se excusaverint, Judex provi-
debit, vide *Riccium in prax. civ. tom. 4. p. 3.*
lib. 2. cap. 39. num. 7.
55 Et dum pupillus tutorem generalem habet,
nequit etiam specialis tutor ad aliquam litem
agendam dari, per sententiam Celsi *in l. Cu-*
rator pupillo ff. de tutor., *& curat. dat. ab*
his, & per Rescriptum Impp. Dioclet., &
Maxim. *in l. Tutorem habenti Cod. qui dare*
tutor., vel curat., & in puncto tradit *Jovius*
Glos. 21. §. 2., verum si prædictus tutor, aut
56 curator generalis in longinquas abivit partes,
aut alias comparere non potuerit, aut aliqua
negotii gravitas postulabit, itaut pupillo ali-
quod præjudicium eveniret si differendo, non
comparebit, aut non contraheret, & tunc
ad deputationem tutoris, aut curatoris spe-
cialis ad eum actum solummodo explendum
deveniri quidem potent, *dict. l. Curatorem*;
57 cum para sint non esse, vel esse, sed non
reperiri, aut haberi non posse per id quod
tradit Paulus *in l. Cum unus §. fin. ff. de bon.*
a ct. jud. possid., dum vero jura minoris pe-
58 rire nequeunt, nec aliqua urgebit necessitas,
ob quam aliquod damnum evenire poterit,
& tunc tutoris, aut curatoris redditus, aut
commoditas erit expectanda, & non jam ad
specialis deputationem erit deveniendum,
quemadmodum respondet *Rota recent. decis.*
443. num. 8. p. 13., & refert *Jovius num. 17.*
59 Sed quid dicendum de pupillo, qui infan-
tiam excessit, an in judicio stare possit? Et
distinguendum est, aut talis pupillus tutorem
habet, & potest quidem cum ejus auctorita-
te valide agere, & conveniri, per Tex. Ulp.
in l. 1. ff. de adm. tut., *& Dioclet.*, *& Maxim.*
in l. In rebus 2. Cod. qui legit. tutor., hinc
dum in judicium venire oportet, fit compa-
ritio suo nomine cum auctoritate tutoris;
nempe. *Nella Corte . . . Comparisce il pu-*
pillo N. coll' autorità, e consenso del di lui
tutore N., e dice. Atque instantia partis ad-
versæ pupillo pariter, & tutori erit notifican-
da. Sed quando tutor nollet sui copiam fa-
cere, idest suam auctoritatem præstare, pot-
erit dari curator ad lites, citato prius ipsius
pupillo; *Riccius collect. 843. ver. amplia sexto.*
60 Si vero tutorem pupillus non habebit, &
tunc judicium cum solo pupillo actum erit
nullum, per Tex. Gordiani *in l. 1. Cod. qui*
legitim. person.; etiamsi de judiciis possessoriis
ageretur, ut tradunt *Jovius Glos. 16. §. 7. n.*
225., *De Luca ad Golinum de procurat. cap.*
2. num. 7., *Baronius effect. 1. circa judicial.*
num. 70., aliique apud *Altimarem de nullit.*
contr. tom. 6. rubr. 2. q. 1. sect. 1. num. 709.
61 Hinc dum venit in judicium ut actor, com-
munior est resolutio, quam probat *Virgilius*
de legitim. person. cap. 1. sub num. 87., & se-
quitur *Baronius num. 75.*, ut si pars adversa
exceperit, quod pupillus non habet litis cu-
ratorem, & tunc si eumdem dare ipse pu-
pillus non curabit, ab agendo repellitur, tam-
quam non habens legitimam standi in judi-
62 cio personam. Si vero vocandus erit ut reus,
& tunc poterit citari, & citatus intelligitur
ut sibi curatorem petet, atque cum ipso ad
se defendendum compareat, *Ubert. de citat.*
quæst. 14. num. 386., *Muscatellius in prax. S. C.*
p. 2. Glos. intimato num. 37., *Gratianus cap.*
479. num. 29., *Bersanus de pupillis cap. 3. q. 3.*
num. 17. & seqq., *Galluppus in prax. civ. p. 1.*
cap. 6. num. 46., *Afflictus dec. 262. num. 2.*, *ubi*
Ursillus num. 1., *Scoppa ad eumdem Gratia-*
num in dec. 75. num. 9., aliique apud *Altima-*
rem num. 234.
Hinc dum conveniendus erit pupillus, ita
adversus eumdem comparere poterit.
63 „ Nella Corte . . . Comparisce N., e di-
„ ce come va creditore di N. nella summa di
„ ducati cento, per resto di mille staja di olio
„ vendutoli. E perchè è passato all' altra vita,
„ ed ave lasciato superstite un figlio pupillo,
„ quale si attrova senza tutore, mottivo per
„ cui non puole il Comparente avverso del
„ medesimo sperimentare la ragione del suo
„ credito, perciò ricorre in essa Corte, e fa
„ istanza notificarsi il sudetto pupillo N. acciò
„ comparisse legitimamente, e nominasse il suo
„ Curatore *ad hunc actum*; altrimenti darsili
„ *in contumaciam* da essa Corte *ad finem &c.*
„ E così &c. protestandosi &c.
In cujus calce debet fieri sequens decretum.
64 Per Curiam . . . visa præsenti comparitio-
ne fuit provisum, & decretum, quod mo-
neatur, & requiratur pupillus N. quatenus
in biduo post &c. compareat legitime coram
nobis in hac Curia ad dicendum quicquid &c.
aliâs in contumaciam providebitur de Cura-
tore,

tore, Vel in biduo compareat ad petendum curatorem ad præsentem litem, alias &c.

65 Quæ decretandi forma est juxta notoriam juris dispositionem, & praxim in Regiis Tribunalibus receptam, ut tradunt *Afflictus*, & *Ursilas in dec. 256.*, *Galuppus in prax. civ. p. 1. cap. 6. num. 38.*, *Nicolinus in prax. civ. fol. mihi* 148. *num.* 367., & *seqq.*, ubi addentes.

66 Si comparebit pupillus, curatorem ad litem nominando, cum ipso sequeretur judicium; alias pupillo etiam invito in contumaciam Judex dabit, *Afflictus loc. cit.*, *ubi Ursillus num. 1., & 2.*, & *Riccius in fine*, *Baronius effect. 1. circa judicialia num. 68.*, *Virgilius de legitim. personæ cap. 1. num. 85.*, *Muscatellius in prax. S. C. p. 2. Glos. competentes sub num. 21.*, *Sabellius §. pupillus n. 16. ver. quod pupillus*, *Altimari de nullit. contract. tom. 6. rubr. 2. q. 1. sect. 1. n. 612.*, eapropter transacto primo termino, aliud expeditur decretum, ut in alio biduo cum effectu compareat, alias in contumaciam eligatur &c. Quo tandem termino transacto, fit decretum sequenti modo.

In causa dationis Curatoris ad litem in personam pupilli N. interpositum fuit præsens decretum.

67 Visis . . . Per Curiam, . . fuit provisum, & decretum, quod ex eo quia pupillus N. in terminis sibi præfixis non curavit legitime comparere, & nominare suum Curatorem in causa, ut ex actis, iccirco in ejus contumaciam detur, prout præsenti decreto datur in ipsius Curatorem N., qui legitime comparere possit, & valeat ad defendendum jura pupilli prædicti adversus petita per N., quoniam &c. Et ita &c. intimetur tam pupillo, quam Curatori. Datum . . .

68 Si Curator electus acceptabit onus, poterit ita in decreti calce exprimere, *N. Curator electus acceptat onus*. Si vero excusationis causam habebit, aut acceptare recusabit,
69 non poterit per Judicem Compelli, quoniam tutor, aut curator ad litem specialem
invitus esse nequit, nisi justa suberit causa,
ut tradunt *Carpanus in statut. Mediolan. lib.
1. cap. 34. num. 61.*, *Jovius Glos. 22. §. 28. n.
20.*, aliique apud *Baronium effect. 1. circa ju-*
70 *dicialia num.* 147., eapropter Judex ex officio
alterum Curatorem dabit, *Carpanus n.
62.*, quod secus erit in Curatore generali,
71 quoniam is etiam invitus datur, *Baronius
loc. cit.*

72 Hic tamen pupilli tutor quilibet de populo esse potest, etiam mulier ob pupilli favorem, *Galluppus in prax. civ. p. 1 cap. 5. n. 67.*, *Riccius in prax. civ. tom. 4. p. 3. lib. 2. cap. 39. num. 1.*

73 Poterit necnon Judex per pignorum captionem cogere pupillum ad Curatorem petendum, ut tradunt *Riccius collect.* 843., *Baronius effect. 1. circa judicialia num. 69*, *Ric-*
74 *cius num.* 8., melior tamen est praxis supra
exposita, ut in puncto notat *Scoppa ad Gratianum in dec. 75. num. 11.*, & *ad Nicolinum in prax. civ. fol. 148. num. 10.*

75 In casu vero, quo pupillus citatus non comparuit, curatorem nominando, neque per Judicem datus fuit, & tunc si ad ulteriora adversus pupillum fuerit in judicio processum, atque sententiam in contumaciam Judex tulerit, omnia acta, & sententia erunt nulla, tamquam contra pupillum indefensum facta, *Bersanus de pupillis cap. 3. q. 3. n. 21.*, *Altimari de nullit. contr. tom. 6. rubr. 2. q. 1. sect. 1. num. 605.*, *ver. & citatus*, & *n. 608.*

76 Quod verum est, & procedit, etiamsi cum Fisco pupillus litigaret, ut tradunt *Peregrinus de jure Fisci lib. 6. cap. 4. num. 4.*, *Ubert. de citatione cap. 14. num. 413.*, *Bersanus n. 23.*

77 Valerent tamen acta, & sententia, si ad pupilli favorem lata fuerit, *Mastrill. dec. 101. num. 33.*, *Altimari loc. cit.*

78 Prætermittere nolo, quod *Muscatellius in prax. S. C. p. 3. Gloss. intimato num. 39.*, novam voluit in medio adducere opinionem, nempe quod pupillus, qui infantiam excessit dicitur jam proximus infantiæ, & proximus pubertati, de qua ætate diximus *p. 1. cap. 13.*, & 14., hinc quoad proximum pubertati dicit vera esse, & procedere ut ipsemet citari possit, & citatus intelligitur, ut legitime cum curatore compareat. Quod tamen non procedere subdit in proximo infantiæ, cui omnia, quæ de infante dicuntur, verificanda sunt; quoniam Leges infantem, & infantiæ proximum quoad ipsorum damnum æquiparant. Et hæc Muscatellii opinio adeo arrisit *Riccio in prax. civ. tom. 4. p. 3. lib. 2. cap. 39. num. 7.*, ut dicere voluit, ipsam esse veram praxim. Earumdem opinioni ego libenter
necnon adhærerem, si mihi non occurrerent
79 verba Ulpiani *in l. 1. ff. de adm. tutor.*, nempe. *Ita tamen, ut pro iis, qui fari non possunt, vel absunt, ipsi tutores judicium suscipiant. Pro iis autem, qui supra septimum annum ætatis sunt, & præsto fuerint, auctoritatem præstent*. Ex quibus verbis evidenter patet nullam constitutam fuisse differentiam inter infantiæ proximum, & proximum pubertati; etenim ætas supra septimum annum etiam illam infantiæ proximam comprehendit, proindeque si lex non distinguit, nec nos distinguere debemus. Et consequenter iisdem regulis tam cum infantiæ proximo, quam cum proximo pubertati in judiciis fore practicandum existimo, cum juri ita magis congruat.

80 Adsunt benevero nonnulli casus, in quibus pupillus valide in judicio comparere potest sine tutore, ut in judicio interdicti unde vi ad recuperandam possessionem, a qua per vim fuit dejectus; in remedio retinendæ possessionis; aut adipiscendæ, veluti interdicto quorum bonorum, aut quorum legatorum, de quibus plene *Bersanus de pupillis cap. 3.*

q. 4.

q. 4. n. 11., & 12., ubi tamen prædicta pro-
cedere firmat in pupillo pubertati proximo,
81 non vero in infante, vel infantiæ proximo;
nam qui nullum prorſus judicium animi poſ-
ſidet, non habet legitimam ſtandi in judicio
perſonam etiam in cauſis meri poſſeſſorii.
82 Læſione vero interveniente, & tunc in in-
tegrum reſtitutioni erit locus, *Berſanus n.14.*
83 Intelligas tamen omnia iſta procedere in
agendo; cum non ſit permiſſum, ut ab alio
in iiſdem judiciis conveniri poſſit, ut abſque
tutoris auctoritate compareat; cum pupilli
favor ſubſit, ut non conveniatur, & non
cogatur venire ad judicium abſque tutoris
perſona propter commodum, quod interim
ex poſſeſſione percipit; quemadmodum ob
eamdem utilitatem receptum eſt, ut ſine tu-
tore agere poſſit interdicto poſſeſſorio ad re-
cuperandam poſſeſſionem penes alium exi-
84 ſtentem, *Berſanus num. 15., & 16.*, ubi ta-
men notat, quod ſi pupillus velit agere in
judicio abſque tutoris auctoritate in illis cau-
ſis, in quibus poſſeſſorium cum cauſa pro-
85 prietatis tractatur, & tunc nequaquam erit
audiendus; & multominus ſi a judicio poſſeſ-
ſorio abſque tutoris auctoritate inchoato ad
petitorium tranſire vellet, *Berſanus num. 17.*,
86 ſi vero pars adverſa nihil deduxerit contra
pupillum in petitorio agentem abſque tutoris
auctoritate, & ſententia contra ipſum pupil-
lum lata fuerit, nulla erit; ſecus autem ſi
pro; *Berſanus num. 18.*

87 Licebit tamen pupillo ſine tutoris auctori-
tate popularem actionem in judicio deduce-
re, quoties ſua intereſſet dictam actionem
movere, *Ubert. de citat. cap. 14. num. 395.
ver. & in populari*, *Berſanus num. 21.*

88 Etiam ſine tutoris auctoritate evictionis ju-
dicium poteſt pupillo denuntiari ab eo, qui
aliquem fundum emit a tutore, aut a Patre
pupilli; nam cum hujuſcemodi denuntiatio
fieri ſolummodo ſoleat, ut pupillus notitiam
habeat de moleſtiis emptori illatis, & ad
tollendam negligentiam impedientem eidem
emptori regreſſum adverſus pupillum, a quo
evictio præſtanda eſt, propterea non eſt ne-
ceſſe, ut talis denunciatio fiat tutori, ſed
ſoli pupillo eſſet ſufficiens, *Ubert. loc. cit.*,
Berſanus num. 22.

89 Per procuratorem poteſt etiam pupillus in
judicium venire, ſive ad agendum, ſive ad
ſe defendendum, dummodo cum tutoris au-
ctoritate fuerit conſtitutus, per reſcriptum
Imp. Alex. *in l. Neque tutores 11. §. pupillus
autem Cod. de procurat.*, *& Diocletiani, &
Maxim. in l. Cum & minores 4. Cod. ſi adverſ.
rem judic.*, *Golinus de procurat. p. 2. cap. 2. n.
6.*, aliique apud *Altimarem de nullit. contr.
tom. 6. rubr. 2. q. 1. ſect. 1. num. 619.*. Defi-
90 ciente tamen tutoris auctoritate, nulla erit
procuratoris conſtitutio, & tamquam falſus
procurator haberetur, & judicium non tene-
ret, *l. Licet 24. Cod. de procurat.*, legitime
91 igitur procurator conſtitutus valide pro pu-
pillo ageret, ſed a ſolo tutore revocari inde
poterit, *Altimari loc. cit.*

92 In caſu vero, quo pro bonis adventitiis in
judicium pupillus venire debet, & tunc pa-
ter tamquam ipſius Curator, ſi idoneus fue-
rit, erit omnibus præferendus, etiam ipſo fi-
lio renuente. Immo ſi pater in teſtamento
curatorem ad litem filio nominavit, adhuc
filio reluctante, & alium petiente, erit ille
a Judice anteferendus, ut notandum tradit
Virgilius de legitim. perſonæ cap. 6. num. 10.,
quem cum aliis laudat *Olea de ceſſ. jur. tit. 2.
q. 6. num. 36.*

93 Sed an ſolus pater agere, & conveniri poſ-
ſit? Et reſpectu bonorum adventitiorum, in
quibus pater uſumfructum habet, & filius erit
infans in ſua poteſtate conſtitutus, & tunc
nullum erit dubium, poſſe patrem tamquam
illius Curatorem ſolummodo agere, & con-
veniri, ut tradunt *Olea num. 58.*, *Altimari n.
647.*, aliique. Dum autem filius infantiam
exceſſit, & tunc variæ ſunt opiniones; prima
eſt Innocent. in *cap. accedens, de procurat.*,
94 *Donelli lib. 17. cap. 4.*, *Fontanellæ de pact.
nupt. clauſ. 4. Gloſ. 3. num. 68.*, *Gratiani cap.
365. num. 62.*, aliorumque tenentium filii con-
ſenſum fore neceſſarium, & niſi uterque ci-
taretur, proceſſus erit nullus; & per filii ra-
tificationem non convalidaretur ſententia.
95 Secunda opinio eſt Pinelli *in l. 1. num. 66.
Cod. de bon. matern.*, *Velaſc. de partition. cap.
7. num. 40.*, & aliorum firmantium, filii con-
ſenſum non eſſe neceſſarium, de quo etiam
vide *Muſcatellium in prax. S. C. p. 1. Gloſ.
intimato num. 59.*

96 Quæſtionem iſtam ſatis dubiam, & contro-
verſam agnovit *Olea de ceſſ. jur. tit. 2. q. 6.
num. 41.*, & pro ejuſdem reſolutione ita di-
ſtinguere cenſuit; aut quæſtio erit de uſu-
fructu, aut de proprietate. Primo caſu pater,
ad quem uſusfructus pertinet abſque filii ſive
minoris, ſive majoris conſenſu agere, & conve-
97 niri poteſt. Secus vero in ſecundo, nam ſi
major ſeptennio erit filius, ejus conſenſus pa-
riter neceſſarius erit, & ſequitur *Altimari de
nullit. contr. tom. 6. rubr. 2. q. 1. ſect. 1. num.
647.*, & vide *Boſſium de patr. pot. cap. 8.*, &
in caſu, quo filius impubes erit emancipatus,
98 etiam ipſius patri tamquam legitimo tutori
tam in agendo, quam in reſpondendo actio-
nis exercitium competere tradunt *Virgilius
de legitim. perſonæ cap. 4. num. 83. ver. ſi
filiusfamilias*, aliique apud *Oleam num. 35.*

99 Reſpectu vero bonorum Caſtrenſium, vel
quaſi, aut adventitiorum, in quibus vel juris
diſpoſitione, vel teſtatoris prohibitione uſuſ-
fructus patri non quæritur, prout neque ad-
miniſtratio, & tunc pater, dum filius erit
impubes, ſemper in adminiſtratione erit præ-
ferendus, & tamquam ejus bonorum admi-
niſtrator poterit filii negotia agere, eidem-
que per ſuum factum poſſeſſionem quærera,
ple-

plene *Salgadus labyr. creditor. p. 1. cap. 27.*
num. 32., & 33.
100 Quoties vero filius erit pubes, seu minor,
& curatorem habebit, & tunc ipso consen-
tiente poterit stare in judicio tam in agen-
do, quam in excipiendo, & validum erit ju-
dicium, per Rescriptum Impp. Dioclet., &
101 Maxim. *in l. In rebus 2. Cod. qui legitim.*
person., sicque minor una cum Curatore ci-
tandus erit, *Jovius de solemnit. in contr. mi-*
nor. Glos. 22. §. 18. *num.* 78., citra vero ejus
auctoritatem nequaquam sustinetur judicium,
quoniam tunc minor indefensus dicitur, *l.*
Cum & minores 4. Cod. si adv. rem judic.,
etenim indefensus dicitur minor, non solum
102 si curatorem non habet, per sententiam J.C.
in l. Acta 45. *§. contra ff. de re judic.*, sed
etiam si habet, & non agit, ut ait Cajus *in*
l. 1. ver. & quidem ff. quod cujusq. univers.,
aut dum solus minor fuerit citatus, Curatore
non vocato, *Glos. in d. l. Acta lit. M.*, *Tuschi*
lit. S. concl. 148. *num.* 14., *Baronius effect.* 1.
circa judicial. num. 111., ubi adhuc idem fir-
103 mat, si curator ipse non comparuerit, vel
justam defensionem omiserit, & tradit *Nar-*
bona de ætate ann. 25. *q.* 34. *num.* 3., etenim
Curatorem habens minor assimilatur ei, cui
104 bona fuerunt interdicta, & eidem curator
datus fuit, prout rescripserunt Impp. Dio-
cletian., & Maxim. *in l. Si curatorem 3. Cod.*
de in integr. restit.
105 Et si in principio litis Curatoris auctori-
tas non intercessit, etiamsi ex post facto in
ipsius litis progressu accesserit, non convali-
dabitur processus, sed omnia acta erunt nul-
la, ex eo quod judicium fuit nulliter inchoa-
tum, *l. Momentaneæ 3. Cod. qui legitim. per-*
son., *Narbona num.* 4., *Baronius num.* 112.,
Tuschi num. 4. Prout & idem erit, si in
106 principio interfuit, sed in mediis causæ de-
fecit; præsertim in probationibus, in quibus
defensio consistit; *Tuschi num.* 5.
107 Et Curator generalis minoris postquam
litem contestavit, nequit sibi alterum specia-
lem subrogare, sicque litem deserere, *l. Cu-*
rator 12. Cod. qui dar. tutor., qui Curator
generalis si citatus comparere nolit, adver-
sus ipsum duo dantur remedia: primum, ut
108 compelli possit mulcta indicta, & captis pi-
gnoribus ad suscipiendum, vel prosequendum
judicium. Secundum, quod Judex volens pro-
cedere in causa, eum removeat, & alium
dabit, qui judicium susciperet, ne minor in-
defensus remaneret, ut tradit *Carpanus ad*
statut. mediolan. lib. 1. cap. 34. num. 25., per
ea quæ notavit *Bart. in l. Eum qui res, n.* 6.
Cod. de procurat., cum non possit in contu-
109 maciam Curatoris comparere nolentis pro-
sequi judicium, ex eo quod nullum erit,
Carpanus num. 25. per ea, quæ tradit J. C.
in l. Acta §. ultim., ubi Glos. ff. de re judic.
110 In minoris tamen favorem fallunt supra-
dicta; nam etiam absque Curatoris defensio-
ne valebunt acta in illius favorem gesta, per
Rescriptum Imp. Gord. *in l. Non eo minus*
14. *Cod. de procurat.*, *Glos. in l. Cum. & mi-*
nores lit. D. Cod. si adv. rem judic., *Tuschi*
lit. S. concl. 148., *num.* 38., aliique apud *Ba-*
ronium effect. 1. circa judicial. num. 114., dum-
modo tamen ipse minor, ita voluit, decla-
ravit, & ratificavit, *Baronius num.* 115., & si
111 non declaravit, non poterit ejus heres de-
functi voluntatem declarare, *Baronius num.*
119., sed vide *infra num.*
112 Sed quid dicendum, dum minor Curato-
rem non habebit? Et tunc clara est juris di-
spositio, ut non habeat legitimam standi in
judicio personam; itaut si comparuerit, &
cum ipso agitata fuerit causa, atque lis finita,
ipso jure erunt acta nulla, *l. Si præses 6. ver.*
neque enim Cod. quomodo, & quando; l. Cum
& minores Cod. si adv. rem judic., *l. Acta* 45.
§. contra ff. de re judic., *Narbona de ætate ann.*
25. *q.* 34. *num.* 3., *Tuschi lit. S. concl.* 148. *n.*
14., & 22., *Jovius Glos.* 22. §. 28. *num.* 40.,
113 aliique apud *Baronium effect. 1. circa judi-*
cial. num. 92., 107., *& seqq.*. Et tam in agen-
do, quam in respondendo, *l. In rebus 2. Cod.*
qui legitim. person., *Baronius num.* 92., & 113.,
114 eapropter adversus sententiam nulla indige-
bit in integrum restitutione, *Tuschi num.* 15.,
Jovius num. 41.
115 Hinc merito ait *Baldus cons.* 310. *num.* 4.
lib. 1., quem refert *Tuschi num.* 21., quod
minor ætas defendit a processu, sicuti inno-
centia defendit a pœna; eapropter minoris
ætatis exceptio ex parte minoris quandocum-
que apponi potest ad invalidandum processum.
Ex parte vero adversarii fieri potest ante
sententiam ad impediendum processum, ne
ulterius sine Curatore in causa procedatur;
Navarr. super prag. Reg. Neap. tit. de minor.
in rubr. coll. 1. *num.* 4., quem laudat *Baro-*
nius in prælud. circa judicial. num. 139.
116 Quod verum est, & procedit, etiamsi
minor fuerit conjugatus, & liberos habeat;
aut esset Prudens, atque Juris Doctor; quo-
niam tunc neque sine Curatore judicium va-
117 lebit, *Baronius num.* 97., *& seqq.*, etenim
ejus peritia fragilitatem non excludit, *Altima-*
ri de nullit. contr. tom. 6 *rubr.* 2. *q.* 1 *n.* 648.
118 Et si fuerit filiusfamilias, ultra Patris con-
sensum Curator ad litem erit etiam necessa-
rius, *Baronius num.* 100., *Riccius collect.* 843.
119 *ver. amplia* 4., etenim Patris auctoritas ju-
dicium non firmat, *Baronius num.* 101., *Ur-*
sillus ad Afflictum dec. 283. *num.* 11., *Carpa-*
nus in statut. mediolan. lib. 1. cap. 34. *n.* 13.,
Verum si Pater fuerit idoneus, & habilis, in
120 Curatorem dari poterit, *Baronius num.* 102.,
Carpan. num. 9., & 10., *& vide infr. num.*
121 Et dum Curatorem non habet, quamquam
sententia in sui favorem lata invalida sit, ipso
minore volente, & adprobante; attamen si an-
te talem adprobationem adversarius de nulli-
tate opposuit, nequit amplius minor suam

favorabilem sententiam in opponentis præ-
judicium adprobare . Acta enim facta ante
oppositionem nequit minor ratificare post
partis oppositionem ob Curatoris defectum ;
sicuti post adprobationem , & declarationem
a minore factam nihil valet oppositio , ex
eo quod minor non solum servatur indemnis,
sed etiam juvatur in rebus prospere gestis .
Hinc licet minor possit ratificare gesta sine
curatore, declarando se velle eis stare, non
tamen interim, quod declaret, desinunt ipsa acta
judicii esse nulla, prout sunt ipso jure tamen, ut
non solum minor, sed & quilibet alius, præ-
sertim cum ipso minore litigans nullitatem
prædictam allegare possit, plene *Baronius n.
120., & seqq., cum Virgilio de legitim. pers.
q. 1. post. cap. 2. num. 6., & seqq., Lara de
vita homin. cap. 28. num. 16., & seqq.*, & aliis.
122 Hinc est, quod adversarius petere poterit,
ut minor declaret, si velit, vel ne stare actis
judicii, *Baronius effect. 1. circa judicial. num.
128., & in num. 129.* laudat *Virgilium num. 39.*,
qui firmat, quod puberes, seu minores etiam
de se soli in judicio comparere possunt, eo
quod habent velle, & nolle ad ipsorum com-
modum ; nec leges prohibent ipsos posse in
judicio solos comparere, benevero improbant
processum, in quantum resultat in illorum
præjudicium, & faciunt sententias contra eos
nullas ; cum sibi computet adversarius, si per-
sonæ legitimationem non petiit ; eapropter
cauti esse Advocati debent ad personæ legi-
timationem opponendam, ne inde judicium
claudicare contingat, *Baronius num. 130., Scaccia de judic. lib. 1. cap. 2. num. 272.*
123 Ut igitur judicium cum minore validum
sit, curator ei dandus erit, aut generalis pro
patrimonio administrando, aut specialis ad li-
tem, quemadmodum rescripsit Imp. Con-
stantinus *in l. In universis 11. Cod. qui dar. tu-
tor.*, hinc merito Imp. Antoninus *in l. 1. Cod.
qui peter. tutor.* volenti agere consuluit, ut
minori de curatore provideat . Non tamen
erit necesse, ut specifice citetur minor ad
sibi curatorem petendum, ut parum recte
sensit *Riccius in prax. civ. tom. 4. p. 3. lib.
2. cap. 39. num. 7.*, sed sufficientissima erit
124 simplex minoris citatio, cum citatus intelli-
gatur, ut legitime compareat, scilicet cum
curatore, ut tradunt *Mandosa de ætate minor.
q. 10. num. 5., Tiraquellius de retract. lignag.
§ 1. Glos. 13. num. 18., Gratianus cap. 479. num.
29., & in dec. 73., ubi Scoppa num. 1., Gal-
luppus in prax. civ. p. 1. cap. 6. num. 47.*
125 Et ipse minor potest nominare, & sibi
eligere curatorem, quem vult, & sibi placet,
*Baronius effect. 1. circa judicial. num. 134.,
Altimari de nullit. judic. rubr. 11. q. 5. num.
140., Scoppa ad Gratianum in dec. 75. num.
15.*, atque ad ejus libitum revocare illum
126 potest, *Carpanus super statut. mediolan.
lib. 1. cap. 34. num. 52.*, ante tamen litem
127 contestatam, non vero postea, ut declarat
Virgilius de legitim. person. cap. 6. num. 15.;
128 *Baronius num. 135.*, nec cogi potest illum,
aut alterum acceptare, *Lara de vita homin.
cap. 24. num. 19., Jovius de solemnit. in con-
tract. minor. Glos. 22. §. 28. num. 44., Altima-
129 ri de nullit. contr. tom. 1. rubr. 1. q. 6. sect.
1. num. 14.*, sed quem nominabit, dandus erit,
*Baronius num. 85, Riccius in prax. civ. tom.
4. p. 3. lib. 2. cap. 39. num. 9.*, dummodo ta-
130 men capax erit, & idoneus, quia malæ
minoris electioni occurrere Judex debet . Ve-
rum si pater adesset, qui onus suscipere vel-
131 let, & tum etiam dissentiente filio præfe-
rendus erit, *Virgilius de legitim. person cap.
4. num. 87., Olea de cess. jur. tit. 2. q. 6. n. 36.,
Altimari num. 645.* De veritate tamen vide
infr. *num. 158., & seqq.*
132 Et in minoris electione erit aut curato-
rem ad litem, aut generalem petere, *Alti-
mari num. 662., Jovius num. 83, Scoppa ad
Gratianum num. 12., Verde lib. 1. instit. civ. n.
706.*, nisi talem curatorem generalem calu-
mniose petere velit, causa nempe differendi
133 judicium toto tempore confectionis inven-
tarii, ut tradunt *Scoppa num. 13., Verde n.
707.*, nam ut firmavimus supra *num. 39.* cu-
ratorem specialem ad litem non teneri ad
solemnitates adimplendas.
134 Sed quid dicendum in casu, quo minor
sibi curatorem eligere nolit ? Et tunc dupli-
cem modum compertum esse legimus . Pri-
mus est, ut instante parte detur curator a
Judice, per Tex. Imp. Antonini *in l. 1. Cod.
qui pet. tut., Altimari num. 643., Verde num.
710.*. Necesse est tamen, ut primum ei in-
jungatur mandatum ad eligendum curatorem
135 intra certum tempus, quo tandem transa-
cto, etiam ipso minore invito, & reluctante
dabitur a Judice, *Baronius effect. 1. circa ju-
dicial. num. 138., Paschalis de patr. potest. p.
3. cap. 9. num. 52., Afflictus in decis. 296.*,
& ita esse in Regno praxim subdit, *Baronius
num. 145., Vantius de nullit. quib. mod. null.
reper. posses. num. 86., Jovius Glos. 22. § 28.
num. 6., 43., & 79., Galluppus in prax. S.C.
p. 1. cap. 6. num. 48.*, cum quo curatore ele-
cto unasimul cum minore peragendum erit
judicium . Nec adversus minorem non com-
136 parentem ad sibi eligendum curatorem ad
litem, potest in contumaciam in causa pro-
cedi, etiamsi in citatione fuerit dictum, quod
in casu contumaciæ contra ipsum procede-
retur per affixionem citationis ad valvas
Palatii tamquam contra contumacem ; quo-
niam isthæc comminatio resolvitur in moni-
tionem ad legitime comparendum, cum mi-
nor tamquam contumax condemnari nequeat,
plene *Jovius num. 99., & seqq.*
137 Et quamquam regulariter curator detur
volenti, & petenti, non autem invito, ex
traditis per Ulp. *in l. Qui habent 3. §. si pu-
pillus 1. ff. de tutel.* Fallit tamen ob justam
causam, ex sententia ejusdem Ulp. *in l. De*

curat.

curatore 2. *§. quaeritur ff. de curat. bon. dand.*
Baronius num. 143., *&* 144., ubi subdit, quod
138 minor, si erit reus, cogitur invitus curato-
rem accipere, & tradunt *Caucerius var.* 3.
cap. 1. *num.* 251., *Iovius num.* 25., *&* 24., *Scop-*
pa ad Gratianum in dec. 75. *num.* 8., aliique
apud *Altimari de nullit. contr. tom.* 6. *rubr.* 2.
q. 1. *num.* 661. *in fine*; si vero erit actor, non
139 cogendus erit praecise, sed causative, qua-
tenus velit litem prosequi, *Baronius loc. cit.*,
Altimari num. 642. *ver. si minor*, *& num.* 652.,
consultum est tamen reo convento, ut in-
tentet remedium *l. Diffamari Cod. de ingen.*
& manum., & *leg. Si contendat ff. de fidejussor.*
140 ad faciendum declarare nullum jus in suis
bonis competere minori, aut ut Judex pronun-
ciet prout de jure, quemadmodum tradunt
Jovius num. 92., *Altimari de nullit. judic. rubr.*
31. *q.* 4. *num.* 199., verum *Riccius in prax. civ.*
tom. 4. *p.* 3. *lib.* 2. *cap.* 39. *num.* 10. *cum Musca-*
141 *tellio in prax. S. C. p.* 2. *Glos. intimato n.* 61.
firmat, quod etiam minor actor potest invi-
tus cogi ad litem prosequendam; etenim actor
qui agere coepit, potest ad prosequendum ju-
dicium cogi a reo, cui jus quaesitum est. Et
quatenus invitus, dandus ei erit curator in
142 contumaciam, ne judicium redderetur nul-
lum; alias si minori convento nequiret Judex
dare curatorem in casu, quo ipsemet minor
nollet sibi de eo provideri, sequeretur, mi-
norem, qui numquam sibi de curatore pro-
videret toto tempore suae minoris aetatis con-
veniri non posse, quod dici nequit, ut ait
Salic. in l. 1. *Cod. qui pet. tut.*, *Afflictus in*
dec. 256. *num.* 2., non enim in minoris pot-
estate esse debet, ut curatorem recusando,
143 non posset rite conveniri, neque condemna-
ri, *Jovius num.* 25., *Altimari num.* 132.
144 Secundus modus cogendi minorem ad si-
bi curatorem eligendum erit per captionem
pignorum, & etiam per carcerationem, aliaque
remedia, per ea, quae tradit Ulp. *in l. Ait*
praetor 6. *§. permittitur ff. de minor.*, & tra-
dunt *Altimari de nullit. contr. tom.* 6. *rubr.*
2. *q.* 1. *num.* 661. *ver. tamen*, *Riccius num.* 7.
145 Primum tamen modum esse meliorem pra-
xim vult *Scoppa ad Gratianum in dec.* 75.
num. 11., & ita in Regno observari testatur
Baronius effect. 1. *circa judicial. num.* 145.
146 Et dum Judex ex officio in contumaciam
eligit curatorem, tunc tali electioni standum
erit; nec poterit minor alium inde sibi eli-
gere, sicque duos habere. Nisi ante litem
contestatam, quoniam tunc minor poterit il-
147 lum revocare, & alium sibi eligere, *Jovius*
de solemnit. in contr. min. Glos. 22. *§.* 28. *n.* 6.
148 Et si minor curatorem sine solemnitati-
bus constitutum habebit, atque eos adimple-
re nollet, tunc ipso tamquam non existente,
debebit minor alterum ad litem nominare;
& in defectum dabit Judex, *Afflictus dec.* 256.
num. 3., *Gratianus dec.* 73. *num.* 17., *& dec.* 75.
ubi Scoppa num. 1., *& seqq.*, *Verde lib.* 1.

instit. civ. num. 721., *Galluppus in prax. S. C.*
p. 1. *cap.* 6. *num.* 43., *Riccius in prax. civ. tom.*
4. *p.* 3. *lib.* 2. *cap.* 39. *num.* 8., & vide supra *n.*
39., *& seqq*, & quamquam curatorem haben-
149 ti nequeat alius substitui, per sententiam
Celsi *in l. Curator ff. de tut. pet. cur.*, fallit
tamen ob justam causam; prout videas supra
num. 55.
150 Et ad lites simpliciter datus curator, ad
omnes lites datus videtur, *l. Qui habent* 2.
§. si pupillus ff. de tutel., *Virgilius de legitim.*
person. cap. 1. *num.* 90., *Baronius effect.* 1. *circa*
judicial. num. 86., aliique apud *Altimarem n.* 662.
151 Secus vero ad unam causam tantum, *Alti-*
mari loc. cit.
152 Et si coram Judice Ecclesiastico litem ha-
bebit laicus, illemet dabit curatorem, *Lara*
de vita homin. cap. 24. *num.* 57., *Baronius effect.*
1. *circa judicial. num.* 78., *Riccius in prax.*
civ. tom. 4. *p.* 3. *lib.* 2. *cap.* 39. *num.* 3., sicuti
econtra laicus Judex dabit curatorem ad li-
tem clerico minori coram se litiganti, *Ba-*
ronius num. 79., *Guttier. de tutel. p.* 3. *cap.* 1.
num. 24., *Galluppus in prax. p.* 1. *cap.* 6. *n.* 44.
153 dummodo super bonis temporalibus fuerit
lis mota, *Marta de jurisdict. p.* 4. *cent.* 2. *cas.*
100. *num.* 12., aliique apud *Baronium*, *& Al-*
timarem num. 657.
154 Verum tunc Judex, apud quem lis pendet,
curatorem dabit, quoties per minorem cu-
rator specialis ad certam litem motam peti-
tus fuerit. Secus vero si ad lites movendas,
quoniam tunc a Judice loci, in quo minor
domicilium habebit ratione originis, vel do-
micilii dandus erit, *Baronius num.* 659., *Al-*
timari num. 659.
155 Quaeres: an curator a Judice datus si mi-
norem non defendat acta, & sententia sint
nulla? Et communis resolutio est, quod aut
curator numquam in judicio comparuit, &
tunc judicium, & sententia minori non prae-
judicant; cum paria sint, defensionem non
habere, aut habere sed inutilem. Si vero
156 comparendo nihil in defensionem allegavit,
quia forsan pro minore nullae erant defen-
siones, & tunc valida erit sententia. Dum
autem in defensionibus defecit, quamquam
sententia valida sit, ex eo quod cum cura-
157 toris auctoritate fuerit judicium confectum,
nihilominus restitutionem habebit minor ad
omissam probationem proponendam, *Gallup-*
pus num. 49., *Riccius num.* 16., *Jovius de so-*
lemn. in contr. minor. Glos. 22. *§.* 28. *num.* 26.,
& seqq., *Scoppa ad Gratianum in dec.* 75. *n.*
17. *ad* 21., *De Luca ad eumdem Gratianum*
in disceptat. foren. cap. 734. *num.* 8.
158 Quid autem dicendum de minore filiofa-
milias pro peculio Castrensi, vel quasi; ad-
ventitio, & profectitio? Et quoad peculium
Castrense, vel quasi, certum est, eum cum
curatore in judicium venire debere; & si
patrem, qui curator esse velit, habebit, omni-
bus, invito etiam filio, erit praeferendus,

Altimari de nullit. contr. tom. 6. rubr. 2. q. 1. num. 645.
159 Respectu vero peculii adventitii distinguendum est, aut usufructus acquiritur patri, vel
ne; primo casu, quia patri actionis exercitium competit; ideo si filius agit, vel convenitur, nisi pater consentiat, nullum erit
judicium, eapropter utriusque consensus necessarius erit, & patris, & filii minoris, si
præsens fuerit, *Gratianus cap. 367. num. 52.*, *Salgadus labyr. credit. p. 1. cap. 27. num. 35.*,
nam alias actionis exercitium sine filii consensu in his bonis pater ipse non habebit,
160 Filio vero absente, ipsius consensus, aut citatio non erit necessaria, sed solus pater
agere poterit, *Olea de cess. jur. tit. 2. q. 6. num. 43.*, *Jovius Glos. 22. §. 27. num. 15. in fine*, *De Luca de judiciis disc. 12. num. 10.*,
Altimari num. 647. ver. si filius; nec ad li-
161 tem curator est necessarius, ubi patris auctoritas intervenit, *Afflictus dec. 180.*, *ubi Ursillus num. 4.*, *Olea num. 49. ver. sed hæc omnia*; ubi refellit contrarium sentientes,
dandum esse nempe curatorem ad litem ultra patris consensum, quorum opinionem
sibi displicere recte ait Olea; cum nullum pro ea habeat fundamentum.
162 Qui patris consensus si filio in judicio agenti non apparet præstitus, nequaquam
præsumitur, *Jovius num. 4.*, *Altimari de nullit.*
163 *rubr. 11. q. 7. num. 123.*, etiamsi pater ipse fuisset in loco præsens, *Jovius num. 5.*, immo
164 neque sufficeret tacitus consensus causatus ex præsentia patris in judicio, *Virgilius de legitim. pers. cap. 4. num. 120.*, *Jovius num. 20.*,
erit benevero sufficiens tacitus patris consen-
165 sus ex eo, quod advocatum instrueret; aut filium fidejubeat de se sistendo in judicio; vel
alias pro filio caveat; aut si filio consensit procuratorem constituenti ad illam causam,
plene *Jovius num. 27.*
166 Qui patris consensus adhuc per nuntium, & literas præstari poterit, *Jovius num. 10.*, &
in quacumque parte judicii valida erit præ-
167 statio, ut decisum testatur *Afflictus in dec. 180.*, non autem post sententiam, ut firmat
Ursillus in d. dec. Afflicti num. 4., verum *de Marinis in dec. 212.*, *& Revertor. sub num. 4.*,
168 contrarium decisum testantur, ut nempe etiam post sententiam patris consensus suppleri queat; nam quando aliquid est nullum
ratione consensus deficientis, convalidatur quocumque tempore ille consensus interveniat; præsertim si non fuerit limitatus intra
certum tempus, & sequitur *Jovius Glos. 22.*
169 *§. 28. num. 27.*, & a principio præstitus non oportet, ut in singulis actibus repetatur, &
reiteretur, *Jovius num. 11.*, *Altimari num. 109.*, *& 120.*
170 Et quamquam *Gratianus cap. 365. num. 5.* alii e apud *Jovium num. 13.* dicant, non
posse simpliciter citari patrem tamquam patrem, benevero tamquam legitimum administratorem, cum adventitiorum legitimus
administrator ipse pater sit, ex traditis per *Manticam de tacit. lib. 7. tit. 1. num. 3.*, *Menochium lib. 2. præs. 15. num. 15.*, & alios.
Nihilominus tamen firmat *Altimari n. 128.*, quem laudat *Jovius loc. cit.* sustineri judicium;
etiamsi qualitas ista legitimi administratoris expressa non fuerit, sed simpliciter fuerit
citatus tamquam pater. Immo tradit *Goto-*
171 *fredus in prax. tit. 2. num. 4.*, quod si tamquam pater, & legitimus administrator sui
filii pater ipse comparuerit tam in judicio, quam extra, & tunc solus absque filii consensu agere poterit, atque omnia acta valere, suoque filio nocere, & hanc opinionem
esse communem, atque in praxi receptam refert, post alios *Salgadus labyr. p. 1. cap. 27. num. 19.*, *& seqq.*, *Altimari de nullit. contr. tom. 6. rubr. 2. q. 1. num. 646. ver. sed pater*, *& de nullit. judic. rubr. 11. q. 28. n. 16.*,
quamvis non desint contrarium tenentes, quos tradit *Jovius Glos. 22. §. 27. num. 16.*, ubi
arduam hanc quæstionem nominat.
172 In secundo autem casu, quando nempe pater in adventitiis usumfructum non habebit,
& tunc vult *Revert. ad de Marinis in observ. 222. num. 7.*, *& 8.*, non posse patrem agere,
& conveniri, licet filium sub potestate habeat, sed ipsi filio dandus erit curator, alias
processus erit nullus. Et *Rulnus conf. 102. num. 1.*, *& 9. lib. 5.* tradit, quod ubi pater
usumfructum non habet, nequit agere, neque conveniri, nisi cum consensu filii, dummodo non fuerit infans, vel absens. Verum
173 ipsis relatis contrarium firmat *Jovius num. 17.* ut nempe pater agere, & conveniri possit,
atque procuratorem constituere, non expectato filii consensu, ipsumque defendere cujuscumque sit ætatis per Text. Imp. Constantini *in l. 1. Cod. de bon. matern.*, quod nullam admittere contradictionem sub.lit, quando
filius contradicendi causam non habet, & citat *Gratianum cap. 401. num. 33.*, *Postium, dec. Bonon. 9. num. 14.*, & alios.
174 Magis consona tamen mihi videtur sententia *Bossii de patr. pot. cap. 5. num. 91.*, *& seqq.*, quem laudat, & sequitur *Olea de cess. jur. tit. 2. q. 6. num. 49.*, *et seqq.* nempe
aut pater sponte dimisit usumfructum, non vero administrationem, & tunc quia erit legitimus administrator, ideo suum filium defendere, ac pro eo agere poterit, nec alter
ad litem curator dandus erit. Dum vero dimisit usumfructum, & administrationem, &
merito tunc filiofamilias minori curator dandus erit. In casu tamen, quo non ipse pa-
175 ter dimisit usumfructum, sed per legis, aut hominis dispositionem fuit inhibitus una cum
administratione, quia forsan prodigus erat, & tunc pariter dandus erit curator, neque
patris necessarius erit consensus, aut citatio. Quoties autem ususfructus simpliciter prohibitus fuit, non jam quod pater fuerit suspe-
ctus

ftus, & tunc ipso volente, pro administrato-
re dativo haberi poterit, & vide *Salgadum*
labyr. credit. p. 1. cap. 27. num. 34, hinc
176 recte subdit *Olea ver. id tamen agnosco*,
quod pater in adventitiis filii dicitur mixtus
procurator; nempe in rem suam ratione
ususfructus; & tamquam filii procurator ra-
tione proprietatis. Hinc deficiente in patre
agendi jure ob rationem ususfructus, retinet
nihilominus alteram potestatem ex capite le-
gitimi procuratoris, seu administratoris filii;
licet in subsidium poterit pro filio curator
admitti.

177 Quoad vero peculium profectitium attinet
dicendum est, quod a principio patris con-
sensus intervenire debet, qui una cum filio
citandus erit, nisi ipse pater filio suo actio-
num exercitium cessisset, ita *Jovius Glos. 22.
§. 27. num. 6.*, *Altimari de nullit. contr. tom.
6. rubr. 2. q. 1. num. 646.*, *et de nullit. judic.
rubr. 11. q. 7. num. 6.*

178 Et ubi pater consensit, ut filius stet in
judicio, non solum tunc valet judicium, sed
etiam ipse pater obligatur, atque contra eum-
dem exequi poterit, *Virgilius de legitim. per-
son. cap. 4 in fine*, *Altimari num. 7.*, *Jovius
num. 7.*

179 Quid autem dicendum, si pater adhuc
minor fuerit? Et tunc quia talis pater ex de-
fectu ætatis consentire nequit, ut filius agat,
eapropter erit judicium cum patris curatore
constituendum, *Ubert. de citat. tom. 3. cap.
14. num. 306.*, *Jovius num. 22.*, *Olea de cess.
jur. tit. 2. q. 6. num. 49.*

180 Et ubi pater consentire nolit, Judicis of-
ficio ad consentiendum cogi poterit, *Sabel-
181 lius §. filiatio num. 96.*, *ver. et ubi pater*,
Jovius num. 23., & si semper erit irrationa-
182 biliter invitus, Judicis auctoritas supplebit.
Cui patris consensui præstando filius renun-
183 ciare nequit, *Jovius num. 24.*, ubi citat *Gal-
lerat. de renunciat. cent. 2. renunc. 133. num. 4.*

184 Quamplures vero sunt casus, in quibus
judicium sine patris consensu validus erit; &
alii, in queis curatoris auctoritas nequaquam
requiritur, ut videbis *num. 184.*, primos ca-
sus usque ad 25. exponit *Jovius Glos. 22. §. 28.
num. 25.*, *et seqq.*, & sunt: 1. Si sententia
feratur ad filii favorem; tunc enim defectus
consensus patris non obstat, & sententia va-
lida erit; nisi pars opposuisset comparere le-
gitime, aliàs de nullitate protestaretur. 2. Si
filius fuerit major, & emancipatus. 3. Si pa-
tris consensus etiam post sententiam inter-
cesserit. 4. Quando essemus in negotiis, in
quibus de plano, & sine strepitu, & figura
judicii ageretur. 5. Si ageretur de executio-
ne rei judicatæ obtentæ vigore judicii facti
cum consensu patris. 6. In judiciis manuten-
tionis. 7. Si filius esset clericus, & de cau-
sis beneficialibus ageretur. 8. In Castrensibus,
vel quasi. 9. Quando filius peteret a tertio
alimenta sibi relicta. 10. Quando filius age-
ret ad consequendam donationem propter
nuptias sibi factam pro matrimonio contracto.
11. Quando pater consensit in constitutione
Procuratoris facta a filio ad litem agendam.
12. In causa reconventionis, quando pater
in causa principali consensit. 13. Quando fi-
lius litigaret cum ipso patre; & si erit minor
filius, dandus ei erit curator. 14. Si pater
esset Judæus, vel hæreticus, & filius Chri-
stianus. 15. Quando filia repeteret dotem
adventitiam ab heredibus defuncti viri, quo-
niam tunc sola filia agit, nec patri competit
actio. 16. In gradu appellationis, quando
pater in prima instantia consensit. 17. Quan-
do filius seorsim habitaret a patre, itaut pu-
blice sui juris censeretur, etiamsi ageretur de
profectitiis; sola tamen separata habitatio
non erit sufficiens, nisi etiam publice pro pa-
trefamilias haberetur. 18. Quando filius erit
mercator, & de re mercantili ageretur. 19.
Quando filius esset major, & ageret co-
ram Principe pro impetratione veniæ. 20.
Quando ageret procuratorio nomine; de quo
vide inferius. 21. In causis criminalibus, tam
in accusando, quam in defendendo. 22. Quan-
do minor se jurasset majorem. 23. In casi-
bus, in quibus filio competeret actio in fa-
ctum, ut in injuria, deposito, & commoda-
to. 24. Si pater esset absens, nec facile ejus
consensus haberi posset, & ad sustinendum
judicium patris præsentia præsumitur. 25.
Quando patri ususfructus non quæritur.

185 Quoad vero vicesimum casum aliter dicen-
dum erit, si filius fuerit 25. annorum, nam
tunc per sententiam Ulp. *in l. Minor ff. de
procurator.* nequit procurator esse, & pro-
cessus erit ipso jure nullus, & tradunt *Ber-
sanus de pupill. cap. 1. q. 4. num. 18.*, *Baronius
effect. 1. circa judicialia num. 10.*, *Altimari
de nullit. contr. tom. 6. rubr. 2. q. 1. num. 622.
ver. nec potest.* Immo neque Judex cum ex-
186 presso consensu adversarii ipsum minorem
habilitare poterit, ut sit alterius in judicio
procurator, nam contra jus faceret, *Golinus
de procurator. p. 1. c. 4. num. 16.*, *Altimari
ver. quæ conclusio.*

187 Casus vero, in quibus curatoris auctoritas
necessaria haud erit, sunt, nempe in causa
matrimoniali, voti, adulterii, alimentorum,
recuperandæ possessionis, obtinendi veniam
ætatis, in causis spiritualibus, & in actibus
omnibus, qui ante litis contestationem fiunt,
de quibus plene *Altimari de nullit. contr. tom.
6. rubr. 2. q. 1. num. 619. ver. minor potest.*, *&
num. 626.*, item in possessorio judicio, si pro-
188 prietatis causa non fuerit unita, ut tradunt
Lara de vita homin. cap. 24. num. 58., *Bersa-
nus cap. 3. q. 4.*, *Jovius de solemnit. in contr.
minor. Glos. 16. §. 7. num. 224.*, *& §. 9. num.
46.*, aliique apud *Altimarem num. 625.*, *&
707.*, tam si fuerit actor, quam reus, *Alti-
mari num. 708.*, item pro defensione patris,
189 aut matris, per Tex. Imp. Alex. *in l. Exi-
gen-*

gendi 12. *Cod. de procurator. Addit. ad Mu-*
scatellium in prax. S. C. Glos. intimato p. 2.,
Riccius in prax. civ. tom. 4. *p.* 3. *lib.* 2. *cap.* 39.
num. 9. *ver. primo quando*; neque ideo resti-
tutionem habebit, *Bersanus cap.* 3. *q.* 8. *num.*
4. 6., *&* 7., *Altimari num.* 649., item si ju-
rasset non venire contra processum, nisi pars
190 instaret de curatore provideri, quoniam
tunc dandus erit, *Riccius num.* 9. *ver. secund.*
Prout & idem erit si procuratorem ad lites
cum juramento constituit, nam cum tali pro-
curatore absque alio curatore recte procedi
potest, nisi pars opponeret, ut litis curator
detur, qui penitus dandus tunc erit, *Riccius*
loc. cit., *Galluppus in prax. civ. p.* 1. *cap.* 6.
191 *num.* 45., *Scoppa ad Gratianum in dec.* 75.
num. 4., *&* 5., aut si ipse procurator pro cu-
ratore instaret, quoniam tunc adhuc curator
dandus erit, alias acta erunt nulla, *Scoppa*
192 *num.* 7., *Verde lib.* 1. *instit. civ. num.* 721.,
item valide erit in judicio minor ad aliquem
exculpandum, seu excusandum, ut docet *Do-*
minus Genitor in prax. civ. cap. 3. *num.* 86.
193 Nota tandem adesse remedium ad sanan-
dum processum nulliter cum pupillo, aut
minore indefenso fabricatum, ut nempe in-
stante parte detur curator, cui totus proces-
sus unico contextu intimetur ad finem, si ve-
lit, restituendi ad ponendum, & probandum
quicquid sibi expedierit. Qui tutor, vel cu-
rator omnia acta epilogando a libelli oblatio-
ne, causam in statu, & in terminis reassu-
mat. Cujus remedii antesignanus fuit *Afflictus*
in dec. 262. *num.* 8., & sequuti sunt *Afnius in*
prax. p. 2. *cap.* 16. *num.* 4., *Muscatellius in*
prax. S. C. p. 2. *Glos. intimato num.* 54., *Al-*
timari de nullit. contr. tom. 6. *rubr.* 2. *q.* 1.
num. 642. *ver. sic etiam, et num.* 670., *Riccius*
in prax. civ. tom. 4. *p.* 3. *lib.* 2. *cap.* 39. *num.* 21.,
Dominus Genitor in prax. civ. cap. 9. *num.* 38.
194 Quemadmodum & sanarentur omnia acta
nulla propter terminos substantiales omissos,
aut male servatos cum quavis persona, dum
fieret unica citatio ad sententiam cum notifi-
catione omnium actorum nulliter factorum,
Riccius loc. cit., *Dominus Genitor num.* 38.
Pars igitur, quæ cum pupillo, aut minore
nulliter judicium egit ita comparere poterit.
195 " Nella Corte . . . comparisce N., e di-
" ce, come nella causa, che verte in essa Cor-
" te con N. ave saputo, che il medesimo sia
" pupillo, motivo per cui sono nulli tutti gli
" atti collo stesso fabricati senza la difesa del
" legitimo tutore; di cui premendo al Com-
" parente, che fosse detto pupillo provveduto,
" non solo per proseguire validamente un tal
" giudizio, quanto per render validi ancora
" tutti gli atti fin' ora fabricati a tenore del
" remedio da Dottori in tali casi inventato,
" ricorre perciò in essa Corte, e formalmente
" fa istanza, che sia provveduto il menzionato
" N. pupillo del suo legitimo tutore, a cui
" indi si notificassero tutti gli atti fabricati, affi-
" ne di poter contra quelli ponere, e provare
" tutto ciocchè sembrerà opportuno, ed espe-
" diente per la giusta difesa; ed in seguela de-
" venirsi alla spedizione del presente giudizio,
" *omni modo meliori &c.*
In cujus calce debet fieri sequens decretum.
Per Curiam . . . provisum, & decretum est,
quod N. pupillus in biduo nominet, & eligat
sibi curatorem pro causa in præsenti compari-
tione expressa alias &c. Et ita &c.
196 Quo curatore per pupillum nominato, cum
eodem erit in causa procedendum; alias in
contumaciam dabit Judex eo modo, quo di-
ctum est supra *num.* 60., *et seqq.*
Postquam igitur de curatoro ad lites fuit per
Judicem pupillo provisum, sequens mandatum
expediendum erit.

EX PROVISIONE &c.

197 SErvientibus nostræ Curiæ &c. significa-
mus, qualiter mensibus elapsis conven-
tus fuit N. in hac Curia per N. pro causa, ut
ex actis, & deventum fuit usque ad sententiæ
monitionem inclusive. Hoc in statu cogno-
vit dictus N., quod effatus N. sit pupillus, per
quod omnia acta contra ipsum tamquam in-
defensum fabricata sunt nulla, & invalida;
eapropter institit, ut provideretur de cura-
tore ad litem, exindeque eidem notificari
omnia acta ad finem ponendi, & probandi
quicquid pro effato pupillo magis videbitur
expediens. Sed quia per ipsum N. pupillum
nominatus fuit in curatorem, aut per Curiam
fuit in contumaciam datus S., iccirco vobis
dicimus, committimus, & mandamus, ut quis
vestrum fuerit requisitus intimet, & notificet
prædicto N. pupillo, & S. Curatori omnia
acta, & processus causæ vertentis inter ipsum
pupillum, & M. a libelli oblatione usque ad
sententiæ monitionem expeditam sub die . . .
ad hoc ut acta ipsa epilogent; & si se læsos
agnoverint, ipsos restituimus, & restitui man-
damus; quapropter in biduo post &c. com-
pareant ad dicendum; ponendum, & proban-
dum quicquid &c. Alias in eodem termino,
& deinde in antea cum continuatione com-
pareant coram nobis in hac Curia ad audien-
dum tenorem definitivi decreti in prædicta
causa proferendi, ipsis amplius non citatis,
neque monitis, quoniam &c. Et ita &c. Dan-
tes &c. Datum . . .
198 Postquam igitur curator omnia acta epilo-
gavit, atque læsum adinvenit pupillum, resti-
tutionis beneficio mediante causam ad pristi-
num reducet, ponendo, & probando quicquid
magis expediens videbitur. Nulla vero læsio-
ne existente, causam in eo statu, quo eadem
reperitur, assumat.

CAP.

C A P. II.

De electione Fori.

S U M M A R I U M.

Pupillos Deus tuetur; num. 1.
Pupillus fori privilegium habet, num. 2.
Pupillus forum eligens partis adversæ perhorrescentiam jurare debet, num. 3., et 4.
Tutor pro pupillo jurat, num. 5.
Fori electio nulla est juramento deficiente, n. 6.
Juramentum in quacumque judicii parte suppleri potest, num. 7.
Et quid privilegii causa non existente? num. 8., & seqq.
Fori electio formiter facta semper durat, etiam post status mutationem, num. 11., & seqq.
Fori electio in quacumque judicii parte fieri potest, num 14., & seqq.
Fori electio tam in civilibus, quam in criminalibus causis fieri potest, num. 18., & seqq.
Juramentum quomodo præstandum erit, num. 22., & seqq.
An adversus juramentum contraria probatio admitti possit, num. 25., & seqq.
Facta fori electione ligatæ sunt manus Judicis etiam ante inhibitionem, num. 27.
Judex declinatus an possit terminum declinanti forum præfigere ad comparendum coram Judice electo, num. 28., & 29.
Judex declinatus an possit cognoscere super viribus declinatoriæ fori, num. 30.
Fori electio ad Regia Tribunalia fieri debet, n. 31.
Fori electio fieri nequit ad Judices ad certum causarum genus destinatos, num. 32.
Fori electioni per privilegiatam personam renunciari nequit, num. 33.
Fori electio per contumaciam non amittitur, n. 34., neque per clausulas amplissimas, num. 35. & seqq.
Fori electio tam actori, quam reo privilegiato competit, num. 41.
Fori electio per pupillum facta omnibus litis consortibus prodest, num. 42., & 43.
Pupillus ut fori electione gaudeat extra patriam potestatem esse debet, num. 44., & seqq.
Pupillus conventus ut heres patris ante litem ab eo cœptam an frui possit privilegio sui fori, num. 57., & seqq.
Pupillus an in juribus a non privilegiato cessis forum declinare possit, num. 66, & seqq.
Fori privilegium an minori etiam competat, num. 74, & seqq.
Mulier major privilegium habet sui viri pupilli, num. 86., & seqq.
Pupillus multis in casibus fori electione non gaudet, num. 93., & seqq.
Praxis, num. 123., & seqq.

1 Pupillos manu Dei tueri legimus in *Exod. cap. 22.* in illis verbis: *Pupillis non nocebitis: si læseritis eos, vociferabuntur ad me, & ego audiam clamorem eorum, & indignabitur furor meus, percutiamque vos gladio, & erunt filii vestri pupilli.* Hinc recte ait *De Rosa in prax. civ. decret. cap. 2. n. 1.* mirum non esse, si nostræ leges justitiæ cultrices in ipsorum commodum nonnulla singularia præscripsere.

2 Imperator igitur Constantinus *in l. Unica Cod, quando Imp. int. pup., & vid.* fragili, imbecillique eorum statu motus Imperialem edicit sanctionem, qua statuit, ut si contra pupillos, viduas, vel diuturno morbo fatigatos, vel debiles lis aliqua, seu controversia moveatur, extra proprium domicilium ab eorum adversariis nequaquam protrahi queunt; ipsis vero pupillis licitum erit suos adversarios, si eorumdem potentiam perhorrescerent, ad Principis judicium trahere. Verba legis sunt sequentia: *Si contra pupillos, viduas, vel diuturno morbo fatigatos, vel debiles impetratum fuerit lenitatis nostræ judicium, memorati a nullo nostrorum judicum compellantur comitatui nostro sui copiam facere; quinimmo intra Provinciam, in qua litigator, & testes, vel instrumenta sunt, experiantur jurgandi fortunam, atque omnis cautela servatur, ne terminos Provinciarum suarum cogantur excedere. Quod si pupillæ, vel viduæ, aliique fortunæ injuria miserabiles judicium nostræ serenitatis oraverint, præsertim cum alicujus potentiam perhorrescunt, cogantur eorum adversarii examini nostro sui copiam facere.*

3 Cui Textus dispositioni successit Ritus M. C. V. 228. incip. *item quod nullus privilegiatus*. Pariterque Constit. Regni incip. *Statuimus*, ut M. C., & tandem Cap. Regni 205. incip. *nulla legis Sanctio*, & forum eligentibus subjunxerunt, ut partis adverse perhorrescentiam juramento exponant, quod, & in S. C. decisum testatur *De Franchis in dec. 257.*, & communiter DD. tradunt.

4 Quod juramentum hodie est solemnitas essentialis in nostro Regno adjecta, ut testantur *Meolious cent. 1. controv. 86. num. 7., ubi Scoppa num. 14., De Luca ad Franchis loc. cit. num. 1., De Rosa in prax. civ. p. 1. in 1. inst. cap. 9. num. 43., Reccius in prax. civ. tom. 4. p. 3. lib. 2. cap. 31. num. 8., Dominus Genitor in prax. civ. cap. 16. num. 13., ubi meus Germanus additionator in cap. 9. num. 440.*

5 Et pro pupillo juramentum præstat tutor. *Ammend. ad Franchis loc. cit. num. 5., De Caro*

Caro ad Riccium num. 1., etiamsi pupillus
fuerit clericus, *De Caro num.* 2.
6 Deficiente tamen juramento, nulla, & in-
valida erit fori electio, *De Franchis loc. cit.*
Merlinus num. 14., *ubi Scoppa num.* 13., *Sar-*
nus in prax. crim. cap. 5. *num.* 14., *ver. sexto,*
ubi idem Scoppa num. 7., sed suppleri pote-
rit in quacumque judicii parte, etiam post
7 sententiam, & in secunda instantia. Hinc si
simpliciter facta fuerit electio, parte oppo-
nente, poterit juramentum valide suppleri
in ea parte, qua judicium reperitur, & omnia
acta præcedentia firma evadent, & valida,
8 *Riccius in collectan. decis.* 2306. *in fine*. Dum-
modo eadem privilegii causa adhuc perdura-
bit, ut nempe tempore præstationis juramen-
ti sit pariter pupillus, aut vidua; alias jura-
mentum suppleri non poterit, sed causa de-
beret remitti, prout remissa fuit, teste *De*
Franchis in dec. 257., *De Marinis tom.* 4. *al-*
leg. 95., *De Luca ad eumdem ver.* 2. *cap.* 243.
num. 3., *Merlin. cent.* 1. *contr.* 86. *num.* 14.,
& 15., *ubi Scoppa num.* 14., *& ad Sarnum*
num. 8., *Paschal. de patr. potest. p.* 2. *cap.* 2.
num. 91., *et vide Riccium in prax. civ. tom.* 4.
p. 3. *lib.* 2. *cap.* 31. *num.* 8. *in fine*.
9 Verum nota, quod *Alexius in dicta alleg.*
95. *De Marinis* postquam fuse, doctoque ca-
lamo quæstionem istam degustavit, tandem
firmavit conclusionem prædictam procedere,
quoties pupillus major effectus afferret so-
lummodo velle se probare per juramentum
perhorrescere adversarii potentiam; quoniam
tunc certum erit, ut amplius juramentum
præstari, supplerique nequeat, cum extrema
non sint habilia; quia post status mutationem
cessat miserationis qualitas, & consequenter
10 ejus privilegium. Diversum vero erit, si pu-
pillus major effectus perhorrescentiam poten-
tiæ partis adversæ aliis extrinsecis probatio-
nibus, quam per juramentum probare vellet,
nam tunc, mutatione status non obstante,
ad tales extrinsecas probationes admittendus
quidem erit; ex quibus, plene constita per-
horrescentia, firma manebit fori electio an-
tea peracta, ut late probat *Alexius loc. cit.*,
quem laudat, & sequitur *meus Germanus in*
addit. ad prax. civ. Domini Genitoris cap. 2.
num. 465.
11 Formiter tamen in tempore suo facta fori
electione, non obstat inde supervenientia
mutationis status, sed fori facta electio sem-
per durat, & numquam expirat, *Thesaurus*
dec. 177. *num.* 4., verum *De Marinis var.* 2.
cap. 243. distinguit in causa criminali, & ci-
12 vili, ut primo in casu duret electio, quia
tractatur de jure, quod Fisco causatus ex
querela proposita a privilegiato, qui si de
medio tolleretur propter status mutationem
remanebit nihilominus Fiscus, tamquam legi-
tima persona, ad instantiam prosequendam.
In secundo casu iterum distinguit, aut status
mutatio supervenit ante, vel post litis con-
testationem, primo casu invalidabitur fori
electio, atque audiendus erit reus conventus,
aut Baro super petita causæ remissione ad
forum ordinarium. In secundo autem casu
secus erit; cum litis contestationis effectus
sit, ut per ipsam Judici, coram quo fuit reus
conventus, & actori obligatus, subjiciatur:
Quod dici nequit in primo casu, quoniam
ante litis contestationem non datur lis. Sic-
que status re integra mutaretur, Nihilomi-
nus tamen Thesauri opinio magis communis
13 est, & in Foro recepta, ut nempe sive cau-
sa sit civilis, sive criminalis; sive lis sit con-
testata, sive non, dummodo sit incœpta, ne-
quaquam fori electio formiter facta amitta-
tur per status mutationem, ut tradunt *Car-*
leval. de judic. cap. 2. *num.* 618., *De Luca ad*
De Marinis num. 2., *& ad Franchis in dec.*
257. *num.* 2., *Alexius ad eumdem de Marinis*
tom. 4. *alleg.* 95. *num.* 7., *Riccius in prax.*
civ. tom. 4. *p.* 3. *lib.* 2. *num.* 4.
14 Ex dictis infertur primo, fori electionem
in quacumque judicii parte fieri posse, *Na-*
varius de elect. for. tom. 1. *sect.* 1. *quæst.* 15.,
Baronius effect. 41. *circa judicial. num.* 29.,
De Luca ad Franchis in dec. 102. *num.* 5.,
Addit. ad Sanfelicium in dec. 358. *ver. hæc fori*,
aliique apud meum germanum *Blasium Ri-*
cucci in addit. ad prax. civ. Domini Genito-
ris cap. 2. *num.* 43. Nec obstat regula Textus
in l. Ubi cœptum ff. de judiciis, cum eadem
in casu electionis fori non militet, ut tra-
15 dunt *Cancerius var.* 2. *cap.* 2. *num.* 27., *The-*
saurus in dec. 177. *num.* 6., aliique apud *Ber-*
sanum de pupillis cap. 1. *q.* 14. *num.* 3., &
fieri potest etiam post sententiam cujus exe-
16 cutio penitus impeditur, quia per fori ele-
ctionem fit fori declinatoria, quæ Judicis a
quo jurisdictionem adimit, *Muscatellius in*
prax. S. C. p. 2. *Glos. competentes num.* 14.
De Marinis var. 2. *cap.* 47. *num.* 24., *Ursil-*
lus ad Afflictum in dec. 354. *num.* 4., *Nicoli-*
nus in prax. civ. num. 381., *Scoppa ad Sar-*
num in prax. crim. cap. 5. *num.* 16., *Altimar.*
17 *de nullit. contr. tom.* 6. *rubr.* 2. *q.* 1. *sect.* 1.
num. 747. *ver. competit*; & tam in prima
quam in secunda instantia, *Cancerius loc. cit.*,
Thesaurus num. 8., *Bersanus num.* 4.
18 Infertur secundo fori electionem vindicare
tam in civilibus, quam in criminalibus caussis,
quemadmodum & statutum reperitur in constit.
Statuimus & in Cap. Regni *quod decretum*,
& in Ritibus M. C. V. 228. 229., & 233.,
& tradunt *Sabellius §. persona num.* 9. *Riccius*
collect. decis. 2307., *Follerius in prax. crim.*
ver. audiantur excusatores num. 97., *Bersanus*
de pupillis cap. 1. *q.* 14. *num.* 5., hac tamen
differentia, quod in civilibus Procurator de-
19 clinat, & juramentum præstat, ut tradunt
Riccius collect. decis. 3797., *Muscatellius in*
prax. S. C. p. 2. *Glos. competentes*, *num.* 73.,
meus Germanus in addit. ad praxim civ. Do-
mini Genitoris cap. 2. *num.* 439., *&* 441., &
suffi-

sufficeret ut erit procurator generalis cum
20 libera; immo procurator constitutus ad forum eligendum, nulla facta de jurando partis perhorrescentiam mentione, etiam tale juramentum præstare poterit, *Trentacinque var. resol. 2. cap. 2. num. 14.*, aliique apud *Riccium in prax. civ. tom. 4. p. 3. lib. 2. cap. 31. num. 7. ver. & quod*, in criminalibus vero per-
21 sonaliter comparere debebit inquisitus, nisi in aliquo loco sub vinculis reperiretur, ut tradunt *Riccius loc. cit.*, *ubi De Caro n. 5.*, *meus Germanus num. 437.*, & hæc distinctio adinventa fuit pro concordanda opinione *Afflicti, & Caravitæ*. Etenim per Ritum M.C. 230. diffinitum reperitur, non gaudere miserabilem privilegio, nisi personaliter comparuerit. Hinc *Caravita super dicto Ritu n. 3.*, *& in Ritu 269. num. 2.* ait dispositionem præfati Ritus 230. esse in viridi observantia. E converso autem *Afflictus in Constit. Statuimus num. 26.* testatur, enunciatum Ritum non servari; eapropter discordantes istas opiniones Doctores nostri enunciata distinctione concordarunt.

22 Sed an juramentum de perhorrescendo partis adversæ potentiam sufficiens erit, ut in comparitione allegetur sub istis verbis, *jurando perhorrescere potentiam adversarii*, an revera coram Judice cum effectu præstandum erit? Difficultas ex eo pendet, quod in laudata Constit. *Statuimus* legitur *Sacramento corporaliter præstito*; ex quibus verbis motus *Petra in Ritu 233.* ait, tale juramentum cum effectu fore præstandum, & favet *De Franchis in dec. 257. num. 4., & 5.*

23 De contraria observantia testatur *Muscatellius in prax. S. C. p. 2. Glos. competentes in addit. lit. H.*, suisque temporibus semper practicatum vidit in libello dici, *jurando perhorrescere*.

24 Sed *Riccius in dicto cap. 31. num. 8.* utramque opinionem veram dicit; sicque prima vera sit in casu, quo pars, aut Judex opposuerit penes acta juramentum præstari debere, cum pluries in superiorum provisionibus mandari vidit, *præstito prius perhorrescentiæ juramento penes acta*; & ita passim servari inquit. Secunda vero locum suum vindicabit, nulla data per partem, aut per Judicem oppositione.

25 Quærunt necnon Doctores, si adversus hoc perhorrescentiæ juramentum poterit per adversarium contraria probatio admitti? Affirmat *Capella Tholos. in dec. 237.*, atque dari terminum tradit *Niger in cap. Regni quod decretum num. 12.*, & sequuntur *De Franchis in dec. 257. num. 6.*, *Muscatellius in prax. S.C. p. 2. Glos. competentes in addit. lit. H.*, aliique apud *Alexium ad De Marinis tom. 4. alleg. 95. num. 8.*

26 Contrarium tamen verius docent *Afflictus in Constit. Statuimus num. 7.*, *Follerius ibidem num. 119.*, *Trentacinque de citatione resol. 2. num. 14.*, *Borellus in summa decis. tom. 1. tit. de juram. perhorrescent. num. 43.*, *Thorus decisum testans in compend. decis. p. 1. ver. terminus*; *Riccius in prax. civ. tom. 4. p. 3. lib. 3. cap. 31. num. 9.*, *meus Germanus in addit. ad prax. civ. Domini Genitoris cap. 2. num. 442.*, ea ex ratione, quia timor, suspicio, aut diffidentia, quam de Judice quis habet, in animo quidem consistit, & solummodo per ipsius partis juramentum probari potest, cum non semper partis potentia timeatur, benevero antipathia Judicis, quæ extrinsecis probationibus probari nequit.

27 Facta igitur formiter per pupillum fori electione, illico manus Judicis declinati ligatæ sunt, etiam ante Judicis electi inhibitionem; & quicquid factum fuerit, pro attentato habetur, ut decisum testatur *De Franchis in dec. 294.*, *ubi Addentes*, *Maradei in prax. proces. exeq. cap. 15. num. 53.*, *Addit. ad Sanfelicem in dec. 358. ver. & statim*, *Galluppus in prax. civ. p. 2. cap. 6. num. 57.*, *Sarnus in prax. crim. cap. 5. num. 12.*, *Baronius effect. 41. circa judicial. num. 20.*, *Sabellius §. persona num. 11. ver. quod facta*, *De Luca ad De Marinis var. 2. cap. 243. num. 4.*, *Altimari de nullit. contr. tom. 6. rubr. 2. q. 1. sect. 1. num. 747. ver. & electione*.

28 Sed an saltem Judex declinatus terminum parti forum declinanti ad comparendum coram Judice electo, & variato pro causæ diffinitione præfigere valeat? Utramque opinionem vide penes *Riccium in prax. civ. tom. 4. p. 3. lib. 2. cap. 31. num. 12.*, opinioni tamen affirmativæ vires inde dedit *prag. 10. de offic. Judic.*, quæ expressim statuit posse judicem parti declinanti terminum prædictum præfigere. Et quamquam de variatione Regiæ Audientiæ ad M. C. loqui videatur, attamen ex vi comprehensionis, & rationis identitate de omnibus judicibus procedit, ne causæ retardentur, atque calumniæ foveantur. Dummodo tamen per Judicem electum expeditæ non fuerint inhibitoriales, & Judici declina-
29 to præsentatæ. Nam ipsis præsentatis, tunc ad electum Judicem pro statuendo termino parti declinanti pro actorum transmissione recurrendum erit, *Riccius loc. cit.*, *meus Germanus dicto cap. 2. num. 433.*

30 Cum eadem distinctione firmat *Riccius n. 13.* in casu cognitionis super viribus declinatoriæ fori, ut si nempe oppositum fuit, pupillum non esse talem, & tunc ante inhibitionem cognoscit Judex declinatus; post vero inhibitionem Judex electus.

31 Hæc autem fori electio nequaquam ad Judices inferiores, nempe secundarum, & tertiarum causarum fieri potest, benevero ad Regia Tribunalia; alias facta electio nulla erit, utpote in Judicem incompetentem; ideoque ea non obstante Judex declinatus valide in causa procedere poterit, *Sabellius §. persona num. 9. ver. de prædictis*; *addit. ad Sanfeli-* cem

eam. in dec. 358. ver. & debet; *Maradei filius in sing. 396. num. 6.*, *Riccius num. 20.*, *meus Germanus num. 428. post Dominum Genitorem in cap. 16. num. 131. ver. dixi*.

32 Prout neque fieri potest ad Judices ad certum causarum genus destinatos, *Riccius loc. cit.*, *meus Germanus num. 430.*

33 Huic fori electioni utpote toto miserabilium cœtui concessæ nequaquam potest per aliquam privilegiatam personam renunciari; & quævis expressa renunciatio nulla erit, *Cancerius var. 2. cap. 2. num. 30.*, *Baronius effect. 41. circa judicial. num. 12.*, *De Faria ad Covarruvias pract. quæst. cap. 6. num. 22.*, *Bersanus de pupillis cap. 1. q. 14. num. 14.*, *De Franchis in dec. 100. num. 21.*, *& in dec. 192. num. 7.*, *Altimari de nullit. contr. tom. 6. rubr. 2. q. 1. sect. 1. num. 747.*, *ver. & pupillus*; etenim hoc privilegium, magis dantis causa concessum videtur, quam ei, cui datur; pariterque quia talis renunciatio Imperatoris misericordiam tolleret, *Bersanus num. 15.*, *post Velasc. de privileg. miserab. person. p. 2. q. 3. num. 27.*

34 Neque per contumaciam amittitur, quia pro tacita renunciatione habetur, *Carneval. de judic. lib. 1. tit. 1 disp. 2. q. 6. sect. 7. num. 600.*, *Baronius effect. 1. circa judicial. num. 34.*, *De Luca ad Franchis in dec. 553.*

36 *num. 4.*, *ver. advertendum*, *Altimari ver. competit*; necminus per Principis rescriptum cum clausula, *quacumque lege in contrarium disponente non obstante*, *vel non obstantibus privilegiis*, *Carleval. num. 577.*, aliique apud *Altimarem ver. huic privilegio*; immo neque si contineret quantocumque amplissimas, &

36 prægnantes clausulas derogatorias quorumcumque privilegiorum, *Salgadus labyr. credit. p. 1. cap. 7. num. 48.*, ut si diceretur, *non obstante quacumque privilegio*, de quo specialem mentionem fieri oportet de verbo ad verbum; nam nisi de pupillis, viduis, aut aliis miserabilibus personis expressa, & individua mentio facta fuerit, nullum præjudicium ipsis inferretur; *Baronius effect. 41. circa judicial. num. 16.*, *Thesaurus in dec. 177. num. 9.*, *De Franchis in dec. 181. num. 8.*, *& in dec. 192. num. 3.*, *Afflictus in constit. Statuimus num. 15.*, ubi ita judicatum refert.

37 Sufficeret tamen dici, non *obstante quod sint miserabiles*, *Gratianus cap. 182. num. 12.*, *Menochius de præsumpt. lib. 6. præs. 40. n. 6.*, nam licet in specie de derogatione non appareat, neque de pupillis, aut viduis ali-

38 qua individua mentio facta fuerit, attamen idem erit apponi clausulam, non *obstante l. unica*, aut non obstante *quod sint miserabiles*, ut expresse decisum testatur *De Franchis in dec. 187.*, ubi Addentes, & refert *Cancerius var. 2. cap. 2. num. 25.*

39 Omnia tamen prædicta in casu dubio procedunt; quoties enim de Principis mente constaret, & tunc quæcumque generales clausulæ sufficerent, *Baronius num. 19.*, *Gratianus num. 13.*, aliique apud *De Lucam ad Franchis num. 2.*

40 Hinc sequitur, quod in Terris Baronum non censetur derogatum privilegium *l. unica* per concessionem Jurisdictionis primarum, & secundarum causarum, *Cancerius num. 26.*, *Thesaurus dec. 177. num. 11.*, *De Franchis dec. 192. num. 2.*

41 Hæc autem fori electio sive agenti, sive convento pupillo semper competit, sed coram Judice partis adversæ competenti fieri debet, *Baronius num. 21.*, *Bersanus cap. 1. q. 14. num. 2.*, *Covarruvias pract. quæst. cap. 7. num. 5.*, *Menochius de arbitrar. in addit. ad cas. 66. num. 50.*, *Salgadus labyr. credit. p. 1. cap. 2. num. 44.*, *Afflictus in constit. Statuimus num. 13.*, *Caravita super Ritu 233. num. 7.*, *Altimari de nullit. contract. tom. 6. rubr. 2. q. 1. sect. 1. num. 747.*, *ver. & gaudet.*

42 Et ipsius pupilli litis consortibus adhuc prodest, dummodo causa fuerit individua, *Baronius num. 32.*, *Altimari ver. competit etiam*, *Oddus de restit. in integr. quæst. 46. art. 3. sub num. 10.*, *Cancerius var. 2. cap. 2. num. 28.*, *Mastrill. dec. 127. num. 8.*, *Affli-*

43 *ctus dec. 213. num. 1.* Individuum autem dicitur illud, cujus essentia unica, & impartibilis est, itaut una pars sine altera stare nequeat, ut declarat *Cravetta cons. 558. n. 15.*, quem laudat *Bersanus num. 8.*

44 Ad hoc autem ut pupillus fori electione gaudere possit, extra patriam potestatem esse debet; nequit enim pupillus quis dici, nisi extra patriam potestatem sit, per sententiam Pomponii *in l. Pupillus 239. ff. de V. S.*, *Sabellius §. persona num. 16 ver. intellige*, *Capiblanca de Baronib. prag. 8. num. 161.*, *Cancerius var. 2. cap. 2. num. 13.*, *Gratianus cap. 471. num. 70.*, *Bersanus de pupillis cap. 1. q. 14. num. 21.*, *Muscatellius in prax. S. C. p. 2. Glos. competentes num. 72.*, *De Franchis in dec. 100. num. 15.*, *De Luca ad eumdem in dec. 671. num. 2.*; aliique apud *Altimarem de nullit. contr. tom. 6. rubr. 2. q. 1. sect. 1. num. 747. ver. limita.*

45 Et non solum in patris potestate esse nequit, immo neque & avi. Hinc mortuo patre, si pupillus in avi potestate reincidat, fori electionem non habebit, ut decisum testatur in S. C. *De Franchis in dec. 671.*, *De Marinis var. 1. cap. 338. num. 9.*, *Paschalis de patr. pot. p. 2. cap. 2. num. 92. in fine*, *Bersanus num. 22.*

46 Objiciunt nonnulli cum vidua, ut sicuti ipsamet in patris potestate existens fori electione adhuc gaudet, ut tradunt *De Franchis in dec. 100. num. 14.*, *ubi De Luca n. 1.*, *& ad dec. 671. num. 3.*, *atque ad De Marinis var. 1. cap. 338. num. 2.*, *Rovitus dec. 49. num. 11.*, ita pariter & in pupillo idem dicendum erit. Huic objectioni respon-

47 detur, quod pupillus sub potestate Patris exi-

existens verus pupillus non dicitur; cum talis sit, qui patre caret, ut in d. *l. Pupillus*; ideoque si pupillus dici nequit, merito illius privilegio gaudere non debet; nam ubi verba non conveniunt, nec etiam & dispositio secundum tradita ab *Ulp. in l. Dies cautioni* 4. §. *toties ff. damn. infect.*, econverso tamen esse viduam non dependet ab habere, vel non habere patrem, ita *Pratus lib. 1. discept.* 13. *num.* 63., *De Luca ad Franchis in dec.* 671. *num.* 3., *Andreol. contr.* 425., *Riccius in prax. civ. tom.* 4. *p.* 3. *lib.* 2. *cap.* 32.
48 *num.* 5. *ver. & quare*. Pariterque respondetur, privilegium *l. Unicæ* in commiseratione personarum in ea expressarum fundatum esse; & non ut singulæ, sed toto miserabilium cætui concessum, per quod nemo privilegiatus ipsi privilegio renunciare potest. Hæc autem quoad pupillum commiseratio non descendit ex ratione ætatis, benevero conditionis, quia e patria potestate esse desiit, ut tradunt *Paschalis num.* 92., *De Luca num.* 1., *Motillus de gradu citationis num.* 188., *Staibanus Jun. cent.* 2. *resol.* 155. *num.* 65., & 89., quicquid dicat *Follerius in prax. crim. ver. audiantur excusatores num.* 102., & consequenter necessario requiritur, ut extra patriam potestatem pupillus sit, ad hoc ut commiserationi locus esse possit.

49 Non erit tamen necesse, ut pater, aut avus sit revera mortuus; nam etiam ipsis viventibus, si pupillus emancipatus fuerit, fori electionem habebit; etenim pupillus dicitur tam per mortem patris, quam per emancipationem, ex sententia *Pomponii in l. Pupillus est ff. de V. S.*, & tradunt *Cancerius var.* 2. *cap.* 2. *num.* 13., *De Luca ad Franchis in dec.* 671. *num.* 2., *aliique*.

50 Fallit tamen primo prædicta conclusio, si pupilli causa ageretur super bonis, in quibus pater usumfructum non habebit, quoniam tunc tali pupillo patrem habenti, in ejusque potestate existenti electio fori non denegatur, quia pater consideratur tanquam illius tutor, & curator, qui rationem reddere, & inventarium conficere, sicuti extraneus tenebitur. *De Luca num.* 6., *Gomesius in leg. Tauri* 48. *num.* 17., *Gratianus cap.* 365. *num.* 54., *meus Germanus in addit. ad prax. civ. Domini Genitoris cap.* 2. *num.* 456.

51 Fallit secundo in caussis criminalibus, nam ubi filio impuberi jus accusandi competit, etiam & fori electio, *De Luca num.* 5., *Scialoya de foro compet. cap.* 16. *num.* 2., *Baronius effect.* 41. *circa judicial. num.* 68., *Riccius in prax. civ. tom.* 4. *p.* 3. *lib.* 2. *cap.* 32. *num.* 5. *ver. quæ supradicta*.

52 Fallit tertio, si fuerit pater Religiosus, quoniam tunc mortuus civiliter censebitur, *Riccius num.* 6., *meus Germanus num.* 478.

53 Fallit quarto, si pater fuerit fatuus, aut inutilis, *Riccius loc. cit.*, *meus Germanus num.* 479., *De Luca ad Franchis in dec.* 671. *num.* 6. *in fine*, *Bersanus de pupill. cap.* 1. *q.* 14. *num.* 21., & 40. Paria enim sunt in jure non esse, vel inutiliter esse per sententiam *Ulp. in l. De ætate* 12. §. *nihil ff. de interrog. act.*, *Baronius num.* 41.; inutilis vero dicitur, si ad triremes fuerit condemnatus, aut ab inimicis captus; aut forjudicatus, aut incurabili morbo oppressus, *Riccius loc. cit.*, *Baronius num.* 42., *De Marinis var.* 2. *cap.* 47. *num.* 23.

54 Fallit quinto, si pater fuerit infirmus, *Riccius num.* 7., *meus Germanus num.* 480., *De Luca loc. cit.*

55 Fori electionem habebit pupillus, quantumvis dives fuerit; etenim causa commiserationis pupilli per divitias non aufertur, *Muscatellius in prax. S. C. p.* 2. *Glos. competentes num.* 73., *Sabellius* §. *persona num.* 13., *Baronius effect.* 41. *circa judicial. num.* 9., *Cancerius var.* 2. *cap.* 2. *num.* 6., *Menochius de arbitr. cas.* 66. *num.* 3., *Gratianus cap.* 182. *num.* 2., *Bersanus de pupill. cap.* 1. *q.* 14. *num.* 12., *De Franchis in dec.* 100. *num.* 19., *Altimari de nullit. contr. tom.* 6. *rubr.* 2. *q.* 14. *sect.* 1. *num.* 747. *ver. pupillus*. Prout etiam
56 fori electionem habebit, si fuerit spurius, *Riccius num.* 10., *Bersanus num.* 13., *Altimari ver. pupillus quamvis spurius*; *De Luca ad Franchis in dec.* 671. *num.* 5.

57 Quæres, an pupillus conventus ut heres patris, aut matris ante litem ab ipsis cœptam, possit fori sui privilegio uti, paternum, aut maternum declinando? De jure communi negativa videtur sententia *Ulpiani in l. Heres absens* 19. *ff. de judic.*, & *vide Covarruvias pract. quæst. cap.* 8. *num.* 4., *Castill. contr.* 3. *cap.* 25. *num.* 45., aliosque volentes textum prædictum intelligi de privilegio speciali ipsius pupilli, non autem de privilegio in corpore juris inserto.

58 Quicquid tamen de jure communi sit, hodie quæstio est attento jure nostri Regni, ubi habemus Ritum M. C. V. 234., qui expresse statuit, pupillum non declinare forum in contractu paterno, vel materno, ipso contractu expresso in citatione; verba Ritus sunt sequentia: *Item ubi pupillus, vel pupilla citatur de mandato dictæ Curiæ ex officio, seu contractu paterno, vel materno, hoc expresso in citatione ipsa non auditur, volens declinare forum ipsius Curiæ*.

59 Bartolus de Capua, quem refert *Grammaticus in constit. Statuimus num.* 22. *in fine*, nulla præfati Ritus mentione facta juri communi adhæsit, secundum quod M. C. judicasse tradit. Attamen *Caravita ad dictum Ritum*, & *De Franchis in dec.* 234. *num.* 3. tradunt, prædictum Ritum non fuisse tempore laudati Bartoli, eapropter non mirum, si adversus ipsum loquutus videatur.

60 Verum *Riccius ad De Franchis in dec.* 671. *in fine*, *Altimari de nullit. contr. tom.* 6. *rubr.* 2. *q.* 1. *sect.* 1. *num.* 747. *ver. nec obsti-*

petit; aliique apud *meum Germanum in addit. ad prax. civ. Domini Genitoris cap.* 2. *num.* 481. simpliciter volunt, non competere pupillo fori privilegium, si ex contractu paterno conveniatur.

61 Eorumdem tamen opinio nimis generalis est. Arridet mihi benevero sententia *De Franchis in dec.* 364 *num.* 3., *Castilli controv. quotidian. lib.* 2. *cap.* 45. *num.* 7., *Bersani de pupill. cap.* 1. *q.* 14 *num.* 2., *Muscatellii in prax. S. C. p.* 2. *Glos. competentes num.* 92., *Reg. de Rosa in prax. civ. p.* 1. *in* 1. *inst. ord. judic. dist.* 1. *cap.* 2. *n.* 53., aliorumque, qui recte casum a casu distinguunt; ajunt enim, aut conveniatur pupillus respectu causæ, & negotii, idest officii, seu contractus paterni, aut materni, hoc contractu in citatione expresso, & tunc procedit illorum opinio, ut fori privilegium nequeat pupillus, attenta Ritus dispositione, declinare. Quæ Ritus verba *ex contractu, seu officio paterno* declarata videntur ex illis verbis *l. Heres absens* §. 1. *ff. de judic.*, nempe: *Si quis tutelam, vel curam, vel negotia, vel argentariam, vel quid aliud, unde obligatio oritur certo loco administraverit, etsi ibi domicilium non habuerit, ibi se defendere debebit*. Ex quibus verbis existimat *Muscatellius* fuisse deprompta illa Ritus verba *ex officio, seu contractu paterno*. Hinc est, quod pupillus ex officio, seu contractu paterno ex causis enumeratis in *d.* §. 1. conventus, nequit paternum forum declinare; cum non tantum ut defunctum repræsentans, sed etiam uti obligatus ratione negotii, & contractus gesti per ipsum defunctum conventus videatur. Qui contractus ejus qualitatis est, ut per ipsum sortiatur quis forum in loco, ubi fuit adimpletus; atque ita pariter explicavit *De Franchis in d. dec.* 364 *num.* 3., & 4.

62 Dum autem simpliciter convenitur pupillus ut heres patris, non expresso in citatione *ex contractu tutelæ, curæ &c.* & tunc absq. difficultate forum declinare potest; & hic casus non cadit sub Ritus dispositione, ex eo quod non fuit loquutus de quacumque prætendentia adversus patrem defunctum, prout est decisio *De Franchis* 553., sed tantum de contractu, seu negotio in certo loco a pupilli patre administrato, quemadmodum & expresse declarat *De Rosa. in prax. civ. p.* 1. *in* 1. *inst. ord. judic. dist.* 1. *cap.* 2.
63 *num.* 53., & tamquam casus omissus, sub juris communis dispositione remanet, *Follerius in prax. crim. ver. audiantur excasatores n.* 111.. Ritus enim ubi voluit, expressit; &
64 tamquam correctorius juris communis nullam pati debet extensionem; immo taliter restringendus est, ut lædat quantominus potest, ut in specie *De Franchis dec.* 553. *num.* 7.,
65 eo fortius quia declinandi privilegia multorum malorum sunt causa, ideoque stricte interpretanda, *Follerius num.* 101.. Merito igitur hoc secundo in casu pupillus successor suo privilegio uti potest, *Castill. contr. quotid. lib.* 17. *cap.* 45. *num.* 7., *Bersanus de pupill. cap.* 1. *q.* 14. *num.* 25.

66 Si vero successit pupillus in lite cum defuncto cœpta, & tunc suo privilegio uti nequit, de quo vide infra *num.* 96.

67 Quæres etiam, an pupillus in juribus a non privilegiato cessis forum declinare possit? Et per Ritum *M.C.V.* 228., & 290. statutum videtur, posse forum declinare in jure cesso, ex causa necessaria, non autem lucrativa. Verum iis non obstantibus, indistincte tam ex causa necessaria, quam lucrativa fori privilegium tali pupillo competere legimus esse praxim in M. C. V., in S. C., & in omnibus aliis Tribunalibus apud *Muscatellium in prax. S. C. p.* 2. *Glos. competentes num.* 89., & sequuntur *Paschalis de patr. pot. p.* 2. *cap.* 2. *num.* 91., *Afflictus in const. Regni rubr.* 37. *de offic. Magistri justitiæ q.* 6. *num.* 27., aliique apud *Bersanum de pupill. cap.* 1. *q.* 14. *num.* 6.

68 Dispositionemque citatorum Rituum ab aula recessisse tradunt *Capyc. Latr. in dec.* 54. *n.* 8., *ubi Manfrella num.* 8., *De Luca ad Franchis in dec.* 195. *num.* 1.; & quamquam *Capiblanca de Baronib. tom.* 1. *pag.* 8. *num.* 132., dicat, Caravitam errasse in ajendo non observari Ritus dispositionem, cum revera sit in viridi observantia in Supremis Tribunalibus, & ita decisum refert in causa Ignatii Scophani cessionarii ex causa lucrativa cum Camilla Christiano, cujus causa fuit remissa ad Curiam Civitatis Tabernæ; nihilominus tamen *Manfrella ad Capyc. Latr. in d. dec.* 54. *num.* 9. testatur decisum contra Capiblanc. sub die 13. Septembris 1678. in S. C., ubi etiam pro causa lucrativa denegata fuit causæ remissio, & in *num.* 10. refert *Petram in d. Ritu num.* 11. idem testantem.

69 Immo adhuc concesso, quod præfati Ritus in viridi forent observantia, nec minus pupillis nocerent, ut privilegium pro causa lucrativa amitterent. Etenim Ritus ipsi pro omni alia persona sunt intelligendi, miserabilibus exceptis, quæ sub illis non comprehenduntur, ut notat Andrea, quem sequitur *Afflictus in constit. Statuimus q.* 6., & in S. C. ita decisum testatur *De Franchis in dec.* 195., quam decisionem laudant *Cala de modo articulandi num.* 95., *Menochius de arbitrar. in addit. ad cas.* 66. *num.* 43., *Navarr. in prax. elect. fori q.* 4. *sect.* 2., & quia pupilli de miserabilibus sunt, ut supra demonstratum est, merito sub prædictorum Rituum dispositione non comprehenduntur.

70 Nota tamen, quod si causa lucrativa cum fraude appareat cessa, & tunc privilegium pupillo denegabitur, *Capyc. Latr. in dec.* 54. *n.* 11., *ubi Manfrella num.* 10., etenim pupilli ratione hujus privilegii inter potentiores connumerantur, ut refert *Olea de cess. jur. tit.* 6. *q.* 3. *num.* 48., eapropter si cum fraude ces-

sio-

ſionem iſtam factam fuiſſe appareret, merito privilegium pupillo denegabitur, & non aliud quod cedens habuiſſet, ipſe pupillus haberet, *Olea loc. cit.*, *Berſanus de pupill. cap. 1. q. 14. num. 6.*, & 8.

71 In dubio tamen abſque fraude ceſſio præſumenda erit facta; icciręo fraudem aſſerenti probandi onus incumbit, *Berſanus num. 9.*,
72 *Paſchalis de patr. pot. p. 2. cap. 2. num. 91. in fine*, prout omnis fraudis ſuſpicio ceſſabit, ſi proveniret ceſſio ex ultima voluntate, *Roderic. de ann. reddit. lib. 3. q. 4. num. 43.*, aliique apud *Berſanum num. 7.*

3 E converſo autem fori privilegium pupillo competens in ipſius pupilli ceſſionarium nequaquam tranſire extra dubium eſſe firmat *Olea num. 22.*

74 Inter incudinem, & malleum caſtiganda occurrit diſputatio, nempe ſi fori privilegium pupillo competens etiam & minori competat, & jure communi inſpecto, difficultas ex eo pendet, quod *Tex. in l. Unica Cod. quando Imp.*, de pupillis tantum mentionem fecit; cui texti vires inde dedere *Ritus* M. C. V. 230. incip. *item quod ſi qua mulier*, 231. incip. *item ſi pupillus*, & 232. incip. *item Clericus*; in quibus de ſolis pupillis adhuc mentio facta apparet, Eapropter per M. C. de anno 1588. judicatum fuit, non gaudere minorem fori electione, prout teſtantur *Novarius de elect. fori ſect. 3. q. 4. num 5.*, *Riccius collect. deciſ. 2360.*, *Viſcont. de Franchis in deciſ. 100. ad num. 17.*, aliique apud *De Marinis var. 2. cap. 47. num. 6.*, ubi quæſtionem iſtam ſatis controverſam nominat.

75 Econverſo tamen, quod etiam attento tenore *l. Unicæ* potitur minor electionis privilegio, quemadmodum & ipſe pupillus, defendunt *Paſchalis de patr. pot. p. 2. cap. 2. n. 92.*, *Covarruvias pract. quæſt. cap. 6. num. 2. ubi De Faria num. 13.*, *De Luca ad De Marinis var. 2. cap. 47. num. 2.*, & *ſeqq.*, & *ad Franchis in dec. 100. num. 4.*, & ita deciſum in S. C. teſtatur *Rovitus in dec. 37.*, ac bis deciſum refert *Sanfelicius in dec. 134.*, & 274., & in praxi teſtimonium faciunt *Nicolinus in prax. civ. num. 380.*, *Moſillus de gradu Citat. num. 188.*, *Riccius in prax. civ. tom. 4. p. 3. lib. 2. cap. 32. num. 2.*, & tradunt *Berſanus de pupill. cap. 1. quæſt. 14. num. 18.*, *Altimari de nullit. contr. tom. 6. rubr. 2. qu. 1. ſect. 1. num. 747. in princ.*, & *in ver. pupillorum privilegia*, & *in ver. competit etiam*. Ea ex ratione, quia privilegia pupillis conceſſa minoribus etiam extenduntur. Tum etiam quia minoris ipſi miſerabilium nomine, quemadmodum & pupilli veniunt, cum Curatorem habere debeant, propriaſque cauſas in judicio defendere nequeant. Ea tum pariter quia ſub nomine pupilli venit adhuc minor, ex ſententia *Modeſtini in l. Tutor 15.*, *ubi Gl. ff. de ſponſal.*, & tradit *Berſanus de pupill. cap. 1.*
77 *q. 1. num. 2.*, oportet tamen, ut talis minor ſub patria poteſtate eſſe non debeat, ut refert *De Roſa in prax. civ. p. 1. in 1. inſt. cap. 6.*
78 *diſt. 3. num. 6.*. Nec refert ſi habebit, vel non Curatorem, quoniam in judiciis ſemper minoribus etiam invitis curator datur, *De Luca ad Franchis in dec. 100. num. 4.*

Et hujus ſecundæ ſententiæ concluſionem veram necnon exiſtimo, attenta adhuc noviſſima Regali Sanctione de die 14. Aprilis 1747. quæ tenoris eſt ſequentis.

79 „ Preteſero li Padri del Convento di San „ Domenico del titolo della Provincia di Catanzaro di eſſere ammeſſi alla elezione del „ foro, ſiccome già aveano ottenuto con proviſioni della G. C. per la cauſa della rivocazione di un territorio da eſſi Padri conceduto a cenſo ad Antonio Migliaccio, ed „ all'eredi di Giuſeppe Migliaccio, e poi paſſato a Giovanni, e Gennaro Pruno, e Pompeo Montuoro, i quali contraſtavano a detti Padri il privilegio del foro, pretendendo, „ che non doveſſero goderlo. Ed avendo il „ Re conſiderato le vicendevoli pretenzioni „ dell' una, e dell'altra parte circa il detto „ privilegio del foro, ha riſoluto, che fino a „ nuovo ordine ſi oſſervi il general Comando „ di S. M. di non ammetterſi alla *l. unica C. quando Imp.*, ſe non quelle perſone, che „ letteralmente ſono nominate in eſſa *l. unica*. „ Mi comanda perciò S. M. comunicarlo a „ V. S., acciò lo partecipi a coteſto Tribunale, „ e ſta in tale intelligenza. Dio guardi a „ V. S. per molti anni, come deſidera. Palazzo 14. Aprile 1747. Il Marcheſe Tanucci = Signor Regente della Vicaria.

80 Hinc eſt, quod noviſſima hæc Regalis Sanctio non perſonas, quæ fori privilegio gaudere debent, pateſecit, benevero eas, quæ literaliter in *l. unica* nominantur, voluit beneficio ipſius legis gaudere. Literaliter autem nominati ſunt pupilli, viduæ, & diuturno morbo laborantes, & debiles, ut annuimus *num. 2.*, non enim ſimpliciter in mente Legislatoris fuit in abſtracto conſideratum nomen pupilli, viduæ, & diuturno morbo defatigatorum, benequidem omne, quod ſub nomine, & ſignificatione pupilli, viduæ, & diuturno morbo defatigatorum venire poteſt, attento, inſpectoque juris communis tenore.

81 Etenim ly *diuturno morbo defatigatus* in ſe nihil eſt, & nullum habet nomen; attamen tamquam eius generale ſpecificatur, & nomen accipit in ſuis ſignificatis; eo quod ſignificare videtur cæcos, articulatione, ſive diuturno dolore compactos, alioſque ſimile qui diuturno aliquo morbo laborant. Dum enim Imperator dixit in *d. l. unica*, & *diuturno morbo defatigatos* idem eſt, ac ſi dixiſſet, & nominaſſet quos ipſa verba ſignificabant, & ſignificant; alias ea verba & *diuturno morbo defatigatos* ſi non ſpecificarentur, & nomen reciperent in ſuis ſignificatis, ad nihil ſervirent, & vana, quod dici penitus,

tus nequibit, redderentur, ut contra *Morum in prax. civ. tom. 1. cap. 5. §. 7. num. 13., & ſeqq.*, qui ſolummodo pupillos, & viduas privilegio fori, attento laudato Regali diplomate, gaudere ait, & non alios; quia pupilli, & viduæ tantum ea in lege literaliter nominati videntur; & pariter ex alia ratione, quia diuturno morbu defatigati ad judicium per procuratorem venire poſſunt.

82 Sed parcat amabo laudatus mihi *Morus*; etenim in *d. l. unica* literaliter nominatum videtur nomen pupilli; literaliter nominatum legitur nomen viduæ, & literaliter nominatum eſt nomen diuturno morbo defatigatorum; & ſicuti pupillus non habet in ſe intrinſecum nomen, niſi illud quod ſignificat, ideſt *impuberem, & patria poteſtate ſolutum*; item & vidua ſicuti non habet in ſe nomen intrinſecum, niſi illud, quod denotat, nempe *deſponſatam marito ſolutam*, ita & diuturno morbo laborans non aliud habet nomen, niſi illud, quod ſignificat, & denotat, nempe diuturnos cæcos, articulatos &c. Et ſicuti pupillus, & vidua fori privilegium in ſuos ſignificatos tranſmittunt, cur, & non idem in diuturno morbo laborantibus dicendum erit? Non diverſa videtur inter ipſos ratio, & conſequenter neque ejus diſpoſitio.

83 Claudicare nimis etiam videtur alia ratio a Moro illata in illis verbis. *Ma in queſto Regno non vi è queſto comparir di perſona per le cauſe civili, come è a tutti manifeſto, onde ceſſa per queſto mottivo la d. l. Unica riſpetto ai mal ſani di corpo, abbenche foſſero poveri.* Etenim vis electionis fori non ſtat in poſſe, aut non poſſe litigantes in judicio comparere de perſona, benevero in ætatis, vel ſtatus commiſeratione, quæ partis gignit perhorreſcentiam, ut ipſemet *Morus* teſtatur *in n. 26.* quæ perhorreſcentia, & commiſeratio per procuratorem equidem non evitatur. Sicque electionis cauſa perdurante, electio ipſa procedere adhuc debet. Itemque eveniret abſurdum, quod diuturno morbo defatigatus, quia in civilibus per procuratorem comparere poterit, fori privilegium non haberet; in criminalibus vero quia perſonaliter comparere debebit, fori privilegium eum habere dicendum erit; ſicque diceretur privilegiatus in criminalibus, non autem in civilibus. Concluſum igitur remanet, fori privilegium diuturno morbo defatigatis adhuc competere, attento tenore
84 Regalis reſolutionis; & fortius etiam minoribus. Licet enim de ſolo pupillo in *d. l. Unica* loquutus videatur Imperator, attamen de minore pariter intellexiſſe dicendum eſt; cum ſatis eidem nota eſſet Modeſtini ſententia in *l. Tutor 15. ff. de ſponſalib.*, ut nempe ſub nomine pupilli adultus adhuc contineatur, & tradit *Berſanus de pupill. cap. 1. q. 1. num. 9.* Ideoque ſi pupillos nominavit Imperator, eos qui ſub pupillis continentur, intelligere voluit; eo magis quia minorum favore lata facienda ſit interpretatio. Tum etiam quia ipſius legis ſine inſpecto, neceſſario minores comprehen-
85 dendi ſunt, ex eo quod ratio miſerationis, cujus contemplatione fori privilegium pupillis conceſſum eſt, minoribus adhuc competit; cum & ipſi quoque res ſuas adminiſtrare neſciant, & non ſecus ac pupilli ab aliis reguntur, & majorum verſutiis, atque potentiæ ſunt ſubjecti, ut tradunt *Berſanus num. 19.*, *Paſchalis de patr. pot. p. 2. cap. 2. num. 92.*, & conſequenter minores, utpote & pupillos fori privilegio gaudere exiſtimo.

86 De pulchra quæſtiuncula placet etiam quærere, ſi nempe mulier major privilegio fori ſui viri pupilli, aut minoris potiri poſſit? Et pro certo ſemper habui, uxorem viri ſui forum ſequi debere, per reſcriptum Impp. Valen., & Valenſ. *in l. Mulieres 13. Cod. de dignit. lib. 12.*, & ex traditis communiter a Doctoribus, ut videndus *De Franchis in dec. 363. num. 1., & De Marinis var. 1. cap. 22. num. 6.*, etiamſi ſpeciali jure hoc fori privi-
87 legium marito competeret, per *Tex. in l. Eos qui 6. Cod. de fabricen. lib. 10., & in l. Il qui 3.*, & in *l. Ante omnia 4. Cod. de Caſtrenſ., & Miniſterian. lib. 12., & in l. Ne ad diverſa 4. Cod. de ſilentiar., & decurion. lib. 12.*, & tradunt *Menochius de arbitr. caſ. 562. num. 6., Merlinus cent. 1. cap. 94. num. 1., ubi Scoppa num. 1., Gratianus cap. 623. num. 3., De Marinis var. 1. cap. 23. num. 6., ubi Rodoer. n. 6., & de Luca num. 3., & ad Franchis in dec. 363. num. 1., Paſchalis de patr. pot. p. 4. cap. 2. num. 6., Surdus dec. 330. num. 15., Theſaurus dec. 113. num. 9., Capyc. Latr. dec. 181. num. 37., ubi Manfrella num. 20., Gyzzius ad eumdem in dec. 198. num. 1.*

88 Objiciunt nonnulli, perſonale privilegium propriam perſonam tranſgredi non poſſe. Cui objectioni omnes unanimiter reſpondent, regulam hanc in præſenti caſu fallere; ex eo quod privilegium fori ita uxori communicatur, ut ipſius viri perſonam nequaquam egredi dicatur, neque in perſonam uxoris, ut in aliam perſonam tranſire videatur, quia ratione unitatis vir, & uxor una perſona reputantur, ut tradunt *Surdus num. 20., Capyc. Latr. num. 38., De Marinis num. 6., ubi Rodoerius num. 14., & De Luca num. 5., & ad Franchis num. 1.*, ubi fori privilegium non eſt
89 ita rigoroſe perſonale, ut tamen viro, & non uxori competat; & hoc ex quadam vi comprehenſiva, quia una caro reputantur; quod non ficte, ſed vere, proprie, & realiter; cum inducta ſit unico jure divino, quod per unitatem non per fictionem operatur, & tradunt *Surdus num. 22., Gratianus num. 13.*

90 Et adeo eſt transfuſio viri in perſonam mulieris, ut ſi ipſi viro aliquod privilegium concedatur, nulla facta uxoris mentione, pariter & ipſi uxori conceſſum videtur, ut ſi dictum fuerit tibi, & uxori tuæ, *Rodoerius ad de Marinis var. 1. cap. 23. num. 11.*

91 Et ne ſpeciali, ac individua auctoritate no-

ſtra

ſtra hæc concluſio careat, expreſſim eam do-
cet *Stalbanus jun. cent.* 2. *reſol.* 155. *num.* 90.,
& ſeqq., ubi firmat, privilegia conceſſa miſe-
rabilibus vigore *l. Unicæ Cod. quando Imp.* in
eorum uxores pariter tranſire; cum vir, &
uxor una ſint caro.

92 Et quamvis adverſus prædicta videatur ad-
eſſe *deciſ.* 363. *De Franchis*, ubi deciſum fuit,
non gaudere uxorem artificis privilegio fori
ſui viri; nihilominus ea deciſio fundata fuit in
ratione, quod illa uxor non ex propria per-
ſona, ſed ut heres alterius veniebat, ideoque
a ſui viri privilegio excluſa fuit, prout adver-
tit *ibidem De Luca ſub num.* 1.

93 Quamplures vero ſunt caſus, in quibus fori
privilegium ceſſat in pupillo. Et primo ceſ-
ſat, ſi ſub patria poteſtate erit, ut *num.* 44.
dictum eſt.

94 Secundo ceſſat in pupillo hæbreo, aut Ju-
dæo, qui fori electionem non habebit, *No-
var. de elect. for. q.* 5. *ſect.* 1. *num.* 11., *Ric-
cius ad Franchum in dec.* 671., *Altimari de
nullit. contr. tom.* 6. *rubr.* 2. *q.* 1. *ſect.* 1. *n.*
747. *ver. nec competit ſi minor.*

95 Tertio ceſſat, ſi pupillus ut auctor laudatus
ad tuendum emptorem, cui de evictione te-
nebitur, venerit, *Amotus var.* 2. *reſol.* 86. *n.*
66., *aliique apud De Fariam od Covarruvias
pract. quæſt. cop.* 7. *num.* 44.

96 Quarto ceſſat, ſi ſucceſſerit in lite cum de-
functo cœpta, per ſententiam *Jaboleni in l. Si
is qui ff. de judic.*, *Gratianus cap.* 182. *n.* 27.
Concerius var. 2. *cap.* 2. *num.* 27., *Carneval.
de judic. lib.* 1. *diſp.* 2. *num.* 625., *Riccius
collect.* 2309., *De Faria ad Covarruvias pract.
quæſt. cap.* 6. *num.* 23., *&* 44., *Berſanus de
pupill. cap.* 1. *q.* 14. *num.* 23., & in S.C. de-
ciſum teſtatur *De Franchis in dec.* 364, *ubi*
97 *De Luco num.* 1. Etenim defuncti conditio
ex heredis perſona non mutatur, ut in ſpe-
cie docuit *Ulp. in l. Heres abſens ff. de judic.*,
& Poulus in l. Stipulationem 2. §. *ex his ver.
non enim ff. de verb. oblig.*, *Berſanus n.* 24.,
98 ſicque pupillus majori ſuccedens jure majoris
utitur, quia pupilli perſona tunc non conſide-
ratur, *Baronius effect.* 41. *circo judic. num.* 76.,
volunt tamen *Capiblanca de Baronib. in prag.*
8. *num.* 315., aliique relati per *Boronium n.*
78., quod requiritur, ut non tantum lis ſit
cœpta, ſed etiam conteſtata.

99 Quinto ceſſat, quando convenitur ex con-
tractu paterno, ipſo contractu in citatione
expreſſo, ex dictis *num.* 57., *& ſeqq.*

100 Sexto ceſſat, ſi fuerit pupillus conventus
coram A. C. vigore Cameralis obligationis;
nam per facultates Auditoris Cameræ fuit de-
rogatum privilegium *de l. Unicæ*, ut tradunt
Sabellius § *obligotio num.* 27., *Baronius effect.*
41. *circa judicial. num.* 73., *Maradei in prax.
præſent. inſtrum. cap.* 11. *num.* 14., *Altimari
de nullit. contr. tom.* 6. *rubr.* 2. *q.* 1. *ſect.* 1.
num. 747. *ver. nec in cauſo Comeralis.*

101 Septimo ceſſat in cauſis minimis, & parvi
momenti, ubi fori electio penitus denegatur,
Baronius num. 53., *Afflictus in dec.* 129. *n.* 15.
Novarr. de elect. fori p. 1. *ſect.* 4. *q.* 41. *n.* 8.
ver. & juſta, *Maradei Filius in obſervat. ad
ſing. Patris* 982. *num.* 3., & in ſumma duca-
torum octo fuiſſe denegatam fori electionem
judicatum refert *Novar. loc. cit.*, quem lau-
102 dat *Altimari ver. non competit.* Etenim mo-
dicus exceſſus in conſideratione non habetur,
ut tradunt *Baronius num.* 57., *De Franchis in
dec.* 404. Prout in ſimili uſusfructuarius mo-
dicam expenſam non recuperat per ſententiam
Celſi in l. Hactenus 8. *ff. de uſufr. Baronius
num.* 61., quæ modica expenſa duorum aureo-
rum eſſe debebit, vel melius Judicis arbitrio
remittitur, ut refert *Gloſ. in d. l. Hactenus.*

103 Octavo ceſſat electio ad forum, cujus ju-
riſdictio ipſius pupilli nomine exercetur, quo-
niam tunc ſuſpicio aliqua adeſſe poterit, *Co-
vorruvius pract. quæſt.* 7. *ver. octavo*, quam
laudat *Menochius de arbitrar. in addit. ad caſ.*
66. *num.* 48.

104 Nono ceſſat in cauſa feudali, quæ coram
judicibus allodialibus practicari non debeat,
Menochius num. 49., *Altimari d. num.* 747. *ver.
nec in couſis*; *Baronius effect.* 41. *circa judi-
cial. num.* 80., *Sarnus in prax. crim. cap.* 5.
num. 14., *Urſillus ad Afflictum in dec.* 257. *n.* 5.

105 Decimo ceſſat in Curia Principis, ubi per-
horreſcentia nequaquam præſumitur, *Altimari
loc. cit.*, *& ad Rovitum in dec.* 49. *num.* 1.,
Baronius num. 23., *Scoppa ad Sarnum n.* 13.,
Motillus de gradu citationis num. 192., *San-
felicius dec.* 73. *num.* 10. *lib.* 1., *Rovitus conſ.*
88. *num.* 4. *lib.* 1., ubi ita per S. C. deciſum
teſtatur; tenorem cujus decreti per extenſum
refert *Merlinus cent.* 1. *contr.* 102. *num.* 3. *ubi
Scoppa num.* 2.

106 Undecimo ceſſat, ſi dignoſceretur facta ad
defatigandum adverſarium, *De Angelis de Of-
ficial. Boron. cap.* 174. *num.* 7., *Novarius de
privileg. miſerabil. perſon. privileg.* 16. *num.* 6.,
Nicolinus in prax. civ., *ubi Alexius num.* 325.,
aliique apud *Sarnum in prax. crim. cap.* 5. *n.*
14. *ver. ſeptimo.*

107 Decimoſecundo ceſſat in cauſa ſpolii, *Al-
timari de nullit. contr. tom.* 6. *rubr.* 2. *q.* 1.
ſect. 1. *num.* 747. *ver. nec in cauſis ſpolii*; cum
ſpoliator in loco facti ſpolii, licet alterius fo-
ri ſit, conveniri debeat, *Tiraquell. de retract.
lignag.* §. 6. *Gloſ.* 3. *num.* 10., *Menochius
recuper. rem.* 13. *num.* 219.

108 Decimotertio ceſſat in petendis adminiſtra-
tæ tutelæ rationibus a ſuo tutore, quoniam
in loco adminiſtrationis dari debent, per ſen-
tentiam *Ulp. in l. Heres obſens* 19. §. *ſi quis
ff. de judic.*, & reſcripſerunt *Impp. Dioclet.*,
& Maxim. in l. 1. *Cod. ubi de ratiocin.*, *&
Imp. Gordian. in l. Omnes tutores* 5. *Cod. ar-
bitr. tutel.*, & tradunt *Carneval. de judic. lib.* 1.
diſput. 2. *num.* 168., *Sardus de aliment. tit.* 1.
q. 47. *num.* 9., *Poſchalis de patr. pot. p.* 2.
cop. 2. *num.* 109., *Berſanus de pupill. cap.* 1.

q. 14.

gendi 12. *Cod. de procurator. Addit. ad Muscatellium in prax. S. C. Glos. intimato p.* 2., *Riccius in prax. civ. tom.* 4. *p.* 3. *lib.* 2. *cap.* 39. *num.* 9. *ver. primo quando*; neque ideo restitutionem habebit, *Bersanus cap.* 3. *q.* 8. *num.* 4. 6., & 7., *Altimari num.* 649., item si jurasset non venire contra processum, nisi pars
190 instaret de curatore provideri, quoniam
tunc dandus erit, *Riccius num.* 9. *ver. secund.*
Prout & idem erit si procuratorem ad lites
cum juramento constituit, nam cum tali procuratore absque alio curatore recte procedi
potest, nisi pars opponeret, ut litis curator
detur, qui penitus dandus tunc erit, *Riccius*
loc. cit., *Galluppus in prax. civ. p.* 1. *cap.* 6.
191 *num.* 45., *Scoppa ad Gratianum in dec.* 75.
num. 4., & 5., aut si ipse procurator pro curatore instaret, quoniam tunc adhuc curator
dandus erit, alias acta erunt nulla, *Scoppa*
192 *num.* 7., *Verde lib.* 1. *instit. civ. num.* 721.,
item valide erit in judicio minor ad aliquem
exculpandum, seu excusandum, ut docet *Dominus Genitor in prax. civ. cap.* 3. *num.* 86.

193 Nota tandem adesse remedium ad sanandum processum nulliter cum pupillo, aut minore indefenso fabricatum, ut nempe instante parte detur curator, cui totus processus unico contextu intimetur ad finem, si velit, restituendi ad ponendum, & probandum quicquid sibi expedierit. Qui tutor, vel curator omnia acta epilogando a libelli oblatione, causam in statu, & in terminis reassumat. Cujus remedii antesignanus fuit *Afflictus in dec.* 262. *num.* 8., & sequuti sunt *Afnius in prax. p.* 2. *cap.* 16. *num.* 4., *Muscatellius in prax. S. C. p.* 9. *Glos. intimato num.* 54., *Altimari de nullit. contr. tom.* 6. *rubr.* 2. *q.* 1. *num.* 642. *ver. sic etiam, et num.* 670., *Riccius in prax. civ. tom.* 4. *p.* 3. *lib.* 2. *cap.* 39. *num.* 21., *Dominus Genitor in prax. civ. cap.* 9. *num.* 38.

194 Quemadmodum & sanarentur omnia acta nulla propter terminos substantiales omissos, aut male servatos cum quavis persona, dum fieret unica citatio ad sententiam cum notificatione omnium actorum nulliter factorum, *Riccius loc. cit.*, *Dominus Genitor num.* 38.

Pars igitur, quæ cum pupillo, aut minore nulliter judicium egit ita comparere poterit.

195 „ Nella Corte . . . comparisce N., e di-
„ ce, come nella causa, che verte in essa Cor-
„ te con N. ave saputo, che il medesimo sia
„ pupillo, motivo per cui sono nulli tutti gli
„ atti collo stesso fabricati senza la difesa del
„ legitimo tutore; di cui premendo al Com-
„ parente, che fosse detto pupillo provveduto,
„ non solo per proseguire validamente un tal
„ giudizio, quanto per render validi ancora
„ tutti gli atti sin' ora fabricati a tenore del
„ remedio da Dottori in tali casi inventato,
„ ricorre perciò in essa Corte, e formalmente
„ fa istanza, che sia provveduto il menzionato
„ N. pupillo del suo legitimo tutore, a cui
„ indi si notificassero tutti gli atti fabricati; affi-
„ ne di poter contra quelli ponere, e provare
„ tutto ciocchè sembrerà opportuno, ed espe-
„ diente per la giusta difesa; ed in seguela de-
„ venirsi alla spedizione del presente giudizio,
„ *omni modo meliori &c.*

In cujus calce debet fieri sequens decretum.

Per Curiam . . . provisum, & decretum est, quod N. pupillus in biduo nominet, & eligat sibi curatorem pro causa in præsenti comparitione expressa alias &c. Et ita &c.

196 Quo curatore per pupillum nominato, cum eodem erit in causa procedendum; alias in contumaciam dabit Judex eo modo, quo dictum est supra *num.* 60., *et seqq.*

Postquam igitur de curatore ad lites fuit per Judicem pupillo provisum, sequens mandatum expediendum erit.

EX PROVISIONE &c.

197 SErvientibus nostræ Curiæ &c. significamus, qualiter mensibus elapsis conventus fuit N. in hac Curia per N. pro causa, ut ex actis, & deventum fuit usque ad sententiæ monitionem inclusive. Hoc in statu cognovit dictus N., quod effatus N. sit pupillus, per quod omnia acta contra ipsum tamquam indefensum fabricata sunt nulla, & invalida; eapropter institit, ut provideretur de curatore ad litem, exindeque eidem notificari omnia acta ad finem ponendi, & probandi quicquid pro effato pupillo magis videbitur expediens. Sed quia per ipsum N. pupillum nominatus fuit in curatorem, aut per Curiam fuit in contumaciam datus S., iccirco vobis dicimus, committimus, & mandamus, ut quis vestrum fuerit requisitus intimet, & notificet prædicto N. pupillo, & S. Curatori omnia acta, & processus causæ vertentis inter ipsum pupillum, & M. a libelli oblatione usque ad sententiæ monitionem expeditam sub die . . . ad hoc ut acta ipsa epilogent; & si se læsos agnoverint, ipsos restituimus, & restitui mandamus; quapropter in biduo post &c. compareant ad dicendum; ponendum, & probandum quicquid &c. Alias in eodem termino, & deinde in antea cum continuatione compareant coram nobis in hac Curia ad audiendum tenorem definitivi decreti in prædicta causa proferendi, ipsis amplius non citatis, neque monitis, quoniam &c. Et ita &c. Dantes &c. Datum . . .

198 Postquam igitur curator omnia acta epilogavit, atque læsum adinvenit pupillum, restitutionis beneficio mediante causam ad pristinum reducet, ponendo, & probando quicquid magis expediens videbitur. Nulla vero læsione existente, causam in eo statu, quo eadem reperitur, assumat.

CAP.

C A P. II.

De electione Fori.

S U M M A R I U M.

Pupillos Deus tuetur; num. 1.

Pupillus fori privilegium habet, num. 2.

Pupillus forum eligens partis adversæ perhorrescentiam jurare debet, num. 3., et 4.

Tutor pro pupillo jurat, num. 5.

Fori electio nulla est juramento deficiente, n. 6.

Juramentum in quacumque judicii parte suppleri potest, num. 7.

Et quid privilegii causa non existente? num. 8., & seqq.

Fori electio formiter facta semper durat, etiam post status mutationem, num. 11., & seqq.

Fori electio in quacumque judicii parte fieri potest, num 14., & seqq.

Fori electio tam in civilibus, quam in criminalibus caussis fieri potest, num. 18., & seqq.

Juramentum quomodo præstandum erit, num. 22., & seqq.

An adversus juramentum contraria probatio admitti possit, num. 25., & seqq.

Facta fori electione ligatæ sunt manus Judicis etiam ante inhibitionem, num. 27.

Judex declinatus an possit terminum declinanti forum præfigere ad comparendum coram Judice electo, num. 28., & 29.

Judex declinatus an possit cognoscere super viribus declinatoriæ fori, num. 30.

Fori electio ad Regia Tribunalia fieri debet, n. 31.

Fori electio fieri nequit ad Judices ad certum causarum genus destinatos, num. 32.

Fori electioni per privilegiatam personam renunciari nequit, num. 33.

Fori electio per contumaciam non amittitur, n. 34., neque per clausulas amplissimas, num. 35., & seqq.

Fori electio tam actori, quam reo privilegiato competit, num. 41.

Fori electio per pupillum facta omnibus litis consortibus prodest, num. 42., & 43.

Pupillus ut fori electione gaudeat extra patriam potestatem esse debet, num. 44., & seqq.

Pupillus conventus ut heres patris ante litem ab eo coeptam an frui possit privilegio sui fori, num. 57., & seqq.

Pupillus an in juribus a non privilegiato cessis forum declinare possit, num. 66., & seqq.

Fori privilegium an minori etiam competat, num. 74., & seqq.

Mulier major privilegium habet sui viri pupilli, num. 86., & seqq.

Pupillus multis in casibus fori electione non gaudet, num. 93., & seqq.

Praxis, num. 123., & seqq.

1 Pupillos manu Dei tueri legimus in *Exod. cap. 22.* in illis verbis: *Pupillis non nocebitis: si læseritis eos, vociferabuntur ad me, & ego audiam clamorem eorum, & indignabitur furor meus, percutiamque vos gladio, & erunt filii vestri pupilli.* Hinc recte ait *De Rosa in prax. civ. decret. cap. 2. n. 1.* mirum non esse, si nostræ leges justitiæ cultrices in ipsorum commodum nonnulla singularia præscripsere.

2 Imperator igitur Constantinus *in l. Unica Cod. quando Imp. int. pup., & vid.* fragili, imbecillique eorum statu motus Imperialem edicit sanctionem, qua statuit, ut si contra pupillos, viduas, vel diuturno morbo fatigatos, vel debiles lis aliqua, seu controversia moveatur, extra proprium domicilium ab eorum adversariis nequaquam protrahi queunt; ipsis vero pupillis licitum erit suos adversarios, si eorumdem potentiam perhorrescerent, ad Principis judicium trahere. Verba legis sunt sequentia: *Si contra pupillos, viduas, vel diuturno morbo fatigatos, vel debiles impetratum fuerit lenitatis nostræ judicium, memorati a nullo nostrorum judicum compellantur comitatui nostro sui copiam facere; quinimmo intra Provinciam, in qua litigator, & testes, vel instrumenta sunt, experiantur jurgandi fortunam, atque omnis cautela servatur, ne terminos Provinciarum suarum cogantur excedere. Quod si pupillæ, vel viduæ, aliique fortunæ injuria miserabiles judicium nostræ serenitatis oraverint, præsertim cum alicujus potentiam perhorrescunt, cogantur eorum adversarii examini nostro sui copiam facere.*

3 Cui Textus dispositioni successit Ritus M. C. V. 248. incip. *item quod nullus privilegiatus*. Pariterque Constit. Regni incip. *Statuimus, ut M. C.*, & tandem Cap. Regni 205. incip. *nulla legis Sanctio*, & forum eligentibus subjunxerunt, ut partis adversæ perhorrescentiam juramento exponant, quod, & in S. C. decisum testatur *De Franchis in dec. 257.*, & communiter DD. tradunt.

4 Quod juramentum hodie est solemnitas essentialis in nostro Regno adjecta, ut testantur *Merlinus cent. 1. controv. 86. num. 7. ubi Scoppa num. 14., De Luca ad Franchis loc. cit. num. 1., De Rosa in prax. civ. p. 1. in 1. inst. cap. 2. num. 48., Riccius in prax. civ. tom. 4. p. 3. lib. 2. cap. 31. num. 8., Dominus Genitor in prax. civ. cap. 16. num. 13. ubi meus Germanus additionator in cap. 2. num. 44.*

5 Et pro pupillo juramentum præstat tutor. *Ammend. ad Franchis loc. cit. num. 5., De*

Caro

Caro ad Riccium num. 1. , etiamsi pupillus
fuerit clericus, *De Caro num.* 2.
6 Deficiente tamen juramento, nulla, & in-
valida erit fori electio, *De Franchis loc. cit.*
Merlinus num. 14. , *ubi Scoppa num.* 13., *Sar-*
nus in prax. crim. cap. 5, *num.* 14. , *ver. sexto,*
ubi idem Scoppa num. 7., sed suppleri pote-
rit in quacumque judicii parte , etiam post
7 sententiam, & in secunda instantia . Hinc si
simpliciter facta fuerit electio , parte oppo-
nente, poterit juramentum valide suppleri
in ea parte, qua judicium reperitur, & omnia
acta præcedentia firma evadent , & valida,
8 *Riccius in collectan. decis.* 2306. *in fine*. Dum-
modo eadem privilegii causa adhuc perdura-
bit, ut nempe tempore præstationis juramen-
ti sit pariter pupillus , aut vidua ; alias jura-
mentum suppleri non poterit, sed causa de-
beret remitti, prout remissa fuit, teste *De*
Franchis in dec. 257., *De Marinis tom.* 4. *al-*
leg. 95., *De Luca ad eumdem ver.* 2, *cap.* 243.
num. 3., *Merlin. cent.* 1. *contr.* 86. *num.* 14.,
& 15., *ubi Scoppa num.* 14., & *ad Sarnum*
num. 8., *Paschal. de patr. potest. p.* 2. *cap.* 2.
num. 91., *et vide Riccium in prax. civ. tom.* 4.
p. 3. *lib.* 2. *cap.* 31. *num.* 8. *in fine*.
9 Verum nota, quod *Alexius in dicta alleg.*
95. *De Marinis* postquam fuse, doctoque ca-
lamo quæstionem istam degustavit , tandem
firmavit conclusionem prædictam procedere,
quoties pupillus major effectus afferret so-
lummodo velle se probare per juramentum
perhorrescere adversarii potentiam ; quoniam
tunc certum erit, ut amplius juramentum
præstari, supplerique nequeat, cum extrema
non sint habilia; quia post status mutationem
cessat miserationis qualitas, & consequenter
10 ejus privilegium. Diversum vero erit, si pu-
pillus major effectus perhorrescentiam poten-
tiæ partis adversæ aliis extrinsecis probatio-
nibus , quam per juramentum probare vellet,
nam tunc , mutatione status non obstante,
ad tales extrinsecas probationes admittendus
quidem erit ; ex quibus, plene constita per-
horrescentia , firma manebit fori electio an-
tea peracta., ut late probat *Alexius loc. cit.*,
quem laudat, & sequitur *meus Germanus in*
addit. ad prax. civ. Domini Genitoris cap. 2.
num. 455.
11 Formiter tamen in tempore suo facta fori
electione , non obstat inde superveniente
mutationis status, sed fori facta electio sem-
per durat , & numquam expirat , *Thesaurus*
dec. 177. *num.* 4., verum *De Marinis var.* 2.
cap. 243. distinguit in causa criminali, & ci-
12 vili, ut primo in casu duret electio , quia
tractatur de jure , quod Fisco causatur ex
querela proposita a privilegiato , qui si de
medio tolleretur propter status mutationem
remanebit nihilominus Fiscus, tamquam legi-
tima persona, ad instantiam prosequendam.
In secundo casu iterum distinguit, aut status
mutatio supervenit ante , vel post litis con-
testationem , primo casu invalidabitur fori
electio, atque audiendus erit reus conventus,
aut Baro super petita causæ remissioue ad
forum ordinarium . In secundo autem casu
secus erit ; cum litis contestationis effectus
sit, ut per ipsam Judici, coram quo fuit reus
conventus , & actori obligatus , subjiciatur :
Quod dici nequit in primo casu, quoniam
ante litis contestationem non datur lis. Sic-
que status re integra mutaretur , Nihilomi-
nus tamen Thesauri opinio magis communis
13 est, & in Foro recepta, ut nempe sive cau-
sa sit civilis, sive criminalis; sive lis sit con-
testata, sive non, dummodo sit incœpta , ne-
quaquam fori electio formiter facta amitta-
tur per status mutationem , ut tradunt *Car-*
leval. de judic. cap. 2. *num.* 618., *De Luca ad*
De Marinis num. 2. , & *ad Franchis in dec.*
257. *num.* 2., *Alexius ad eumdem de Marinis*
tom. 4. *alleg.* 95. *num.* 7. , *Riccius in prax.*
civ. tom. 4. *p.* 3. *lib.* 2. *num.* 4.
14 Ex dictis infertur primo , fori electionem
in quacumque judicii parte fieri posse , *Na-*
varius de elect. for. tom. 1. *sect.* 1. *quæst.* 15.,
Baronius effect. 41. *circa judicial. num.* 29.,
De Luca ad Franchis in dec. 100. *num.* 5. ,
Addit. ad Sanfelicium in dec. 338. *ver. hæc fori*,
aliique apud meum germanum *Blasium Ri-*
cucci in addit. ad prax. civ. Domini Genito-
ris cap. 2. *num.* 43. Nec obstat regula Textus
in l. Ubi cæptum ff. de judiciis, cum eadem
in casu electionis fori non militet , ut tra-
15 dunt *Cancerius var.* 2. *cap.* 2. *num.* 27. , *The-*
saurus in dec. 177. *num.* 6. , aliique apud *Ber-*
sanum de pupillis cap. 1. *q.* 14. *num.* 3., &
fieri potest etiam post sententiam cujus exe-
16 cutio penitus impeditur , quia per fori ele-
ctionem fit fori declinatoria , quæ Judicis a
quo jurisdictionem adimit , *Muscatellius in*
prax. S. C. p. 2. *Glos. competentes num.* 14.
De Marinis var. 2. *cap.* 47. *num.* 24. , *Ursil-*
lus ad Afflictum in dec. 354. *num.* 4. , *Nicoli-*
nus in prax. civ. num. 381. , *Scoppa ad Sar-*
num in prax. crim. cap. 5. *num.* 16. , *Altimar.*
17 *de nullit. contr. tom.* 6. *rubr.* 2. *q.* 1. *sect.* 1.
num. 747. *ver. competit* ; & tam in prima
quam in secunda instantia , *Cancerius loc. cit.*,
Thesaurus num. 8. , *Bersanus num.* 4.
18 Infertur secundo fori electionem vindicare
tam in civilibus, quam in criminalibus caussis,
quemadmodum & statutum reperitur in constit.
Statuimus & in Cap. Regni *quod decretum*,
& in Ritibus M. C. V. 228. 229., & 233.,
& tradunt *Sabellius* §. *persona num.* 9. *Riccius*
collect. decis. 2307., *Follerius in prax. crim.*
ver. audiantur excusatores num. 97. , *Bersanus*
de pupillis cap. 1. *q.* 14. *num.* 5. , hac tamen
differentia, quod in civilibus Procurator de-
19 clinat , & juramentum præstat , ut tradunt
Riccius collect. decis. 3797. , *Muscatellius in*
prax. S. C. p. 2. *Glos. competentes* , *num.* 73.,
meus Germanus in addit. ad praxim civ. Do-
mini Genitoris cap. 2. *num.* 439., & 441. , &
suffi-

sufficeret ut erit procurator generalis cum
20 libera; immo procurator constitutus ad forum eligendum, nulla facta de jurando partis perhorrescentiam mentione, etiam tale juramentum præstare poterit, *Trentacinque var. resol. 2. cap. 2. num. 14.*, aliique apud *Riccium in prax. civ. tom. 4. p. 3. lib. 2. cap. 31. num. 7. ver. & quod*, in criminalibus vero per-
21 sonaliter comparere debebit inquisitus, nisi in aliquo loco sub vinculis reperiretur, ut tradunt *Riccius loc. cit.*, *ubi De Caro n. 5.*, *meus Germanus num. 437.*, & hæc distinctio adinventa fuit pro concordanda opinione *Afflicti*, & *Caravitæ*. Etenim per Ritum M.C. 230. diffinitum reperitur, non gaudere miserabilem privilegio, nisi personaliter comparuerit. Hinc *Caravita super dicto Ritu n. 3.*, & *in Ritu* 269. *num.* 2. ait dispositionem præfati Ritus 230. esse in viridi observantia. E converso autem *Afflictus in Constit. Statuimus num.* 26. testatur, enunciatum Ritum non servari; eapropter discordantes istas opiniones Doctores nostri enunciata distinctione concordarunt.

22 Sed an juramentum de perhorrescendo partis adversæ potentiam sufficiens erit, ut in comparitione allegetur sub istis verbis, *jurando perhorrescere potentiam adversarii*, an revera coram Judice cum effectu præstandum erit? Difficultas ex eo pendet, quod in laudata Constit. *Statuimus* legitur *Sacramento corporaliter præstito*; ex quibus verbis motus *Petra in Ritu* 233. ait, tale juramentum cum effectu fore præstandum, & favet *De Franchis in dec. 257. num. 4.*, & 5.

23 De contraria observantia testatur *Muscatellus in prax. S. C. p. 2. Glos. competentes in addit. lit. H.*, suisque temporibus semper practicatum vidit in libello dici, *jurando perhorrescere*.

24 Sed *Riccius in dicto cap. 31. num.* 8. utramque opinionem veram dicit; sicque prima vera sit in casu, quo pars, aut Judex opposuerit penes acta juramentum præstari debere, cum pluries in superiorum provisionibus mandari vidit, *præstito prius perhorrescentiæ juramento penes acta*; & ita passim servari inquit. Secunda vero locum suum vindicabit, nulla data per partem, aut per Judicem oppositione.

25 Quærunt necnon Doctores, si adversus hoc perhorrescentiæ juramentum poterit per adversarium contraria probatio admitti? Affirmat *Capella Tholos. in dec. 237.*, atque dari terminum tradit *Niger in cap. Regni quod decretum num. 12.*, & sequuntur *De Franchis in dec. 257. num. 6.*, *Muscatellius in prax. S.C. p. 2. Glos. competentes in addit. lit. H.*, aliique apud *Alexium ad De Marinis tom. 4. alleg. 95. num. 8.*

26 Contrarium tamen verius docent *Afflictus in Constit. Statuimus num.7.*, *Follerius ibidem num. 119.*, *Trentacinque de citatione resol. 2. num. 14.*, *Borellus in summa decis. tom. 1. tit. de juram. perhorrescent. num. 43.*, *Thorus decisum testans in compend. decis. p. 1. ver. terminus*; *Riccius in prax. civ. tom. 4. p. 3. lib. 3. cap. 31. num. 9.*, *meus Germanus in addit. ad prax. civ. Domini Genitoris cap. 2. num. 442.*, ea ex ratione, quia timor, suspicio, aut diffidentia, quam de Judice quis habet, in animo quidem consistit, & solummodo per ipsius partis juramentum probari potest, cum non semper partis potentia timeatur, benevero antipathia Judicis, quæ extrinsecis probationibus probari nequit.

27 Facta igitur formiter per pupillum fori electione, illico manus Judicis declinati ligatæ sunt, etiam ante Judicis electi inhibitionem; & quicquid factum fuerit, pro attentato habetur, ut decisum testatur *De Franchis in dec. 294.*, *ubi Addentes*, *Maradei in prax. procef. exeq. cap. 15. num. 53.*, *Addit. ad Sanfelicem in dec. 358. ver. & statim*, *Galluppus in prax. civ. p. 2. cap. 6. num. 57.*, *Sarnus in prax. crim. cap. 5. num. 12.*, *Barouias effect. 41. circa judicial. num. 20.*, *Sabellius §. persona num. 11. ver. quod facta*, *De Luca ad De Marinis var. 2. cap. 243. num. 4.*, *Altimari de nullit. contr. tom. 6. rubr. 2. q. 1. sect. 1. num. 747. ver. & electione*.

28 Sed an saltem Judex declinatus terminum parti forum declinanti ad comparendum coram Judice electo, & variato pro causæ diffinitione præfigere valeat? Utramque opinionem vide penes *Riccium in prax. civ. tom. 4. p. 3. lib. 2. cap. 31. num. 12.*, opinioni tamen affirmativæ vires inde dedit *prag. 10. de offic. Judic.*, quæ expressim statuit posse judicem parti declinanti terminum prædictum præfigere. Et quamquam de variatione Regiæ Audientiæ ad M. C. loqui videatur, attamen ex vi comprehensionis, & rationis identitate de omnibus judicibus procedit, ne causæ retardentur, atque calumniæ foveantur. Dummodo tamen per Judicem electum expeditæ non fuerint inhibitoriales, & Judici declina-
29 to præsentatæ. Nam ipsis præsentatis, tunc ad electum Judicem pro statuendo termino parti declinanti pro actorum transmissione recurrendum erit, *Riccius loc. cit.*, *meus Germanus dicto cap. 2. num. 433.*

30 Cum eadem distinctione firmat *Riccius n. 13.* in casu cognitionis super viribus declinatoriæ fori, ut si nempe oppositum fuit, pupillum non esse talem, & tunc ante inhibitionem cognoscit Judex declinatus; post vero inhibitionem Judex electus.

31 Hæc autem fori electio nequaquam ad Judices inferiores, nempe secundarum, & tertiarum causarum fieri potest, benevero ad Regia Tribunalia; alias facta electio nulla erit, utpote in Judicem incompetentem; ideoque ea non obstante Judex declinatus valide in causa procedere poterit, *Sabellius §. persona num. 9. ver. de prædictis*; *addit. ad Sanfeli-*

cem. in dec. 358. *ver, & debet*; *Maradei filius*
in sing. 396. *num.* 6., *Riccius num.* 20., *meus*
Germanus num. 428. *post Dominum Genitorem*
in cap. 16. *num.* 131. *ver. dixi*.
32 Prout neque fieri potest ad Judices ad
certum causarum genus destinatos, *Riccius*
loc. cit., *meus Germanus num.* 430.
33 Huic fori electioni utpote toto miserabi-
lium cœtui concessæ nequaquam potest per
aliquam privilegiatam personam renunciari;
& quævis expressa renunciatio nulla erit,
Cancerius var. 2. *cap.* 2. *num.* 30., *Baronius*
effect. 41. *circa judicial. num.* 12., *De Faria*
ad Coverruvias pract. quæst. cap. 6. *num.* 22.,
Bersanus de pupillis cap. 1. *q.* 14 *num.* 14,
De Franchis in dec. 100. *num.* 21., *& in dec.*
192. *num.* 7., *Altimari de nullit. contr. tom.*
6. *rubr.* 2. *q.* 1. *sect.* 1. *num.* 747., *ver. &*
pupillus; etenim hoc privilegium, magis
dantis causa concessum videtur, quam ei,
cui datur; pariterque quia talis renunciatio
Imperatoris misericordiam tolleret, *Bersanus*
num. 15., *post Velasc. de privileg. miserab.*
person. p. 2. *q.* 3. *num.* 27.
34 Neque per contumaciam amittitur, quia
pro tacita renunciatione habetur, *Carneval.*
de judic. lib. 1. *tit.* 1 *disp.* 2. *q.* 6. *sect.* 7.
num. 600., *Baronius effect.* 1. *circa judicial.*
num. 34, *De Luca ad Franchis in dec.* 553.
36 *num.* 4., *ver. advertendum*, *Altimari ver.*
competit; necminus per Principis rescriptum
cum clausula, *quacumque lege in contrarium*
disponente non abstante, *vel non obstantibus*
privilegiis, *Carleval. num.* 577., aliique apud
Altimarem ver. huic privilegio; immo neque
si contineret quantocumque amplissimas, &
36 prægnantes clausulas derogatorias quorum-
cumque privilegiorum, *Salgadus labyr. credit.*
p. 1. *cap.* 7. *num.* 48., ut si diceretur, *non*
obstante quacumque privilegio, de quo spe-
cialem mentionem fieri oportet de verbo ad
verbum; nam nisi de pupillis, viduis, aut
aliis miserabilibus personis expressa, & indi-
vidua mentio facta fuerit, nullum præjudi-
cium ipsis inferretur; *Baronius effect.* 41.
circa judicial. num. 16., *Thesaurus in dec.* 177.
num. 9., *De Franchis in dec.* 182. *num.* 8.,
& in dec. 192. *num.* 3., *Afflictus in constit.*
Statuimus num. 15., ubi ita judicatum refert.
37 Sufficeret tamen dici, non *obstante quod*
sint miserabiles, *Gratianus cap.* 182. *num.* 12.,
Menochius de præsumpt. lib. 6. *præs.* 40. *n.*
6., nam licet in specie de derogatione non
appareat, neque de pupillis, aut viduis ali-
38 qua individua mentio facta fuerit, attamen
idem erit apponi clausulam, non *abstante l.*
unica, aut non obstante *quod sint miserabi-*
les, ut expresse decisum testatur *De Fran-*
chis in dec. 187., ubi Addentes, & refert
Cancerius var. 2. *cap.* 2. *num.* 25.
39 Omnia tamen prædicta in casu dubio pro-
cedunt; quoties enim de Principis mente
constaret, & tunc quæcumque generales
clausulæ sufficerent, *Baronius num.* 19., *Gra-*
tianus num. 13., aliique apud *De Lucam ad*
Franchis num. 2.
40 Hinc sequitur, quod in Terris Baronum
non censetur derogatum privilegium *l. unica*
per concessionem Jurisdictionis primarum,
& secundarum causarum, *Cancerius num.* 26.,
Thesaurus dec. 177. *num.* 11., *De Franchis*
dec. 192. *num.* 2.
41 Hæc autem fori electio sive agenti, sive
convento pupillo semper competit, sed co-
ram Judice partis adversæ competenti fieri
debet, *Baronius num.* 21., *Bersanus cap.* 1.
q. 14. *num.* 2., *Covarruvias pract. quæst. cap.*
7. *num.* 5., *Menochius de arbitrar. in addit.*
ad cas. 66. *num.* 50., *Salgadus labyr. credit.*
p. 1. *cap.* 2. *num.* 44., *Afflictus in constit.*
Statuimus num. 13., *Caravita super Ritu* 233.
num. 7., *Altimari de nullit. contract. tom.* 6.
rubr. 2. *q.* 1. *sect.* 1. *num.* 747., *ver. & gaudet.*
42 Et ipsius pupilli litis consortibus adhuc
prodest, dummodo causa fuerit individua,
Baronius num. 32., *Altimari ver. competit*
etiam, *Oddus de restit. in integr. quæst.* 46.
art. 3. *sub num.* 10., *Cancerius var.* 2. *cap.* 2.
num. 28., *Mastrill. dec.* 107. *num.* 8., *Affli-*
43 *ctus dec.* 213. *num.* 1. Individuum autem
dicitur illud, cujus essentia unica, & impar-
tibilis est, itaut una pars sine altera stare
nequeat, ut declarat *Cravetta cons.* 558. *n.*
15., quem laudat *Bersanus num.* 8.
44 Ad hoc autem ut pupillus fori electione
gaudere possit, extra patriam potestatem
esse debet; nequit enim pupillus quis dici,
nisi extra patriam potestatem sit, per sen-
tentiam Pomponii *in l. Pupillus* 239. *ff. de*
V. S., *Sabellius §. persona num.* 16 *ver. In-*
tellige, *Capiblanca de Baronib. prag.* 8. *num.*
161., *Cancerius var.* 2. *cap.* 2. *num.* 13.,
Gratianus cap. 471. *num.* 70., *Bersanus de*
pupillis cap. 1. *q.* 14 *num.* 21., *Muscatellius*
in prax. S. C. p. 2. *Glos. competentes num.*
72., *De Franchis in dec.* 100. *num.* 15., *De*
Luca ad eumdem in dec. 671. *num.* 2.; aliique
apud *Altimarem de nullit. contr. tom.* 6. *rubr.*
2. *q.* 1. *sect.* 1. *num.* 747. *ver. limita.*
45 Et non solum in patris potestate esse ne-
quit, immo neque & avi. Hinc mortuo pa-
tre, si pupillus in avi potestate reincidat,
fori electionem non habebit, ut decisum
testatur in S. C. *De Franchis in dec.* 671.,
De Marinis var. 1. *cap.* 338. *num.* 9., *Pa-*
schalis de patr. pot. p. 2. *cap.* 2. *num.* 92.
in fine, *Bersanus num.* 22.
46 Objiciunt nonnulli cum vidua, & sicuti
ipsamet in patris potestate existens fori ele-
ctione adhuc gaudet, ut tradunt *De Fran-*
chis in dec. 100. *num.* 14, *ubi De Luca n.*
1., *& ad dec.* 671. *num.* 3., *atque ad De*
Marinis var. 1. *cap.* 338. *num.* 2., *Rovitus*
dec. 49. *num.* 12., ita pariter & in pupillo
idem dicendum erit. Huic objectioni respon-
47 detur, quod pupillus sub potestate Patris
exi-

existens verus pupillus non dicitur; cum ta-
lis sit, qui patre caret, ut in d. l. Pupillus;
ideoque si pupillus dici nequit, merito illius
privilegio gaudere non debet; nam ubi ver-
ba non conveniunt, nec etiam & dispositio
secundum tradita ab Ulp. in l. Dies cautioni
4. §. toties ff. damn. infect., econverso tamen
esse viduam non dependet ab habere, vel
non habere patrem, ita Pratus lib. 1. discept.
13. num. 63., De Luca ad Franchis in dec.
671. num. 3., Andreol. contr. 425., Riccius
in prax. civ. tom. 4. p. 3. lib. 2. cap. 32.
48 num. 5. ver. & quare. Pariterque responde-
tur, privilegium l. Unicæ in commiseratione
personarum in ea expressarum fundatum esse;
& non ut singulæ, sed toto miserabilium cæ-
tui concessum, per quod nemo privilegiatus
ipsi privilegio renunciare potest. Hæc autem
quoad pupillum commiseratio non descen-
dit ex ratione ætatis, benevero conditionis,
quia e patria potestate esse desiit, ut tra-
dunt Paschalis num. 92., De Luca num. 1.,
Motillus de gradu citationis num. 188., Stai-
banus Jun. cent. 2. resol. 155. num. 65., &
89., quicquid dicat Follerius in prax. crim.
ver. audiantur excusatores num. 102., & con-
sequenter necessario requiritur, ut extra pa-
triam potestatem pupillus sit, ad hoc ut com-
miserationi locus esse possit.
49 Non erit tamen necesse, ut pater, aut
avus sit revera mortuus; nam etiam ipsis
viventibus, si pupillus emancipatus fuerit,
fori electionem habebit; etenim pupillus
dicitur tam per mortem patris, quam per
emancipationem, ex sententia Pomponii in
l. Pupillus est ff. de V. S., & tradunt Can-
cerius var. 2. cap. 2. num. 13., De Luca ad
Franchis in dec. 671. num. 2., aliique.
50 Fallit tamen primo prædicta conclusio,
si pupilli causa ageretur super bonis, in qui-
bus pater usumfructum non habebit, quo-
niam tunc tali pupillo patrem habenti, in
ejusque potestate existenti electio fori non
denegatur, quia pater consideratur tanquam
illius tutor, & curator, qui rationem redde-
re, & inventarium conficere, sicuti extra-
neus tenebitur. De Luca num. 6., Gomesius
in leg. Tauri 48. num. 17., Gratianus cap.
365. num. 54., meus Germanus in addit. ad
prax. civ. Domini Genitoris cap. 2. num. 456.
51 Fallit secundo in causis criminalibus, nam
ubi filio impuberi jus accusandi competit,
etiam & fori electio, De Luca num. 5., Scia-
loya de foro compet. cap. 16. num. 2., Ba-
ronius effect. 41. circa judicial. num. 68.,
Riccius in prax. civ. tom. 4. p. 3. lib. 2.
cap. 32. num. 5. ver. quæ supradicta.
52 Fallit tertio, si fuerit pater Religiosus,
quoniam tunc mortuus civiliter censebitur,
Riccius num. 6., meus Germanus num. 478.
53 Fallit quarto, si pater fuerit fatuus, aut
inutilis, Riccius loc. cit., meus Germanus
num. 479., De Luca ad Franchis in dec. 671.
num. 6. in fine, Bersanus de pupill. cap. 1.
q. 14. num. 21., & 40. Paria enim sunt in
jure non esse, vel inutiliter esse per senten-
tiam Ulp. in l. De ætate 12. §. nihil ff. de
interrog. act., Baronius num. 41., inutilis
vero dicitur, si ad triremes fuerit condemna-
tus, aut ab inimicis captus; aut forjudica-
tus, aut incurabili morbo oppressus, Riccius
loc. cit., Baronius num. 42., De Marinis
var. 2. cap. 47. num. 23.
54 Fallit quinto, si pater fuerit infirmus, Ric-
cius num. 7., meus Germanus num. 480., De
Luca loc. cit.
55 Fori electionem habebit pupillus, quantum-
vis dives fuerit; etenim causa commiseratio-
nis pupilli per divitias non aufertur, Muscat-
tellius in prax. S. C. p. 2. Glos. competen-
tes num. 73., Sabellius §. persona num. 13.,
Baronius effect. 41. circa judicial. num. 9.,
Cancerius var. 2. cap. 2. num. 6., Menochius
de arbitr. cas. 66. num. 3., Gratianus cap. 182.
num. 2., Bersanus de pupill. cap. 1. q. 14.
num. 12., De Franchis in dec. 100. num. 19.,
Altimari de nullit. contr. tom. 6. rubr. 2. q. 1.
sect. 1. num. 747. ver. pupillus. Prout etiam
56 fori electionem habebit, si fuerit spurius,
Riccius num. 10., Bersanus num. 13., Alti-
mari ver. pupillus quamvis spurius; De Luca
ad Franchis in dec. 671. num. 5.
57 Quæres, an pupillus conventus ut heres
patris, aut matris ante litem ab ipsis cœptam,
possit fori sui privilegio uti, paternum, aut
maternum declinando? De jure communi
negativa videtur sententia Ulpiani in l. Heres
absens 19. ff. de judic., & vide Covarruvias
pract. quæst. cap. 8. num. 4., Castill. contr.
3. cap. 25. num. 45., aliosque volentes tex-
tum prædictum intelligi de privilegio spe-
ciali ipsius pupilli, non autem de privilegio
in corpore juris inserto.
58 Quicquid tamen de jure communi sit, ho-
die quæstio est attento jure nostri Regni,
ubi habemus Ritum M. C. V. 234., qui ex-
presse statuit, pupillum non declinare forum
in contractu paterno, vel materno, ipso
contractu expresso in citatione; verba Ritus
sunt sequentia: Item ubi pupillus, vel pu-
pilla citatur de mandato dictæ Curiæ ex offi-
cio, seu contractu paterno, vel materno, hoc
expresso in citatione ipsa non auditur, volens
declinare forum ipsius Curiæ.
59 Bartolus de Capua, quem refert Gramma-
ticus in constit. Statuimus num. 12. in fine,
nulla præfati Ritus mentione facta juri com-
muni adhæsit, secundum quod M. C. judi-
casse tradit. Attamen Caravita ad dictum
Ritum, & De Franchis in dec. 234. num. 3.
tradunt, prædictum Ritum non fuisse tem-
pore laudati Bartoli, eapropter non mirum,
si adversus ipsum loquutus videatur.
60 Verum Riccius ad De Franchis in dec. 671.
in fine, Altimari de nullit. contr. tom. 6.
rubr. 2. q. 1. sect. 1. num. 747. ver. nec obsi-

petit; aliique apud *meum Germanum in addit. ad prax. civ. Domini Genitoris cap. 2. num.* 481. simpliciter volunt, non competere pupillo fori privilegium, si ex contractu paterno conveniatur.

61 Eorumdem tamen opinio nimis generalis est. Arridet mihi benevero sententia *De Franchis in dec. 364 num. 3., Castilli controv. quotidian. lib. 2. cap. 45. num. 7., Bersani de pupill. cap. 1. q. 14 num. 2., Muscatellii in prax. S. C. p. 2. Glos. competentes num. 92., Reg. de Rosa in prax. civ. p. 1. in 1. inst. ord. judic. dist. 1. cap. 2. n. 53.*, aliorumque, qui recte casum a casu distinguunt; ajunt enim, aut conveniatur pupillus respectu causæ, & negotii, idest officii, seu contractus paterni, aut materni, hoc contractu in citatione expresso, & tunc procedit illorum opinio, ut fori privilegium nequeat pupillus, attenta Ritus dispositione, declinare. Quæ Ritus verba ex *contractu, seu officio paterno* declarata videntur ex illis verbis *l. Heres absens* §. 1. *ff. de judic.*, nempe: *si quis tutelam, vel curam, vel negotia, vel argentariam, vel quid aliud, unde obligatio oritur certo loco administraverit, etsi ibi domicilium non habuerit, ibi se defendere debebit*. Ex quibus verbis existimat *Muscatellius* fuisse deprompta illa Ritus verba *ex officio, seu contractu paterno*. Hinc est, quod pupillus ex officio, seu contractu paterno ex causis enumeratis in d. §. 1. conventus, nequit paternum forum declinare; cum non tantum ut defunctum repræsentans, sed etiam uti obligatus ratione negotii, & contractus gesti per ipsum defunctum conventus videatur. Qui contractus ejus qualitatis est, ut per ipsum sortiatur quis forum in loco, ubi fuit adimpletus; atque ita pariter explicavit *De Franchis in d. dec. 364 num. 3., & 4.*

62 Dum autem simpliciter convenitur pupil-
lus ut heres patris, non expresso in cita-
tione *ex contractu tutelæ, curæ &c.* & tunc
absq. difficultate forum declinare potest; &
hic casus non cadit sub Ritus dispositione,
ex eo quod non fuit loquutus de quacum-
que prætendentia adversus patrem defunctum,
prout est decisio *De Franchis* 553., sed tan-
tum de contractu, seu negotio in certo lo-
co a pupilli patre administrato, quemadmo-
dum & expresse declarat *De Rosa. in prax.*
civ. p. 1. in 1. inst. ord. judic. dist. 1. cap. 2.
63 *num.* 53., & tamquam casus omissus, sub ju-
ris communis dispositione remanet, *Follerius*
in prax. crim. ver. audiantur excusatores n.
111.. Ritus enim ubi voluit, expressit; &
64 tamquam correctorius juris communis nullam
pati debet extensionem; immo taliter re-
stringendus est, ut lædat quantominus potest,
ut in specie *De Franchis dec. 553. num. 7.*,
65 eo fortius quia declinandi privilegia multo-
rum malorum sunt causa, ideoque stricte in-
terpretanda, *Follerius num.* 101.. Merito igi-
tur hoc secundo in casu pupillus successor suo privilegio uti potest, *Castill. contr. quotid. lib. 17. cap. 45. num. 7., Bersanus de pupill. cap. 1. q. 14. num. 25.*

66 Si vero successit pupillus in lite cum defuncto cœpta, & tunc suo privilegio uti nequit, de quo vide infra *num.* 96.

67 Quæres etiam, an pupillus in juribus a non privilegiato cessis forum declinare possit? Et per Ritum *M.C.V.* 228., & 290. statutum videtur, posse forum declinare in jure cesso, ex causa necessaria, non autem lucrativa. Verum iis non obstantibus, indistincte tam ex causa necessaria, quam lucrativa fori privilegium tali pupillo competere legimus esse praxim in M. C. V., in S. C., & in omnibus aliis Tribunalibus apud *Muscatellium in prax. S. C. p. 2. Glos. competentes num.* 89., & sequuntur *Paschalis de patr. pot. p.° 2. cap. 2. num. 91., Afflictus in const. Regni rubr. 37. de offic. Magistri justitiæ q. 6. num. 27.*, aliique apud *Bersanum de pupill. cap. 1. q. 14. num. 6.*

68 Dispositionemque citatorum Rituum ab aula recessisse tradunt *Capyc. Latr. in dec. 54. n. 8., ubi Manfrella num. 8., De Luca ad Franchis in dec. 195. num. 1.*; & quamquam *Capiblanca de Baronib. tom. 1. pag. 8. num. 132.*, dicat, Caravitam errasse in ajendo non observari Ritus dispositionem, cum revera sit in viridi observantia in Supremis Tribunalibus, & ita decisum refert in causa Ignatii Scophani cessionarii ex causa lucrativa cum Camilla Christiano, cujus causa fuit remissa ad Curiam Civitatis Tabernæ; nihilominus tamen *Manfrella ad Capyc. Latr. in d. dec. 54 num. 9.* testatur decisum contra Capiblanc. sub die 13. Septembris 1678. in S. C., ubi etiam pro causa lucrativa denegata fuit causæ remissio, & in *num.* 10. refert *Petram in d. Ritu num.* 11. idem testantem.

69 Immo adhuc concesso, quod præfati Ritus in viridi forent observantia, nec minus pupillis nocerent, ut privilegium pro causa lucrativa amitterent. Etenim Ritus ipsi pro omni alia persona sunt intelligendi, miserabilibus exceptis, quæ sub illis non comprehenduntur, ut notat Andrea, quem sequitur *Afflictus in constit. Statuimus q. 6.*, & in S. C. ita decisum testatur *De Franchis in dec.* 195.; quam decisionem laudant *Cala de modo articulandi num. 95., Menochius de arbitrar. in addit. ad cas. 66. num. 43., Navarr. in prax. elect. fori q. 4. sect. 2.*, & quia pupilli de miserabilibus sunt, ut supra demonstratum est, merito sub prædictorum Rituum dispositione non comprehenduntur.

70 Nota tamen, quod si causa lucrativa cum fraude appareat cessa, & tunc privilegium pupillo denegabitur, *Capyc. Latr. in dec. 54. n. 11., ubi Manfrella num. 10.*, etenim pupilli ratione hujus privilegii inter potentiores connumerantur, ut refert *Olea de cess. jur. tit. 6. q. 3. num. 48.*, eapropter si cum fraude cessio-

fionem istam factam fuisse appareret, merito
privilegium pupillo denegabitur, & non aliud
quod cedens habuisset, ipse pupillus haberet,
Olea loc. cit., *Bersanus de pupill. cap. 1. q.*
14. num. 6., & 8.

71 In dubio tamen absque fraude cessio præ-
sumenda erit facta; iccirco fraudem asserenti
probandi onus incumbit, *Bersanus num. 9.*,
72 *Paschalis de patr. pot. p. 2. cap. 2. num. 91.*
in fine, prout omnis fraudis suspicio cessabit,
si proveniret cessio ex ultima voluntate, *Ro-*
deric. de ann. reddit. lib. 3. q. 4. num. 43.,
aliique apud *Bersanum num. 7.*

73 E converso autem fori privilegium pupillo
competens in ipsius pupilli cessionarium ne-
quaquam transire extra dubium esse firmat
Olea num. 22.

74 Inter incudinem, & malleum castiganda oc-
currit disputatio, nempe si fori privilegium
pupillo competens etiam & minori competat,
& jure communi inspecto, difficultas ex eo
pendet, quod *Tex. in l. Unica Cod. quando*
Imp., de pupillis tantum mentionem fecit;
cui texti vires inde dedere *Ritus* M. *C. V.*
230. incip. *item quod si qua mulier*, 231. incip.
item si pupillus, & 232. incip. *item Clericus*;
in quibus de solis pupillis adhuc mentio facta
apparet. Eapropter per M. C. de anno 1588.
judicatum fuit, non gaudere minorem fori
electione, prout testantur *Novarius de elect.*
fori sect. 3. q. 4. num 5., *Riccius collect. decis.*
2360, *Viscont. de Franchis in decis. 100. ad*
num. 17., aliique apud *De Marinis var. 2. cap.*
47. num. 6., ubi quæstionem istam satis con-
troversam nominat.

75 Econverso tamen, quod etiam attento te-
nore *l. Unicæ* potitur minor electionis privi-
legio, quemadmodum & ipse pupillus, defen-
dunt *Paschalis de patr. pot. p. 2. cap. 2. n.*
92., *Covarruvias pract. quæst. cap. 6. num. 2.*
ubi De Faria num. 13., *De Luca ad De Ma-*
rinis var. 2. cap. 47. num. 2., *& seqq.*, *& ad*
Franchis in dec. 100. num. 4., & ita decisum
in S. C. testatur *Rovitus in dec. 37.*, ac bis
decisum refert *Sanfelicius in dec. 134.*, *& 274.*,
& in praxi testimonium faciunt *Nicolinus in*
prax. civ. num. 380., *Motillus de gradu Citat.*
num. 188., *Riocius in prax. civ. tom. 4. p. 3.*
lib. 2. cap. 32. num. 2., & tradunt *Bersanus*
de pupill. cap. 1. quæst. 14. num. 18., *Alti-*
mari de nullit. contr. tom. 6. rubr. 2. qu. 1.
sect. 1. num. 747. in princ., *& in ver. pupillo-*
rum privilegia, *& in ver. competit etiam.* Ea
ex ratione, quia privilegia pupillis concessa
minoribus etiam extenduntur. Tum etiam quia
minoris ipsi miserabilium nomine, quemadmo-
dum & pupilli veniunt, cum Curatorem ha-
bere debeant, propriasque causas in judicio
defendere nequeant. Et tum pariter quia sub
nomine pupilli venit adhuc minor, ex senten-
tia *Modestini in l. Tutor 15.*, *ubi Gl. ff. de*
sponsal., & tradit *Bersanus de pupill. cap. 1.*
77 *q. 1. num. 2.*, oportet tamen, ut talis minore
sub patria potestate esse non debeat, ut refert
De Rosa in prax. civ. p. 1. in 1. inst. cap. 6.
78 *dist. 3. num. 6.*. Nec refert si habebit, vel
non Curatorem, quoniam in judiciis semper
minoribus etiam invitis curator datur, *De Lu-*
ca ad Franchis in dec. 100. num. 4.

Et hujus secundæ sententiæ conclusionem
veram necnon existimo, attenta adhuc no-
vissima Regali Sanctione de die 14. Aprilis
1747. quæ tenoris est sequentis.

79 „ Pretesero li Padri del Convento di San
„ Domenico del titolo della Provincia di Ca-
„ tanzaro di essere ammessi alla elezione del
„ foro, siccome già aveano ottenuto con pro-
„ visioni della G. C. per la causa della rivo-
„ cazione di un territorio da essi Padri con-
„ ceduto a censo ad Antonio Migliaccio, ed
„ all'eredi di Giuseppe Migliaccio, e poi pas-
„ sato a Giovanni, e Gennaro Pruno, e Pom-
„ peo Montuoro, i quali contrastavano a det-
„ ti Padri il privilegio del foro, pretendendo,
„ che non dovessero goderlo. Ed avendo il
„ Re considerato le vicendevoli pretenzioni
„ dell'una, e dell'altra parte circa il detto
„ privilegio del foro, ha risoluto, che fino a
„ nuovo ordine si osservi il general Comando
„ di S. M. di non ammettersi alla *l. unica C.*
„ *quando Imp.*, se non quelle persone, che
„ letteralmente sono nominate in essa *l. unica.*
„ Mi comanda perciò S. M. comunicarlo a
„ V. S., acciò lo partecipi a cotesto Tribunale,
„ e sta in tale intelligenza. Dio guardi a
„ V. S. per molti anni, come desidera. Pa-
„ lazzo 14. Aprile 1747. Il Marchese Tanuc-
„ ci = Signor Regente della Vicaria.

80 Hinc est, quod novissima hæc Regalis San-
ctio non personas, quæ fori privilegio gau-
dere debent, patefecit, benevero eas, quæ
literaliter in *l. unica* nominantur, voluit be-
neficio ipsius legis gaudere. Literaliter autem
nominati sunt pupilli, viduæ, & diuturno
morbo laborantes, & debiles, ut annuimus
num. 2., non enim simpliciter in mente Le-
gislatoris fuit in abstracto consideratum no-
men pupilli, viduæ, & diuturno morbo de-
fatigatorum, benequidem omne, quod sub
nomine, & significatione pupilli, viduæ, &
diuturno morbo defatigatorum venire potest,
attento, inspectoque juris communis tenore.

81 Etenim ly *diuturno morbo defatigatus* in se
nihil est, & nullum habet nomen; attamen
tamquam eius generale specificatur, & no-
men accipit in suis significatis; eo quod si-
gnificare videtur cæcos, articulatione, sive
diuturno dolore compactos, aliosque simile
qui diuturno aliquo morbo laborant. Dum
enim Imperator dixit in *d. l. unica*, *& diu-*
turno morbo defatigatos idem est, ac si di-
xisset, & nominasset quos ipsa verba signifi-
cabant, & significant; alias ea verba *& diu-*
turno morbo defatigatos si non specificaren-
tur, & nomen reciperent in suis significatis,
ad nihil servirent, & vana, quod dici peni-
tus,

tus nequibit, redderentur, ut contra *Morum in prax. civ. tom. 1. cap. 5. §. 7. num. 13., & seqq.*, qui solummodo pupillos, & viduas privilegio fori, attento laudato Regali diplomate, gaudere ait, & non alios; quia pupilli, & viduæ tantum ea in lege literaliter nominati videntur; & pariter ex alia ratione, quia diuturno morbo defatigati ad judicium per procuratorem venire possunt.

82 Sed parcat amabo laudatus mihi *Morus*; etenim in *d. l. unica* literaliter nominatum videtur nomen pupilli; literaliter nominatum legitur nomen viduæ, & literaliter nominatum est nomen diuturno morbo defatigatorum; & sicuti pupillus non habet in se intrinsecum nomen, nisi illud quod significat, idest *impuberem, & patria potestate solutum*; item & vidua sicuti non habet in se nomen intrinsecum, nisi illud, quod denotat, nempe *desponsatam marito solutam*, ita & diuturno morbo laborans non aliud habet nomen, nisi illud, quod significat, & denotat, nempe diuturnos cœcos, articulatos &c. Et sicuti pupillus, & vidua fori privilegium in suos significatos transmittunt, cur, & non idem in diuturno morbo laborantibus dicendum erit? Non diversa videtur inter ipsos ratio, & consequenter neque ejus dispositio.

83 Claudicare nimis etiam videtur alia ratio a
Moro illata in illis verbis. *Ma in questo Regno non vi è questo comparire di persona per le cause civili, come è a tutti manifesto, onde cessa per questo mottivo la d. l. Unica rispetto ai mal sani di corpo, abbenche fossero poveri.* Etenim vis electionis fori non stat in posse, aut non posse litigantes in judicio comparere de persona, benevero in ætatis, vel status commiseratione, quæ partis gignit perhorrescentiam, ut ipsemet *Morus* testatur *in n. 26.* quæ perhorrescentia, & commiseratio per procuratorem equidem non evitatur. Sicque electionis causa perdurante, electio ipsa procedere adhuc debet. Itemque eveniret absurdum, quod diuturno morbo defatigatus, quia in civilibus per procuratorem comparere poterit, fori privilegium non haberet; in criminalibus vero quia personaliter comparere debebit, fori privilegium eum habere dicendum erit; sicque diceretur privilegiatus in criminalibus, non autem in civilibus. Conclusum igitur remanet, fori privilegium diuturno morbo
defatigatis adhuc competere, attento tenore
84 Regalis resolutionis; & fortius etiam minoribus. Licet enim de solo pupillo in *d. l. Unica* loquutus videatur Imperator, attamen de minore pariter intellexisse dicendum est; cum satis eidem nota esset Modestini sententia in *l. Tutor 15. ff. de sponsalib.*, ut nempe sub nomine pupilli adultus adhuc contineatur, & tradit *Bersanus de pupill. cap. 1. q. 1. num. 9.* Ideoque si pupillos nominavit Imperator, eos qui sub pupillis continentur, intelligere voluit; eo magis quia minorum favore lata facienda sit interpretatio. Tum etiam quia ipsius legis
fine inspecto, necessario minores comprehen-
85 dendi sunt, ex eo quod ratio miserationis, cujus contemplatione fori privilegium pupillis concessum est, minoribus adhuc competit; cum & ipsi quoque res suas administrare nesciant, & non secus ac pupilli ab aliis reguntur, & majorum versutiis, atque potentiæ sunt subjecti, ut tradunt *Bersanus num. 19., Paschalis de patr. pot. p. 2. cap. 2. num. 92.*, & consequenter minores, utpote & pupillos fori privilegio gaudere existimo.

86 De pulchra quæstiuncula placet etiam quærere, si nempe mulier major privilegio fori sui viri pupilli, aut minoris potiri possit? Et pro certo semper habui, uxorem viri sui forum sequi debere, per rescriptum Impp. Valen., & Valens. *in l. Mulieres 13. Cod. de dignit. lib. 12.*, & ex traditis communiter a Doctoribus, ut videndus *De Franchis in dec. 363. num. 1., & De Marinis var. 1. cap. 22. num. 6.*, etiamsi speciali jure hoc fori privi-
87 legium marito competeret, per *Tex. in l. Eos qui 6. Cod. de fabricen. lib. 10., & in l. Ii qui 3.*, & in *l. Ante omnia 4. Cod. de Castrens., & Ministerian. lib. 12., & in l. Ne ad diversa 4. Cod. de silentiar., & decurion. lib. 12.*, & tradunt *Menochius de arbitr. cas. 562. num. 6., Merlinus cent. 1. cap. 94. num. 1., ubi Scoppa num. 1., Gratianus cap. 623. num. 3., De Marinis var. 1. cap. 23. num. 6., ubi Rodoer. n. 6., & de Luca num. 3., & ad Franchis in dec. 363. num. 1., Paschalis de patr. pot. p. 4. cap. 2. num. 6., Surdus dec. 330. num. 15., Thesaurus dec. 115. num. 9., Capyc. Latr. dec. 181. num. 37., ubi Manfrella num. 20., Gyzzius ad eumdem in dec. 198. num. 1.*

88 Objiciunt nonnulli, personale privilegium propriam personam transgredi non posse. Cui objectioni omnes unanimiter respondent, regulam hanc in præsenti casu fallere; ex eo quod privilegium fori ita uxori communicatur, ut ipsius viri personam nequaquam egredi dicatur, neque in personam uxoris, ut in aliam personam transire videatur, quia ratione unitatis vir, & uxor una persona reputantur; ut tradunt *Surdus num. 20., Capyc. Latr. num. 38., De Marinis num. 6., ubi Rodoerius num. 14., & De Luca num. 5., & ad Franchis num. 1.*, ubi fori privilegium non est
89 ita rigorose personale, ut tamen viro, & non uxori competat; & hoc ex quadam vi comprehensiva, quia una caro reputantur; quod non ficte, sed vere, proprie, & realiter; cum inducta sit unico jure divino, quod per unitatem non per fictionem operatur, & tradunt *Surdus num. 22., Gratianus num. 13.*

90 Et adeo est transfusio viri in personam mulieris, ut si ipsi viro aliquod privilegium concedatur, nulla facta uxoris mentione, pariter & ipsi uxori concessum videtur, ut si dictum fuerit tibi, & uxori tuæ, *Rodoerius ad de Marinis var. 1. cap. 23. num. 11.*

91 Et ne speciali, ac individua auctoritate no-
stra

ſtra hæc concluſio careat, expreſſim eam docet *Stalbanus jun. cent.* 2. *reſol.* 155. *num.*90., *& ſeqq.*, ubi firmat, privilegia conceſſa miſerabilibus vigore *l. Unica Cod. quando Imp.* in eorum uxores pariter tranſire; cum vir, & uxor una ſint caro.

92 Et quamvis adverſus prædicta videatur adeſſe *deciſ.* 363. *De Franchis*, ubi deciſum fuit, non gaudere uxorem artificis privilegio fori ſui viri; nihilominus ea deciſio fundata fuit in ratione, quod illa uxor non ex propria perſona, ſed ut heres alterius veniebat, ideoque a ſui viri privilegio excluſa fuit, prout advertit *ibidem De Luca ſub num.* 1.

93 Quamplures vero ſunt caſus, in quibus fori privilegium ceſſat in pupillo. Et primo ceſſat, ſi ſub patria poteſtate erit, ut *num.* 44. dictum eſt.

94 Secundo ceſſat in pupillo hæbreo, aut Judæo, qui fori electionem non habebit, *Novar. de elect. for. q.* 5. *ſect.* 1. *num.* 11., *Riccius ad Franchum in dec.* 671., *Altimari de nullit. contr. tom.* 6. *rubr.* 2. *q.* 1. *ſect.* 1. *n.* 747. *ver. nec competit ſi minor.*

95 Tertio ceſſat, ſi pupillus ut auctor laudatus ad tuendum emptorem, cũ de evictione tenebitur, venerit, *Amatus var.* 2. *reſol.* 85. *n.* 66., *aliique apud De Fariam ad Covarruvias pract. quæſt. cap.* 7. *num.* 44.

96 Quarto ceſſat, ſi ſucceſſerit in lite cum defuncto cœpta, per ſententiam *Jaboleni in l. Si is qui ff. de judic.*, *Gratianus cap.* 182. *n.* 27. *Cancerius var.* 2. *cap.* 2. *num.* 27., *Carneval. de judic. lib.* 1. *diſp.* 2. *num.* 625., *Riccius collect.* 2309., *De Faria ad Covarruvias pract. quæſt. cap.* 6. *num.* 23., *&* 44., *Berſanus de pupill. cap.* 1. *q.* 14. *num.* 23., & in S.C. deciſum teſtatur *De Franchis in dec.* 364, *ubi*
97 *De Luca num.* 1. Etenim defuncti conditio ex heredis perſona non mutatur, ut in ſpecie docuit *Ulp. in l. Heres abſens ff. de judic.*, *& Paulus in l. Stipulationem* 3. §. *ex his ver. non enim ff. de verb. oblig.*, *Berſanus n.* 24.,
98 ſicque pupillus majori ſuccedens jure majoris utitur, quia pupilli perſona tunc non conſideratur, *Baronius effect.* 41. *circa judic. num.*76., volunt tamen *Capiblanca de Baronib. in prag.* 8. *num.* 315., aliique relati per *Baronium n.* 78., quod requiritur, ut non tantum lis ſit cœpta, ſed etiam conteſtata.

99 Quinto ceſſat, quando convenitur ex contractu paterno, ipſo contractu in citatione expreſſo, ex dictis *num.* 57., *& ſeqq.*

100 Sexto ceſſat, ſi fuerit pupillus conventus coram A. C. vigore Cameralis obligationis; nam per facultates Auditoris Cameræ fuit derogatum privilegium *d. l. Unicæ*, ut tradunt *Sabellius §. obligatio num.* 27., *Baronius effect.* 41. *circa judicial. num.* 73., *Maradei in prax. præſent. inſtrum. cap.* 11. *num.* 14., *Altimari de nullit. contr. tom.* 6. *rubr.* 2. *q.* 1. *ſect.* 1. *num.* 747. *ver. nec in cauſa Cameralis*.

101 Septimo ceſſat in cauſis minimis, & parvi momenti, ubi fori electio penitus denegatur, *Baronius num.* 53., *Afflictus in dec.* 129. *n.*15. *Novarr. de elect. fori p.* 1. *ſect.* 4. *q.* 41. *n.*8. *ver. & juſta*, *Maradei Filius in obſervat. ad ſing. Patris* 082. *num.* 3., & in ſumma ducatorum octo fuiſſe denegatam fori electionem judicatum refert *Novar. loc. cit.*, quem lau-
102 dat *Altimari ver. non competit*. Etenim modicus exceſſus in conſideratione non habetur, ut tradunt *Baronius num.* 57., *De Franchis in dec.* 404. Prout in ſimili uſusfructuarius modicam expenſam non recuperat per ſententiam *Celſi in l. Hactenus* 8. *ff. de uſufr. Baronius num.* 61., quæ modica expenſa duorum aureorum eſſe debebit, vel melius Judicis arbitrio remittitur, ut refert *Gloſ. in d. l. Hactenus*.

103 Octavo ceſſat electio ad forum, cujus juriſdictio ipſius pupilli nomine exercetur, quoniam tunc ſuſpicio aliqua adeſſe poterit, *Covarruvias pract. quæſt.* 7. *ver. octavo*, quam laudat *Menochius de arbitrar. in addit. ad caſ.* 66. *num.* 48.

104 Nono ceſſat in cauſa feudali, quæ coram judicibus allodialibus practicari non debeat, *Menochius num.* 49., *Altimari d. num.* 747. *ver. nec in cauſis*; *Baronius effect.* 41. *circa judicial. num.* 80., *Sarnus in prax. crim. cap.* 5. *num.* 14., *Urſillus ad Afflictum in dec.* 257. *n.*5.

105 Decimo ceſſat in Curia Principis, ubi perhorreſcentia nequaquam præſumitur, *Altimari loc. cit.*, *& ad Rovitum in dec.* 49. *num.* 1., *Baronius num.* 23., *Scappa ad Sarnum n.* 13., *Motillus de gradu citationis num.* 192., *Sanfelicius dec.* 73. *num.* 10. *lib.* 1., *Rovitus conſ.* 88. *num.* 4. *lib.* 1., ubi ita per S. C. deciſum teſtatur; tenorem cujus decreti per extenſum refert *Merlinus cent.* 1. *contr.* 192. *num.* 3. *ubi Scoppa num.* 2.

106 Undecimo ceſſat, ſi dignoſceretur facta ad defatigandum adverſarium, *De Angelis de Official. Baron. cap.* 174. *num.* 7., *Novarius de privileg. miſerabil. perſon. privileg.* 16. *num.* 6., *Nicolinus in prax. civ.*, *ubi Alexius num.* 325., aliique apud *Sarnum in prax. crim. cap.* 5. *n.* 14. *ver. ſeptimo.*

107 Decimoſecundo ceſſat in cauſa ſpolii, *Altimari de nullit. contr. tom.* 6. *rubr.* 2. *q.* 1. *ſect.* 1. *num.* 747. *ver. nec in cauſis ſpolii*; cum ſpoliator in loco facti ſpolii, licet alterius fori ſit, conveniri debeat, *Tiraquell. de retract. lignag.* §. 6. *Gloſ.* 3. *num.* 10., *Menochius recuper. rem.* 13. *num.* 219.

108 Decimotertio ceſſat in petendis adminiſtratæ tutelæ rationibus a ſuo tutore, quoniam in loco adminiſtrationis dari debent, per ſententiam *Ulp. in l. Heres abſens* 19. §. *ſi quis ff. de judic.*, & reſcripſerunt *Impp. Dioclet.*, *& Maxim. in l.* 1. *Cod. ubi de ratiocin.*, *& Imp. Gordian. in l. Omnes tutores* 5. *Cod. arbitr. tutel.*, & tradunt *Carneval. de judic. lib.* 1. *diſput.* 2. *num.* 168., *Surdus de aliment. tit.* 1. *q.* 47. *num.* 9., *Paſchalis de patr. pot. p.* 2. *cap.* 2. *num.* 109., *Berſanus de pupill. cap.* 1.

q. 14.

q. 14. *num.* 87., *Altimari de nullit. sentent.*
tom. 1. *rubr.* 9. *q.* 26. *num.* 49., *& de nullit.*
contract. tom. 6. *rubr.* 2. *q.* 1. *sect.* 1. *n.* 1277.,
Motillus de gradu citation. num. 189., *Gizzius*
ad Capyc. Latr. dec. 113. *num.* 4., & in S.C.
decisum testatur *Sanfelicius in dec.* 134. *n.* 7..
109 Etenim in loco administrationis facilius, &
plenius per testes, & instrumenta, aliasque le-
gitimas probationes veritas inveniri potest, *Olea*
de cess. jur. tit. 1. *q.* 6. *num.* 58., *Bersanus*
cap. 5. *q.* 11. *num.* 1., *Staibanus obser. ad resol.*
95. *num.* 94., *Manfrella ad Capyc. Latr. in*
dec. 113. *num.* 14., aliique apud *Altimarem d.*
num. 1277. Eapropter facta per pupillum fori
110 electione, mandanda erit computorum di-
scussio in loco administrationis, qua facta,
transmittenda erunt computa in loco electo
ad finem decidendi dubia, ut decisum fuit
in S. C. teste *Sanfelice in dec.* 134. *num.* 9.,
& post alios tradit *Altimari d. num.* 1277. *ver.*
quæ conclusio: cetera ad propositum vide in
cap. 4.
111 Decimoquarto tandem, ceteris omissis,
cessat privilegium *l. Unicæ*, quoties pupillus
adversus alterum pupillum, aliumve *in d. l.*
Contentum experiri illud vellet; quoniam in-
ter per habentes privilegium conquassantur
privilegia, & actor forum rei sequi debet,
Tuschi lit. P. concl. 760. *num.* 1., *Gratianus*
cap. 674. *num.* 3., *Surdus conf.* 423. *num.* 21.
lib. 3., *Baronius effect.* 41. *circa judicial. n.* 45.,
Bersanus de pupill. cap. 1. *q.* 14. *num.* 26.,
Salgadus labyr. credit. p. 1. *cap.* 7. *num.* 46.,
Rodderius conf. 33. *num.* 38., *Riccius collect.*
2308., *Sabellius §. persona num.* 11., *Capiblanca*
de Baronib. prag. 8. *num.* 170., *Muscatellius*
in prax. p. 2. *Glos. competentes num.* 86., *The-*
saurus in dec. 177. *num.* 9., *Menochius de ar-*
bitr. in addit. ad cas. 66. *num.* 47.
112 Et in nostro Regno habemus Ritum M.
C. V. 228. incip. *item quod*, & Ritum 231.
incip. *item si pupillus*, ubi expresse statutum
fuit, ut inter pupillos litigantes actor forum
rei sequatur. Pariterque habemus *prag.* 3. *&*
81. §. *6. de offic. S. R. C.*, & etiam *prag.* in-
cip. *querula* sub tit. *ubi de delicto quis conve-*
niri debeat. Et cum dubitatum fuisset in S.C.,
an vidua, pupilli, aliaque miserabiles personæ,
de quibus in *d. l. Unica* uti possint ad invi-
cem fori privilegio, pro vana visa fuit talis
dubitatio; & sub die 8. Octobris 1518. teste
De Franchis in dec. 188. decisum fuit, pupil-
los, viduas, aliasque miserabiles personas ejus-
dem legis privilegio fultultas inter ipsos ne-
quaquam fori privilegio uti posse; sed privi-
legia confunduntur, nec unus erit potentior
altero, & jus commune servabitur, ut actor
forum rei sequatur, per *Text. in l. Actor Cod.*
ubi in rem act., & vide plene *Follerium in*
prax. crim. ver. audiantur excusatores num. 102.,
ubi ita practicandum advertit.
113 Nonnulli tamen conclusionem istam per-
turbare videntur, nempe non conquassari pri-
vilegia pupillorum, viduarum, aliorumque
miserabilium vigore *d. l. Unicæ*, ex eo quod
illud pupillorum majus, & potentius sit illo
viduarum, quia causa ætatis, quæ naturalis
est, præferenda erit causæ accidentali ex vi-
duitate, aut miserabilitate provenienti, ideo-
que pupillus adversus viduam fori privilegium
habebit; ita *Afflictus in constit. Statuimus n.*
45. *ver.* 12. *quæro*; *De Luca ad Franchis in*
dec. 188. *num.* 3., *Manfrella ad Capyc. Latro*
114 *in dec.* 195. *num.* 8., nihilominus tamen prima
illata conclusio verior est, & sine difficultate
erit in praxi tenenda & sequenda; nam cum
omnes personæ in *d. l. Unica* contentæ ejus-
dem legis privilegio sint suffultæ, & ob unam
causam, nempe miserationis, merito unum,
& æquale privilegium consequi debent, ut
plene probat *Covarruvias pract. quæst. cap.* 7.
num. 4., *ubi De Faria num.* 23., & si ipsa lex
115 non distinquit, nec nos distinquere debemus,
cum in omisso tacita Superioris voluntas in-
tervenire non dicatur, ut in specie tradit *San-*
felicius in dec. 51. *num.* 3., per Tex. Papinia-
ni *in l. Militis codicillis* 37. §. *veteranus ff. de*
milit. testam., & hanc conclusionem communi
voto defendunt *Muscatellius in prax. S. C. p.*
2. *Glos. competentes num.* 86., *Menochius de*
arbitr. addit. ad cas. 66. *num.* 47., *Sanfelicius*
dec. 73. *num.* 10., *Scoppa ad Gratianum dec.*
196. *num.* 13., *Riccius collect. dec.* 2308., *Al-*
timari de nullit. contr. tom. 6. *rubr.* 2. *q.* 1.
sect. 1. *num.* 747. *ver. nec competit*, *De Rosa*
in prax. civ. decret. p. 1. *in* 1. *inst. cap.* 2. *dist.*
1. *num.* 49., *plene Follerius in prax. crim. ver.*
audiantur excusatores num. 78, *&* 103. *ver.*
116 *omissis*; subditque sic se judicasse in quodam
gubernio contra talem Liombrunum, fuitque
decretum confirmatum in M. C. V., ac pro-
inde tormentavit ipsum Liombrunum, quo
non confitente, fuit per eumdem Follerium
absolutus. Qui Follerius tandem cupiens sui
officii fructus posteritati adnotare, non piguit
ibidem adscribere, quod per sex menses ste-
tit in M. C. carceratus, eo quod dictus Liom-
brunus ut supra ab ipso tormentatus; falsum
testimonium fecit, quod receptasset Ferdinan-
dum Roncam insignem latronem. Sed veri-
tate cognita, fuit tandem tamquam innocens
absolutus; & non valuit, ut de falso Liom-
brunus puniretur, quia Fisci testis erat.
117 Ad rationem, quam adversarii adducunt,
nempe quod pupilli privilegium tamquam na-
turale potentius esse debeat illo viduæ tam-
quam accidentali, ultra prædicta, etiam respon-
detur, quod privilegium pupilli, & viduæ ab
eadem miserationis causa procedit, ideoque
unum altero potentius esse nequit; cum non
sit major ratio privilegii pupilli, quam viduæ.
Immo vult *Greg. Lap. in leg. hysp.* 5. *Glos.* 2.
in fine, quam laudat *De Faria ad Covarru-*
vias pract. quæst. cap. 7. *num.* 23., quod vi-
118 dua agens in pupillum uti poterit privilegio
favore sexus. Quia igitur unica est causa pri-

vile-

vilegii, omnibus merito æqualis esse debet; & non quia aliqua persona privilegiata est minus miserabilis, non debet esse pariter eadem compassione digna, ut advertit *Sanfelicius in dec.* 358. *num.* 35.

119. Immo ego singulariter reflecto, & non male, ni fallor, quod hoc privilegium fori competens pupillo nequit dici absolute naturale, sed adhuc accidentale. Etenim commiseratio pupilli non consideratur in qualitate solius ætatis, sed dum in tali ætate patre orbatus est, ut *num.* 44. dictum est, cum jam certum sit, pupillum patrem habentem fori privilegio non gaudere. Si igitur pupillus consideratur causa commiserationis non tantum respectu suæ ætatis, quia tunc dum patrem habet, nulla commiseratione dignus est, cum nullum majus paternum adjutorium habere possit, quantum consideratur commiserationis causa per mortem patris, quæ accidentalis est in tali ætate, quoniam esse poterit, ut supervivat, & consequenter dici recte poterit, pupilli commiserationem non esse absolute naturalem ob ætatis causam, beneverò adhuc accidentalem ob patris mortem, quæ in tali ætate esse, & abesse poterit.

120 Concludendum igitur est, quod in concursu privilegiatorum ob eamdem causam, & rationem privilegii, ut est illud pupilli, viduæ, aliorumque *in d. l. Unica* contentorum, nequit inter ipsos dari majus, & minus, cum ex una, eademque causa, originem trahat, nempe miserabilitatis; quæ uti in pupillo, ita in vidua, & fortius in aliis miserabilibus considerata fuit. In pupillo per patris mortem; in vidua per mortem viri; & in miserabilibus ob perperam corporis sanitatem; sicque commiserationis causa, quia pro omnibus æque considerata fuit, omnibus necnon æqualis esse debet; & non quod quis forte minus miserabilis esset, compassione pariter nequaquam dignus esse deberet, ut in specie tradit *Sanfelicius in dec.* 358. *num.* 35.

121 Verum dari poterit, ut aliquando fori privilegium sit potentius in uno, quam in alio, habito respectu ad majorem rationem, & causam, quæ inest in concessione unius privilegii, & non in alio, ut volunt *Afflict. in dec.* 56., *ubi Ursillus*; *Tuschi lit. P. concl.* 760. *num.* 10, *Covarruvias* 2. *p. relect. cap. possessor* §. 2. *num.* 4. *ver. quod vero*, *De Faria ad eumdem pract. quæst. cap.* 7. *num.* 24. Ut autem

122 quis sciat quodnam privilegium erit potentius, quoties ex diversis causis, & rationibus concessum fuerit, legat *Novarium de elect. for. p.* 2. *q.* 21., ubi quatuordecim causas exponit, quas & refert *Riccius ad Afflictum in dec.* 56., & sunt, 1. Dum unus agit de damno vitando, alter de lucro captando; 2. Dicitur potentius ex favorabiliori causa concessionis, 3. ex majori ratione unius, quam alterius; 4. ex majori utilitate; 5. quod minus deroget juri communi; 6. dicitur potentius illud, quod potius respicit personam, quam causam, vel locum; 7. negativum potius, quam affirmativum; 8. ratione sexus, ut potius concessum fœminis, quam masculis; 9. favorabile potius, quam odiosum; 10. dignius privilegium dicitur potentius; 11. duplex privilegium erit potentius uno; 12. benignus privilegium; 13. potentius erit privilegium juris, quam hominis; 14. potentius erit naturale, quam accidentale.

Quicquid igitur super fori electione ulterius dici poterit, remanet modo praxim breviter exponere. Quoties igitur pupillus forum declinare vellet, ita coram Judice, qui declinandus erit, comparere poterit.

123 „ Nella Corte . . . comparisce N. pupillo, „ e dice, come si è veduto notificato da essa „ Corte ad istanza di B. pretendendo (e si „ espone la causa). E comecchè esso pupillo „ comparente molto teme la potenza del medesimo in questa Corte, perciò intende declinarla in quella della G. C. della V., a qual „ motivo *formiter jurans illius potentiam perhorrescere* fa istanza, che attenta la presente declinazione, ed elezione di foro in vigor della „ *l. Unica Cod. quando Imp.*, non s'intrometta „ più essa Corte nella presente causa, ma trasmetta tutti gli atti nella sudetta G. C. *ad* „ *finem &c.* altrimenti *de nullitate &c. Et ita &c.* „ *omni modo meliori &c.*

In cujus calce debet fieri sequens decretum.

Per Curiam . . . fuit provisum, & decretum, quod præsens comparitio recipiatur, & conservetur in actis, & notificetur B., ut de omnibus in ea contentis notitiam habeat; Hoc suum. Datum . . .

124 Nota, quod dictum est in comparitione, ipsum pupillum jurare partis potentiam perhorrescere; supposito jam quod esset doli capax. Alias pro eo tutor jurabit, ut supra dictum est.

125 Facta per pupillum fori electione, si pars adversa aliquid adversus ipsam electionem opposuerit, & non adhuc inhibitoriales electi Judicis declinato Judici pro actorum transmissione fuerint præsentatæ, & tunc ipse declinatus Judex de viribus declinatoriæ cognoscere poterit; alias ad Judicem declinatum spectaret, ut dictum est *num.* 50., in casu autem, quo nihil oppositum fuit, & tunc comparere debebit pupillus coram Judice & Tribunali electo pro inhibitorialium expeditione sequenti modo.

126 „ Nella G. C. della Vic. comparisce il „ Procuratore del pupillo N. della Città . . . . „ in Provincia di . . . . , e dice, come fu „ il dì . . . del mese . . . corrente anno 1776. „ fu convenuto detto suo principale in quella „ Corte da B., pretendendo (e si espone la „ causa). Quello però perchè molto temeva la „ potenza di esso B. nella sudetta Corte, giurandone formalmente la perorrescenza, si elesse „ per suo foro competente questa G. C., che „ perciò il Comparente *nomine &c.* fa istanza „ ordinarsi alla riferita Corte, che attenta la

„ menzionata elezione di foro già seguita non
„ s'intrometta più nella presente causa, ma
„ che trasmetter debba tutti gli atti fabbricati
„ sutto quelle pene &c. *omni modo meliori &c.*

In cujus calce expediuntur per M.C. literæ provisionales, quibus inde Judici declinato præsentatis, per eumdem sequenti modo observandæ erunt.

Die . . .

327 Præsentes literæ inhibitoriales M. C. V. exhibitæ, & præsentatæ fuerunt in hac Curia . . . pro parte . . . & fuerunt receptæ supra caput, omni, qua decet reverentia, & fuit dictum, quod exequantur juxta earum seriem, continentiam, & tenorem; eapropter amplius in causa in ipsis literis enunciata non procedatur, sed omnia acta originalia ad ipsam M. C. transmittantur, in qua partes comppareant ad finem &c. Et ita &c.

328 Nota, quod aliqui ex nostratibus in dicta observantia addunt, *jurata prius penes acta hujus Curiæ perhorrescentia per dictum tutorem, aut pupillum*. Etenim hoc verum est fieri, quoties per Judicem superiorem electum dictum fuit in literis provisionalibus, ut juramentum præstetur per pupillum, aut tutorem; alias simpliciter peragenda erit observantia; cum sufficiens erit juramentum in comparitione enunciatum per ipsum tutorem, aut pupillum in foro declinato; aut illud a Procuratore præstitum in loco variato, quoties ita a Judice superiori electo fuit ordinatum.

329 Sed quia pupillus post factam fori electionem obdormire assolet coram Judice declinato, ad hoc ut causæ cursus retardetur, & tunc parte instante posse Judicem declinatum ante inhibitorialium præsentationem terminum parti declinanti præfigere, ut actorum transmissionem procuret, nempe.

Per Curiam . . . fuit provisum, & decretum, quod N. pupillus, & C. ejus tutor in termino dierum decem procurent transmissionem actorum ad M. C. V., & coram Judice electo in causa, quam habent cum B., alias &c. Et ita &c.

130 Instante parte, termino elapso, & transmissione non sequuta, expediendum erit secundum præceptum sequenti modo:

Per Curiam . . . visis decreto per hanc Curiam lato sub die . . . ejusque notificatione sub die . . . , & præsenti comparitione fuit provisum, & decretum, quod N. pupillus, & C. ejus tutor in alio termino dierum decem cum effectu, præcise, & peremptorie procurent transmissionem actorum ad M.C.V., & coram Judice electo in causa, quam habent cum B., alias dicto termino elapso, & ordinata transmissione non sequuta, providebitur, quod procedatur per hanc Curiam in expeditione causæ, fori electione facta non obstante. Et ita &c.

131 Quo termino elapso, & transmissione non sequuta, parte instante, interponendum erit sequens decretum.

Per Curiam . . . visis . . . provisum, & decretum est, quod ex eo quia N. pupillus, & C. tutor non curarunt in terminis præfixis actorum transmissionem efficere ad M. C. V., & coram Judice electo, stante electione fori per ipsos facta in causa, quam habent cum B., ut ex actis; iccirco hæc Curia in ipsamet causa ad ulteriora continuet in procedendo, fori electione per illos facta nequaquam obstante. Et ita &c. Et intimetur.

132 Dum autem literæ inhibitionales expeditæ, atque præsentatæ reperirentur coram Judice declinato, & tunc ad electum Judicem pro enunciatorum ordinum expeditione habendus erit recursus, vide *de Luca in prax. judic. cap. 45.*

C A P. III.

De variatione Fori.

S U M M A R I U M.

Pupillus electum forum variare potest, num. 1.
Pupillus forum variare potest, etiamsi de non variando juravit, num. 2.
Variatio fori pluries fieri potest, num. 3.
Forum varians juramentum perhorrescentiæ præstare debet, num. 4.
Variatio an fieri possit a Judice superiore ad inferiorem, num. 5., & seqq.
In Curia Principis perhorrescentia non præsumitur, num. 9., & seqq.

1 Posse pupillum, aliamve personam privilegiatam forum electum iterum variare, commune, & certum est apud omnes Doctores, ut tradunt *Afflictus in Constit. Regni Statuimus 6. notab. q. 13.; De Franchis in dec. 364. num. 6., Sanfelicius in dec. 278. num. 1., & seqq., Borsanus de pupill. cap. 1. q. 13. num. 18.*, aliique communiter; etiamsi
2 juratum fuerit de non variando forum, ut refert *Muscatellius in prax. S. C. p. 2. Glos. competentes, num. 30.* Quicquid novissime dicere voluit *Dominicus Morus in prax. civ. tom. 2. cap. 5. § 8.*

3 Et non solum semel, sed bis variari posse

fu-

firmat *Muscatellius loc. cit.*, immo testatur
De Marinis var. 2. cap. 47. num. 24., esse
receptissimum in Regno etiam ter variari pos-
se; quinimmo, & quater, ut tradunt relati
per *Riccium in prax. civ. tom. 4. p. 3. lib. 2.
cap. 31. num. 19.*
4 Sed dum variatur, perhorrescentiæ juramen-
tum, ut in electione, præstandum erit, *Altima-
ri de nullit. sent. tom. 1. rubr. 9. q. 43. num.
22.*, aliique apud *De Caro ad Riccium num. 13.*
5 Quæstio tamen multum agitata est, si nem-
pe pupillus Magnam Curiam Vicariæ in suum
forum, & Judicem competentem elegit, vo-
lens exinde variare, an ad ordinariam Curiam
Baronalem, quæ erit forum inferius, variare
poterit? Negat *Follerius in prax. crim. ver.
audiantur excusatores num. 99.*, *& seqq.*, ubi
post alia adducta ita ratiocinatur; *Ubi enim
declinarunt judicium ordinarium, aportuit eos
jurare, se perhorrescere potentiam adversario-
rum in partibus per d. l. Unicam, & Const. Sta-
tuimus; ubi autem vellent modo variare, &
redire ad ordinarium, esset necesse iterum ju-
rare, quod ibi perhorrescant potentiam partis,
quad quidem non est præsumendum, cum in Cu-
ria Principis non cadat potentia, neque metus.*
6 Contrarium in M. C. V. decisum testatur
Afflictus in dec. 257. num. 2., ubi refert ca-
sum, quod si vidua primo competentem Ju-
dicem elegit, penes quem agere cœpit. Exin-
deque accessit ad M. C. V. poterit tandem
ad primum Judicem ordinarium convolare,
& redire; quod & in Regno servari ait *De*
7 *Marinis var. 2. cap. 47. num. 24*, atque tra-
dunt *De Franchis in dec. 100. num. 21.*, alii-
que relati per *Riccium in prax. civ. tom 4.
p. 3. lib. 2. cap. 31. num. 19.*
8 Ista tamen variatio non de facili conceden-
da erit, ut advertit *de Franchis loc. cit.*, *&
ibidem Ammend. num. 10.*, sed maxime erit
cogitanda; ut nempe si fraudis præsumptio
inesset ad defatigandum adversarium; qua frau-
dis præsumptione cessante, erit equidem va-
riatio admittenda. Nec Follerii ratio omnino
9 obstat; etenim non semper partis perhorre-
scentia timetur, sed judicis adhuc antipatia.
Et pariter variatio a M. C. ad forum Baro-
nale plerumque accidere potest ratione ma-
joris commoditatis testium examinandorum;
vel alia justa, rationabilique causa. Nam si
solummodo in partis perhorrescentia variatio-
nis vis consisteret, & tunc equidem vera fo-
ret Follerii sententia, quod in Curia Princi-
pis perhorrescentia non præsumitur, ut etiam
10 quando a M. C. ad S. C. variari vellet, quod
variatio non admittitur, quemadmodum per
Supremum Collaterale Consilium sub die 3.
Julii 1634. decisum fuit tenoris sequentis.

In causa Francisci Monsolino
Cum Lucretia Dattolo
Die 3. Julii 1634. Neapoli.

11 Facta relatione S. C. in Reg. Collat. Cons.
per Ill. Reg. Carolum de Tapia Marchionem
Belmontis Reg. Cons., & Comm. de Con-
tentis in relatione in scriptis facta per Spe-
ctabilem Præsidem S. R. C., Illustr., & Ex-
cell. D. Vicerex, Locumtenens, & Capitaneus
Generalis providet, decernit, & mandat,
quod M. C. procedat in causa prædicta, non
obstante variatione facta ad S. C., & com-
missione causæ vigore dictæ variationis, ces-
sante perhorrescentia in hac fidelissima Civi-
tate ob præsentiam Principis. Hoc suum.

Tapia R. Enriquez R. Rovitus.

12 Quam decisionem transcribit *Merlinus cent.
1. contr. 100. num. 3.*, & laudat *ibidem Scop-
pa num. 1.*, *& ad Sarnum in prax. crim. cap.
5. num. 13.*, *Mostillus de gradu citation. num.
191.*, *Altimari ad Rovitum in dec. 49. num. 1.
ver. secundum.*
Acta pro variatione regulari possunt, prout
de electione dictum est.

C A P. IV.

De Foro rationis reddendæ per Tutorem.

SUMMARIUM.

Tutoris officium quando expirat, num. 1., & seqq.
Tutor finita tutela suæ administrationis rationem reddere tenetur, num. 8., & 9.
Ante finitam tutelam nulla actio oritur pupillo contra tutorem, num. 10., & 11.
Rationis redditio quamodo erit exhibenda, num. 12., & seqq.
Ex pluribus tutoribus constitutis quis eorum reddere rationem debeat, num. 16., & seqq.
Tutori non administranti competit beneficium ordinis, seu excussionis, num. 19., & 20.
Pupillus agens ob damnum passum ex dolo, omnes tutores, etiamsi non administraverint, æqualiter tenentur, num. 21., & 22.
Tutor in foro administrationis gestæ pro rationis redditione conveniendus est, num. 23., & seqq.
Pupillus forum administrationis gestæ variare nequit, num. 25., & seqq.
Tutela a pluribus administrata in diversis locis, tales tutores sub uno Judice pro ratione reddenda conveniri debent, num. 28.. Declaratur num. 29.
Pupillus pro mala tutoris administratione potest

ad Curiam Principis tutorem avocare, n. 41.

Tutor Clericus, qui tutelam suscepit a Judice laico pro pupillo adhuc laico a quo Judice conveniendus erit pro rationis redditione, num. 42., *& seqq.*

Testator an tutorem sui filii a rationis redditione liberare possit, num. 45., *& seqq.*

Dolus de futuro remitti nequit neciminus per testatorem, num. 47.

Testator si gravat heredem, ut tutorem liberet a dolosa administratione, ista liberatio non tenet, num. 48.

Testator si legare tutori voluerit quicquid eum condemnari tutelæ occasione contigerit, legatum non valebit, num. 49., *& 50.*

Dolus de præterito remitti potest, num. 51.

Dolus præsumptus tam de præterito, quam de futuro remissus censetur per generalem liberationem, num. 52., *& 53.*

Rationis redditio an præscribi possit, num 54., *& seqq.*

Præscriptio an obstet heredi pupilli pro ratione reddenda, num. 60.

Actio hypothecaria in bonis tutoris, vel curatoris spatio 40. annorum præscribitur, num. 61.

1 TUtoris officium quamquam per pubertatem terminetur, §. 1. *instit. quib. mod. tut. fin.*: nihilosecius tamen non statim
2 a tali onere liber evadit, benevero curatorem pupillo puberi facto petere tenetur; alioquin tutelæ judicio erga illum adstrictus erit per sententiam *Ulp. in l. Ita autem* 5. §. *si tutor ff. de admin. tut.*, excusaretur tamen si petiit, sed pubes noluit, *Gl. in d. §. si tutor.*, *Bersanus de pupillis cap.* 5. *q.* 8. *num.* 1., *& seqq.*, *& in num.* 5. subdit generalem consuetudinem esse, ut post finitam tutelam tutor adhuc pro
4 tutore haberi debeat, usquedum non petiit pupillo curatorem, atque suæ administrationis rationem non reddidit, *d. l. Ita autem §. post completum*, *Cancerius var.* 1. *cap.* 7. *num.* 145.

5 Immo ex officii sui necessitate tenetur tutor post finitam tutelam omnia negotia connexa prosequi; quæ jam intra tempus pupillaris ætatis incæpta fuerunt, cum ad ipsius tutoris periculum ea pertineant, ex traditis per *Ulp. in l. Si tutor post pubertatem* 13. *ff. de tut., & rat. distrah.*, *Bersanus num.* 7.,
6 Eapropter tutoris onus erit, ut pupilli defensioni assistat, causam ante finitam tutelam inchoatam prosequendo, per Tex. *Ulp. in l. Ita autem* 5. §. *post completum ff. de adm., & peric. tutor.*, *Bersanus num.* 9.

7 Finitur igitur tutoris officium post rationes redditas, & constituto curatore, eidemque administratione translata; & tunc omne periculum etiam in negotiis, & caussis a tutore tutela durante incæptis ad curatorem defertur, per sententiam *Pauli in l. A tutoribus* 34. §. *officium ff. de adm., & peric. tut.*, atq. per Rescriptum Impp. Dioclet., & Maxim. *in l. fin. Cod. de peric. tut.*, *Bersanus num.* 12.

8 Et sicuti tutor, ita etiam curator post finitam tutelam, & curatelam suæ administrationis rationem reddere tenetur; ante quam tutelam, aut curam permissum non erit pupillo, aut minori rationis redditionem a tutore, vel curatore exigere, ut tradit *Paulus in l. Nisi finita ff. de tutel., & rat. distrah.*, & rescripserunt Impp. Severus, & Antoninus *in l. Adversus* 2. *Cod. de adm. tut.*, & Impp. Philip. A., & Philip. C. in *l. Rationes* 14. *Cod. eod.*, quia ante finitam tutelam, aut curam nulla actio in pupillum, aut minorem oritur contra tutorem, aut curatorem ex cau-
9 sa administrationis ipsius tutelæ, aut curæ; quod secus erit, si ex aliqua particulari gestione vellet pupillus, aut minor agere, quoniam tunc poterit quidem contra tutorem, aut curatorem actionem dirigere, tutela, aut cura non adhuc finita, *Bersanus num.* 6. Prout
10 & idem erit ob aliquam caussam a tutelæ administratione separatam, dummodo caussa ipsa fuerit antiquior tutela; alias si orta fuerit de tempore, quo tutela durabat, nequiret pupillus tutela durante agere, ad differentiam minoris, qui contra curatorem agere poterit,
11 durante ejus administratione, dummodo caussa sit diversa, & separata, quamvis non sit antiquior ipsa administratione, plene *Bersanus num.* 7. *per Tex. Pauli in l. Cum curatore* 28. *ff. de adm., & peric. tut.*, *Ulp. in l. Si tutor Reipublicæ* 9. §. *fin. ff. de tut., & rat. distrah.*

12 Ad rationem recte reddendam exhibere tutor debet inventarium omnium bonorum, & rerum pupillarium ab ipsomet confectum; cum inventarium rationis caput sit, ut tradunt *Guttier de tutel. p.* 3. *cap.* 4. *num.* 49., *Cancerius var.* 1. *cap.* 7. *num.* 100., aliique apud *Bersanum de pupill. cap.* 5. *q.* 9. *num.* 12., & etiam librum rationum, in quo omnes
13 introitus, & redditus bonorum pupilli, atque omnia data, & accepta occasione hujus administrationis descripta sunt; illumque si non confecerit, aut exhibere noluerit, tunc pupillus in litem jurare poterit, per sententiam *Ulp. in l.* 1. §. *ex officio*, *ubi Gl. ff. de tutel., & rat. distrah.*, & tradunt *Mascardus de probat. concl.* 1397. *num.* 8., *Afflictus dec.* 360.
14 *num.* 2., *Guttier. num.* 54., *Bersanus n.* 13.. Quoniam tutor librum rationum non conficiens, in dolo dicitur esse, ex quo jurandi facultas in litem adversus dolosum nascitur per totum *tit. Cod. de in lit. jur.*, verum si ex aliis documentis reddere administrationis rationem legitime poterit, denegandum non erit, atque cessabit in litem juramentum, ut advertit *Card. de Luca de tutore disc.* 6. *n.* 12., & post alios tradit *Bersanus num.* 14.

15 Quæ rationis redditio cum quid individuum sit omnem rationem complectens, ideo dividi nequit, neque pro parte reddi; sed per computationes, & calculos super universa administratione ineundos fieri debet, ut docet *Callistratus in l. Cum servus* 81. *ver. nam non* uti-

usque ff. de condit., & demonst. Ulp. in l. Si
statu libera 6. §. si quis ff. de stat. liber.,
Guttier. de tutel. p. 3. cap. 1. num. 70., Ber-
16 sanus num. 39., & si plures fuerint tutores
constituti, qui simul administrationem gesse-
runt, aut nemo ipsorum, aut pars cum con-
sensu, & mandato aliorum, & tunc omnes
in solidum reddere pupillo rationem tenentur;
itaut si contutorum aliquis non solvendo fue-
rit effectus, ceteri principaliter, & non in
subsidium conveniri poterunt, per sententiam
Tryphon. in l. Tres tutores 56. ff. de adm., &
peric. tut., Ulp. in l. 1. §. nunc tractemus ff.
de tutel., et rat. distrah., atque per Rescript.
Impp. Carini, & Numerian. in l. Si divisio
2. Cod. de vidend. tutel., Guttier. de tutel.
p. 1. cap. 15. num. 1., Bersanus num. 44.,
Card. De Luca de tutore disc. 4. num. 20.
17 Dum vero fuerit tutela a Judice, vel testa-
tore divisa, & tunc quilibet pro sola rata
suæ administrationis conveniendus erit; si au-
tem ipsi tutores inter se administrationem di-
viserunt, & tunc pupillus, aut minor quem
maluerit insolidum convenire poterit, actio-
nibus ipsi convento adversus contutores trans-
latis, d. l. Si divisio §. in divisionem. Verum
si ex pluribus tutoribus aliqui tantum admi-
18 nistraverint, ipsos convenire prius pupillus
debebit; & si ceteros non administrantes con-
venire adhuc voluerit, excipere iidem pote-
runt, ut tutores qui tutelam gesserunt, qua-
tenus solvendo existant, prius excutiantur, &
tandem alii in subsidium, ut tradit Papinian.
in l. Tutores 40. §. in eum ff. de adm., et pe-
ric. tutor. Tryphonin. in l. Tres tutores 56. §. 1.
in fine ff. eodem; & expressim statuerunt Impp.
Dioclet. & Maxim. in l. Licet tutorum 3. Cod.
de divid. tutel., et in l. Cum interdictæ 6. Cod.
arbit. tutel. et Imp. Alex. in l. fin. Cod. si
tutor, vel curator; Cancerius var. 1. cap. 7.
num. 35., Olea de cess. jur. tit. 5. q. 7. n. 6.
19 Et hoc beneficium ordinis, seu excussionis
tutori non administranti competens ejus here-
di adhuc transit, per rescriptum Imp. Anto-
nini in l. Cum interdicta 6. Cod. arbitr. tut.,
Bersanus de pupill. cap. 5. q. 9. num. 48., ad-
vertunt Olea num. 7., aliique apud Bersanum
num. 48., & 49., quod ne judicia multiplicen-
20 tur, & ne litis sumptibus pupillus pergrave-
tur, citari adhuc poterit tutor non admini-
strans, ut judicio contra illum assistat, qui
gessit intentato, quoniam ipse non solvente
reperto, aut in toto, aut in parte, poterit
absq. alio processu eum, qui non administra-
vit, pupillus convenire. Rationem autem cur
tutor administrans erit prius conveniendus ex-
ponit Glos. in l. Si plures, ver. discessum ff.
rem pupill. salv. fore, nempe ut sit æquum
prius eum conveniri, qui ex facto proprio
tenetur, qualis est tutor, qui administravit,
quam qui ex facto alieno, ut est tutor non
administrans, qui ex facto sui contutoris te-
netur.

21 Verum si pupillus agit ob damnum passum
ex dolo, aut culpa tutorum in omittendo,
aut negligendo, & tunc periculum inter omnes
tutores commune erit; & singuli sive admi-
nistraverint, sive non, æqualiter tenentur,
per sententiam Papiniani in l. Tutores 40. §.
in eum ff. de adm., & peric. tut.; & per Re-
scriptum Imp. Alex. in l. Qui se §. fin. Cod.
si tut., vel cur.. Etenim hoc in casu par est
omnium tutorum culpa, & negligentia, ut ait
Saucet. in l. 2. num. 4. Cod. de divid. tutel.
22 quem laudat Bersanus num. 51., nisi omissa
connexionem cum gestis a tutore, qui admi-
nistravit, habeant, ut quando aliquam rem pu-
pilli legitime vendidit, & pretium ab empto-
re exigere neglexit, qui tandem non solven-
do fuit effectus, hoc in casu conveniens juris
ratio erit, ut prius tutor, qui administravit,
conveniatur; etenim talia omissa, vel negle-
cta censentur pars gestorum, sive inchoato-
rum, eapropter ad gerentem, sive admini-
strantem pertinent, Salic. loc. cit., Guttier.
de tutel. q. 1. cap. 15. num. 15., Bersanus
num. 52.
23 Hæc tamen conventio non in alio, nisi in
foro administrationis gestæ fieri debet, per
Tex. Ulp. in l. Heres absens 19. §. si quis ff.
de judic., & in l. Prætor ait 4. vers. quod si
instrumentum ff. de edend., & Imp. Gordiani
in l. Omnes tutores 5. Cod. arbitr. tutel., Dio-
cletian., & Maximian. in l. 1. Cod. ubi de
ratiocin., Honor., & Theodos. in l. 2. Cod.
eodem, Carleval. de judic. lib. 1. disp. 2. num.
168., Surdus de alim. tit. 1. q. 47. num. 9.,
Gratianus dec. 183. num. 1., Gizzius ad Capyc.
Latr. dec. 113. num. 4., Card. de Luca de tu-
tore disc. 3. num. 11., Altimari de nullit. ju-
dic. rubr. 9. q. 26. num. 46.. Rationi enim
24 convenit, ut in loco gestæ administrationis
quis conveniatur, ubi facilius, & plenius ve-
ritas rei per testes, scripturas, aliaque docu-
menta haberi possit, ut recte innuerunt lau-
dati Impp. Honor., & Theod. in d. l. 2. in
fine sub illis verbis: In quo & instructio suffi-
ciens, & nota testimonia, & verissima possunt
documenta præstari; Carleval. loc. cit., De
Luca de jurisdict. disc. 73. num. 1., Sanfelice
dec. 134. num. 8.
25 Quod adeo certum est, ut si rationem pe-
tens sit pupillus, aliave persona privilegiata
nequit forum administrationis gestæ in alium
variare, etiamsi causam ad Principis Curiam
avocare vellet, si Principis Curia extra locum
administrationis esset; Navarr. de elect. for.
q. 33., sect. 4., Paschalis de patr. pot. p. 2.
26 cap. 2. num. 109., Altimari num. 49.; sicut
ex adverso tutor, aut quilibet alius admini-
strator, si persona privilegiata fuerit, sui fori
privilegio uti non poterit, sed rationem in
loco gestæ administrationis omnino reddere
tenetur, Altimari loc. cit., Bersanus de pupill.
cap. 5. q. 11. num. 6.
27 Nota tamen, quod si tutor in loco gestæ
ad-

petit; aliique apud *meum Germanum in addit. ad prax. civ. Domini Genitoris cap.* 2. *num.* 481. simpliciter volunt, non competere pupillo fori privilegium, si ex contractu paterno conveniatur.

61 Eorumdem tamen opinio nimis generalis est. Arridet mihi benevero sententia *De Franchis in dec.* 364 *num.* 3., *Castilli controv. quotidian. lib.* 2. *cap.* 45. *num.* 7., *Bersani de pupill. cap.* 1. *q.* 14 *num.* 2., *Muscatellii in prax. S. C. p.* 2. *Glos. competentes num.* 92, *Reg. de Rosa in prax. civ. p.* 1. *in* 1. *inst. ord. judic. dist.* 1. *cap.* 2. *n.* 53., aliorumque, qui recte casum a casu distinguunt; ajunt enim, aut conveniatur pupillus respectu causæ, & negotii, idest officii, seu contractus paterni, aut materni, hoc contractu in citatione expresso, & tunc procedit illorum opinio, ut fori privilegium nequeat pupillus, attenta Ritus dispositione, declinare. Quæ Ritus verba ex *contractu, seu officio paterno* declarata videntur ex illis verbis *l. Heres absens* §. 1. *ff. de judic.*, nempe: *si quis tutelam, vel curam, vel negotia, vel argentariam, vel quid aliud, unde obligatio oritur certo loco administraverit, etsi ibi domicilium non habuerit, ibi se defendere debebit*. Ex quibus verbis existimat *Muscatellius* fuisse deprompta illa Ritus verba *ex officio, seu contractu paterno*. Hinc est, quod pupillus ex officio, seu contractu paterno ex causis enumeratis in d. §. 1. conventus, nequit paternum forum declinare; cum non tantum ut defunctum repræsentans, sed etiam uti obligatus ratione negotii, & contractus gesti per ipsum defunctum conventus videatur. Qui contractus ejus qualitatis est, ut per ipsum sortiatur quis forum in loco, ubi fuit adimpletus; atque ita pariter explicavit *De Franchis in d. dec.* 364 *num.* 3., & 4.

62 Dum autem simpliciter convenitur pupillus ut heres patris, non expresso in citatione *ex contractu tutelæ, curæ &c.* & tunc absq. difficultate forum declinare potest; & hic casus non cadit sub Ritus dispositione, ex eo quod non fuit loquutus de quacumque prætendentia adversus patrem defunctum, prout est decisio *De Franchis* 553., sed tantum de contractu, seu negotio in certo loco a pupilli patre administrato, quemadmodum & expresse declarat *De Rosa in prax. civ. p.* 1. *in* 1. *inst. ord. judic. dist.* 1. *cap.* 2.
63 *num.* 53. & tamquam casus omissus, sub juris communis dispositione remanet, *Follerius in prax. crim. ver. audiantur excusatores n.* 111.. Ritus enim ubi voluit, expressit; &
64 tamquam correctorius juris communis nullam pati debet extensionem; immo taliter restringendus est, ut lædat quantominus potest, ut in specie *De Franchis dec.* 553. *num.* 7.,
65 eo fortius quia declinandi privilegia multorum malorum sunt causa, ideoque stricte interpretanda, *Follerius num.* 101.. Merito igitur hoc secundo in casu pupillus successor suo privilegio uti potest, *Castill. contr. quotid. lib.* 17. *cap.* 45. *num.* 7., *Bersanus de pupill. cap.* 1. *q.* 14. *num.* 25.

66 Si vero successit pupillus in lite cum defuncto cœpta, & tunc suo privilegio uti nequit, de quo vide infra *num.* 96.

67 Quæres etiam, an pupillus in juribus a non privilegiato cessis forum declinare possit? Et per Ritum *M.C.V.* 228., & 290. statutum videtur, posse forum declinare in jure cesso, ex causa necessaria, non autem lucrativa. Verum iis non obstantibus, indistincte tam ex causa necessaria, quam lucrativa fori privilegium tali pupillo competere legimus esse praxim in M. C. V., in S. C., & in omnibus aliis Tribunalibus apud *Muscatellium in prax. S. C. p.* 2. *Glos. competentes num.* 89., & sequuntur *Paschalis de patr. pot. p.* 2. *cap.* 2. *num.* 91., *Afflictus in const. Regni rubr.* 37. *de offic. Magistri justitiæ q.* 6. *num.* 27., aliique apud *Bersanum de pupill. cap.* 1. *q.* 14. *num.* 6.

68 Dispositionemque citatorum Rituum ab aula recessisse tradunt *Capyc. Latr. in dec.* 54. *n.* 8., *ubi Manfrella num.* 8., *De Luca ad Franchis in dec.* 195. *num.* 1.; & quamquam *Capiblanca de Baronib. tom.* 1. *pag.* 8. *num.* 132., dicat, Caravitam errasse in ajendo non observari Ritus dispositionem, cum revera sit in viridi observantia in Supremis Tribunalibus, & ita decisum refert in causa Ignatii Scophani cessionarii ex causa lucrativa cum Camilla Christiano, cujus causa fuit remissa ad Curiam Civitatis Tabernæ; nihilominus tamen *Manfrella ad Capyc. Latr. in d. dec.* 54. *num.* 9. testatur decisum contra Capiblanc. sub die 13. Septembris 1678. in S. C., ubi etiam pro causa lucrativa denegata fuit causæ remissio, & in *num.* 10. refert *Petram in d. Ritu num.* 11. idem testantem.

69 Immo adhuc concesso, quod præfati Ritus in viridi forent observantia, nec minus pupillis nocerent, ut privilegium pro causa lucrativa amitterent. Etenim Ritus ipsi pro omni alia persona sunt intelligendi, miserabilibus exceptis, quæ sub illis non comprehenduntur, ut notat Andrea, quem sequitur *Afflictus in constit. Statuimus q.* 6., & in S. C. ita decisum testatur *De Franchis in dec.* 195., quam decisionem laudant *Cala de modo articulandi num.* 95., *Menochius de arbitrar. in addit. ad cas.* 66. *num.* 43., *Navarr. in prax. elect. fori q.* 4. *sect.* 2., & quia pupilli de miserabilibus sunt, ut supra demonstratum est, merito sub prædictorum Rituum dispositione non comprehenduntur.

70 Nota tamen, quod si causa lucrativa cum fraude appareat cessa, & tunc privilegium pupillo denegabitur, *Capyc. Latr. in dec.* 54. *n.* 11., *ubi Manfrella num.* 10., etenim pupilli ratione hujus privilegii inter potentiores connumerantur, ut refert *Olea de cess. jur. tit.* 6. *q.* 3. *num.* 48., eapropter si cum fraude cessio-

fionem iſtam ſactam fuiſſe appareret, merito privilegium pupillo denegabitur, & non aliud quod cedens habuiſſet, ipſe pupillus haberet, *Olea loc. cit.*, *Berſanus de pupill. cap. 1. q. 14. num. 6.*, & 8.

71 In dubio tamen abſque fraude ceſſio præſumenda erit facta; iccirco fraudem aſſerenti probandi onus incumbit, *Berſanus num. 9.*,
72 *Paſchalis de patr. pot. p. 2. cap. 2. num. 91. in fine*, prout omnis fraudis ſuſpicio ceſſabit, ſi proveniret ceſſio ex ultima voluntate, *Roderic. de ann. reddit. lib. 3. q. 4. num. 43.*, aliique apud *Berſanum num. 7.*

3 E converſo autem fori privilegium pupillo competens in ipſius pupilli ceſſionarium nequaquam tranſire extra dubium eſſe ſtatuat *Olea num. 22.*

74 Inter incudinem, & malleum caſtiganda occurrit diſputatio, nempe ſi fori privilegium pupillo competens etiam & minori competat, & jure communi inſpecto, difficultas ex eo pendet, quod *Tex. in l. Unica Cod. quando Imp.*, de pupillis tantum mentionem fecit; cui texti vires inde dedere *Ritus M. C. V.* 230. incip. *item quod ſi qua mulier*, 231. incip. *item ſi pupillus*, & 232. incip. *item Clericus*; in quibus de ſolis pupillis adhuc mentio facta apparet, Eapropter per M. C. de anno 1588. judicatum fuit, non gaudere minorem fori electione, prout teſtantur *Novarius de elect. fori ſect. 3. q. 4. num 5.*, *Riccius collect. deciſ. 2360.*, *Viſcont. de Franchis in deciſ. 100. ad num. 17.*, aliique apud *De Marinis var. 2. cap. 47. num. 6.*, ubi quæſtionem iſtam ſatis controverſam nominat.

75 Econverſo tamen, quod etiam attento tenore *l. Unicæ* potitur minor electionis privilegio, quemadmodum & ipſe pupillus, defendunt *Paſchalis de patr. pot. p. 2. cap. 2. n. 92.*, *Covarruvias pract. quæſt. cap. 6. num. 2. ubi De Faria num. 13.*, *De Luca ad De Marinis var. 2. cap. 47. num. 2.*, & *ſeqq.*, & *ad Franchis in dec. 100. num. 4.*, & ita deciſum in S. C. teſtatur *Rovitus in dec. 37.*, ac bis deciſum refert *Sanfelicius in dec. 134.*, & *274.*, & in praxi teſtimonium faciunt *Nicolinus in prax. civ. num. 380.*, *Motillus de gradu Citat. num. 188.*, *Riccius in prax. civ. tom. 4. p. 3. lib. 2. cap. 32. num. 2.*, & tradunt *Berſanus de pupill. cap. 1. quæſt. 14. num. 18.*, *Altimari de nullit. contr. tom. 6. rubr. 2. quæſt. 1. ſect. 1. num. 747. in princ.*, & *in ver. pupillorum privilegia*, & *in ver. competit etiam*. Ea ex ratione, quia privilegia pupillis conceſſa minoribus etiam extenduntur. Tum etiam quia minoris ipſi miſerabilium nomine, quemadmodum & pupilli veniunt, cum Curatorem habere debeant, propriaſque cauſas in judicio defendere nequeant. Et tum pariter quia ſub nomine pupilli venit adhuc minor, ex ſententia *Modeſtini in l. Tutor 15.*, *ubi Gl. ff. de ſponſal.*, & tradit *Berſanus de pupill. cap. 1.*
77 *q. 1. num. 2.*, oportet tamen, ut talis minor ſub patria poteſtate eſſe non debeat, ut refert *De Roſa in prax. civ. p. 1. in 1. inſt. cap. 6.*
78 *diſt. 3. num. 6.*. Nec refert ſi habebit, vel non Curatorem, quoniam in judiciis ſemper minoribus etiam invitis curator datur, *De Luca ad Franchis in dec. 100. num. 4.*

Et hujus ſecundæ ſententiæ concluſionem veram necnon exiſtimo, attenta adhuc noviſſima Regali Sanctione de die 14. Aprilis 1747. quæ tenoris eſt ſequentis.

79 „ Preteſero li Padri del Convento di San
„ Domenico del titolo della Provincia di Ca-
„ tanzaro di eſſere ammeſſi alla elezione del
„ foro, ſiccome già aveano ottenuto con pro-
„ viſioni della G. C. per la cauſa della rivo-
„ cazione di un territorio da eſſi Padri con-
„ ceduto a cenſo ad Antonio Migliaccio, ed
„ all'eredi di Giuſeppe Migliaccio, e poi paſ-
„ ſato a Giovanni, e Gennaro Pruno, e Pom-
„ peo Montuoro, i quali contraſtavano a det-
„ ti Padri il privilegio del foro, pretendendo,
„ che non doveſſero goderlo. Ed avendo il
„ Re conſiderato le vicendevoli pretenzioni
„ dell'una, e dell'altra parte circa il detto
„ privilegio del foro, ha riſoluto, che fino a
„ nuovo ordine ſi oſſervi il general Comando
„ di S. M. di non ammetterſi alla *l. unica C.*
„ *quando Imp.*, ſe non quelle perſone, che
„ letteralmente ſono nominate in eſſa *l. unica*.
„ Mi comanda perciò S. M. comunicarlo a
„ V. S., accio lo partecipi a coteſto Tribunale,
„ e ſta in tale intelligenza. Dio guardi a
„ V. S. per molti anni, come deſidera. Pa-
„ lazzo 14. Aprile 1747. Il Marcheſe Tanuc-
„ ci = Signor Regente della Vicaria.

80 Hinc eſt, quod noviſſima hæc Regalis Sanctio non perſonas, quæ fori privilegio gaudere debent, pateſecit, benevero eas, quæ literaliter in *l. unica* nominantur, voluit beneficio ipſius legis gaudere. Literaliter autem nominati ſunt pupilli, viduæ, & diuturno morbo laborantes, & debiles, ut annuimus *num. 2.*, non enim ſimpliciter in mente Legislatoris fuit in abſtracto conſideratum nomen pupilli, viduæ, & diuturno morbo defatigatorum, benequidem omne, quod ſub nomine, & ſignificatione pupilli, viduæ, & diuturno morbo defatigatorum venire poteſt, attento, inſpectoque juris communis tenore.

81 Etenim ly *diuturno morbo defatigatus* in ſe nihil eſt, & nullum habet nomen; attamen tamquam ens generale ſpecificatur, & nomen accipit in ſuis ſignificatis; eo quod ſignificare videtur cæcos, articulatione, ſive diuturno dolore compactos, alioſque ſimile qui diuturno aliquo morbo laborant. Dum enim Imperator dixit in *d. l. unica*, & *diuturno morbo defatigatos* idem eſt, ac ſi dixiſſet, & nominaſſet quos ipſa verba ſignificabant, & ſignificant; alias ea verba & *diuturno morbo defatigatos* ſi non ſpecificarentur, & nomen reciperent in ſuis ſignificatis, ad nihil ſervirent, & vana, quod dici penitus,

tus nequibit, redderentur, ut contra *Morum in prax. civ. tom. 1. cap. 5. §. 7. num. 13., & seqq.*, qui solummodo pupillos, & viduas privilegio fori, attento laudato Regali diplomate, gaudere ait, & non alios; quia pupilli, & viduæ tantum ea in lege literaliter nominati videntur; & pariter ex alia ratione, quia diuturno morbo defatigati ad judicium per procuratorem venire possunt.

82 Sed parcat amabo laudatus mihi *Morus*; etenim in *d. l. unica* literaliter nominatum videtur nomen pupilli; literaliter nominatum legitur nomen viduæ, & literaliter nominatum est nomen diuturno morbo defatigatorum; & sicuti pupillus non habet in se intrinsecum nomen, nisi illud quod significat, idest *impuberem, & patria potestate solutum*; item & vidua sicuti non habet in se nomen intrinsecum, nisi illud, quod denotat, nempe *desponsatam marito solutam*, ita & diuturno morbo laborans non aliud habet nomen, nisi illud, quod significat, & denotat, nempe diuturnos cæcos, articulatos &c. Et sicuti pupillus, & vidua fori privilegium in suos significatos transmittunt, cur, & non idem in diuturno morbo laborantibus dicendum erit? Non diversa videtur inter ipsos ratio, & consequenter neque ejus dispositio.

83 Claudicare nimis etiam videtur alia ratio a Moro illata in illis verbis. *Ma in questo Regno non vi é questo comparire di persona per le cause civili, come è a tutti manifesto, onde cessa per questo mottivo la d. l. Unica rispetto ai mal sani di corpo, abbenche fossero poveri.* Etenim vis electionis fori non stat in posse, aut non posse litigantes in judicio comparere de persona, benevero in ætatis, vel status commiseratione, quæ partis gignit perhorrescentiam, ut ipsemet *Morus* testatur *in n. 26.* quæ perhorrescentia, & commiseratio per procuratorem equidem non evitatur. Sicque electionis causa perdurante, electio ipsa procedere adhuc debet. Itemque eveniret absurdum, quod diuturno morbo defatigatus, quia in civilibus per procuratorem comparere poterit, fori privilegium non haberet; in criminalibus vero quia personaliter comparere debebit, fori privilegium eum habere dicendum erit; sicque diceretur privilegiatus in criminalibus, non autem in civilibus. Conclusum igitur remanet, fori privilegium diuturno morbo defatigatis adhuc competere, attento tenore
84 Regalis resolutionis; & fortius etiam minoribus. Licet enim de solo pupillo in *d. l. Unica* loquutus videatur Imperator, attamen de minore pariter intellexisse dicendum est; cum satis eidem nota esset Modestini sententia in *l. Tutor 15. ff. de sponsalib.*, ut nempe sub nomine pupilli adultus adhuc contineatur, & tradit *Bersanus de pupill. cap. 1. q. 1. num. 9.* Ideoque si pupillos nominavit Imperator, eos qui sub pupillis continentur, intelligere voluit; eo magis quia minorum favore lata facienda sit interpretatio. Tum etiam quia ipsius legis fine inspecto, necessario minores comprehen-
85 dendi sunt, ex eo quod ratio miserationis, cujus contemplatione fori privilegium pupillis concessum est, minoribus adhuc competit; cum & ipsi quoque res suas administrare nesciant, & non secus ac pupilli ab aliis reguntur, & majorum versutiis, atque potentiæ sunt subjecti, ut tradunt *Bersanus num. 19.*, *Paschalis de patr. pot. p. 2. cap. 2. num. 92.*, & consequenter minores, utpote & pupillos fori privilegio gaudere existimo.

86 De pulchra quæstiuncula placet etiam quærere, si nempe mulier major privilegio fori sui viri pupilli, aut minoris potiri possit? Et pro certo semper habui, uxorem viri sui forum sequi debere, per rescriptum Impp. Valen., & Valens. *in l. Mulieres 13. Cod. de dignit. lib. 12.*, & ex traditis communiter a Doctoribus, ut videndus *De Franchis in dec. 363. num. 1.*, *& De Marinis var. 1. cap. 22. num. 6.*, etiamsi speciali jure hoc fori privi-
87 legium marito competeret, per *Tex. in l. Eos qui 6. Cod. de fabricen. lib. 10.*, *& in l. Ii qui 3.*, & in *l. Ante omnia 4. Cod. de Castrens., & Ministerian. lib. 12.*, *& in l. Ne ad diversa 4. Cod. de silentiar., & decurion. lib. 12.*, & tradunt *Menochius de arbitr. cas. 562. num. 6.*, *Merlinus cent. 1. cap. 94. num. 1.*, *ubi Scoppa num. 1.*, *Gratianus cap. 623. num. 3.*, *De Marinis var. 1. cap. 23. num. 6.*, *ubi Rodoer. n. 6.*, *& de Luca num. 3.*, *& ad Franchis in dec. 363. num. 1.*, *Paschalis de patr. pot. p. 4. cap. 2. num. 6.*, *Surdus dec. 330. num. 15.*, *Thesaurus dec. 113. num. 9.*, *Capyc. Latr. dec. 181. num. 37.*, *ubi Manfrella num. 20.*, *Gyzzius ad eumdem in dec. 198. num. 1.*

88 Objiciunt nonnulli, personale privilegium propriam personam transgredi non posse. Cui objectioni omnes unanimiter respondent, regulam hanc in præsenti casu fallere; ex eo quod privilegium fori ita uxori communicatur, ut ipsius viri personam nequaquam egredi dicatur, neque in personam uxoris, ut in aliam personam transire videatur, quia ratione unitatis vir, & uxor una persona reputantur, ut tradunt *Surdus num. 20.*, *Capyc. Latr. num. 38.*, *De Marinis num. 6.*, *ubi Rodoerius num. 14.*, *& De Luca num. 5.*, *& ad Franchis num. 5.*, ubi fori privilegium non est
89 ita rigorose personale, ut tamen viro, & non uxori competat; & hoc ex quadam vi comprehensiva, quia una caro reputantur; quod non ficte, sed vere, proprie, & realiter; cum inducta sit unico jure divino, quod per unitatem non per fictionem operatur, & tradunt *Surdus num. 22.*, *Gratianus num. 13.*

90 Et adeo est transfusio viri in personam mulieris, ut si ipsi viro aliquod privilegium concedatur, nulla facta uxoris mentione, pariter & ipsi uxori concessum videtur, ut si dictum fuerit tibi, & uxori tuæ, *Rodoerius ad. de Marinis var. 1. cap. 23. num. 11.*

91 Et ne speciali, ac individua auctoritate nostra

ſtra hæc concluſio careat, expreſſim eam docet *Stalbanus jun. cent. 2. reſol. 155. num. 90., & ſeqq.*, ubi firmat, privilegia conceſſa miſerabilibus vigore *l. Unica Cod. quando Imp.* in eorum uxores pariter tranſire; cum vir, & uxor una ſint caro.

92 Et quamvis adverſus prædicta videatur adeſſe *deciſ. 363. De Franchis*, ubi deciſum fuit, non gaudere uxorem artificis privilegio fori ſui viri; nihilominus ea deciſio fundata fuit in ratione, quod illa uxor non ex propria perſona, ſed ut heres alterius veniebat, ideoque a ſui viri privilegio excluſa fuit, prout advertit *ibidem De Luca ſub num. 1.*

93 Quamplures vero ſunt caſus, in quibus fori privilegium ceſſat in pupillo. Et primo ceſſat, ſi ſub patria poteſtate erit, ut *num.* 44. dictum eſt.

94 Secundo ceſſat in pupillo hæbreo, aut Judæo, qui fori electionem non habebit, *Novar. de elect. for. q. 5. ſect. 1. num. 11., Riccius ad Franchum in dec. 671., Altimari de nullit. contr. tom. 6. rubr. 2. q. 1. ſect. 1. n. 747. ver. nec competit ſi minor.*

95 Tertio ceſſat, ſi pupillus ut auctor laudatus ad tuendum emptorem, cui de evictione tenebitur, venerit, *Amatus var. 2. reſol. 85. n. 66., aliique apud De Fariam ad Covarruvias pract. quæſt. cap. 7. num. 44*

96 Quarto ceſſat, ſi ſucceſſerit in lite cum defuncto cœpta, per ſententiam *Jaboleni in l. Si is qui ff. de judic., Gratianus cap. 182. n. 27. Cancerius var. 2. cap. 2. num. 27., Carneval. de judic. lib. 1. diſp. 2. num. 625., Riccius collect. 2309., De Faria ad Covarruvias pract. quæſt. cap. 6. num. 23., & 44., Berſanus de pupill. cap. 1. q. 14. num. 23.*, & in S.C. deciſum teſtatur *De Franchis in dec. 364*, *ubi*
97 *De Luca num. 1.* Etenim defuncti conditio ex heredis perſona non mutatur, ut in ſpecie docuit *Ulp. in l. Heres abſens ff. de judic., & Paulus in l. Stipulationem 2. §. ex his ver. non enim ff. de verb. oblig., Berſanus n. 24.*,
98 ſicque pupillus majori ſuccedens jure majoris utitur, quia pupilli perſona tunc non conſideratur, *Baronius effect. 41. circa judic. num. 76.*, volunt tamen *Capiblanca de Baronib. in prag. 8. num. 315.*, aliique relati per *Baronium n. 78.*, quod requiritur, ut non tantum lis ſit cœpta, ſed etiam conteſtata.

99 Quinto ceſſat, quando convenitur ex contractu paterno, ipſo contractu in citatione expreſſo, ex dictis *num. 57., & ſeqq.*

100 Sexto ceſſat, ſi fuerit pupillus conventus coram A. C. vigore Cameralis obligationis; nam per facultates Auditoris Cameræ fuit derogatum privilegium *de l. Unica*, ut tradunt *Sabellius §. obligatio num. 27., Baronius effect. 41. circa judicial. num. 73., Maradei in prax. præſent. inſtrum. cap. 11. num. 14., Altimari de nullit. contr. tom. 6. rubr. 2. q. 1. ſect. 1. num. 747. ver. nec in cauſa Cameralis.*

101 Septimo ceſſat in cauſis minimis, & parvi momenti, ubi fori electio penitus denegatur, *Baronius num. 53., Afflictus in dec. 129. n. 15. Novarr. de elect. fori p. 1. ſect. 4. q. 41. n. 8. ver. & juſta, Maradei. Filius in obſervat. ad ſing. Patris 882. num. 3.*, & in ſumma ducatorum octo fuiſſe denegatam fori electionem judicatum refert *Novar. loc. cit.*, quem lau-
102 dat *Altimari ver. non competit.* Etenim modicus exceſſus in conſideratione non habetur, ut tradunt *Baronius num. 57., De Franchis in dec. 404.* Prout in ſimili uſusfructuarius modicam expenſam non recuperat per ſententiam *Celſi in l. Hactenus 8. ff. de uſufr. Baronius num. 61.*, quæ modica expenſa duorum aureorum eſſe debebit, vel melius Judicis arbitrio remittitur, ut refert *Gloſ. in d. l. Hactenus.*

103 Octavo ceſſat electio ad forum, cujus juriſdictio ipſius pupilli nomine exercetur, quoniam tunc ſuſpicio aliqua adeſſe poterit, *Covarruvias pract. quæſt. 7. ver. octavo*, quam laudat *Menochius de arbitrar. in addit. ad caſ. 66. num. 48.*

104 Nono ceſſat in cauſa feudali, quæ coram judicibus allodialibus practicari non debeat, *Menochius num. 49., Altimari d. num. 747. ver. nec in cauſis; Baronius effect. 41. circa judicial. num. 80., Sarnus in prax. crim. cap. 5. num. 14., Urſillus ad Afflictum in dec. 257. n. 5.*

105 Decimo ceſſat in Curia Principis, ubi perhorreſcentia nequaquam præſumitur, *Altimari loc. cit., & ad Rovitum in dec. 49. num. 1., Baronius num. 23., Scoppa ad Sarnum n. 13., Motillus de gradu citationis num. 192., Sanfelicius dec. 73. num. 10. lib. 1., Rovitus conſ. 88. num. 4. lib. 1.*, ubi ita per S. C. deciſum teſtatur; tenorem cujus decreti per extenſum refert *Merlinus cent. 1. contr. 190. num. 3. ubi Scoppa num. 2.*

106 Undecimo ceſſat, ſi dignoſceretur facta ad defatigandum adverſarium, *De Angelis de Official. Baron. cap. 174. num. 7., Novarius de privileg. miſerabil. perſon. privileg. 16. num. 6., Nicolinus in prax. etc., ubi Alexius num. 325.*, aliique apud *Sarnum in prax. crim. cap. 5. n. 14. ver. ſeptimo.*

107 Decimoſecundo ceſſat in cauſa ſpolii, *Altimari de nullit. contr. tom. 6. rubr. 2. q. 1. ſect. 1. num. 747. ver. nec in cauſis ſpolii*; cum ſpoliator in loco facti ſpolii, licet alterius fori ſit, conveniri debeat, *Tiraquell. de retract. lignag. §. 6. Gloſ. 3. num. 10., Menochius recuper. rem. 13. num. 219.*

108 Decimotertio ceſſat in petendis adminiſtratæ tutelæ rationibus a ſuo tutore, quoniam in loco adminiſtrationis dari debent, per ſententiam *Ulp. in l. Heres abſens 19. §. ſi quis ff. de judic.*, & reſcripſerunt *Impp. Diocles., & Maxim. in l. 1. Cod. ubi de ratiocin., & Imp. Gordian. in l. Omnes tutores 5. Cod. arbitr. tutel.*, & tradunt *Carneval. de judic. lib. 1. diſput. 2. num. 168., Surdus de aliment. tit. 1. q. 47. num. 9., Paſchalis de patr. pot. p. 2. cap. 2. num. 109., Berſanus de pupill. cap. 1. q. 14.*

q. 14. num. 27., *Altimari de nullit. sentent. tom. 1. rubr. 9. q. 26. num. 49.*, *& de nullit. contract. tom. 6. rubr. 2. q. 1. sect. 1. n. 1277.*, *Motillus de gradu citation. num. 189.*, *Gizzius ad Capyc. Latr. dec. 113. num. 4.*, & in S.C. decisum testatur *Sanfelicius in dec. 134. n. 7.*.
109 Etenim in loco administrationis facilius, & plenius per testes, & instrumenta, aliasque legitimas probationes veritas inveniri potest, *Olea de cess. jur. tit. 1. q. 6. num. 58.*, *Bersanus cap. 5. q. 11. num. 1.*, *Staibanus obser. ad resol. 95. num. 94.*, *Manfrella ad Capyc. Latr. in dec. 113. num. 14*, aliique apud *Altimarem d. num. 1277.*. Eapropter facta per pupillum fori
110 electione, mundanda erit computorum discussio in loco administrationis, qua facta, transmittenda erunt computa in loco electo ad finem decidendi dubia, ut decisum fuit in S. C. teste *Sanfelice in dec. 134. num. 9.*, & post alios tradit *Altimari d. num. 1277. ver. quæ conclusio*: cetera ad propositum vide in cap. 4.
111 Decimoquarto tandem, ceteris omissis, cessat privilegium *l. Unicæ*, quoties pupillus adversus alterum pupillum, aliumve *in d. l. Contentum* experiri illud vellet; quoniam inter per habentes privilegium conquassantur privilegia, & actor forum rei sequi debet, *Tuschi lit. P. concl. 760. num. 1.*, *Gratianus cap. 674. num. 3.*, *Surdus cons. 423. num. 21. lib. 3.*, *Baronius effect. 41. circa judicial. n. 45.*, *Bersanus de pupill. cap. 1. q. 14. num. 26.*, *Salgadus labyr. credit. p. 1. cap. 7. num. 46.*, *Rodoerius cons. 33. num. 38.*, *Riccius collect. 2308.*, *Sabellius §. persona num. 11.*, *Capiblanca de Baronib. prag. 8. num. 170.*, *Muscatellius in prax. p. 2. Glos. competentes num. 86.*, *Thesaurus in dec. 177. num. 9.*, *Menochius de arbitr. in addit. ad cas. 66. num. 47.*
112 Et in nostro Regno habemus Ritum M. C. V. 228. incip. *item quod*, & Ritum 231. incip. *item si pupillus*, ubi expresse statutum fuit, ut inter pupillos litigantes actor forum rei sequatur. Pariterque habemus *prag. 3. & 81. §. 6. de offic. S. R. C.*, & etiam *prag.* incip. *querula* sub tit. *ubi de delicto quis conveniri debeat*. Et cum dubitatum fuisset in S.C., an vidua, pupilli, aliæque miserabiles personæ, de quibus in *d. l. Unica* uti possint ad invicem fori privilegio, pro vana visa fuit talis dubitatio; & sub die 8. Octobris 1518. teste *De Franchis in dec. 188.* decisum fuit, pupillos, viduas, aliasque miserabiles personas ejusdem legis privilegio suffultas inter ipsos nequaquam fori privilegio uti posse; sed privilegia confunduntur, nec unus erit potentior altero, & jus commune servabitur, ut actor forum rei sequatur, per *Text. in l. Actor Cod. ubi in rem act.*, & vide plene *Follerium in prax. crim. ver. audiantur excusatores num. 102.*, ubi ita practicandum advertit.
113 Nonnulli tamen conclusionem istam perturbare videntur, nempe non conquassari privilegia pupillorum, viduarum, aliorumque miserabilium vigore *d. l. Unicæ*, ex eo quod illud pupillorum majus, & potentius sit illo viduarum, quia causa ætatis, quæ naturalis est, præferenda erit causæ accidentali ex viduitate, aut miserabilitate provenienti, ideoque pupillus adversus viduam fori privilegium habebit; ita *Afflictus in constit. Statuimus n. 45. ver. 12. quæro*; *De Luca ad Franchis in dec. 188. num. 3.*, *Manfrella ad Capyc. Latro*
114 *in dec. 195. num. 8.*, nihilominus tamen prima allata conclusio verior est, & sine difficultate erit in praxi tenenda & sequenda; nam cum omnes personæ in *d. l. Unica* contentæ ejusdem legis privilegio sint suffultæ, & ob unam causam, nempe miserationis, merito unum, & æquale privilegium consequi debent, ut plene probat *Covarruvias pract. quæst. cap. 7. num. 4.*, *ubi De Faria num. 23.*, & si ipsa lex
115 non distinquit, nec nos distinquere debemus, cum in omisso tacita Superioris voluntas intervenire non dicatur, ut in specie tradit *Sanfelicius in dec. 51. num. 3.*, per Tex. Papiniani *in l. Militis codicillis 37. §. veteranus ff. de milit. testam.*, & hanc conclusionem communi voto defendunt *Muscatellius in prax. S. C. p. 2. Glos. competentes num. 86.*, *Menochius de arbitr. addit. ad cas. 66. num. 47.*, *Sanfelicius dec. 73. num. 10.*, *Scoppa ad Gratianum dec. 196. num. 13.*, *Riccius collect. dec. 2308.*, *Altimari de nullit. contr. tom. 6. rubr. 2. q. 1. sect. 1. num. 747. ver. nec competit*, *De Rosa in prax. civ. decret. p. 1. in 1. inst. cap. 2. dist. 1. num. 49.*, *plene Follerius in prax. crim. ver. audiantur excusatores num. 78.*, *& 103. ver.*
116 *omissis*; subditque sic se judicasse in quodam gubernio contra talem Liombrunum, fuitque decretum confirmatum in M. C. V., ac proinde tormentavit ipsum Liombrunum, quo non confitente, fuit per eumdem Follerium absolutus. Qui Follerius tandem cupiens sui officii fructus posteritati adnotare, non piguit ibidem adscribere, quod per sex menses stetit in M. C. carceratus, eo quod dictus Liombrunus ut supra ab ipso tormentatus; falsum testimonium fecit, quod receptasset Ferdinandum Roncam insignem latronem. Sed veritate cognita, fuit tandem tamquam innocens absolutus; & non valuit, ut de falso Liombrunus puniretur, quia Fisci testis erat.
117 Ad rationem, quam adversarii adducunt, nempe quod pupilli privilegium tamquam naturale potentius esse debeat illo viduæ tamquam accidentali, ultra prædicta, etiam respondetur, quod privilegium pupilli, & viduæ ab eadem miserationis causa procedit, ideoque unum altero potentius esse nequit; cum non sit major ratio privilegii pupilli, quam viduæ. Immo vult *Greg. Lap. in leg. hysp. 5. Glos. 2. in fine*, quam laudat *De Faria ad Covarruvias pract. quæst. cap. 7. num. 23.*, quod vi-
118 dua agens in pupillum uti poterit privilegio favore sexus. Quia igitur unica est causa privile-

vilegii, omnibus merito æqualis esse debet; & non quia aliqua persona privilegiata est minus miserabilis, non debet esse pariter eadem compassione digna, ut advertit *Sanfelicius in dec.* 358. *num.* 35.

119. Immo ego singulariter reflecto, & non male, ni fallor, quod hoc privilegium fori competens pupillo nequit dici absolute naturale, sed adhuc accidentale. Etenim commiseratio pupilli non consideratur in qualitate solius ætatis, sed dum in tali ætate patre orbatus est, ut *num.* 44. dictum est, cum jam certum sit, pupillum patrem habentem fori privilegio non gaudere. Si igitur pupillus consideratur causa commiserationis non tantum respectu suæ ætatis, quia tunc dum patrem habet, nulla commiseratione dignus est, cum nullum majus paternum adjutorium habere possit, quantum consideratur commiserationis causa per mortem patris, quæ accidentalis est in tali ætate, quoniam esse poterit, ut supervivat, & consequenter dici recte poterit, pupilli commiserationem non esse absolute naturalem ob ætatis causam, beneverò adhuc accidentalem ob patris mortem, quæ in tali ætate esse, & abesse poterit.

120 Concludendum igitur est, quod in concursu privilegiatorum ob eamdem causam, & rationem privilegii, ut est illud pupilli, viduæ, aliorumque *in d. l. Unica* contentorum, nequit inter ipsos dari majus, & minus, cum ex una, eademque causa, originem trahat, nempe miserabilitatis; quæ uti in pupillo, ita in vidua, & fortius in aliis miserabilibus considerata fuit. In pupillo per patris mortem; in vidua per mortem viri; & in miserabilibus ob perperam corporis sanitatem; sicque commiserationis causa, quia pro omnibus æque considerata fuit, omnibus necnon æqualis esse debet; & non quod quis forte minus miserabilis esset, compassione pariter nequaquam dignus esse deberet, ut in specie tradit *Sanfelicius in dec.* 258. *num.* 36.

121 Verum dari poterit, ut aliquando fori privilegium sit potentius in uno, quam in alio, habito respectu ad majorem rationem, & causam, quæ inest in concessione unius privilegii, & non in alio, ut volunt *Afflictus in dec.* 56., *ubi Ursillus*; *Tuschi lit. P. concl.* 760. *num.* 10, *Covarruvias 2. p. relect. cap. possessor* §. 2. *num.* 4. *ver. quod vero*, *De Faria ad eumdem pract. quæst. cap.* 7. *num.* 24. Ut autem

122 quis sciat quodnam privilegium erit potentius, quoties ex diversis causis, & rationibus concessum fuerit, legat *Novarium de elect. for. p.* 2. *q.* 21., ubi quatuordecim causas exponit, quas & refert *Riccius ad Afflictum in dec.* 56., & sunt, 1. Dum unus agit de damno vitando, alter de lucro captando; 2. Dicitur potentius ex favorabiliori causa concessionis, 3. ex majori ratione unius, quam alterius; 4. ex majori utilitate; 5. quod minus deroget juri communi; 6. dicitur potentius illud, quod potius respicit personam, quam causam, vel locum; 7. negativum potius, quam affirmativum; 8. ratione sexus, ut potius concessum fœminis, quam masculis; 9. favorabile potius, quam odiosum; 10. dignius privilegium dicitur potentius; 11. duplex privilegium erit potentius uno; 12. benignus privilegium; 13. potentius erit privilegium juris, quam hominis; 14. potentius erit naturale, quam accidentale.

Quicquid igitur super fori electione ulterius dici poterit, remanet modo praxim breviter exponere. Quoties igitur pupillus forum declinare vellet, ita coram Judice, qui declinandus erit, comparere poterit.

123 „ Nella Corte . . . comparisce N. pupillo,
„ e dice, come si è veduto notificato da essa
„ Corte ad istanza di B. pretendendo (e si
„ espone la causa). E comecchè esso pupillo
„ comparente molto teme la potenza del me-
„ desimo in questa Corte, perciò intende decli-
„ narla in quella della G. C. della V., a qual
„ motivo *formiter jurans illius potentiam perhor-*
„ *rescere* fa istanza, che attenta la presente de-
„ clinazione, ed elezione di foro in vigor della
„ *l. Unica Cod. quando Imp.*, non s'intrometta
„ più essa Corte nella presente causa, ma tras-
„ metta tutti gli atti nella sudetta G. C. *ad*
„ *finem &c.* altrimenti *de nullitate &c. Et ita &c.*
„ *omni modo meliori &c.*

In cujus calce debet fieri sequens decretum.

Per Curiam . . . fuit provisum, & decretum, quod præsens comparitio recipiatur, & conservetur in actis, & notificetur B., ut de omnibus in ea contentis notitiam habeat; Hoc suum. Datum . . .

124 Nota, quod dictum est in comparitione, ipsum pupillum jurare partis potentiam perhorrescere; supposito jam quod esset doli capax. Alias pro eo tutor jurabit, ut supra dictum est.

125 Facta per pupillum fori electione, si pars adversa aliquid adversus ipsum electionem opposuerit, & non adhuc inhibitoriales electi Judicis declinato Judici pro actorum transmissione fuerint præsentatæ, & tunc ipse declinatus Judex de viribus declinatoriæ cognoscere poterit; alias ad Judicem declinatum spectaret, ut dictum est *num.* 30., in casu autem, quo nihil oppositum fuit, & tunc comparere debebit pupillus coram Judice & Tribunali electo pro inhibitorialium expeditione sequenti modo.

126 „ Nella G. C. della Vic. comparisce il
„ Procuratore del pupillo N. della Città . . .
„ in Provincia di . . . . , e dice, come sotto
„ il dì . . . del mese . . . corrente anno 1776.
„ fu convenuto detto suo principale in quella
„ Corte da B., pretendendo (e si espone la
„ causa). Quello però perchè molto temeva la
„ potenza di esso B. nella sudetta Corte, giu-
„ randone formalmente la perorrescenza, si elesse
„ per suo foro competente questa G. C., che
„ perciò il Comparente *nomine &c.* fa istanza
„ ordinarsi alla riferita Corte, che attenta la

„ menzionata elezione di foro già seguita non
„ s'intrometta più nella presente causa, ma
„ che trasmetter debba tutti gli atti fabbricati
„ sotto quelle pene &c. *omni modo meliori &c.*
In cujus calce expediuntur per M.C. literæ provisionales, quibus inde Judici declinato præsentatis, per eumdem sequenti modo observandæ erunt,

Die . . .

127 Præsentes literæ inhibitoriales M. C. V. exhibitæ, & præsentatæ fuerunt in hac Curia . . . pro parte . . . & fuerunt receptæ supra caput, omni, qua decet reverentia, & fuit dictum, quod exequantur juxta earum seriem, continentiam, & tenorem; eapropter amplius in causa in ipsis literis enunciata non procedatur, sed omnia acta originalia ad ipsam M. C. transmittantur, in qua partes compareant ad finem &c. Et ita &c.

128 Nota, quod aliqui ex nostratibus in dicta observantia addunt, *jurata prius penes acta hujus Curiæ perhorrescentia per dictum tutorem, aut pupillum*. Etenim hoc verum est fieri, quoties per Judicem superiorem electum dictum fuit in literis provisionalibus, ut juramentum præstetur per pupillum, aut tutorem; alias simpliciter peragenda erit observantia; cum sufficiens erit juramentum in comparitione enunciatum per ipsum tutorem, aut pupillum in foro declinato; aut illud a Procuratore præstitum in loco variato, quoties ita a Judice superiori electo fuit ordinatum.

129 Sed quia pupillus post factam fori electionem obdormire assolet coram Judice declinato, ad hoc ut causæ cursus retardetur, & tunc parte instante posse Judicem declinatum ante inhibitorialium præsentationem terminum parti declinanti præfigere, ut actorum transmissionem procuret, nempe.

Per Curiam . . . fuit provisum, & decretum, quod N. pupillus, & C. ejus tutor in termino dierum decem procurent transmissionem actorum ad M. C. V., & coram Judice electo in causa, quam habent cum B., alias &c. Et ita &c.

130 Instante parte, termino elapso, & transmissione non sequuta, expediendum erit secundum præceptum sequenti modo:

Per Curiam . . . visis decreto per hanc Curiam lato sub die . . . ejusque notificatione sub die . . . , & præsenti comparitione fuit provisum, & decretum, quod N. pupillus, & C. ejus tutor in alio termino dierum decem cum effectu, præcise, & peremptorie procurent transmissionem actorum ad M.C.V., & coram Judice electo in causa, quam habent cum B., alias dicto termino elapso, & ordinata transmissione non sequuta, providebitur, quod procedatur per hanc Curiam in expeditione causæ, fori electione facta non obstante. Et ita &c.

131 Quo termino elapso, & transmissione non sequuta, parte instante, interponendum erit sequens decretum.

Per Curiam . . . visis . . . provisum, & decretum est, quod ex eo quia N. pupillus, & C. tutor non curarunt in terminis præfixis actorum transmissionem efficere ad M. C. V., & coram Judice electo, stante electione fori per ipsos facta in causa, quam habent cum B., ut ex actis; idcirco hæc Curia in ipsamet causa ad ulteriora continuet in procedendo, fori electione per illos facta nequaquam obstante. Et ita &c. Et intimetur.

132 Dum autem literæ inhibitoriales expeditæ, atque præsentatæ reperirentur coram Judice declinato, & tunc ad electum Judicem pro enunciatorum ordinum expeditione habendus erit recursus, vide *de Luca in prax. judic. cap. 45.*

CAP. III.

De variatione Fori.

SUMMARIUM.

Pupillus electum forum variare potest, num. 1.
Pupillus forum variare potest, etiamsi de non variando juravit, num. 2.
Variatio fori pluries fieri potest, num. 3.
Forum varians juramentum perhorrescentiæ præstare debet, num. 4.
Variatio an fieri possit a Judice superiore ad inferiorem, num. 5., *& seqq.*
In Curia Principis perhorrescentia non præsumitur, num. 9., *& seqq.*

1 Posse pupillum, aliamve personam privilegiatam forum electum iterum variare, commune, & certum est apud omnes Doctores, ut tradunt *Afflictus in Constit. Regni Statuimus 6. notab. q. 13.*, *De Franchis in dec. 364. num. 6*, *Sanfelicius in dec. 278. num. 1., & seqq.*, *Bersanus de pupill. cap. 14 q. 13. num. 18.*, aliique communiter; etiamsi

2 juratum fuerit de non variando forum, ut refert *Muscatellius in prax. S. C. p. 2. Glos. competentes, num. 90.* Quicquid novissime dicere voluit *Dominicus Moruz in prax. civ. tom. 1. cap. 5. § 8.*

3 Et non solum semel, sed bis variari posse

firmat *Muscatellius loc. cit.*, immo testatur *De Marinis var. 2. cap. 47. num. 24.*, esse receptissimum in Regno etiam ter variari posse; quinimmo, & quater, ut tradunt relati per *Riccium in prax. civ. tom. 4. p. 3. lib. 2. cap. 31. num. 19.*

4 Sed dum variatur, perhorrescentiæ juramentum, ut in electione, præstandum erit, *Altimari de nullit. sent. tom. 1. rubr. 9. q. 43. num. 22.*, aliique apud *De Caro ad Riccium num.13.*

5 Quæstio tamen multum agitata est, si nempe pupillus Magnam Curiam Vicariæ in suum forum, & Judicem competentem elegit, volens exinde variare, an ad ordinariam Curiam Baronalem, quæ erit forum inferius, variare poterit? Negat *Follerius in prax. crim. ver. audiantur excusatores num. 99., & seqq.*, ubi post alia adducta ita ratiocinatur; *Ubi enim declinarunt judicium ordinarium, oportuit eos jurare, se perhorrescere potentiam adversariorum in partibus per d. l. Unicam, & Const. Statuimus; ubi autem vellent modo variare, & redire ad ordinarium, esset necesse iterum jurare, quod ibi perhorrescant potentiam partis, quod quidem non est præsumendum, cum in Curio Principis non cadat potentia, neque metus.*

6 Contrarium in M. C. V. decisum testatur *Afflictus in dec. 257. num. 2.*, ubi refert casum, quod si vidua primo competentem Judicem elegit, penes quem agere cœpit. Exindeque accessit ad M. C. V. poterit tandem ad primum Judicem ordinarium convolare, & redire; quod & in Regno servari ait *De*
7 *Marinis vor. 2. cap. 47. num. 24.*, atque tradunt *De Franchis in dec. 100. num. 21.*, aliique relati per *Riccium in prax. civ. tom 4. p. 3. lib. 2. cap. 31. num. 19.*

8 Ista tamen variatio non de facili concedenda erit, ut advertit *de Franchis loc. cit.*, & *ibidem Ammend. num. 10.*, sed maxime erit cogitanda; ut nempe si fraudis præsumptio inesset ad defatigandum adversarium; qua fraudis præsumptione cessante, erit equidem variatio admittenda. Nec Follerii ratio omnino
9 obstat; etenim non semper partis perhorrescentia timetur, sed judicis adhuc antipatia: Et pariter variatio a M. C. ad forum Baronale plerumque accidere potest ratione majoris commoditatis testium examinandorum; vel alia justa, rationabilique causa. Nam si solummodo in partis perhorrescentia variationis vis consisteret; & tunc equidem vera foret Follerii sententia, quod in Curia Principis perhorrescentia non præsumitur, ut etiam
10 quando a M. C. ad S. C. variari vellet, quod variatio non admittitur; quemadmodum per Supremum Collaterale Consilium sub die 3. Julii 1634. decisum fuit tenoris sequentis.

In causa Francisci Monsolino
Cum Lucretia Dattolo
Die 3. Julii 1634. Neapoli.

11 Facta relatione S. C. in Reg. Collat. Cons. per Ill. Reg. Carolum de Tapia Marchionem Belmontis Reg. Cons., & Comm. de Contentis in relatione in scriptis facta per Spectabilem Præsidem S. R. C., Illustr., & Excell. D. Vicerex, Locumtenens, & Capitaneus Generalis providet, decernit, & mandat, quod M. C. procedat in causa prædicta, non obstante variatione facta ad S. C., & commissione causæ vigore dictæ variationis, cessante perhorrescentia in hac fidelissima Civitate ob præsentiam Principis. Hoc suum.

Tapia R. Enriquez R. Rovitus.

12 Quam decisionem transcribit *Merlinus cent. 1. contr. 100. num. 3.*, & laudat *ibidem Scoppa num. 1.*, & *ad Sarnum in prax. crim. cap. 5. num. 13.*, *Mostillus de gradu citation. num. 191.*, *Altimari ad Rovitum in dec. 49. num. 1. ver. secundum.*

Acta pro variatione regulari possunt, prout de electione dictum est.

C A P. IV.

De Foro rationis reddendæ per Tutorem.

SUMMARIUM.

Tutoris officium quando expirat, num. 1., & seqq.

Tutor finita tutela sua administrationis rationem reddere tenetur, num. 8., & 9.

Ante finitam tutelam nulla actio oritur pupillo contra tutorem, num. 10., & 11.

Rationis redditio quomodo erit exhibenda, num. 12., & seqq.

Ex pluribus tutoribus constitutis quis eorum reddere rationem debeat, num. 16., & seqq.

Tutori non administranti competit beneficium ordinis, seu excussionis, num. 19., & 20.

Pupillus agens ob damnum passum ex dolo, omnes tutores, etiamsi non administraverint, aequaliter tenentur, num. 21., & 22.

Tutor in foro administrationis gestæ pro rationis redditione conveniendus est, num. 23., & seqq.

Pupillus forum administrationis gestæ variare nequit, num. 25., & seqq.

Tutela a pluribus administrata in diversis locis, tales tutores sub uno Judice pro ratione reddenda conveniri debent, num. 28.. Declaratur num. 29.

Pupillus pro mala tutoris administratione potest

ad Curiam Principis tutorem avocare, n. 41.
Tutor Clericus, qui tutelam suscepit a Judice laico pro pupillo adhuc laico a quo Judice conveniendus erit pro rationis redditione, num. 42., & *seqq.*
Testator an tutorem sui filii a rationis redditione liberare possit, num. 45., & *seqq.*
Dolus de futuro remitti nequit necminus per testutorem, num. 47.
Testator si gravat heredem, ut tutorem liberet a dolosa administratione, ista liberatio non tenet, num. 48.
Testator si legare tutori voluerit quicquid eum condemnari tutelæ occasione contigerit, legatum non valebit, num. 49., & 50.
Dolus de præterito remitti potest, num. 51.
Dolus præsumptus tam de præterito, quam de futuro remissus censetur per generalem liberationem, num. 52., & 53.
Rationis redditio an præscribi possit, num 54., & *seqq.*
Præscriptio an obstet heredi pupilli pro ratione reddenda, num. 60.
Actio hypothecaria in bonis tutoris, vel curatoris spatio 40. annorum præscribitur, num. 61.

1 TUtoris officium quamquam per pubertatem terminetur, §. 1. *instit. quib. mod. tut. fin.*: nihilosecius tamen non statim
2 a tali onere liber evadit, benevero curatorem pupillo puberi facto petere tenetur; alioquin tutelæ judicio erga illum adstrictus erit per sententiam *Ulp. in l. Ita autem* 5. §. *si tutor ff. de admin. tut.*, excusaretur tamen si petiit, sed pubes noluit, *Gl. in d. §. si tutor*, *Bersanus de pupillis cap. 5. q. 8. num. 1., & seqq.*, *& in num.* 5. subdit generalem consuetudinem esse, ut post finitam tutelam tutor adhuc pro
4 tutore haberi debeat, usquedum non petiit pupillo curatorem, atque suæ administrationis rationem non reddidit, *d. l. Ita autem §. post completum*, *Concerius var. 1. cap. 7. num.*145.
5 Immo ex officii sui necessitate tenetur tutor post finitam tutelam omnia negotia connexa prosequi; quæ jam intra tempus pupillaris ætatis incepta fuerunt, cum ad ipsius tutoris periculum ea pertineant, ex traditis per *Ulp. in l. Si tutor post pubertatem* 13. *ff. de tut., & rat. distrah.*, *Bersanus num.* 7.,
6 Eapropter tutoris onus erit, ut pupilli defensioni assistat, causam ante finitam tutelam inchoatam prosequendo, per Tex. *Ulp. in l. Ita autem* 5. §. *post completum ff. de adm., & peric. tutor.*, *Bersanus num.* 9.
7 Finitur igitur tutoris officium post rationes redditas, & constituto curatore, eidemque administratione translata; & tunc omne periculum etiam in negotiis, & causis a tutore tutela durante inceptis ad curatorem defertur, per sententiam *Pauli in l. A tutoribus* 34. §. *officium ff. de adm., & peric. tut.*, atq. per Rescriptum Impp. Dioclet., & Maxim. *in l. fin. Cod. de peric. tut.*, *Bersanus num.* 12.

8 Et sicuti tutor, ita etiam curator post finitam tutelam, & curatelam suæ administrationis rationem reddere tenetur; ante quam tutelam, aut curam permissum non erit pupillo, aut minori rationis redditionem a tutore, vel curatore exigere, ut tradit *Paulus in l. Nisi finita ff. de tutel., & rat. distrah.*, & rescripserunt Impp. Severus, & Antoninus *in l. Adversus* 2. *Cod. de adm. tut.*, & Impp. Philip. A., & Philip. C. in *l. Rationes* 14. *Cod. eod.*, quia ante finitam tutelam, aut curam nulla actio in pupillum, aut minorem oritur contra tutorem, aut curatorem ex cau-
9 sa administrationis ipsius tutelæ, aut curæ; quod secus erit, si ex aliqua particulari gestione vellet pupillus, aut minor agere, quoniam tunc poterit quidem contra tutorem, aut curatorem actionem dirigere, tutela, aut cura non adhuc finita, *Bersanus num.* 6. Prout
10 & idem erit ob aliquam causam a tutelæ administratione separatam, dummodo causa ipsa fuerit antiquior tutela; alias si orta fuerit de tempore, quo tutela durabat, nequiret pupillus tutela durante agere, ad differentiam minoris, qui contra curatorem agere poterit,
11 durante ejus administratione, dummodo causa sit diversa, & separata, quamvis non sit antiquior ipsa administratione, plene *Bersanus num.* 7. *per Tex. Pauli in l. Cum curatore* 28. *ff. de adm., & peric. tut.*, *Ulp. in l. Si tutor Reipublicæ* 9. §. *fin. ff. de tut., & rat. distrah.*
12 Ad rationem recte reddendam exhibere tutor debet inventarium omnium bonorum, & rerum pupillarium ab ipsomet confectum; cum inventarium rationis caput sit, ut tradunt *Guttier de tutel. p.* 3. *cap.* 1. *num.* 49., *Cancerius var.* 1. *cap.* 7. *num.* 100., aliique apud *Bersanum de pupill. cap.* 5. *q.* 9. *num.* 12., & etiam librum rationum, in quo omnes
13 introitus, & redditus bonorum pupilli, atque omnia data, & accepta occasione hujus administrationis descripta sunt; illumque si non confecerit, aut exhibere noluerit, tunc pupillus in litem jurare poterit, per sententiam *Ulp. in l.* 1. §. *ex officio*, *ubi Gl. ff. de tutel., & rat. distrah.*, & tradunt *Mascardus de probat. concl.* 1397. *num.* 8., *Afflictus dec.* 360.
14 *num.* 2., *Guttier. num.* 54., *Bersanus n.* 13.. Quoniam tutor librum rationum non conficiens, in dolo dicitur esse, ex quo jurandi facultas in litem adversus dolosum nascitur per totum *tit. Cod. de in lit. jur.*, verum si ex aliis documentis reddere administrationis rationem legitime poterit, denegandum non erit, atque cessabit in litem juramentum, ut advertit *Card. de Luca de tutore disc.* 6. *n.* 12., & post alios tradit *Bersanus num.* 14.
15 Quæ rationis redditio cum quid individuum sit omnem rationem complectens, ideo dividi nequit, neque pro parte reddi; sed per computationes, & calculos super universa administratione ineundos fieri debet, ut docet *Callistratus in l. Cum servus* 81. *ver. nam non*

ntin

utique ff. de condit., & demonst. Ulp. in l. Si
statu libera 6. §. si quis ff. de stat. liber.,
Guttier. de tutel. p. 3. cap. 1. num. 70., *Ber-*
16 *sanus num. 39.*, & si plures fuerint tutores
constituti, qui simul administrationem gesse-
runt, aut nemo ipsorum, aut pars cum con-
sensu, & mandato aliorum, & tunc omnes
in solidum reddere pupillo rationem tenentur;
itaut si contutorum aliquis non solvendo fue-
rit effectus, ceteri principaliter, & non in
subsidium conveniri poterunt, per sententiam
Tryphon. in l. Tres tutores 56. ff. de adm., &
peric. tut., Ulp. in l. 1. §. nunc tractemus ff.
de tutel., et rat. distrah., atque per Rescript.
Impp. Carini, & Numerian. *in l. Si diviso*
2. Cod. de vidend. tutel., Guttier. de tutel.
p. 1. cap. 15. num. 1., Bersanus num. 44.,
Card. De Luca de tutore disc. 4. num. 20.
17 Dum vero fuerit tutela a Judice, vel testa-
tore divisa, & tunc quilibet pro sola rata
suæ administrationis conveniendus erit; si au-
tem ipsi tutores inter se administrationem di-
viserunt, & tunc pupillus, aut minor quem
maluerit insolidum convenire poterit, actio-
nibus ipsi convento adversus contutores trans-
latis, *d. l. Si diviso §. in divisionem*. Verum
si ex pluribus tutoribus aliqui tantum admi-
18 nistraverint, ipsos convenire prius pupillus
debebit; & si ceteros non administrantes con-
venire adhuc voluerit, excipere iidem pote-
runt, ut tutores qui tutelam gesserunt, qua-
tenus solvendo existant, prius excutiantur, &
tandem alii in subsidium, ut tradit *Papinian.*
in l. Tutores 40. §. in eum ff. de adm., et pe-
ric. tutor. Tryphonin. in l. Tres tutores 56. §. 1.
in fine ff. eodem; & expressim statuerunt Impp.
Dioclet. & Maxim. *in l. Licet tutorum 3. Cod.*
de divid. tutel., et in l. Cum interdictæ 6. Cod.
arbit. tutel. et Imp. Alex. in l. fin. Cod. si
tutor, vel curator; Cancerius var. 1. cap. 7.
num. 35., Olea de cess. jur. tit. 5. q. 7. n. 6.
19 Et hoc beneficium ordinis, seu excussionis
tutori non administranti competens ejus here-
di adhuc transit, per rescriptum Imp. Anto-
nini in *l. Cum interdicta 6. Cod. arbitr. tut.*,
Bersanus de pupill. cap. 5. q. 9. num. 48., ad-
vertunt *Olea num. 7.*, aliique apud *Bersanum*
num. 48., & 49., quod ne judicia multiplicen-
20 tur, & ne litis sumptibus pupillus pergrave-
tur, citari adhuc poterit tutor non admini-
strans, ut judicio contra illum assistat, qui
gessit intentato, quoniam ipse non solvente
reperto, aut in toto, aut in parte, poterit
absq. alio processu eum, qui non administra-
vit, pupillus convenire. Rationem autem cur
tutor administrans erit prius conveniendus ex-
ponit *Glos. in l. Si plures, ver. discessum ff.*
rem pupill. sal. fore, nempe ut sit æquum
prius eum conveniri, qui ex facto proprio
tenetur, qualis est tutor, qui administravit,
quam qui ex facto alieno, ut est tutor non
administrans, qui ex facto sui contutoris te-
netur.

21 Verum si pupillus agit ob damnum passum
ex dolo, aut culpa tutorum in omittendo,
aut negligendo, & tunc periculum inter omnes
tutores commune erit; & singuli sive admi-
nistraverint, sive non, æqualiter tenentur,
per sententiam *Papiniani in l. Tutores 40. §.*
in eum ff. de adm., & peric. tut.; & per Re-
scriptum Imp. Alex. *in l. Qui se §. fin. Cod.*
si tut., vel cur.. Etenim hoc in casu par est
omnium tutorum culpa, & negligentia, ut ait
Salicet. in l. 2. num. 4. Cod. de divid. tutel.
22 quem laudat *Bersanus num. 51.*, nisi omissa
connexionem cum gestis a tutore, qui admi-
nistravit, habeant, ut quando aliquam rem pu-
pilli legitime vendidit, & pretium ab empto-
re exigere neglexit, qui tandem non solven-
do fuit effectus, hoc in casu conveniens juris
ratio erit, ut prius tutor, qui administravit,
conveniatur; etenim talia omissa, vel negle-
cta censentur pars gestorum, sive inchoato-
rum, eapropter ad gerentem, sive admini-
strantem pertinent, *Salic. loc. cit., Guttier.*
de tutel. q. 1. cap. 15. num. 15., Bersanus
num. 52.
23 Hæc tamen conventio non in alio, nisi in
foro administrationis gestæ fieri debet, per
Tex. *Ulp. in l. Heres absens 19. §. si quis ff.*
de judic., & in l. Prætor ait 4. vers quod si
instrumentum ff. de edend., & Imp. Gordiani
in l. Omnes tutores 5. Cod. arbitr. tutel., Dio-
cletian., & Maximian. in l. 1. Cod. ubi de
ratiocin., Honor., & Theodos. in l. 2. Cod.
eodem, Carleval. de judic. lib. 1. disp. 2. num.
168., Surdus de alim. tit. 1. q. 47. num. 9.,
Gratianus dec. 183. num. 1., Gizzius ad Capyc.
Latr. dec. 133. num. 4., Card. de Luca de tu-
tore disc. 3. num. 11., Altimari de nullit. ju-
dic. rubr. 9. q. 26. num. 46., Rationi enim
24 convenit, ut in loco gestæ administrationis
quis conveniatur, ubi facilius, & plenius ve-
ritas rei per testes, scripturas, aliaque docu-
menta haberi possit, ut recte innuerunt lau-
dati Impp. Honor., & Theod. *in d. l. 2. in*
fine sub illis verbis; *In quo & instructio suffi-*
ciens, & nota testimonia, & verissima possunt
documenta præstari; Carleval. loc. cit., De
Luca de jurisdict. disc. 73. num. 1., Sanfelice
dec. 134. num. 8.
25 Quod adeo certum est, ut si rationem pe-
tens sit pupillus, aliave persona privilegiata
nequit forum administrationis gestæ in alium
variare, etiamsi causam ad Principis Curiam
avocare vellet, si Principis Curia extra locum
administrationis esset; *Navarr. de elect. for.*
q. 33., sect. 4., Paschalis de patr. pot. p. 2.
26 *cap. 2. num. 109., Altimari num. 49.*; sicut
ex adverso tutor, aut quilibet alius admini-
strator, si persona privilegiata fuerit, sui fori
privilegio uti non poterit, sed rationem in
loco gestæ administrationis omnino reddere
tenetur, *Altimari loc. cit., Bersanus de pupill.*
cap. 5. q. 11. num. 6.
27 Nota tamen, quod si tutor in loco gestæ
ad-

administrationis sit persona potens, itaut coram illius Judice pupilli jura lædi timerentur, & tunc pupillo permissum erit in Curia Principis tutorem ad rationem reddendam convenire, ut tradunt *Navarr. de privileg. miserab. person. privil.* 65., *Altimari de nullit. contr. tom. 6. rubr. 2. q. 1. sect. 1. num. 1277. vers. sed si tutor.*, aliique apud *Bersanum num.* 7.
28 Scias etiam, quod si tutela fuerit a pluribus administrata tam in eodem, quam in diversis locis, ex eo quod bona ipsius pupilli in diversis locis existerent, & tunc tales tutores sub uno Judice pro reddenda eorum ratione, ne causæ continentia dividatur, pupillus convenire poterit, per Rescriptum Imp. Gordiani *in l. Omnes tutores 5. Cod. arbitr. tutel.*, *Bersan. num.* 8., *Montan. de tutor. cap.* 39. *num.* 216., *Gratianus dec.* 180. *num.* 5., *Card. De Luca de jurisdict. disc.* 73. *num.* 14.
29 Verum si in diversis Provinciis fuerint tutores constituti, aut ex diversis jurisdictionibus dati, & tunc omnes ab eorum supremis Judicibus respective conveniendi erunt, ut tradit *Brunneman. in d. l. Omnes tutores*, quam laudat *Bersanus num.* 9., nisi tamen ipsi tutores institerint, ut administrationis ratio ab uno Judice cognoscatur, quoniam tunc audiendi erunt, modo talis administratio indivise ab omnibus fuerit gesta, quia tunc administratio unius reputabitur administratio alterius. Si vero a Judice, aut a testatore fuerit inter illos tutela divisa, & tunc unusquisque pro sua administratione rationem reddere debebit, plene *Bersanus de pupill. cap.* 5. *q.* 11. *num.* 9., *& seqq.*
30 Et si tutor rationem in loco gestæ administrationis reddere pupillo obtulit, atque ipse pupillus paratum tutorem admittere noluit, ita ut dictus tutor ad suum domicilium se contulerit, si inde ipse pupillus in loco administrationis prædictæ rationem petere velit, tenebitur quidem illuc tutor redire; qui tamen recte ab ipsomet pupillo omnes expensas tam pro itinere latas, quam pro alimentis toto tempore rationis reddendæ petere possit, ut volunt *Brunneman. in l.* 1. *in fine Cod. ubi de ratiocin. agi oport.*, *Surdus de alimen. tit.* 1. *q.* 47. *num.* 10., *Guttier. de tutel. p.* 3. *cap.* 1. *num.* 126., aliique apud *Bersanum n.*
14., & si elegerit pupillus suum tutorem con-
31 venire in foro domicilii ipsius tutoris, & tunc
adstrictus adhuc remanebit ipse pupillus ad omnes sumptus pro traducendis forsan libris de loco administrationis ad locum domicilii tutoris, aliisque scripturis, atque pro testium accessu, aliisque necessariis, *Addit. ad Gratianum in dec.* 180. *num.* 4., *Bersanus num.* 17.
32 Et quamvis voluit *Cephal. cons.* 8., quem refert *Surdus de alim. tit.* 1. *q.* 37. *in fine*; quod ob mortem pupilli in admittenda rationis redditione debeat tutor liberatus censeri, ex eo quod ratio pro reddita ab eo habeatur, nec amplius per pupillum compelli possit. Nihilosecius tamen illius opinionem improbavit *Brunneman in d. l.* 1., *& Guttier loc. cit.*, quos laudat *Bersanus num.* 16., ubi subdit, nulla lege caveri, ut amittat pupillus actionem petendi redditionem administrationis, quando ei placuerit, dummodo erit intra tempus præscriptionis, ut dicemus *num.* 55.
33 Semel tamen reddita a tutore ratione in administrationis loco, exindeque iterum conveniatur sub prætextu, quod fuerit ratio minus juste reddita, & tunc conveniendus erit tutor in foro sui domicilii; nisi ipse pupillus omnes sumptus, & expensas necessarias pro tutoris regressu ad locum administrationis offerret, *Surdus num.* 10., *Gottier. num.* 126., *Bersan. num.* 18., *Card. De Luca de jurisdict.*
34 *disc.* 73. *num.* 10. Modo tamen tutoris dolus,
& fraus non adfuit, utputa ob aliquem errorem calculi inconsulte admissum, aut aliquid inconsiderate omissum; nam si dolus, & fraus tutori imputari poterit, nec justitiæ, neque æquitati conveniens erit, ut pupillus expensis oneretur pro ratione in foro gestæ tutelæ reddenda, *Bersanus de pupill. cap.* 5. *q.* 13.
35 *num.* 16., cum certum sit, debere iterum tu-
torem præstare rationem tam ob causam fraudis ab ipso forsan commissæ, quam ob errorem calculi, *Bersanus num.* 1., *& seqq.*; nec
36 eidem juvabit quælibet jurata liberatio, ut ite-
rum ad reddendam rationem compelli nequeat, plene *Bersanus num.* 5., *& seqq.*
37 Debebit tamen pupillus legitimis probationibus ostendere non fuisse rationem recte præstitam, aut ob causam fraudis, aut calculi; cum hoc erit fundamentum suæ intentionis, *Guttier. de tutel. p.* 3. *cap.* 1. *num.* 118., aliique apud *Bersanum num.* 9., *&* 10., immo si
38 pupillus cum tutoris auctoritate, & judicis
decreto fuerit confessus, rationem a tutore fuisse plene, & legitime redditam, talis confessio necminus nocebit, quoniam facto nequaquam comprobatur, plene *Guttier. n.* 119, *& seqq.*, aliique apud *Bersan. num.* 13.
39 Dum autem tutor, aut curator rationes suæ administrationis adhuc semel legitime reddidit, ita efficaciter liberatur, ut amplius cogi nequeat ad illas denuo reddendas, per rescriptum Impp. Theodos., & Valentin. *in l. Semel* 2. *Cod. de apoc. publ. lib.* 10., & tradunt *Guttier. de tutel. p.* 3. *cap.* 1. *num.* 116., *Menochius de arbitr. judic. cas.* 209. *n.* 37., *Cancer. var.* 1. *cap.* 7. *n.* 153., aliique apud *Bersanum n.* 17., quanto ta-
40 men fuerunt rationes legitime datæ, vel ne,
a judicis arbitrio dependet, ut perspectis facti circumstantiis, aliisque rationibus decernat, si fuerint, vel ne rite, recteque redditæ, vide *Maatan. de tutor. cap.* 38. *num.* 12., *Bersan. n.* 19.
41 Sciendum tandem est, quod si post redditam rationem in loco gestæ administrationis insurgerent aliqua juris dubia super bona, vel mala tutoris administratione, ut si tutor vendidit prædium pupillare, & pupillus diceret, utilius sibi fuisse illud hypothecari, quam alienari

nari, aut quid simile; & econverso tutor allegabit, pupillum ex eo effectum esse locu-
pletiorem, neque ad pretii refectionem tene-
ri, & tunc quoad decisionem talium dubio-
rum permissum erit pupillo ad Principis Cu-
riam tutorem avocare, prout per S. C. ita
decisum fuisse testatur *Sanfelicius in dec. 134.
num. 9.*, & refert *Bersanus cap. 5. q. 11. n. 19.*
42 Sed quæres, an tutor clericus, qui tutelam
suscepit a Judice laico pro pupillo adhuc lai-
co, conveniendus erit coram eodem Judice
laico, aut coram Ecclesiastico? Quæstionem
hanc plene tractavit *Cortiada in dec. 10. Se-
nat. Cathal. num. 114.; & in dec. 223. per to-
tam*, ut notat *Bersanus num. 22.*, & relatis
hinc inde opinionibus, eam magis receptam,
& communiorem existimavit, ut talis tutor
clericus coram Judice laico, a quo tutelam
accepit, per pupillum ad rationum redditionem
conveniri possit, & ita firmarunt *Barbosa de
jur. Eccles. lib. 1. cap. 39. §. 2. num. 126.*,
Guttier. de tutel. p. 1. cap. 1. num. 27., *Capyc.
Latro dec. 103.*, illius tamen executio remit-
43 tenda erit ad Judicem Ecclesiasticum, cujus
auxilium a Judice laico per literas postulari
poterit; quemadmodum dicitur de Clerico
depositario coram Judice laico, coram quo
ille ad depositi restitutionem conveniri pote-
rit; quoniam Judex hic laicus non procedit
tunc per modum suæ jurisdictionis, aut judi-
cii, benevero executive per quamdam conse-
quentiam officii per clericum a Judice laico
suscepti, ut tradunt *Cancerius var. 3. cap. 8.
num. 108.*, *Afflictus dec. 24. num. 8.*, aliique
apud *Bersanum num. 23.*, *& seqq.*; & quam-
quam *Card. De Luca de jurisdict. disc. 94. n. 5.*
44 existimavit magis sequendam esse opinionem,
quod tutor clericus ad Judicem Ecclesiasticum
pro rationum redditione remittendus erit,
rejecta opinione Cortiadæ; nihilominus tamen
istius opinionem contra De Lucam veriorem,
& magis communem existimavit *Bersanus num.
27.*, utpote juris principiis magis absolutam;
taliter quod *Capycius Latr. in dec. 103. num.
39.* testatur, Cortiadæ opinionem esse in Ita-
lia consuetudine receptam. Et hodie cessat
isthæc disputatio, cum clerici conveniri possint
coram competentibus judicibus laicis, vigore
novissime Regalis resolutionis, de qua dici-
mus p. 3. cap.
45 Quæres etiam; si testator tutorem sui filii
a rationis redditione liberavit, an talis libe-
ratio valida erit? Optimum est responsum
J. C. Martiani *in l. Si servus vetitus 122. ff.
de leg. 1.*, ut nempe valida sit liberatio quoad
scrupulosam, exactamque inquisitionis ratio-
nem, itaut negligentiam in administrando ad-
hibitam præstare tutor non teneatur; ultra
vero nihil consequitur ex tali liberatione;
quod & Ulp. docuit pariter *in l. Si quis cu-
tiones 10.*, *Modestinus in l. Aurelio 21. §. cu-
jus*, *& Scævola in l. Aurelius 29. §. Maria
ff. de liberat. leg.* Eapropter, tali liberatione
46 non obstante, tenetur tutor rationem red-
dere de omnibus, quæ ad tutelæ onus per-
tinent; ut nempe si aliquid ad eum pervenit
ex fructibus, vel pecuniis pupillaribus, cete-
risque bonis tam mobilibus, quam immobili-
bus ad pupilli patrimonium spectantibus. Et-
enim quia bona ista actione reali a pupillo
vindicari possunt, non censentur ideo com-
prehensa in generali liberatione a defuncto
facta, ut tradunt *Chassan. ad Consuetud. Bur-
gund. §. 6. cap. 6. num. 21.*, *Montan. de tu-
tor. cap. 38. num. 26.*, *Cancerius var. 1. cap. 7.
num. 86.*, *Guttier. de tutel. p. 3. cap. 1. n.
84.*, *Bersanus cap. 5. q. 14. num. 3.*
47 Neque per hanc liberationem censetur re-
missus dolus verus per tutorem in administra-
tione tutelæ adhibendus; cum in jure consti-
tutum sit, ut dolus de futuro remitti nequeat,
ne delinquendi via aperiatur; eapropter te-
stator etiam expresse dolum de futuro remit-
tere tutori nequit, ut tradunt *Montanar. n.
30.*, *& 36.*, *Chassan. num. 20.*, *et 21.*, *Gut-
tier. num. 39.*, aliique apud *Bersanum num. 4.*,
48 *et 5.*, & si testator aut directe relinquat tu-
tori liberationem a dolo futuro, aut suum
heredem gravet, ut tutorem liberet a dolosa
administratione, semper liberatio ista non te-
net, atque pupillo non præjudicat, ut probat
Guttier. num. 36., quem laudat *Bersanus n. 8.*;
immo si testator legare tutori voluerit, quic-
49 quid eum condemnari tutelæ occasione con-
tigerit, tale legatum non valebit pro iis,
quæ dolo, vel fraude tutor gessit, ne per
indirectum consequatur quicquid eidem dire-
cte non permittitur, *Guttier. num. 32. ver. quod
adeo, et num. 37. ver. sed nihilominus*, *Can-
50 cerius var. 1. cap. 7. num. 87.*, aliique apud
Bersanum num. 9., tam si ex proprio dolo
effectus sit tutor locupletior, quam non,
Guttier. num. 46., *Bersanus loc. cit.*
51 Diversum tamen erit in dolo præterito,
scilicet in administratione gestæ admisso; qui
tam expresse, quam per aliam loquendi for-
mam, ex qua remissio argui potest, remitti
potest. Quoniam isto in casu ratio evitandi
fraudes non subest; prout in dolo de futuro,
Guttier. num. 41., *Cancerius num. 87.*, *Ber-
52 sanus num. 10.*; idemque dicas de dolo præ-
sumpto, qui per generalem liberationem re-
missus adhuc censetur, prout remissa pariter
intelligitur qualibet negligentia, modo ex
utroque non fuerit tutor locupletior effectus,
Guttier. num. 32., *et 45.*, *Covarruvias var. 2.
cap. 14. num. 4. ver. quintum*; aliique apud
Bersanum num. 11., *et 12.*, qui dolus præ-
sumptus, aut fuerit de præterito, aut de fu-
53 turo nihil refert, quoniam utrumque dolum
liberatio generalis complectitur, quamquam
facilius semper præsumi soleat dolus præteri-
tus, quam futurus, ne delinquendi occasio
detur, *Guttier. num. 42.*, *Bersanus num. 13.*,
volunt tamen *Montan. de tutor. cap. 38. num.
33.*, *Guttier. num. 43.*, aliique apud *Bersanum
num.*

num. 14., quod si tutor legitime, & recte
54 tutelæ administrationem susceperit, confecto
nempe prius inventario, ac impetrata a *Judice*
administrandi licentia, aliisque requisitis
necessariis servatis, eidem liberatio generalis
a testatore relicta quidem proderit; quemadmodum
& idem dicitur de Patre, qui a filio
datus est tutor nepotibus ex ipso filio defuncto
superstitibus; cum plenius interpretanda
sit ejus liberatio, quam illa extranei; atque
ita præsumenda erit filii voluntas, nisi aliter
constiterit, ut in puncto docet *Scævola in l.
Aurelius* 29. *§. Titius ff. de liber. leg.*, quod
& ad Socerum extendunt adhuc *Guttier. num.*
13., *Menochius cons.* 21. *num.* 4., *Bersanus
num.* 15., *et* 16.

55 Sed an hæc rationis redditio præscribi possit?
Et affirmative resolvisse videtur Paulus
in l. Si pupillus 46. *ff. de adm., & peric. tut.*
quod tempus triginta annorum esse declaravit
ibidem *Glos. ver. tempore liberatus*; & de
mente Marcelli fuisse videtur *in l. Maximeque*
30. *ff. eod.*, ubi *Glos.*, atque statuisse Impp.
Diocles., & Maxim. *in l. Tutores* 8. *Cod. arbitr.
tut.* in illis verbis: *tutores tutelæ conveniri
longi temporis præscriptio non prohibet.*
Igitur si tutelæ actio longi temporis præscriptione
non perimitur, sequitur, quod longissima
sufficiens erit, prout in qualibet actio-
56 ne personali, quemadmodum statuerunt Impp.
Arcad., & Honor. *in l. Sicut in rem* 3. *Cod.
de præscript.* 30., *vel* 40. *ann.*. Et in puncto
præscripsisse videatur Impp. Dioclétian., &
Maximian. *in l. Neque mutui* 5. *Cod. quib.
non objic. long. temp. præscript.* in illis verbis:
*Neque mutui, neque commodati, aut depositi,
seu legati, vel fideicommissi, vel tutelæ, seu
alii cuilibet personali actioni longi temporis
præscriptionem objici posse certi juris est.* Hinc
quia tutelæ actio personalis est, & actioni
57 personali longi temporis præscriptio objici
nequit; sed longissima requiritur, ea propter
& de actione tutelæ idem dicendum erit; ultra
quem temporis lapsum nulla amplius moveri
potest actio ad rationis rationem exigendam,
& tradunt *Guttier. de tutel. p.* 3. *cap.* 1.
num. 27., *Cancerius var.* 1. *cap.* 7. *num.* 83.,
Capyc. Galeota contr. for. lib. 2. *contr.* 60.
num. 16., *Surdus cons.* 460. *num.* 60. *lib.* 4.,
Bersanus de pupill. cap. 5. *q.* 15. *num.* 1., *&
seqq.*, *Boerius dec.* 59. *num.* 1., *Afflictus dec.*
13. *num.* 3., *Gyzzius ad Capyc. Latr. in dec.*
113. *num.* 1., *&* 3.

58 Eodem temporis spatio perimitur etiam
actio ad rationis jam redditæ revisionem petendam,
ut volunt *Capyc. Galeota num.* 17.,
aliique apud *Bersanum num.* 6.

59 Heredi vero pupilli isthæc præscriptio non
obstat, quoties mera illius ignorantia intercesserit.
Succurritur enim beneficio restitutionis
in integrum ex clausula generali *si qua
mihi justa causa*, quæ ignoranti jus defuncti
regulariter conceditur per sententiam Caii *in
l. Qui in alterius* 43. *ff. de reg. jur.*; *Bersanus
num.* 7., ubi alios citat.

60 Sciendum tamen est, quod supradictæ præscriptioni
triginta annorum tunc erit locus,
quando bona fides adhuc concurrat; alioquin
mala fides obstabit, pleno *Bersanus num.* 8.,
& seqq., ubi etiam subdit, quod sicuti mala
fides nocet tutori, aut curatori, ita etiam
illius heredi universali, qui defuncti personam
repræsentat.

61 Nota tandem, quod si actio tutelæ quoad
id, quod ad actionem personalem attinet triginta
annorum spatio perimitur; actio tamen
hypothecaria, quæ in bonis ejusdem tutoris
aut curatoris ad finem consequendi quicquid
occasione administrationis ad ipsum tutorem,
vel curatorem pervenit ex bonis pupilli, aut
minoris spatio quadraginta annorum præscribitur.
Ea propter quamquam legitime præscripta
sit actio personalis intra 30. annos,
taliter quod experiri inde nequeat ad rationis
redditionem petendam; nihilominus tamen
usque ad annos 40. adversus tutorem, vel curatorem
agi poterit ad effectum consequendi
quicquid ad suas manus pervenisse de rebus pupilli,
aut minoris probatum fuerit, ita in puncto
tradit *Cancerius var.* 3. *cap.* 1. *num.* 199.,
Bersanus de pupill. cap. 5. *q.* 15. *num.* 12.,
cum inde certum sit in jure, ut actione personali
præscripta, actio possit hypothecaria
superesse, prout rescripsit Imp. Gordian. *in
l. Intelligere Cod. de licit. pignor.* in illis
verbis: *intelligere debes vincula pignoris durare,
personali actione submota.* Et etiam certum
est in jure, actionem hypothecariam
quadraginta annorum spatio præscribi, quemadmodum
statuit Imp. Justinianus *in l. Cum
notissimi* 7. *§. quamobrem Cod. de præscript.*
30., *vel* 40. *ann.*

CAP. V.

De Compromisso.

SUMMARIUM.

Compromissum ad lites resolvendas inventum est, num. 1.

Compromissum quotuplex est, num. 2.

Compromissum voluntarium sine tutoris, aut curatoris auctoritate iniri nequit per pupillum, aut minorem, ibidem.

Compromissum super re alienari prohibita, aut ab illis, qui alienari non possunt fieri nequit, n. 3.

Per

Per compromissum ad alienationem deveniri potest, num. 4.

Compromissum species alienationis est, num. 5.

Eo ipso, quod quis compromittit, dicitur læsus, num. 6.

Appellatio perditur per compromissum, num. 7.

Restitutio datur adversus compromissum, nulla alia læsione probata, num. 8., & 9.

Melius est a principio occurrere, quam postea providere, num. 10.

Qui juravit non alienare, neque potest compromittere, num. 11.

Adversus compromissum in arbitratorem, seu amicabilem compositorem non datur restitutio, nisi læsione probata, num. 12., & 13.

In compromisso pupilli requiritur Judicis decretum, & tutoris auctoritas, num. 14.

Pupillus si tempore laudi lati fuerit major effectus, etiam laudum erit nullum, num. 15.

In bonis mobilibus compromittendis sola tutoris auctoritas erit necessaria, num. 16.

Compromissum sine solemnitate confectum validum erit, quoties per laudum alienatio non sequeretur, num. 17., & 18.

Compromissum validum erit, si ad pupilli favorem fuerit laudum latum, num. 19.

Compromissum validum erit, si pupillus, aut minor fuerit ad divisionem provocatus, num. 20.

Causa compromissi si fuerit rite cœpta, poterit inde licite prosequi absque tutoris auctoritate, num. 21.

Compromissum celebrari debet super re dubia, & incerta, num. 22., & 23.

Quæ sint causæ justæ ad compromittendum, n. 24.

Pupillus, aut minor tutorem, aut curatorem non habens an possit valide compromissum celebrare, num. 25., & seqq.

Solus tutor sine pupillo an compromittere possit, num 28., & 29.

Judicis decretum tempore compromissi interponendum erit, num. 30.

Compromissum necessarium quale est, num. 31.

Compromissum necessarium favorabile est, num. 32.

Compromissum necessarium etiam pupillum, & minorem ligat, num. 33.

Statutum, aut consuetudo generaliter loquens, etiam minorem comprehendit, num. 34.

Minor si renuerit, cogi poterit ad compromissum necessarium conficiendum, num. 35., & 36.

Minor dum compromittit in vim Statuti, non dicitur proprie se obligare, sed adimplere obligationem, quam sibi Statutum imposuit, n. 37.

Minor necessarium compromissum conficere potest sine Judicis decreto, & sine alia solemnitate, num. 38., & seqq.

In necessario compromisso nulla læsio considerari potest, num. 41.

Pupillus, aut minor læsus per sententiam arbitri necessarii nequit in integrum restitui adversus Statutum, aut compromissum, beneverò adversus sententiam, num. 42.

Solus tutor sine decreto compromittere potest, num. 43.

Compromissum necessarium extra judicium confectum valet absque jussu Judicis, num. 44.

Solemnitates, quæ Statuto continentur adhiberi debent in instrumento compromissi, num. 45.

Confutatur opinio, quæ requirit Judicis decretum in compromisso necessario, num. 46., & 47.

Compromissum necessarium valet etiam inter duos minores, num. 48.

Stante Statuto de causis compromittendis prohibitum est pupillo, & minori forum declinare, num. 49.

1 COmpromissum ad lites resolvendas, & ut
controversiæ sine publico strepitu sedentur, inventum esse ait *Gonzalez in lib.
1. decret. tit. 43. de arbitr. cap. 1. num. 15.*,
quem refert *De Rosa in prax. civ. p. 1. in
1. inst. ord. judic. cap. 4. num. 4.*, & fuit de
mente Pauli *in l. 1. ff. de recept. arbitr.*
2 Dividitur in voluntarium, quod ex conventione, & voluntate partium descendit, &
in necessarium; quod aliqua municipali lege
sancitum est. Compromissum voluntarium
pupillis, & minoribus inhibitum est, nisi tutoris, aut curatoris auctoritas intervenerit,
per sententiam Cai *in l. Si pupillus 40. ff.
de recept. arbitr. & Pauli in l. Si minor
25. annis 35. ff. de minor.*, & tradunt *Blanc.
de compromis. q. 3. num. 39*, *Tuschi lit. M.
concl. 250. num. 1.*, *Menochius de arbitr. cent.
2. cas. 171. num. 43.*, *Narbona de ætate ann.
25. q. 40. num. 3.*, *Baronius effect. 13. circa*
3 *judicial. num. 1.*. Etenim compromissum super re alienari prohibita, aut ab illis, qui
alienari non possunt, fieri nequit, *Tuschi lit. M.
concl. 499. num. 14.*, *Gratianus cap. 379. n.
10.*, *Jovius de solemnit. in contr. minor. Glos.
22. §. 13. num. 9.*, *Baronius num. 3.*, *Altimari de nullit. contr. tom. 6 rubr. 2. q. 1.
sect. 1. num. 565. ver. compromissum fieri*: Quo-
4 niam per compromissum ad alienationem deveniri potest, *Menochius loc. cit.*, *Baronius
num. 4.*, *Gratianus num. 11.*, *Tuschi lit. C.
concl. 501. num. 13.*, *Romanus cons. 369. n. 18.*,
5 *Sabellius §. compromissum num. 14.*, immo alienationis est species, ut tradunt *Menochius
loc. cit.*, *Narbona num. 1.*, *Jovius num. 18.*,
Altimari num. 561., *Carpanus ad Statut.
Mediolan. vol. 1. cap. 115. num. 72.*, *Afflictus dec. 285. num. 15.*, *Simoncellus de decr.*
6 *lib. 2. tit. 6. num. 73.*. Taliter quod eo ipso, quod compromittit, dicitur læsus, *Jovius loc. cit.*, *Baronius num. 2.*, *Altimari n.
565. ver. & minor.*, quoniam perdit appella-
7 tionem, & beneficium competens, ex eo
quod Judex facit litem suam, non autem
arbiter, *Narbona num. 6.*, *Tuschi lit. M.
concl. 250. num. 2.*; adversus quod compromissum nulla alia læsione probata restitui pu-
8 pillus, aut minor potest, *Mascardus de probat. concl. 1279. num. 55*; aliique apud *Ba-*
9 *ronium num. 47.*, immo neque restitutione
indigebit, sed ipso jure erit nullum compro-

missi m., *Glos. in l. Si minor* 35. §. *minores vers. stipulati ff. de minor.*, *Bersanus de pupillis*
10 *cap.* 3. *q.* 11. *num.* 29., eapropter melius est
a principio occurrere, quam postea providere, *Baronius num.* 5.
11 Hinc est, quod qui alienare juravit, neque
compromittere poterit, *Narbona num.* 2., *Baronius num.* 6., *Simoncellus num.* 74, *Romanus cons.* 369. *num.* 18.
12 Intelligas tamen prædicta in vero arbitro,
qui judicandi jurisdictionem habet, non autem in arbitratore, seu amicabili compositore, qui pleno jure judicare nequit, ut tradunt *Alex. cons.* 254. *num.* 10. *lib.* 6., *Tuschi lit.* M. *concl.* 250. *num.* 3., adversus quem
arbitratorem, seu compromissum in eo dispo-
13 situm non restituitur pupillus, aut minor,
nisi aliter de læsione constabit; nam non eo ipso quod tunc compromittit, læsus censetur, *Baronius num.* 49.
14 In vero igitur compromisso ultra tutoris
auctoritatem Judicis adhuc decretum erit necessarium, prout in ceteris alienationibus, ut tradunt *Narbona de ætate ann.* 25. *q.* 40 *n.* 4., *Jovius de solemnit. in contr. min. Glos.* 22. §. 13. *num.* 29, *Tuschi lit.* M. *concl.* 252. *n.* 7., *Reverter. ad De Marinis in dec.* 384. *n.* 5., *Staib. jun. cent.* 2. *obser.* 187. *num.* 60., *Afflictus in dec.* 285. *num.* 15., *Bersanus de pupillis cap.* 3. *q.* 11. *num.* 31., *Altimari de nullit. contr. tom.* 6. *rubr.* 2. *q.* 1. *sect.* 1.
num. 561., & 565. *ver. sed minor.*. Alias lau-
15 dum erit nullum, etiamsi de tempore laudi
lati fuerit effectus major; cum principium, quod est compromissum, & non finis, quod est laudum, attendi debeat, *Jovius num.* 30, *Altimari num.* 565. *vers. quamvis*, *Baronius effect.* 13. *circa judicial. num.* 66.
16 Omnia tamen prædicta procedere intelli-
gas circa bona immobilia, vel mobilia; quæ servando servari possunt. In bonis autem mobilibus, quæ servando servari nequeunt sola tutoris auctoritas sufficiens erit absque ullo Judicis decreto, plene *Scaccia de judic. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 34., *Simoncellus de decretis lib.* 2. *tit.* 6. *num.* 77., *Baronius num.* 12., *& seqq.*, *Bersanus num.* 2.
17 Prout & validum erit necnon compromis-
sum sine solemnitate confectum, quoties per laudum alienatio non sequeretur; utputa si laudaretur forsan, quod penes ipsum pupillum, aut minorem remanere res deberet; sicque compromissionis validitas, aut invaliditas a futuro eventu dependet, *Capycius in dec.* 93. *num.* 4., aliique apud *Sabellium* §. *compromissum num.* 14. *ver. quod immo.* Et-
18 iamsi parti aliquam pecuniæ summam dari
oportere, *Gomesius var.* 2. *cap.* 14 *num.* 15.
19 Pariterque valeret, si ad pupilli favorem
fuerit laudum prolatum, *Tuschi lit.* M. *concl.* 250. *num.* 15.; aut etiam si ipse pupillus, aut minor fuerit ad divisionem provocatus, quo-
20 ties saltem tutoris, aut curatoris auctoritas
interveniet, *Tuschi num.* 9.
21 Verum si causa compromissi fuerit rite
cœpta, poterit inde licite prosequi absque tutoris auctoritate, *Narbona de ætate anni* 25. *q.* 40. *num.* 11.
22 Ultra solemnitates usquenunc enarratas ne-
cesse erit adhuc, ut compromissum celebretur super re dubia, & incerta, ut tradunt *Romanus cons.* 175., *Alex. lib.* 2. *cons.* 22., aliique apud *Narbonam num.* 4., & 5. Alias
23 si super re clara, etiam solemnitatibus adhi-
bitis fuerit compromissum, & absque aliqua justa compromittendi causa, & tunc compromissum invalidum erit, atque factum sortiretur effectum, *Narbona loc. cit.*, *plene Simoncellus de decret. lib.* 2. *tit.* 6. *num.* 71.
24 Causæ autem justæ erunt, ut si nempe
tenderet compromissum ad bonum pacis inter sanguine conjunctus; aut si lis pupillo a potentiore moveatur, quoniam tunc magis expediens erit compromissum inire, quam durum, & potentiorem adversarium pati, gravesque judiciorum sumptus ferre, ut plene *Bersanus de pupillis cap.* 3. *q.* 11. *num.* 18., *& seqq.*. Et dum pupillus, & tutor in
25 re clara compromittunt, videntur sine justa
causa alienare, quod permittendum non erit, *Bersanus num.* 22.
26 Sed quid dicendum, quando pupillus, aut
minor tutorem, aut curatorem non habebit & respectu pupilli in omni casu erit nullum compromissum, si sine Judicis decreto, & tutoris auctoritate celebraretur, tam si tutorem habebit, quam non, plene *Baronius effect.* 13. *circa judicial. num.* 9. *& seqq.*.
27 Quoad vero adulti personam, ita distinguit
Scaccia de judic. lib. 2. *cap.* 2. *num.* 264., aut erit de rebus mobilibus, quæ servando servari nequeunt, & poterit minor curatore carens super illis compromittere, quemadmodum talia bona alienare poterit. Aut loquimur de rebus immobilibus, aut mobilibus, quæ servando servari poterunt, & nequit tunc minor curatore carens super illis compromittere. Aut loquimur de juribus, & actionibus ad rem mobilem competentibus, & valebit compromissum; aut ad rem immobilem, & invalidum erit, vide plene *Baronium num.* 33., *& seqq.*
28 Si vero minor curatore carens cum jura-
mento compromiserit, & valebit compromissum, *Baronius num.* 80., *Narbona de ætate anni* 25. *q.* 40. *num.* 12., *Tuschi lit.* M. *concl.* 252. *num.* 26.
29 Sed an tutor solus aliquando compromit-
tere possit? *Bersanus de pupillis cap.* 3. *q.* 11. *num.* 6. firmat quidem posse, quando quæstio, super qua fit compromissum, esset juris dubietate involuta, ita quod persequutio rei pupillaris erit prorsus incerta. Aut quando pupillus adhuc erit in ætate infantili.
30 Et dum decretum interponi necessarium
foret, interponendum erit tempore compro-

missi

missi, nec aliud postea in laudo necessarium
erit, vide *Simoncellum de decret. lib. 2 tit. 6. n. 76.*
31 Quid autem erit de compromisso necessario? Modo dicemus esse illud, quod aliqua
municipali lege sancitum est; quemadmodum
in hoc nostro Regno vigore prag. quæ incipit *Odia quæ inter conjunctos*, statutum habetur, ut inter conjunctos usque ad quartum
gradum consanguinitatis, vel affinitatis inclusive de jure civili computandum, omnes
causæ tam civiles, quam mixtæ quandocumque, antequam detur terminus ad probandum,
ad petitionem cujuscumque ex conjunctis
possint compromitti. Et tam de jure, quam
de facto arbitri electi procedere possunt; &
sententiam intra duos menses tantum de jure proferre debent; nisi aliter inter partes
pactum fuerit. Et si arbitri fuerint discordes, ultima die duorum mensium, vel antea
possunt tertium partibus non suspectum eligere; qui tertius intra alium mensem expedire causam debebit, vide *Galluppum in prax. civ. p. 1. cap. 3. n. 12., & seqq., Riccium in prax. civ. tom. 3. p. 3. lib. 1. cap. 40., De Rosa in prax. civ. p. 1. in 1. instan. ord. judic. cap. 4 num. 4.*
32 Et hæc statuti species utpote tendens ad
publicam utilitatem, & ad tollenda dissidia
dicitur favorabilis, ita *Jovius de solemnit. in contract. minor. Glos. 22. §. 12. num. 1., & seqq.*. Eapropter non solum majores, sed
33 etiam minores, & pupillos comprehendit,
& ligat, *Jovius num. 5., Scaccia de judic. lib. 2. cap. 2. num. 517., Carpanus ad statut. mediolan. vol. 1. cap. 115. num. 71., Staibanus jun. cent. 2. resol. 167. num. 58., Simoncellus de decret. lib. 2. tit. 6. num. 84., Sabellius §. compromissum num. 14., & §. minor. num. 31., Baronius effect. 13. circa judicial. num. 84., Sanfelice in prax. civ. sect. 41. num. 7., Card. De Luca de alienat. disc. 21. num. 6., Altimari de nullit. contr. tom. 6. rubr. 2. q. 1. sect. 1. num. 564.*
34 Etenim Statutum simpliciter, & generaliter loquens adhuc minores comprehendit,
plene *Baronius num. 102.* & vide *Oddum de*
35 *restit. in integr. quæst. 15. num. 62., & seqq.*,
ideoque si compromittere renuunt, possunt
vigore Statuti ad compromittendum cogi,
Andreol. contr. 133. num. 10., aliique apud
Altimarem num. 564. ver., & vigore; etiamsi
36 de jure, & de facto compromitti deberet,
Andreol. num. 8., Altimari ver. minor. ligatur, Mantanar. contr. 57. num. 6., Maradei ad Galluppum in prax. civ. p. 1. cap. 3. n. 1.
37 Quoniam dum compromittit minor in vim
Statuti, non dicitur proprie se obligare, sed
adimplere obligationem, quam sibi Statutum
imposuit, ita *Jovius Glos. 22. §. 23. num. 25., Fusarius de substit. quæst. 709. num. 3.*, aliique
apud *Altimarem num. 565. ver. minor compromittens*; eapropter ad talem necessariam com-
38 promissionem nullum Judicis decretum, nec
alia solemnitas intervenire debet, ut de magis communi, & adprobata sententia testantur *Tiraquellius de legib. Connub. Glos. 8. num. 187., Andreol. contr. 133. num. 9., Staiban. jun. cent. 2. resol. 167. num. 30., & in observ. num. 58., Riccius in prax. civ. tom. 3. p. 3. lib. 1. cap. 40. num. 3. ver. immo, & n. 6. ver. sed hoc*; plene *Jovius num. 23.*; cum
39 enim faciat minor actum a lege statutum,
& permissum, licitum eidem debebit esse
sine alia judiciaria auctoritate; quoniam ubi
juris decretum est, alterum Judicis non censetur necessarium, *Altimari num. 564. ver. sic*
40 *in illo*. Hinc quia Statuto jubente fecit, nequit ideo dici imprudenter, & juveniliter se
gessisse, neque fuisse circumscriptum ex hoc,
quod compromisit, *Oddus de restit. in integr. quæst. 15. num. 60.*, sicque in tali necessario
41 compromisso nulla læsio considerari potest,
Calà de restit. in integr. quæst. 34. num. 10., Altimari num. 564. ver. nam minoris. Eapro-
42 pter læsus pupillus per sententiam arbitri in
compromisso facto in vim Statuti nequit in
integrum restitui adversus Statutum, vel compromissum, benevero adversus sententiam,
Oddus num. 61., Altimari num. 565. ver. pupillus læsus, Sanfelic. in prax. sect. 41. n. 7., Bersanus de pupill. cap. 3. q. 11. num. 26.
43 Et etiam solus tutor sine decreto, & solemnitatibus compromittere potest, ut probat *Riccius num. 3. ver. & tutor cum seqq.*.
44 Etiamsi partes extra judicium compromisesint absque ullo jussu, seu decreto Judicis,
cum erit sufficiens posse per Judicem ad hoc
compelli; *Riccius ver. procedit*.
45 Oportet tamen in instrumento compromissi
adhiberi omnes solemnitates, quæ in Statuto
forsan continentur, *Jovius num. 46., Baronius effect. 13. circa judicial. num. 51., Altimari n. 564. ver. sed tenentur*.
46 Et quamquam non desint tenentes, nullum
esse necessarium compromissum sine decreto
Judicis, & solemnitatibus initum, ut sunt
Narbona de ætate ann. 25. quæst. 40. num. 9. Gratianus cap. 586. num. 52., Bersanus cap. 3. q. 11, num. 2., Gallup. in prax. p. 1. cap. 3. num. 19., aliique apud *Baronium num. 86.*
47 Nihilominus tamen primam opinionem veriorem testantur *Jovius*, & per ipsum relati
in Glos. 22. §. 23. n. 23., ex eo quod minor compromittens in vim Statuti non dicitur proprie se obligare, sed sanctionis municipalis
obligationem sibi impositam necessario explere; & hac ex ratione iste actus utpote statutarius, & legalis nullas solemnitates exposcit.
48 Quod compromissum valebit etiam inter
duos minores propter vicissitudinem, & dubium litis eventum, *Baronius num. 74., Altimari de nullit. contr. tom. 6. rubr. 2. q. 1. sect. 1. num. 565. ver. compromissum inter*.
49 Et stante Statuto prædicto de causis compromittendis prohibitum est pupillo, & minori forum declinare, *Baronius num. 85., Altimari ver. minores*.

„ menzionata elezione di foro già seguita non
„ s'intrometta più nella presente causa, ma
„ che trasmetter debba tutti gli atti fabbricati
„ sotto quelle pene &c. *omni modo meliori &c.*

In cujus calce expediuntur per M.C. literæ provisionales, quibus inde Judici declinato præsentatis, per eumdem sequenti modo observandæ erunt,

Die . . .

127 Præsentes literæ inhibitoriales M. C. V. exhibitæ, & præsentatæ fuerunt in hac Curia . . . pro parte . . . & fuerunt receptæ supra caput, omni, qua decet reverentia, & fuit dictum, quod exequantur juxta earum seriem, continentiam, & tenorem; eapropter amplius in causa in ipsis literis enunciata non procedatur, sed omnia acta originalia ad ipsam M. C. transmittantur, in qua partes comparæant ad finem &c. Et ita &c.

128 Nota, quod aliqui ex nostratibus in dicta observantia addunt, *jurata prius penes acta hujus Curiæ perhorrescentia per dictum tutorem, aut pupillum*. Etenim hoc verum est fieri, quoties per Judicem superiorem electum dictum fuit in literis provisionalibus, ut juramentum præstetur per pupillum, aut tutorem; alias simpliciter peragenda erit observantia; cum sufficiens erit juramentum in comparitione enunciatum per ipsum tutorem, aut pupillum in foro declinato; aut illud a Procuratore præstitum in loco variato, quoties ita a Judice superiori electo fuit ordinatum.

129 Sed quia pupillus post factam fori electionem obdormire assolet coram Judice declinato, ad hoc ut causæ cursus retardetur, & tunc parte instante posse Judicem declinatum ante inhibitorialium præsentationem terminum parti declinanti præfigere, ut actorum transmissionem procuret, nempe.

Per Curiam . . . fuit provisum, & decretum, quod N. pupillus, & C. ejus tutor in termino dierum decem procurent transmissionem actorum ad M. C. V., & coram Judice electo in causa, quam habent cum B., alias &c. Et ita &c.

130 Instante parte, termino elapso, & transmissione non sequuta, expediendum erit secundum præceptum sequenti modo:

Per Curiam . . . visis decreto per hanc Curiam lato sub die . . . ejusque notificatione sub die . . . , & præsenti comparitione fuit provisum, & decretum, quod N. pupillus, & C. ejus tutor in alio termino dierum decem cum effectu, præcise, & peremptorie procurent transmissionem actorum ad M.C.V., & coram Judice electo in causa, quam habent cum B., alias dicto termino elapso, & ordinata transmissione non sequuta, providebitur, quod procedatur per hanc Curiam in expeditione causæ, fori electione facta non obstante. Et ita &c.

131 Quo termino elapso, & transmissione non sequuta, parte instante, interponendum erit sequens decretum:

Per Curiam . . . visis . . . provisum, & decretum est, quod ex eo quia N. pupillus, & C. tutor non curarunt in terminis præfixis actorum transmissionem efficere ad M. C. V., & coram Judice electo, stante electione fori per ipsos facta in causa, quam habent cum B., ut ex actis; ideirco hæc Curia in ipsamet causa ad ulteriora continuet in procedendo, fori electione per illos facta nequaquam obstante. Et ita &c. Et intimetur.

132 Dum autem literæ inhibitionales expeditæ, atque præsentatæ reperirentur coram Judice declinato, & tunc ad electum Judicem pro enunciatorum ordinum expeditione habendus erit recursus, vide *de Luca in prax. judic, cap. 45.*

C A P. III.

De variatione Fori.

S U M M A R I U M.

Pupillus electum forum variare potest, num. 1.
Pupillus forum variare potest, etiamsi de non variando juravit, num. 2.
Variatio fori pluries fieri potest, num. 3.
Forum variane juramentum perhorrescentiæ præstare debet, num. 4.
Variatio an fieri possit a Judice superiore ad inferiorem, num. 5., & seqq.
In Curia Principis perhorrescentia non præsumitur, num. 9., & seqq.

1 Posse pupillum, aliamve personam privilegiatam forum electum iterum variare communis, & certum est apud omnes Doctores, ut tradunt *Afflictus in Constit. Regni Statuimus 6. notab. q. 13.; De Franchis in dec. 364. num. 6., Sanfelicius in dec. 278. num. 1., & seqq., Borsanus de pupill. cap. 15 q. 13. num. 18.*, aliique communiter; etiamsi
2 juratum fuerit de non variando forum, ut refert *Muscatellius in prax. S. C. p. 2. Glos. competentes, num. 30.* Quicquid novissime dicere voluit *Dominicus Morus in prax. civ. tom. 1. cap. 5. § 8.*
3 Et non solum semel, sed bis variari posse

firmat *Muscatellius loc. cit.*, immo testatur *De Marinis var. 2. cap. 47. num. 24.*, esse receptissimum in Regno etiam ter variari posse; quinimmo, & quater, ut tradunt relati per *Ricciam in prax. civ. tom. 4. p. 3. lib. 2. cap. 31. num. 19.*

4 Sed dum variatur, perhorrescentiæ juramentum, ut in electione, præstandum erit, *Altimari de nullit. sent. tom. 1. rubr. 9. q. 43. num. 22.*, aliique apud *De Caro ad Ricciam num. 13.*

5 Quæstio tamen multum agitata est, si nempe pupillus Magnam Curiam Vicariæ in suum forum, & Judicem competentem elegit, volens exinde variare, an ad ordinariam Curiam Baronalem, quæ erit forum inferius, variare poterit? Negat *Follerius in prax. crim. ver. audiantur excusatores num. 99., & seqq.*, ubi post alia adducta ita ratiocinatur; *Ubi enim declinarunt judicium ordinarium, oportuit eos jurare, se perhorrescere potentiam adversariorum in partibus per d. l. Unicam, & Const. Statuimus; ubi autem vellent modo variare, & redire ad ordinarium, esset necesse iterum jurare, quod ibi perhorrescant potentiam partis, quod quidem non est præsumendum, cum in Curia Principis non cadat potentia, neque metus.*

6 Contrarium in M. C. V. decisum testatur *Afflictus in dec. 257. num. 2.*, ubi refert casum, quod si vidua primo competentem Judicem elegit, penes quem agere cœpit. Exindeque accessit ad M. C. V. poterit tandem ad primum Judicem ordinarium convolare, & redire; quod & in Regno servari ait *De*

7 *Marinis var. 2. cap. 47. num. 24.*, atque tradunt *De Franchis in dec. 100. num. 21.*, aliique relati per *Ricciam in prax. civ. tom 4. p. 3. lib. 2. cap. 31. num. 19.*

8 Ista tamen variatio non de facili concedenda erit, ut advertit *de Franchis loc. cit.*, & *ibidem Ammend. num. 10.*, sed maxime erit cogitanda; ut nempe si fraudis præsumptio inesset ad defatigandum adversarium; qua fraudis præsumptione cessante, erit equidem variatio admittenda. Nec Follerii ratio omnino

9 obstat; etenim non semper partis perhorrescentia timetur, sed judicis adhuc antipatia. Et pariter variatio a M. C. ad forum Baronale plerumque accidere potest ratione majoris commoditatis testium examinandorum; vel alia justa, rationabilique causa. Nam si solummodo in partis perhorrescentia variationis vis consisteret, & tunc equidem vera foret Follerii sententia, quod in Curia Principis perhorrescentia non præsumitur, ut etiam

10 quando a M. C. ad S. C. variari vellet, quod variatio non admittitur, quemadmodum per Supremum Collaterale Consilium sub die 3. Julii 1634. decisum fuit tenoris sequentis.

In causa Francisci Mousolino
Cum Lucretia Dattolo
Die 3. Julii 1634. Neapoli.

11 Facta relatione S. C. in Reg. Collat. Cons. per Ill. Reg. Carolum de Tapia Marchionem Belmontis Reg. Cons., & Comm. de Contentis in relatione in scriptis facta per Spectabilem Præsidem S. R. C., Illustr., & Excell. D. Vicerex, Locumtenens, & Capitaneus Generalis providet, decernit, & mandat, quod M. C. procedat in causa prædicta, non obstante variatione facta ad S. C., & commissione causæ vigore dictæ variationis, cessante perhorrescentia in hac fidelissima Civitate ob præsentiam Principis. Hoc suum.

Tapia R. Enriquez R. Rovitus.

12 Quam decisionem transcribit *Merlinus cent. 1. contr. 100. num. 3.*, & laudat *ibidem Scoppa num. 1., & ad Sarnum in prax. crim. cap. 5. num. 13., Mosillus de gradu citation. num. 191., Altimari ad Rovitum in dec. 49. num. 1. ver. secundum.*

Acta pro variatione regulari possunt, prout de electione dictum est.

C A P. IV.

De Foro rationis reddendæ per Tutorem.

SUMMARIUM.

Tutoris officium quando expiret, num. 1., & seqq.

Tutor finita tutela suæ administrationis rationem reddere tenetur, num. 8., & 9.

Ante finitam tutelam nulla actio oritur pupillo contra tutorem, num. 10., & 11.

Rationis redditio quomodo erit exhibenda, num. 12., & seqq.

Ex. pluribus tutoribus constitutis quis eorum reddere rationem debeat, num. 16., & seqq.

Tutori non administranti competit beneficium ordinis, seu excussionis, num. 19., & 20.

Pupillus agens ob damnum passum ex dolo, omnes tutores, etiamsi non administraverint, æqualiter tenentur, num. 21., & 22.

Tutor in foro administrationis gestæ pro rationis redditione conveniendus est, num. 23., & seqq.

Pupillus forum administrationis gestæ variare nequit, num. 25., & seqq.

Tutela a pluribus administrata in diversis locis, tales tutores sub uno Judice pro ratione reddenda conveniri debent, num. 28.. Declaratur num. 29.

Pupillus pro mala tutoris administratione potest ad

ad Curiam Principis tutorem avocare, *n.* 41.
Tutor Clericus, qui tutelam suscepit a Judice laico pro pupilla adhuc laico a quo Judice conveniendus erit pro rationis redditione, *num.* 42., *& seqq.*
Testator an tutorem sui filii a rationis redditione liberare possit, *num.* 45., *& seqq.*
Dolus de futuro remitti nequit necminus per testatorem, *num.* 47.
Testator si gravet heredem, ut tutorem liberet a dolosa administratione, ista liberatio non tenet, *num.* 48.
Testator si legare tutori voluerit quicquid eum condemnari tutelæ occasione contigerit, legatum non valebit, *num.* 49., *&* 50.
Dolus de præterito remitti potest, *num.* 51.
Dolus præsumptus tam de præterito, quam de futuro remissus censetur per generalem liberationem, *num.* 52., *&* 53.
Rationis redditio an præscribi possit, *num* 54., *& seqq.*
Præscriptio an obstet heredi pupilli pro ratione reddenda, *num.* 60.
Actio hypothecaria in bonis tutoris, vel curatoris spatio 40. *annorum præscribitur*, *num.* 61.

1 TUtoris officium quamquam per pubertatem terminetur, §. 1. *instit. quib. mod. tut. fin.*: nihilosecius tamen non statim
2 a tali onere liber evadit, benevero curatorem
pupillo puberi facto petere tenetur; alioquin
tutelæ judicio erga illum adstrictus erit per
sententiam *Ulp. in l. Ita autem* 5. §. *si tutor*
ff. de admin. tut., excusaretur tamen si petiit,
sed pubes noluit, *Gl. in d.* §. *si tutor.*, *Bersanus de pupillis cap.* 5. *q.* 8. *num.* 1., *& seqq.*,
& in *num.* 5. subdit generalem consuetudinem
esse, ut post finitam tutelam tutor adhuc pro
4 tutore haberi debeat, usquedum non petiit
pupillo curatorem, atque suæ administrationis
rationem non reddidit, *d. l. Ita autem* §. *post completum*, *Cancerius var.* 1. *cap.* 7. *num.* 145.
5 Immo ex officii sui necessitate tenetur tutor post finitam tutelam omnia negotia connexa prosequi; quæ jam intra tempus pupillaris ætatis incæpta fuerunt, cum ad ipsius
tutoris periculum ea pertineant, ex traditis
per *Ulp. in l. Si tutor post pubertatem* 13.
ff. de tut., & rat. distrah., *Bersanus num.* 7.
6 Eapropter tutoris onus erit, ut pupilli defensioni adsistat, causam ante finitam tutelam inchoatam prosequendo, per *Tex. Ulp. in l.*
Ita autem 5. §. *post completum. ff. de adm.*,
& peric. tutor., *Bersanus num.* 8.
7 Finitur igitur tutoris officium post rationes
redditas, & constituto curatore, eidemque
administratione translata, & tunc omne periculum etiam in negotiis, & causis a tutore
tutela durante incæptis ad curatorem defertur, per sententiam *Pauli in l. A tutoribus* 34.
§. *officium ff. de adm., & peric. tut.*, atq. per
Rescriptum Impp. Dioclet., & Maxim. *in l. fin. Cod. de peric. tut.*, *Bersanus num.* 12.

8 Et sicuti tutor, ita etiam curator post finitam tutelam, & curatelam suæ administrationis rationem reddere tenetur; ante quam tutelam, aut curam permissum non erit pupillo, aut minori rationis redditionem a tutore,
vel curatore exigere, ut tradit *Paulus in l. Nisi finita ff. de tutel., & rat. distrah.*, &
rescripserunt Impp. Severus, & Antoninus
in l. Adversus 2. *Cod. de adm. tut.*, & Impp.
Philip. A., & Philip. C. in *l. Rationes* 14.
Cod. eod., quia ante finitam tutelam, aut
curam nulla actio in pupillum, aut minorem
oritur contra tutorem, aut curatorem ex cau-
9 sa administrationis ipsius tutelæ, aut curæ;
quod secus erit, si ex aliqua particulari gestione vellet pupillus, aut minor agere, quoniam tunc poterit quidem contra tutorem,
aut curatorem actionem dirigere, tutela, aut
cura non adhuc finita, *Bersanus num.* 6. Prout
10 & idem erit ob aliquam causam a tutelæ
administratione separatam, dummodo causa
ipsa fuerit antiquior tutela; alias si orta fuerit de tempore, quo tutela durabat, nequiret
pupillus tutela durante agere, ad differentiam
minoris, qui contra curatorem agere poterit,
11 durante ejus administratione, dummodo causa sit diversa, & separata, quamvis non sit
antiquior ipsa administratione, plene *Bersanus num.* 7. *per Tex. Pauli in l. Cum curatore* 28. *ff. de adm., & peric. tut.*, *Ulp. in l. Si tutor Reipublicæ* 9. §. *fin. ff. de tut., & rat. distrah.*
12 Ad rationem recte reddendam exhibere tutor debet inventarium omnium bonorum, &
rerum pupillarium ab ipsomet confectum;
cum inventarium rationis caput sit, ut tradunt
Guttier de tutel. p. 3. *cap.* 4. *num.* 49., *Cancerius var.* 1. *cap.* 7. *num.* 100., aliique apud
Bersanum de pupill. cap. 5. *q.* 9. *num.* 12.,
& etiam librum rationum, in quo omnes
13 introitus, & redditus bonorum pupilli, atque
omnia data, & accepta occasione hujus administrationis descripta sunt; illumque si non
confecerit, aut exhibere noluerit, tunc pupillus in litem jurare poterit, per sententiam
Ulp. in l. 1. §. *ex officio*, *ubi Gl. ff. de tutel., & rat. distrah.*, & tradunt *Mascardus de probat. concl.* 1397. *num.* 8., *Afflictus dec.* 360.
14 *num.* 2., *Guttier. num.* 54., *Bersanus n.* 13.
Quoniam tutor librum rationum non conficiens, in dolo dicitur esse, ex quo jurandi
facultas in litem adversus dolosum nascitur
per totum *tit. Cod. de in lit. jur.*, verum si
ex aliis documentis reddere administrationis
rationem legitime poterit, denegandum non
erit, atque cessabit in litem juramentum, ut
advertit *Card. de Luca de tutore disc.* 6. *n.* 12.,
& post alios tradit *Bersanus num.* 14.
15 Quæ rationis redditio cum quid individuum
sit omnem rationem complectens, ideo dividi nequit, neque pro parte reddi; sed per
computationes, & calculos super universa administratione ineundos fieri debet, ut docet
Callistratus in l. Cum servus 81. *ver. nam non*
uti-

utique ff. de condit., & demonst. Ulp. in l. Si
statu libera 6. §. si quis ff. de stat. liber.,
Guttier. de tutel. p. 3. cap. 1. num. 70., Ber-
16 sanus num. 39., & si plures fuerint tutores
constituti, qui simul administrationem gesse-
runt, aut nemo ipsorum, aut pars cum con-
sensu, & mandato aliorum, & tunc omnes
in solidum reddere pupillo rationem tenentur;
itaut si contutorum aliquis non solvendo, fue-
rit effectus, ceteri principaliter, & non in
subsidium conveniri poterunt, per sententiam
Tryphon. in l. Tres tutores 56. ff. de adm., &
peric. tut., Ulp. in l. 1. §. nunc tractemus ff.
de tutel., et rat. distrah., atque per Rescript.
Impp. Carini, & Numerian. in l. Si divisio
2. Cod. de vidend. tutel., Guttier. de tutel.
p. 1. cap. 15. num. 1., Bersanus num. 44.,
Card. De Luca de tutore disc. 4. num. 20.
17 Dum vero fuerit tutela a Judice, vel testa-
tore divisa, & tunc quilibet pro sola rata
suæ administrationis conveniendus erit; si au-
tem ipsi tutores inter se administrationem di-
viserunt, & tunc pupillus, aut minor quem
maluerit insolidum convenire poterit, actio-
nibus ipsi convento adversus contutores trans-
latis, d. l. Si diviso §. in divisionem. Verum
si ex pluribus tutoribus aliqui tantum admi-
18 nistraverint, ipsos convenire prius pupillus
debebit; & si ceteros non administrantes con-
venire adhuc voluerit, excipere iidem pote-
runt, ut tutores qui tutelam gesserunt, qua-
tenus solvendo existant, prius excutiantur, &
tandem alii in subsidium, ut tradit Papinian.
in l. Tutores 40. §. in eum ff. de adm., et pe-
ric. tutor. Tryphonin. in l. Tres tutores 56. §. 1.
in fine ff. eodem; & expressim statuerunt Impp.
Dioclet. & Maxim. in l. Licet tutorum 8. Cod.
de divid. tutel., et in l. Cum interdictæ 6. Cod.
arbit. tutel. et Imp. Alex. in l. fin. Cod. si
tutor, vel curator; Cancerius var. 1. cap. 7.
num. 35., Olea de cess. jur. tit. 5. q. 7. n. 6.
19 Et huc beneficium ordinis, seu excussionis
tutori non administranti competens ejus here-
di adhuc transit, per rescriptum Imp. Anto-
nini in l. Cum interdicta 6. Cod. arbitr. tut.,
Bersanus de pupill. cap. 5. q. 9. num. 48., ad-
vertunt Olea num. 7., aliique apud Bersanum
num. 48., & 49., quod ne judicia multiplicen-
20 tur, & ne litis sumptibus pupillus pergrave-
tur, citari adhuc poterit tutor non admini-
strans, ut judicio contra illum assistat, qui
gessit intentato, quoniam ipse non solvente
reperto, aut in toto, aut in parte, poterit
absq. alio processu eum, qui non administra-
vit, pupillus convenire. Rationem autem cur
tutor administrans erit prius conveniendus ex-
ponit Glos. in l. Si plures, ver. discessum ff.
rem pupill. sal. fore, nempe ut sit æquum
prius eum conveniri, qui ex facto proprio
tenetur, qualis est tutor, qui administravit,
quam qui ex facto alieno, ut est tutor non
administrans, qui ex facto sui contutoris te-
netur.

21 Verum si pupillus agit ob damnum passum
ex dolo, aut culpa tutorum in omittendo,
aut negligendo, & tunc periculum inter omnes
tutores commune erit; & singuli sive admi-
nistraverint, sive non, æqualiter tenentur;
per sententiam Papiniani in l. Tutores 40. §.
in eum ff. de adm., & peric. tut.; & per Re-
scriptum Imp. Alex. in l. Qui se §. fin. Cod.
si tut., vel cur.. Etenim hoc in casu par est
omnium tutorum culpa, & negligentia, ut ait
Salicet. in l. 2. num. 4. Cod. de divid. tutel.
22 quem laudat Bersanus num. 51., nisi omissa
connexionem cum gestis a tutore, qui admi-
nistravit, habeant, ut quando aliquam rem pu-
pilli legitime vendidit, & pretium ab empto-
re exigere neglexit, qui tandem non solven-
do fuit effectus, hoc in casu conveniens juris-
ratio erit, ut prius tutor, qui administravit,
conveniatur; etenim talia omissa, vel negle-
cta censentur pars gestorum, sive inchoato-
rum, eapropter ad gerentem, sive admini-
strantem pertinent, Salic. loc. cit., Guttier.
de tutel. q. 1. cap. 15. num. 15., Bersanus
num. 52.
23 Hæc tamen conventio non in alio, nisi in
foro administrationis gestæ fieri debet, per
Tex. Ulp. in l. Heres absens 19. §. si quis ff.
de judic., & in l. Prætor ait 4. vers quod si
instrumentum ff. de edend., & Imp. Gordiani
in l. Omnes tutores 5. Cod. arbitr. tutel., Dio-
cletian., & Maximian. in l. 1. Cod. ubi de
ratiocin., Honor., & Theodos. in l. 2. Cod.
eodem, Carleval. de judic. lib. 1. disp. 2. num.
168., Surdus de alim. tit. 1. q. 47. num. 9.,
Gratianus dec. 183. num. 1., Gizzius ad Capyc.
Latr. dec. 113. num. 4., Card. de Luca de tu-
tore disc. 3. num. 11., Altimari de nullit. ju-
dic. rubr. 9. q. 26. num. 46., Rationi enim
24 convenit, ut in loco gestæ administrationis
quis conveniatur, ubi facilius, & plenius ve-
ritas rei per testes, scripturas, aliaque docu-
menta haberi possit, ut recte innuerunt lau-
dati Impp. Honor., & Theod. in d. l. 2. in
fine sub illis verbis: In quo & instructio suffi-
ciens, & nota testimonia, & verissima possunt
documenta præstari; Carleval. loc. cit., De
Luca de jurisdict. disc. 73. num. 1., Sanfelice
dec. 134. num. 8..
25 Quod adeo certum est, ut si rationem pe-
tens sit pupillus, aliave persona privilegiata
nequit forum administrationis gestæ in alium
variare, etiamsi causam ad Principis Curiam
avocare vellet, si Principis Curia extra locum
administrationis esset; Navarr. de elect. for.
q. 33., sect. 4., Paschalis de patr. pot. p. 2.
26 cap. 2. num. 109., Altimari num. 49.; sicut
ex adverso tutor., aut quilibet alius admini-
strator, si persona privilegiata fuerit, sui fori
privilegio uti non poterit, sed rationem in
loco gestæ administrationis omnino reddere
tenetur, Altimari loc. cit., Bersanus de pupill.
cap. 5. q. 11. num. 6.
27. Nota tamen, quod si tutor in loco gestæ
ad-

administrationis sit persona potens, itaut coram illius Judice pupilli jura lædi timerentur, & tunc pupillo permissum erit in Curia Principis tutorem ad rationem reddendam convenire, ut tradunt *Navarr. de privileg. miserab. person. privil. 65.*, *Altimari de nullit. contr. tom. 6. rubr. 2. q. 1. sect. 1. num. 1277. vers. sed si tutor.*, aliique apud *Bersanum num. 7.*

28 Scias etiam, quod si tutela fuerit a pluribus administrata tam in eodem, quam in diversis locis, ex eo quod bona ipsius pupilli in diversis locis existerent, & tunc tales tutores sub uno Judice pro reddenda eorum ratione, ne causæ continentia dividatur, pupillus convenire poterit, per Rescriptum Imp. Gordiani *in l. Omnes tutores 5. Cod. arbitr. tutel.*, *Bersan. num. 8.*, *Montan. de tutor. cap. 39. num. 216.*, *Gratianus dec. 180. num. 5.*, *Card. De Luca de jurisdict. disc. 73. num. 14.*

29 Verum si in diversis Provinciis fuerint tutores constituti, aut ex diversis jurisdictionibus dati, & tunc omnes ab eorum supremis Judicibus respective conveniendi erunt, ut tradit *Brunneman. in d. l. Omnes tutores*, quam laudat *Bersanus num. 9.*, nisi tamen ipsi tutores institerint, ut administrationis ratio ab uno Judice cognoscatur, quoniam tunc audiendi erunt, modo talis administratio indivise ab omnibus fuerit gesta, quia tunc administratio unius reputabitur administratio alterius. Si vero a Judice, aut a testatore fuerit inter illos tutela divisa, & tunc unusquisque pro sua administratione rationem reddere debebit, plene *Bersanus de pupill. cap. 5. q. 11. num. 9.*, *& seqq.*

30 Et si tutor rationem in loco gestæ administrationis reddere pupillo obtulit, atque ipse pupillus paratum tutorem admittere noluit, ita ut dictus tutor ad suum domicilium se contulerit, si inde ipse pupillus in loco administrationis prædictæ rationem petere velit, tenebitur quidem illuc tutor redire; qui tamen recte ab ipsomet pupillo omnes expensas tam pro itinere latas, quam pro alimentis toto tempore rationis reddendæ petere possit, ut volunt *Brunneman. in l. 1. in fine. Cod. ubi de ratiocin. agi oport.*, *Surdus de alimen. tit. 1. q. 47. num. 10.*, *Guttier. de tutel. p. 3. cap. 1. num. 126.*, aliique apud *Bersanum n. 14.*, & si elegerit pupillus suum tutorem con-
31 venire in foro domicilii ipsius tutoris, & tunc adstrictus adhuc remanebit ipse pupillus ad omnes sumptus pro traducendis forsan libris de loco administrationis ad locum domicilii tutoris, aliisque scripturis, atque pro testium accessu, aliisque necessariis, *Addit. ad Gratianum in dec. 180. num. 4.*, *Bersanus num. 17.*

32 Et quamvis voluit *Cephal. cons. 8.*, quem refert *Suraus de alim. tit. 1. q. 37. in fine*; quod ob mortem pupilli in admittenda rationis redditione debeat tutor liberatus censeri, ex eo quod ratio pro reddita ab eo habeatur, nec amplius per pupillum compelli possit. Nihilosecius tamen illius opinionem improbavit *Brunneman in d. l. 1.*, *& Guttier loc. cit.*, quos laudat *Bersanus num. 16.*, ubi subdit, nulla lege caveri, ut amittat pupillus actionem petendi redditionem administrationis, quando ei placuerit, dummodo erit intra tempus præscriptionis, ut dicemus *num. 55.*

33 Semel tamen reddita a tutore ratione in administrationis loco; exindeque iterum conveniatur sub prætextu, quod fuerit ratio minus juste reddita, & tunc conveniendus erit tutor in foro sui domicilii; nisi ipse pupillus omnes sumptus, & expensas necessarias pro tutoris regressu ad locum administrationis offerret, *Surdus num. 10.*, *Guttier. num. 126.*, *Bersan. num. 18.*, *Card. De Luca de jurisdict.*
34 *disc. 73. num. 10.* Modo tamen tutoris dolus, & fraus non adfuit, utputa ob aliquem errorem calculi inconsulte admissum, aut aliquid inconsiderate omissum; nam si dolus, & fraus tutori imputari poterit, nec justitiæ, neque æquitati conveniens erit, ut pupillus expensis oneretur pro ratione in foro gestæ tutelæ reddenda, *Bersanus de pupill. cap. 5. q. 13.*
35 *num. 16.*, cum certum sit, debere iterum tutorem præstare rationem tam ob causam fraudis ab ipso forsan commissæ, quam ob errorem calculi, *Bersanus num. 1.*, *& seqq.*; nec
36 eidem juvabit quælibet jurata liberatio, ut iterum ad reddendam rationem compelli nequeat, plene *Bersanus num. 5.*, *& seqq.*

37 Debebit tamen pupillus legitimis probationibus ostendere non fuisse rationem recte præstitam, aut ob causam fraudis, aut calculi; cum hoc erit fundamentum suæ intentionis, *Guttier. de tutel. p. 3. cap. 1. num. 118.*, aliique apud *Bersanum num. 9.*, *& 10.*, immo si
38 pupillus cum tutoris auctoritate, & judicis decreto fuerit confessus, rationem a tutore fuisse pleno, & legitime redditam, talis confessio necminus nocebit, quoniam facto nequaquam comprobatur, plene *Guttier. n. 119.*, *& seqq.*, aliique apud *Bersan. num. 13.*

39 Dum autem tutor, aut curator rationes suæ administrationis adhuc semel legitime reddidit, ita efficaciter liberatur, ut amplius cogi nequeat ad illas denuo reddendas, per rescriptum Impp. Theodos., & Valentin. *in l. Semel 2. Cod. de apoc. publ. lib. 10.*, & tradunt *Guttier. de tutel. p. 3. cap. 1. num. 116.*, *Menochius de arbitr. judic. cas. 209. n. 37.*, *Cancer. var. 1. cap. 7. n. 153.*, aliique apud *Bersanum n. 17.*, quanto ta-
40 men fuerunt rationes legitime datæ, vel ne, a judicis arbitrio dependet, ut perspectis facti circumstantiis, aliisque rationibus decernat, si fuerint, vel ne rite, recteque redditæ, vide *Montan. de tutor. cap. 38. num. 12.*, *Bersan. n. 19.*

41 Sciendum tandem est, quod si post redditam rationem in loco gestæ administrationis insurgerent aliqua juris dubia super bona, vel mala tutoris administratione, ut si tutor vendidit prædium pupillare, & pupillus diceret, utilius sibi fuisse illud hypothecari, quam alie-

nari

nari, aut quid simile; & econverso tutor
allegabit, pupillum ex eo effectum esse locu-
pletiorem, neque ad pretii refectionem tene-
ri, & tunc quoad decisionem talium dubio-
rum permissum erit pupillo ad Principis Cu-
riam tutorem avocare, prout per S. C. ita
decisum fuisse testatur *Sanfelicius in dec. 134.
num. 9.*, & refert *Bersanus cap. 5. q. 11. n. 19.*
42 Sed quæres, an tutor clericus, qui tutelam
suscepit a Judice laico pro pupillo adhuc lai-
co, conveniendus erit coram eodem Judice
laico, aut coram Ecclesiastico? Quæstionem
hanc plene tractavit *Cortiada in dec. 10. Se-
nat. Cathal. num. 114.; & in dec. 323. per to-
tam*, ut notat *Bersanus num. 22.*, & relatis
hinc inde opinionibus, eam magis receptam,
& communiorem existimavit, ut talis tutor
clericus coram Judice laico, a quo tutelam
accepit, per pupillum ad rationum redditionem
conveniri possit, & ita firmarunt *Barbosa de
jur. Eccles. lib. 1. cap. 39. §. 2. num. 126.*,
Guttier. de tutel. p. 1. cap. 1. num. 27., *Capyc.
Latro dec. 103.*, illius tamen executio remit-
43 tenda erit ad Judicem Ecclesiasticum, cujus
auxilium a Judice laico per literas postulari
poterit; quemadmodum dicitur de Clerico
depositario coram Judice laico, coram quo
ille ad depositi restitutionem conveniri pote-
rit; quoniam Judex hic laicus non procedit
tunc per modum suæ jurisdictionis, aut judi-
cii, benevero executive per quamdam conse-
quentiam officii per clericum a Judice laico
suscepti, ut tradunt *Cancerius var. 3. cap. 8.
num. 108.*, *Afflictus dec. 24. num. 8.*, aliique
apud *Bersanum num. 23., & seqq.*; & quam-
quam *Card. De Luca de jurisdict. disc. 94. n. 5.*
44 existimavit magis sequendum esse opinionem,
quod tutor clericus ad Judicem Ecclesiasticum
pro rationum redditione remittendus erit,
rejecta opinione Cortiadæ; nihilominus tamen
istius opinionem contra De Lucam veriorem,
& magis communem existimavit *Bersanus num.
27.*, utpote juris principiis magis absolutam;
taliter quod *Capycius Latr. in dec. 103. num.
39.* testatur, Cortiadæ opinionem esse in Ita-
lia consuetudine receptam. Et hodie cessat
istiusmodi disputatio, cum clerici conveniri possint
coram competentibus judicibus laicis, vigore
novissime Regalis resolutionis, de qua dici-
mus p. 3. cap.
45 Quæres etiam; si testator tutorem sui filii
a rationis redditione liberavit, an talis libe-
ratio valida erit? Optimum est responsum
J. C. Martiani *in l. Si servus vetitus 122. ff.
de leg. 1.*, ut nempe valida sit liberatio quoad
scrupulosam, exactamque inquisitionis ratio-
nem, itaut negligentiam in administrando ad-
hibitam præstare tutor non teneatur; ultra
vero nihil consequitur ex tali liberatione;
quod & Ulp. docuit pariter *in l. Si quis ra-
tiones 10.*, *Modestinus in l. Aurelio 21. §. cu-
jus*, *& Scævola in l. Aurelius 29. §. Maria
ff. de liberat. leg.* Expropter, tali liberatione
46 non obstante, tenetur tutor rationem red-
dere de omnibus, quæ ad tutelæ onus per-
tinent; ut nempe si aliquid ad eum pervenit
ex fructibus, vel pecuniis pupillaribus, cete-
risque bonis tam mobilibus, quam immobili-
bus ad pupilli patrimonium spectantibus. Et-
enim quia bona ista actione reali a pupillo
vindicari possunt, non censentur ideo com-
prehensa in generali liberatione a defuncto
facta, ut tradunt *Chassan. ad Consuetud. Bur-
gund. §. 6. cap. 6. num. 21.*, *Montan. de tu-
tor. cap. 38. num. 26.*, *Cancerius var. 1. cap. 7.
num. 86.*, *Guttier. de tutel. p. 3. cap. 1. n.
34.*, *Bersanus cap. 5. q. 14. num. 3.*
47 Neque per hanc liberationem censetur re-
missus dolus verus per tutorem in administra-
tione tutelæ adhibendus; cum in jure consti-
tutum sit, ut dolus de futuro remitti nequeat,
ne delinquendi via aperiatur; expropter te-
stator etiam expresse dolum de futuro remit-
tere tutori nequit, ut tradunt *Montanar. n.
30., & 36.*, *Chassan. num. 20., et 21.*, *Gut-
tier. num. 39.*, aliique apud *Bersanum num. 4.,
48 et 5.*, & si testator aut directe relinquat tu-
tori liberationem a dolo futuro, aut suum
heredem gravet, ut tutorem liberet a dolosa
administratione, semper liberatio ista non te-
net, atque pupillo non præjudicat, ut probat
Guttier. num. 36., quem laudat *Bersanus n. 8.*;
immo si testator legare tutori voluerit, quic-
49 quid eum condemnari tutelæ occasione con-
tigerit, tale legatum non valebit pro iis,
quæ dolo, vel fraude tutor gessit, ne per
indirectum consequatur quicquid eidem dire-
cte non permittitur, *Guttier. num. 32. ver. quod
adeo, et num. 37. ver. sed nihilominus*, *Can-
50 cerius var. 1. cap. 7. num. 87.*, aliique apud
Bersanum num. 9., tam si ex proprio dolo
effectus sit tutor locupletior, quam non,
Guttier. num. 46., *Bersanus loc. cit.*
51 Diversum tamen erit in dolo præterito,
scilicet in administratione gesta admisso; qui
tam expresse, quam per aliam loquendi for-
mam, ex qua remissio argui potest, remitti
potest. Quoniam isto in casu ratio evitandi
fraudes non subest, prout in dolo de futuro,
Guttier. num. 41., *Cancerius num. 87.*, *Ber-
52 sanus num. 10.*; idemque dicas de dolo præ-
sumpto, qui per generalem liberationem re-
missus adhuc censetur, prout remissa pariter
intelligitur qualibet negligentia, modo ex
utroque non fuerit tutor locupletior effectus,
Guttier. num. 32., et 45., *Covarruvias var. 2.
cap. 14. num. 4. ver. quintum*; aliique apud
Bersanum num. 11., et 12., qui dolus præ-
sumptus, aut fuerit de præterito, aut de fu-
53 turo nihil refert, quoniam utrumque dolum
liberatio generalis complectitur, quamquam
facilius semper præsumi soleat dolus præteri-
tus, quam futurus, ne delinquendi occasio
detur, *Guttier. num. 40.*, *Bersanus num. 13.*;
volunt tamen *Montan. de tutor. cap. 38. num.
33.*, *Guttier. num. 48.*, aliique apud *Bersanum
num.*

num. 24., quod si tutor legitime, & recte
54 tutelæ administrationem susceperit, confecto
nempe prius inventario, ac impetrata a *Ju-*
dice administrandi licentia, aliisque requisitis
necessariis servatis, eidem liberatio generalis
a testatore relicta quidem proderit; quemad-
modum & idem dicitur de Patre, qui a filio
datus est tutor nepotibus ex ipso filio defun-
cto superstitibus; cum plenius interpretanda
sit ejus liberatio, quam illa extranei; atque
ita præsumenda erit filii voluntas, nisi aliter
constiterit, ut in puncto docet *Scævola in l.*
Aurelius 29. §. *Titius ff. de liber. leg.*, quod
& ad Socerum extendunt adhuc *Guttier. num.*
23., *Menochius conf.* 91. *num.* 4., *Bersanus*
num. 15., *et* 16.
55 Sed an hæc rationis redditio præscribi pos-
sit? Et affirmative resolvisse videtur Paulus
in l. Si pupillus 46. *ff. de adm., & peric. tut.*
quod tempus triginta annorum esse declara-
vit ibidem *Glos. ver. tempore liberatus*; & de
mente Marcelli fuisse videtur *in l. Maxime-*
que 30. *ff. eod.*, ubi *Glos.*, atque statuisse Impp.
Dioclet., & Maxim. *in l. Tutores* 8. *Cod. ar-*
bitr. tut. in illis verbis: *tutores tutelæ conve-*
niri longi temporis præscriptio non prohibet.
Igitur si tutelæ actio longi temporis præscri-
ptione non perimitur, sequitur, quod lon-
gissima sufficiens erit, prout in qualibet actio-
56 ne personali, quemadmodum statuerunt Impp.
Arcad., & Honor. *in l. Sicut in rem* 3. *Cod.*
de præscript. 30., *vel* 40. *ann.*. Et in puncto
præscripsisse videntur Impp. Diocletian., &
Maximian. *in l. Neque mutui* 5. *Cod. quib.*
non objic. long. temp. præscript. in illis verbis:
Neque mutui, neque commodati, aut depositi,
seu legati, vel fideicommissi, vel tutelæ, seu
alii cuilibet personali actioni longi temporis
præscriptionem objici posse certi juris est. Hinc
quia tutelæ actio personalis est, & actioni
57 personali longi temporis præscriptio objici
nequit; sed longissima requiritur, eapropter
& de actione tutelæ idem dicendum erit; ul-
tra quem temporis lapsum nulla amplius mo-
veri potest actio ad rationis rationem exigen-
dam, & tradunt *Guttier. de tutel. p.* 3. *cap.* 1.
num. 27., *Cancerius var.* 1. *cap.* 7. *num.* 83.,
Capyc. Galeota contr. for. lib. 2. *contr.* 60.
num. 16., *Surdus conf.* 460. *num.* 60. *lib.* 4.,
Bersanus de pupill. cap. 5. *q.* 15. *num.* 1., *&*
seqq., *Boerius dec.* 59. *num.* 1., *Afflictus dec.*
13. *num.* 3., *Gyzzius ad Capyc. Latr. in dec.*
113. *num.* 1., *&* 3.
58 Eodem temporis spatio perimitur etiam
actio ad rationis jam redditæ revisionem pe-
tendam, ut volunt *Capyc. Galeota num.* 17.,
aliique apud *Bersanum num.* 6.
59 Heredi vero pupilli isthæc præscriptio non
obstat, quoties mera illius ignorantia inter-
cesserit. Succurritur enim beneficio restitu-
tionis in integrum ex clausula generali *si qua*
mihi justa causa, quæ ignoranti jus defuncti
regulariter conceditur per sententiam Caii *in*
l. Qui in alterius 43. *ff. de reg. jur.*; *Bersa-*
nus num. 7., ubi alios citat.
60 Sciendum tamen est, quod supradictæ præ-
scriptioni triginta annorum tunc erit locus,
quando bona fides adhuc concurrat; alioquin
mala fides obstabit, pleno *Bersanus num.* 8.,
& seqq., ubi etiam subdit, quod sicuti mala
fides nocet tutori, aut curatori, ita etiam
illius heredi universali, qui defuncti personam
repræsentat.
61 Nota tandem, quod si actio tutelæ quoad
id, quod ad actionem personalem attinet trigin-
ta annorum spatio perimitur; actio tamen
hypothecaria, quæ in bonis ejusdem tutoris
aut curatoris ad finem consequendi quicquid
occasione administrationis ad ipsum tutorem,
vel curatorem pervenit ex bonis pupilli, aut
minoris spatio quatraginta annorum præscri-
bitur. Eapropter quamquam legitime præ-
scripta sit actio personalis intra 30. annos,
taliter quod experiri inde nequeat ad rationis
redditionem petendam; nihilominus tamen
usque ad annos 40. adversus tutorem, vel cu-
ratorem agi poterit ad effectum consequendi
quicquid ad suas manus pervenisse de rebus pu-
pilli, aut minoris probatum fuerit, ita in puncto
tradit *Cancerius var.* 3. *cap.* 1. *num.* 199.,
Bersanus de pupill. cap. 5. *q.* 15. *num.* 22.,
cum inde certum sit in jure, ut actione per-
sonali præscripta, actio possit hypothecaria
superesse, prout rescripsit Imp. Gordian. *in*
l. Intelligere Cod. de licit. pignor. in illis
verbis: *intelligere debes vincula pignoris du-*
rare, personali actione submota. Et etiam cer-
tum est in jure, actionem hypothecariam
quatraginta annorum spatio præscribi, quem-
admodum statuit Imp. Justinianus *in l. Cum*
notissimi 7. §. *quamobrem Cod. de præscrip.*
30., *vel* 40. *ann.*

C A P. V.

De Compromisso.

SUMMARIUM.

Compromissum ad lites resolvendas inventum est, *num.* 1.

Compromissum quotuplex est, *num.* 2.

Compromissum voluntarium sine tutoris, aut curatoris auctoritate iniri nequit per pupillum, aut minorem, *ibidem.*

Compromissum super re alienari prohibita, aut ab illis, qui alienari non possunt fieri nequit, *n.* 3.

Per

Per compromissum ad alienationem deveniri potest, num. 4.

Compromissum *species alienationis est, num. 5.*

Eo ipso, quod quis compromittit, dicitur læsus, num. 6.

Appellatio perditur per compromissum, num. 7.

Restitutio datur adversus compromissum, nulla alia læsione probata, num. 8., & 9.

Melius est a principio occurrere, quam postea providere, num. 10.

Qui juravit non alienare, neque potest compromittere, num. 11.

Adversus compromissum in arbitratorem, seu amicabilem compositorem non datur restitutio, nisi læsione probata, num. 12., & 13.

In compromisso pupilli requiritur Judicis decretum, & tutoris auctoritas, num. 14.

Pupillus si tempore laudi lati fuerit major effectus, etiam laudum erit nullum, num. 15.

In bonis mobilibus compromittendis sola tutoris auctoritas erit necessaria, num. 16.

Compromissum *sine solemnitate confectum validum erit, quoties per laudum alienatio non sequeretur, num. 17., & 18.*

Compromissum *validum erit, si ad pupilli favorem fuerit laudum latum, num. 19.*

Compromissum *validum erit, si pupillus, aut minor fuerit ad divisionem provocatus, num. 20.*

Causa compromissi si fuerit rite capta, poterit inde licite prosequi absque tutoris auctoritate, num. 21.

Compromissum *celebrari debet super re dubia, & incerta, num. 22., & 23.*

Quæ sint causæ justæ ad compromittendum, n. 24.

Pupillus, aut minor tutorem, aut curatorem non habens an possit valide compromissum celebrare, num. 25., & seqq.

Solus tutor sine pupillo an compromittere possit, num 28., & 29.

Judicis decretum tempore compromissi interponendum erit, num. 30.

Compromissum *necessarium quale est, num. 31.*

Compromissum *necessarium favorabile est, num. 32.*

Compromissum *necessarium etiam pupillum, & minorem ligat, num. 33.*

Statutum, aut consuetudo generaliter loquens, etiam minorem comprehendit, num. 34.

Minor si renuerit, cogi poterit ad compromissum necessarium conficiendum, num. 35., & 36.

Minor dum compromittit in vim Statuti, non dicitur proprie se obligare, sed adimplere obligationem, quam sibi Statutum imposuit, n. 37.

Minor necessarium compromissum conficere potest sine Judicis decreto, & sine alia solemnitate, num. 38., & seqq.

In necessario compromisso nulla læsio considerari potest, num. 41.

Pupillus, aut minor læsus per sententiam arbitri necessarii nequit in integrum restitui adversus Statutum, aut compromissum, benevero adversus sententiam, num. 42.

Solus tutor sine decreto compromittere potest, num. 43.

Compromissum necessarium extra judicium confectum valet absque jussu Judicis, num. 44.

Solemnitates, quæ Statuto continentur adhiberi debent in instrumento compromissi, num. 45.

Confutatur opinio, quæ requirit Judicis decretum in compromisso necessario, num. 46., & 47.

Compromissum *necessarium valet etiam inter duos minores, num. 48.*

Stante Statuto de causis compromittendis prohibitum est pupillo, & minori forum declinare, num. 49.

1 COmpromissum ad lites resolvendas, & ut
controversiæ sine publico strepitu sedentur,
inventum esse ait *Gonzalez in lib.*
1. decret. tit. 43. de arbitr. cap. 1. num. 15.
quem refert *De Rosa in prax. civ. p. 1. in*
1. inst. ord. judic. cap. 4. num. 4., & fuit de
mente Pauli *in l. 1. ff. de recept. arbitr.*
2 Dividitur in voluntarium, quod ex conventione,
& voluntate partium descendit, &
in necessarium; quod aliqua municipali lege
sancitum est. Compromissum voluntarium
pupillis, & minoribus inhibitum est, nisi tutoris,
aut curatoris auctoritas intervenerit,
per sententiam Cai *in l. Si pupillus 40. ff.*
de recept. arbitr. & *Pauli in l. Si minor*
25. annis 35. ff. de minor., & tradunt *Blanc.*
de compromis. q. 3. num. 39, *Tuschi lit. M.*
concl. 250. num. 1., *Menochius de arbitr. cent.*
2. cas. 171. num. 43., *Narbona de ætate ann.*
25. q. 40. num. 3., *Baronius effect. 13. circa*
3 *judicial. num. 1.*. Etenim compromissum super
re alienari prohibita, aut ab illis, qui
alienari non possunt, fieri nequit, *Tuschi lit. M.*
concl. 499. num. 14., *Gratianus cap. 379. n.*
10., *Jovius de solemnit. in contr. minor. Glos.*
22. §. 13. num. 9., *Baronius num. 3.*, *Altimari
de nullit. contr. tom. 6. rubr. 2. q. 1.*
sect. 1. num. 565. ver. compromissum fieri: Quo-
4 niam per compromissum ad alienationem deveniri
potest, *Menochius loc. cit.*, *Baronius*
num. 4., *Gratianus num. 11.*, *Tuschi lit. C.*
concl. 501. num. 13., *Romanus conf. 369. n. 18.*,
5 *Sabellius §. compromissum num. 14.*, immo alienationis
est species, ut tradunt *Menochius*
loc. cit., *Narbona num. 1.*, *Jovius num. 18.*,
Altimari num. 561., *Carpanus ad Statut.*
Mediolan. vol. 1. cap. 115. num. 72., *Afflictus
dec. 285. num. 15.*, *Simoncellus de decr.*
6 *lib. 2. tit. 6. num. 73.*. Taliter quod eo ip-
so, quod compromittit, dicitur læsus, *Jovius
loc. cit.*, *Baronius num. 2.*, *Altimari n.*
565. ver. & minor., quoniam perdit appella-
7 tionem, & beneficium competens, ex eo
quod Judex facit litem suam, non autem
arbiter, *Narbona num. 6.*, *Tuschi lit. M.*
concl. 250. num. 2.; adversus quod compro-
missum nulla alia læsione probata restitui pu-
8 pillus, aut minor potest, *Moscardus de pro-
bat. concl. 1279. num. 55.*; aliique apud *Ba-*
9 *ronium num. 47.*, immo neque restitutione
indigebit, sed ipso jure erit nullum compro-

miſſum, *Gloſ. in l. Si minor 35. §. minores ver.*
ſtipulati ff. de minor., *Berſanus de pupillis*
10 *cap. 3. q. 11. num. 29.*, eapropter melius eſt
a principio occurrere, quam poſtea providere, *Baronius num. 5.*
11 Hinc eſt, quod qui alienare juravit, neque
compromittere poteſt, *Narbona num. 2.*, *Baronius num. 6.*, *Simoncellus num. 74*, *Romanus conſ. 369. num. 18.*
12 Intelligas tamen prædicta in vero arbitro,
qui judicandi juriſdictionem habet, non autem in arbitratore, ſeu amicabili compoſitore, qui pleno jure judicare nequit, ut tradunt *Alex. conſ. 254. num. 10. lib. 6.*, *Tuſchi lit. M. concl. 250. num. 3.*, adverſus quem
arbitratorem, ſeu compromiſſum in eo diſpo-
13 ſitum non reſtituitur pupillus, aut minor,
niſi aliter de læſione conſtabit; nam non eo ipſo quod tunc compromittit, læſus cenſetur, *Baronius num. 49.*
14 In vero igitur compromiſſo ultra tutoris
auctoritatem Judicis adhuc decretum erit neceſſarium, prout in ceteris alienationibus, ut tradunt *Narbona de ætate ann. 25. q. 40 n. 4.*, *Jovias de ſolemnit. in contr. min. Gloſ. 22. §. 13. num. 29*, *Tuſchi lit. M. concl. 252. n. 7.*, *Reverter. ad De Marinis in dec. 384 n. 5.*, *Staib. jun. cent. 2. obſer. 167. num. 60.*, *Afflictus in dec. 285. num. 15.*, *Berſanus de pupillis cap. 3. q. 11. num. 31.*, *Altimari de nullit. contr. tom. 6. rubr. 2. q. 1. ſect. 1. num. 561.*, *& 565. ver. ſed minor.*. Alias lau-
15 dum erit nullum, etiamſi de tempore laudi
lati fuerit effectus major; cum principium, quod eſt compromiſſum, & non finis, quod eſt laudum, attendi debeat, *Jovius num. 30.*, *Altimari num. 565. verſ. quamvis*, *Baronius effect. 13. circa judicial. num. 66.*
16 Omnia tamen prædicta procedere intelli-
gas circa bona immobilia, vel mobilia; quæ ſervando ſervari poſſunt. In bonis autem mobilibus, quæ ſervando ſervari nequeunt ſola tutoris auctoritas ſufficiens erit abſque ullo Judicis decreto, plene *Scaccia de judic. lib. 2. cap. 2. num. 34.*, *Simoncellus de decretis lib. 2. tit. 6. num. 77.*, *Baronius num. 12.*, *& ſeqq.*, *Berſanus num. 2.*
17 Prout & validum erit necnon compromiſ-
ſum ſine ſolemnitate confectum, quoties per laudum alienatio non ſequeretur; utputa ſi laudaretur forſan, quod penes ipſum pupillum, aut minorem remanere res deberet; ſicque compromiſſionis validitas, aut invaliditas a futuro eventu dependet, *Capycius in dec. 93. num. 4.*, aliique apud *Sabellium §. compromiſſum num. 14. ver. quod immo.* Et-
18 iamſi parti aliquam pecuniæ ſummam dari
oporteret, *Gomeſius var. 2. cap. 14 num. 15.*
19 Pariterque valeret, ſi ad pupilli favorem
fuerit laudum prolatum, *Tuſchi lit. M. concl. 250. num. 16.*; aut etiam ſi ipſe pupillus, aut minor fuerit ad diviſionem provocatus, quo-
20 ties ſaltem tutoris, aut curatoris auctoritas
interveneriit, *Tuſchi num. 9.*
21 Verum ſi cauſa compromiſſi fuerit rite
cognita, poterit inde licite proſequi abſque tutoris auctoritate, *Narbona de ætate anni 25. q. 40. num. 11.*
22 Ultra ſolemnitates uſquenunc enarratas ne-
ceſſe erit adhuc, ut compromiſſum celebretur ſuper re dubia, & incerta, ut tradunt *Romanus conſ. 175.*, *Alex. lib. 2. conſ. 22.*, aliique apud *Narbonam num. 4.*, *& 5.* Alias
23 ſi ſuper re clara, etiam ſolemnitatibus adhi-
bitis fuerit compromiſſum, & abſque aliqua juſta compromittendi cauſa, & tunc compromiſſum invalidum erit, atque factum ſortiretur effectum, *Narbona loc. cit.*, *plene Simoncellus de decret. lib. 2. tit. 6. num. 71.*
24 Cauſe autem juſtæ erunt, ut ſi nempe
tenderet compromiſſum ad bonum pacis inter ſanguine conjunctos; aut ſi lis pupillo a potentiore moveatur, quoniam tunc magis expediens erit compromiſſum inire, quam durum, & potentiorem adverſarium pati, graveſque judiciorum ſumptus ferre, ut plene *Berſanus de pupillis cap. 3. q. 11. num. 18.*, *& ſeqq.*. Et dum pupillus, & tutor in
25 re clara compromittunt, videntur ſine juſta
cauſa alienare, quod permittendum non erit, *Berſanus num. 22.*
26 Sed quid dicendum, quando pupillus, aut
minor tutorem, aut curatorem non habebit & reſpectu pupilli in omni caſu erit nullum compromiſſum, ſi ſine Judicis decreto, & tutoris auctoritate celebraretur, tam ſi tutorem habebit, quam non, plene *Baronius effect. 13. circa judicial. num. 9.* *& ſeqq.*.
27 Quoad vero adulti perſonam ita diſtinguit
Scaccia de judic. lib. 2. cap. 2. num. 264., aut erit de rebus mobilibus, quæ ſervando ſervari nequeunt, & poterit minor curatore carens ſuper illis compromittere, quemadmodum talia bona alienare poterit. Aut loquimur de rebus immobilibus, aut mobilibus, quæ ſervando ſervari poterunt, & nequit tunc minor curatore carens ſuper illis compromittere. Aut loquimur de juribus, & actionibus ad rem mobilem competentibus, & valebit compromiſſum; aut ad rem immobilem, & invalidum erit, vide plene *Baronium num. 33.*, *& ſeqq.*
28 Si vero minor curatore carens cum jura-
mento compromiſerit, & valebit compromiſſum, *Baronius num. 30.*, *Narbona de ætate anni 25. q. 40. num. 12.*, *Tuſchi lit. M. concl. 250. num. 26.*
29 Sed an tutor ſolus aliquando compromit-
tere poſſit? *Berſanus de pupillis cap. 3. q. 11. num. 6.* firmat quidem poſſe, quando quæſtio, ſuper qua fit compromiſſum, eſſet juris dubietate involuta, ita quod perſequutio rei pupillaris erit prorſus incerta. Aut quando pupillus adhuc erit in ætate infantili.
30 Et dum decretum interponi neceſſarium
foret, interponendum erit tempore compro-
miſſi

missi, nec aliud postea in laudo necessarium
erit, vide *Simoncellum de decret. lib. 2 tit. 6. n. 76.*
31 Quid autem erit de compromisso necessario? Modo dicemus esse illud, quod aliqua
municipali lege sancitum est; quemadmodum
in hoc nostro Regno vigore prag. quæ incipit *Odia quæ inter conjunctos*, statutum habetur, ut inter conjunctos usque ad quartum
gradum consanguinitatis, vel affinitatis inclusive de jure civili computandum, omnes
causæ tam civiles, quam mixtæ quandocumque, antequam detur terminus ad probandum,
ad petitionem cujuscumque ex conjunctis
possint compromitti. Et tam de jure, quam
de facto arbitri electi procedere possunt; &
sententiam intra duos menses tantum de jure proferre debent; nisi aliter inter partes
pactum fuerit. Et si arbitri fuerint discordes, ultima die duorum mensium, vel antea
possunt tertium partibus non suspectum eligere; qui tertius intra alium mensem expedire causam debebit, vide *Galluppum in prax.
civ. p. 1. cap. 3. n. 12., & seqq., Riccium in prax.
civ. tom. 3. p. 3. lib. 1. cap. 40., De Rosa in prax.
civ. p. 1. in 1. instan. ord. judic. cap. 4 num. 4.*
32 Et hæc statuti species utpote tendens ad
publicam utilitatem, & ad tollenda dissidia
dicitur favorabilis, ita *Jovius de solemnit. in
contract. minor. Glos. 22. §. 12. num. 1., &
seqq.*. Eapropter non solum majores, sed
33 etiam minores, & pupillos comprehendit,
& ligat, *Jovius num. 5., Scaccia de judic. lib.
2. cap. 2. num. 517., Carpanus ad statut.
mediolan. vol. 1. cap. 115. num. 71., Staibanus
jun. cent. 2. resol. 167. num. 58., Simoncellus
de decret. lib. 2. tit. 6. num. 84., Sabellius §.
compromissum num. 14., & §. minor. num. 31.,
Baronius effect. 13. circa judicial. num. 84.,
Sanfelice in prax. civ. sect. 41. num. 7., Card.
De Luca de alienat. disc. 21. num. 6., Altimari de nullit. contr. tom. 6. rubr. 2. q. 1.
sect. 1. num. 564.*
34 Etenim Statutum simpliciter, & generaliter loquens adhuc minores comprehendit,
plene *Baronius num. 102.* & vide *Oddum de
35 restit. in integr. quæst. 15. num. 62., & seqq.*,
ideoque si compromittere renuunt, possunt
vigore Statuti ad compromittendum cogi,
Andreol. contr. 133. num. 10., aliique apud
Altimarem num. 564. ver. & vigore; etiamsi
36 de jure, & de facto compromitti deberet,
*Andreol. num. 8., Altimari ver. minor. ligatur, Montanar. contr. 57. num. 6., Maradei
ad Galluppum in prax. civ. p. 1. cap. 3. n. 1.*
37 Quoniam dum compromittit minor in vim
Statuti, non dicitur proprie se obligare, sed
adimplere obligationem, quam sibi Statutum
imposuit, ita *Jovius Glos. 22. §. 23. num. 25.,
Fusarius de substit. quæst. 709. num. 3.*, aliique
apud *Altimarem num. 565. ver. minor compromittens*; eapropter ad talem necessariam com-
38 promissionem nullum Judicis decretum, nec
alia solemnitas intervenire debet, ut de ma-
gis communi, & adprobata sententia testantur *Tiraquellius de legib. Connub. Glos. 8.
num. 187., Andreol. contr. 133. num. 9., Staiban. jun. cent. 2. resol. 167. num. 30., & in
observ. num. 58., Riccius in prax. civ. tom. 3.
p. 3. lib. 1. cap. 40. num. 5. ver. immo, & n.
6. ver. sed hoc*; plene *Jovius num. 23.*; cum
39 enim faciat minor actum a lege statutum,
& permissum, licitum eidem debebit esse
sine alia judiciaria auctoritate; quoniam ubi
juris decretum est, alterum Judicis non censetur necessarium, *Altimari num. 564. ver. sic
40 in illo*. Hinc quia Statuto jubente fecit, nequit ideo dici imprudenter, & juveniliter se
gessisse, neque fuisse circumscriptum ex hoc,
quod compromisit, *Oddus de restit. in integr.
quæst. 15. num. 60.*, sicque in tali necessario
41 compromisso nulla læsio considerari potest,
*Calà de restit. in integr. quæst. 34. num. 10.,
Altimari num. 564. ver. nam minoris*. Eapro-
42 pter læsus pupillus per sententiam arbitri in
compromisso facto in vim Statuti nequit in
integrum restitui adversus Statutum, vel compromissum, benevero adversus sententiam,
*Oddus num. 61., Altimari num. 565. ver. pupillus læsus, Sanfelic. in prax. sect. 41. n. 7.,
Bersanus de pupill. cap. 3. q. 11. num. 26.*
43 Et etiam solus tutor sine decreto, & solemnitatibus compromittere potest, ut probat *Riccius num. 3. ver. & tutor cum seqq.*.
44 Etiamsi partes extra judicium compromisesint absque ullo jussu, seu decreto Judicis,
cum erit sufficiens posse per Judicem ad hoc
compelli; *Riccius ver. procedit*.
45 Oportet tamen in instrumento compromissi
adhiberi omnes solemnitates, quæ in Statuto
forsan continentur, *Jovius num. 46., Baronius
effect. 13. circa judicial. num. 51., Altimari n.
564. ver. sed tenentur*.
46 Et quamquam non desint tenentes, nullum
esse necessarium compromissum sine decreto,
Judicis, & solemnitatibus initum, ut sunt
*Narbona de ætate ann. 25. quæst. 40. num. 9.
Gratianus cap. 586. num. 52., Bersanus cap. 3.
q. 11. num. 2., Gallup. in prax. p. 1. cap. 3.
num. 19.*, aliique apud *Baronium num. 86.*
47 Nihilominus tamen primam opinionem veriorem testantur *Jovius*, & per ipsum relati
in Glos. 22. § 23. n. 23., ex eo quod minor compromittens in vim Statuti non dicitur proprie se obligare, sed sanctionis municipalis
obligationem sibi impositam necessario explere; & hac ex ratione iste actus utpote statutarius, & legalis nullas solemnitates exposcit.
48 Quod compromissum valebit etiam inter
duos minores propter vicissitudinem, & dubium litis eventum, *Baronius num. 74., Altimari de nullit. contr. tom. 6. rubr. 2. q. 1.
sect. 1. num. 565. ver. compromissum inter*
49 Et stante Statuto prædicto de causis compromittendis prohibitum est pupillo, & minori forum declinare, *Baronius num. 85., Altimari ver. minores*.

C A P. VI.

De Judicis officio in causis pupillorum.

S U M M A R I U M.

Judicis qualitates exponuntur, num. 1.
Pupillorum Judex Princeps est, num. 2.
Pupillaris causa summarie tractari debet, n. 3.
Ad pupillum defendendum quilibet tertius in judicio comparere potest, num. 4, & 5.
In dubio pro pupillo ferri debet sententia, num. 6.

1 NOn tantum juris scientia, quantum integritate, æquitate, mansuetudine, prudentia, & experientia, qui judicandi
munere fungi velit, pollere debet, ut recte
monuit Imp. Justinianus *in auth. de mandat.
Princip. §. oportet igitur*; & meminit *Card.
De Luca de jurisdict. disc. 29. num. 9.* Præsertim inter personas miserabiles mansuetudo, & æquitas vigere debet, ut subdit laudatus Imperator *in § sit tibi*; quod tamen
jampridem a Juris Consultis constitutum est,
ut Judex nempe attenta causæ, personæque
conditione litem æstimare debeat, ut ait
Ulp. in l. Nonnumquam 72 ff. de judic.
2 Quia igitur primum locum inter ceteras
miserabiles personas obtinent pupilli, merito
omnium pijssimum, & æquissimum Judicem
ipsis constituit Imperator nonminus quam
ipsam Imperialem personam, ad cujus aulam
avocare causam possunt, ut late diximus *cap. 2.*
3 Ubicumque autem causa pertractanda erit,
præcipua Judicis cura in hoc consistere debet, ut eam summarie, & sine strepitu, &
figura judicii distinire debeat, prout statuit
Imp. Justinianus *in d. §. sit tibi*, & in specie
tradunt *Maranta in prax. p. 3 dist. 9 n. 193.*,
*Carpen. ad statut. mediolan. lib. 1. cap. 47.
num. 103.*, aliique apud *Bersanum de pupill.
cap. 3. q. 5. num. 6.*
4 Et ad pupillum defendendum quilibet tertius in judicio comparere potest, quamvis
nullum prorsus interesse habeat; quoniam
Reipublicæ interest ab omnibus eos defendi,
qui seipsos defendere nequeunt, ut insinuare
videtur Textus Impp. Severi, & Antonini
in l. Contra impuberes 2. Cod. de negot. gest.,
& tradunt *Bartol. in l. A Divo Pio § si super
rebus num. 29 ff de re judic.*, aliique apud
5 *Bersanum de pupill. cap. 3 q. 5 num. 7.*, acta
tamen in pupilli personam erunt concipienda,
6 non autem ipsius tertii, *Bersanus num. 9.* Et
dum Judex tandem judicare debebit, semper
in dubiis pro pupillo ferenda erit sententia,
Bersanus num. 10.

C A P. VII.

De Exceptionibus.

S U M M A R I U M.

*Exceptiones dilatoriæ ante litis contestationem opponi debent, num. 1.
Exceptiones peremptoriæ in qualibet judicii parte opponi possunt num. 2.
Exceptio dilatoria, ubi lis non contestatur, proponi debet post primum actum, qui fit loco contestationis, num. 3.
Litis contestatio dicitur terminus exclusivus dilatoriarum exceptionum, num. 4.
Per litis contestationem censetur renunciari dilatoriis exceptionibus, num. 5.
Minor etiam post litem contestatam dilatorias exceptiones opponere potest, num. 6., & 7.
Exceptio dotis non traditæ quando opponi debeat, num. 8.
Minor restituitur adversus lapsum tempus querelæ dotis non traditæ, num. 9.
Exceptio non numeratæ pecuniæ quando opponenda erit, num. 10., & 11.
Exceptio non numeratæ pecuniæ semper competit pupillo, & minori, num. 12.
Et quid de minore herede alicujus majoris, num. 13., & seqq.*

1 REgulare est in judiciis dilatorias exceptiones ante litis contestationem de necessitate opponendas esse, de quibus
late pertractat *Dominus Genitor in prax. civ.
cap. 5.* cum pluribus sequentibus; ubi meus
2 Germanus additionator. Ad differentiam peremptoriarum exceptionum, quæ in qualibet
judicii parte opponi possunt, ut docet *Dominus Genitor cap. 10. num. 10.*
3 Et in casibus, in quibus lis non contestatur, erunt proponendæ dilatoriæ exceptiones
post primum actum, qui fit eo loco, quo
litis contestatio erit facienda, *Ripolla de except. cap. 4 num. 36.*, *Baronius effect. 13.
4 circa judicial. num. 3.* Etenim litis contestatio dicitur terminus exclusivus dilatoriarum
opponendarum, prout statuerunt Impp. Honor. & Theodos. *in l. fin. Cod. de judic.*,

ha-

5 *Baronius num. 7.*, quoniam pars litem con-
testando, dilatoriis exceptionibus renunciare
videtur, *Baronius num. 8.*, *Surdus dec. 44.*
num. 20.

6 Omnia ista tamen fallunt in pupillo, &
minore, qui etiam post litem contestatam
dilatorias exceptiones opponere potest, pro-
pter juris imperitiam, *Baronius num. 9.*. Et
si ex certa scientia illas opponere omisit,
7 licet nequaquam amplius eas opponere pos-
sit, competeret tamen eidem in integrum
restitutio ad illas opponendas, *Baronius n.*
10., *& seqq.*

8 Exceptio vero dotis non traditæ opponi
potest a marito, ejusque herede infra annum
a morte mariti, vel mulieris, si matrimo-
nium duravit minus biennio; si vero plus
biennio, sed minus decennio opponenda erit
infra tres menses numerandos a die soluti
matrimonii; ultra vero decennium querela
dotis non traditæ omnino denegatur, per
rescriptum Imp. Justiniani *in l. In dotibus 3.*
cum auth. seq. Cod. de dot. Caut. non num.,
Gomesius in l. Tauri 50. num. 52.

9 Minori tamen competit in integrum re-
stitutio etiam decennio transcurso, ut fuit
statutum in *d. auth. quod locum Cod. de dot.*
caut. non num.

10 Et respectu exceptionis non numeratæ
pecuniæ quamquam transacto biennio a die
contractus nequeat debitor illam amplius op-
ponere; sed debitum solvere, ac si vere
fuisset numeratum, prout rescripserunt Impp.
Dioclet., & Maxim. *in l. Si non singuli 5. Cod.*
si cert. petat., *& in l. Asseveratio 12. Cod. de*
non num. pec., nisi ipse debitor onus proba-
tionis solutionis in se suscipiat, quoniam tunc
11 etiam post biennium isthæc exceptio com-
petit; ad differentiam oppositionis intra bien-
nium, nam tunc probandi onus creditori per-
tinet, quia per debitorem eo ipso probata
dicitur solutio, & tradunt communiter Do-
ctores, ut videndus *Baronius effect. 44. circa*
judicial. num. 2., *& seqq.*. Nihilominus tamen
12 pupillo, & minori semper competit exceptio
ista non numeratæ pecuniæ; itaut creditori-
bus pecuniam fuisse numeratam probare in-
cumbat; quoniam favore imperfectæ ætatis
non numeratæ pecuniæ exceptio ab initio non
currit; sicque restitutio in integrum nequa-
quam erit necessaria, per rescriptum Imp.
Justiniani *in l. Sancimus 5. Cod. in quib. caus.*
in integr. restit. Baronius num. 6., *& 7.*, ubi
firmat, tempus opponendi hanc exceptionem
non numeratæ pecuniæ nonnisi a die perfe-
ctæ ætatis currere debere.

13 Sed an minori uti heredi alicujus majoris
competat exceptio hæc post biennium? Et
resolutum habetur Imperiali Rescripto Imp.
Alex. *in l. Si intra 8. Cod. de non num. pecun.*
sequenti distinctione; aut debitor post bienni
lapsum decessit; sed intra biennium eam non
opposuit, & hoc in casu heres minor nul-
lam habebit exceptionem cum privilegio
transferendi onus probandi in creditorem;
sed debitum, etiamsi talis heres fuerit pu-
pillus, solvere compellitur; aut decessit in-
14 tra biennium, atque oppositam non nume-
ratæ pecuniæ exceptionem reliquit, & tunc
perpetuo prædicta exceptio heredi compe-
tit. Aut decessit intra biennium, sed excep-
15 tionem istam non proposuit, & tunc heres
intra residuum tempus opponere eam pote-
rit; vide *Trentacinque. var. resol. lib. 3. de*
solut. resol. 20. num. 33.. Et si intra residuum
16 temporis ipse heres minor exceptionem non
proposuit, adversus ejus lapsum beneficio
restitutionis adjuvari poterit, quoniam tem-
pus istud currere tradit *Baronius effect. 44.*
circa judicial. num. 9., *& seqq.*

C A P. VIII.

De Contumacibus.

S U M M A R I U M.

Contumax non auditur, nisi refectis expensis,
num. 1., *& seqq.*
Pupillus an possit fieri contumax, num. 4., *& 5.*
Pupillus restituitur adversus contumaciam incur-
sam, num. 6.
Pupillus, aut minor restitutus adversus contu-
maciam an expensas contumaciales solvere te-
neatur, num. 7., *& seqq.*

1 Contumax in judicio non auditur, nisi re-
fectis expensis tam circa ingressus litis,
quam circa honoraria advocatorum, per
Rescriptum Imp. Justiniani in *l. Sancimus 13.*
Cod. de judic., etiamsi habuisset justam liti-
2 gandi causam, *Covarruvias pract. quæst. cap.*
27. concl. 6. ver. idem erit, aliique apud *Ba-*
ronium effect. 32. circa judicial. num. 2. Et-
3 enim expensæ istæ ob Judicis contemptum
erunt exolvendæ, *Baronius num. 3.* [illegible]
4 Ad hoc autem ut pupillus contumax dici
possit, antea legitime citatus esse debet, *Ma-*
ranta in prax. p. 4. dist. 16. num. 43., *Ubert.*
de citat. cap. 14. num. 9., *Bersanus de pu-*
pill. cap. 3. q. 12. num. 16., quomodo autem
5 legitime citatus dici possit vide *cap. 1.* Et si
illegitime citatus non comparuerit, nequa-
quam

quam contumax dici poterit, per sententiam Pauli *in l. Contra pupillum ff. de re judic.*

6 Et cum ob legitimam citationem in contumaciam inciderit, restitutionis auxilio subveniri poterit, ut tradit Ulp. *in l. Si finita 15. §. si forte ff. de damn. infect.*, *Bersanus cap. 3. q. 12. num. 15.*

7 Minor etiam adversus contumaciam restituitur, per Tex. Hermogen. *in l. Minor etiam 9. ff. de minor.*, & licet *Fachin. contr. for. lib. 8. cap. 108.*, *Boerius dec. 63 num. 5.*, aliique velint debere talem minorem expen-
8 sas reficere; nihilosecius tamen contrarium rectius firmant *Thesaurus dec. 9. num. 5.*, *Baronius effect. 32. circa judicial. num. 8.*, *& seqq.*, *plene Oidus de restit. in integr. quaest. 68. art. 2. num. 15.*, nempe etiam ad expen-
9 sas contumaciales, tamquam accessorias restitui. Nam cum restitutio sit in pristinum statum repositio, & alia ex parte si deberet minor suo adversario expensas reficere, non reponeretur in pristino statu, in quo erat ante contumaciam, quia eo tempore ad aliquas expensas non tenebatur.

C A P. IX.

De expensarum condemnatione.

S U M M A R I U M.

Temere litigans ad expensas condemnari debet, num. 1.

Judex si ad expensas non condemnat, an censeatur ab illis absolvere, num. 2., & seqq.

Litigandi justam causam, quando quis habere dicatur, num. 5.

Pupillus, aut minor in judicio victus an ad expensas condemnari debeat, num. 6., & seqq.

1 Temerarium litigantem ad expensas condemnandum fore fuit de mente Ulp. *in l. Eum quem 79. ff. de judic.* Epropter Judex in diffinitivo decreto expresse condemnare, vel absolvere ab expensis debet, prout statutum fuit per prag. incipient. *Temeritatem litigantium, de ordine judic.*, & per aliam prag. Card. de Althan de die 21. Junii 1728. §. 5. *in fine*; atque per novissimam Regalem Sanctionem de die 14. Martii 1738. §. 1. *num.* 33., qua statutum fuit ad refrenationem litium irrationabiliter introductarum, ut omnes temerarii litigantes a quolibet Tribunali ad expensas condemnari debeant tam in judiciis executivis, quam ordinariis, ad quas debent eadem sententia condemnari. Et statim ac decretum in judicatum transit, debet a Scriba causæ fieri calculus, adversus quem una tantum revisio admittitur, a qua non aliud nisi nullitatis remedium, prævio deposito, produci potest.

2 Hinc est, quod si Judex ad expensas non condemnat censetur tacite ab illis absolvisse, itaut victori nulla actio ad sumptus petendos exinde competat per Rescriptum Impp. Honor., & Theodos. *in l. Terminato 3. Cod. de fruct.*, *& lit. expens.* Verum si Statutum
3 adesset, ut victus victori expensas solvat, & hoc in casu deberentur expensæ jure actionis, sicque Judex si non absolvit expresse de expensis, censetur vigore talis Statuti ad illas succumbens condemnatus; quod tamen procedere intelligas, quando Statutum non dirigat verba in judicem, sed inducit obligationem quamdam contra victum, vel actionem victori tribuit, quoniam tunc talis victor actionis jure petit expensas, etiamsi a judice facta non fuisset condemnatio, ut tradit *Covarruvias pract. quaest. cap. 27. num. 4.*, quem laudat *Dominus Genitor in prax. civ. cap. 22. num. 62.*. Sed quia in Regno nostro per di-
4 ctam novellam Regalem Sanctionem sunt verba directa in judicem, qui in decreto diffinitivo victum condemnare debet, *ordiniamo percio*, sunt illius verba, *che tutti coloro, che averanno litigato, e succumbito, debbano in qualunque Tribunale tanto per le cause esecutive, quanto per l'ordinarie pagare irremissibilmente le spese, alle quali nello stesso diffinitivo decreto, e sentenza debbano esser condennati.* Eapropter condemnatione expensarum non facta, censentur ex remissæ; per *d. l. Terminato 3. Cod. de fruct.*, *& lit. expen.*

5 Quando autem quis dicatur justam habere litigandi causam, vide *Menochium de arbitr. cas. 177.*

6 Sed an pupillus in judicio victus ad expensas condemnari debeat? Non intelligas de judicio cum solo pupillo actitato, quoniam cum hujuscemodi judicium sit nullum, ut puta contra pupillum indefensum patratum, merito omnia acta adhuc nulla esse debent, sicque sententia, expensarumque condemnatio nullam subsistentiam habebunt. Dum igitur pupillus, & tutor cum justa litigandi causa aliquem in judicio convenerint, exindeque in judicii progressu contrariam sententiam cum expensarum condemnatione reportarunt, & tunc ad expensarum refectionem erga victorem solus pupillus obligatus erit. Quoties
7 autem per dolum, vel temere litem injustam tutor instituerit, justum erit, ut talis dolus, sive temeritas pupillo non noceat; sed omnia

actio

actio alteri parti competens ob litem sibi injuste motam in propriam tutoris personam dirigenda erit, atque proprio nomine ad expensas tutorem ipsum condemnandum esse decrevit Imp. Alex. *in l. Non est ignotum 6. Cod. de adm. tutor.*, & tradunt *Baronius effect. 23. circa judicial. num. 2., & 3., Olea de cess., & jur. tit. 5. q. 12. num. 27. ver. quod ut melius; Gratianus cap. 806. num. 6.*, aliique apud *Bersanum de pupill. cap. 5. q. 1. n. 32. & 33.*

8 Et dum Judex simpliciter condemnavit tutorem in expensis, nec apparet quo nomine fuerit condemnatus, an proprio scilicet, an veró tutorio nomine, & tum factam esse censendum condemnationem tutorio nomine, utpote accessoriam negotii principalis, super quo lata fuit sententia contra ipsum; tutorem temere litigantem tutorio nomine; sicque executio fieri debet in bonis ejusdem tutoris, qui dolose injustam causam instituit, ne pupillus alterius delicti pœnam luat. Eapropter talis pupillus cedendo victori actionem contra tutorem, liberabitur, ita *Olea num. 28., Bersanus num. 34, Fontanella dec. 98. num. 6., & seqq.*

9 Verum si incontinenti non apparet de dolo, & temeritate tutoris in instituenda lite, & tunc expensarum condemnatio in bonis pupilli exequi potest; salva ipsi pupillo actione adversus tutorem pro reintegratione, sive repetitione expensarum, si inde constiterit, tutorem ipsum temere, & sine causa litem instituisse, per sententiam Papiniani *in l. Qui solidum 90. §. etiam ff. de leg. 2.*, & per Rescriptum Imp. Justiniani *in l. Properandum 12. §. fin. C. de judic.*, & tradunt *Olea loc. cit., Fontanella num. 15.*, aliique apud *Bersanum num. 36.*

10 Immo talis tutor ultra litium expensas tenetur etiam in judicio tutelæ omne damnum, quod pupillo ob litem injustam intulit, reficere, quemadmodum statuerunt Impp. Sever., & Antonin. *in l. Polla 2. Cod. de his, quib. ut indign.*, *Bersanus loc. cit.*

11 Et quæ de pupillo dicta sunt, etiam in minore procedunt, ita *Bartol. in l. Edita Cod. de edén.*, *Baronius effect. 23. circa judicial. num. 4.*

C A P. X.

De delictis, & pœnis.

SUMMARIUM.

Delicta quomodo proveniant, num. 1.
Infans de delicto non tenetur, num. 2., & 3.
Adversus infantem probatio in contrarium non admittitur, num. 4.
In atrocissimis delictis potest infans ferula cædi, num. 5.
Infantiæ proximus de delicto non tenetur, num. 6., & seqq.
Delictum carnis tam in agendo, quam in patiendo in proximo infantiæ an puniatur, num. 10., & seqq.
Impubes an reus homicidii condemnari possit, num. 15., & 16.
Impubes an possit corporaliter, seu per torturam puniri, num. 17., & seqq.
Impubes tortus, & confessus, ejus confessio non nocebit, num. 19.
Impubes potest ferula cædi ad veritatem eruendam, num. 20.
Infans nequit terreri, & ferula cædi ad veritatem eruendam, num. 21.
Impubes de delicto in pupillari ætate confecto torqueri nequit, num. 22.
Tortura impuberi moderate erit practicanda, n. 23., & 26.
Impubes condemnandus erit ad triremes, non ad remigandum, num. 27.
Impubes potest deponeri, & relegari, & etiam furca suspendi, num. 28., & seqq.
Delicta atrocia quæ sint, num. 34.
Impubes non ligatur ad pœnam ex statuto, vel consuetudine provenientem, num. 35.
Pupillus adversus delictum non restituitur, n. 36.
Pupillus si delictum fuerit confessus, & de ipso delicto aliunde non constet, restituitur adversus confessionem ad delictum evitandum, n. 37., & 53.
Minor in delictis non subvenitur, mitius tamen punitur, num. 38., & seqq.
Judex an teneatur minori pœnam minuere, num. 42., & seqq.
Pœnæ diminutio ex libero Judicis arbitrio dependet, num. 49., & 50.
Minor si ordinaria pœna delicti condemnatus fuit, potest opponere post sententiam exceptionem minoris ætatis ad pœnam alleviendam, n. 51.
Minor etiamsi extraordinarie puniatur ob delictum, semper ad damna partis tenetur, num. 52.
Minor ætas torturam non excusat, num. 54., & 55.
In tortura minori inferenda curator intervenire debet, num. 56., & 57.
Minoris confessio sine curatore facta an sit nulla, num. 58., & seqq.
Minor an forjudicari possit, num. 61., & seq.
Judex condemnando minorem, non obstante minori ætate allegata, an in aliquam pœnam incidat, num. 65.

De-

1 DElicta aliquoties ob causam cujusdam
immaturæ ætatis proveniunt; cui leges
succurrere volentes, ex eo quod in
omnibus fere pœnalibus judiciis ætati, & im-
prudentiæ succurrendum erit, per sententiam
Pauli *in l. Fere in omnib. 109. ff. de reg. jur.*,
ideo respectu infantis ait Modestinus *in l. In-
fans 12. ff. ad l. Corn. de sicar.*, non teneri
2 eum pro delicto ob consilii innocentiam.
Etenim animum, intellectum, rationisque ju-
dicium, ut ei dolus, aut culpa imputari
possit, equidem non habet, ut tradit Ulp.
in l. Sed etsi 5. ver. sed & infans ff. ad l. Aquil.
Quoniam talis ætas ignorat quicquid videt,
3 & sentit, per Rescriptum Imp. Constantini *in
l. 1. in fin. Cod. de fals. mon.*, & *Imp. Justi-
niani in l. Si quis 23. §. fin. Cod. de inoffic.
testam.*, ideoque parcendum esse ætati ait
Ulp. in l. 1. §. impubes ad S. C. Syll., & *in
l. Aut facta 16. §. persona ff. de pœn.*, *Anto-
nellus de temp. leg. lib. 2. cap. 16. num. 5.*,
Gomesius var. 3. cap. 1. num. 57., *Clarus quæst.
60. num. 1.*, *Narbona de ætate ann. 8. q. 1.
num. 5.*, *Baronius effect. 10. circa judicial. n.
118.*, *Bersanus de pupill. cap. 3. q. 1. n. 1.*,
*Altimari de nullit. contr. tom. 6. rubr. 2. q. 1.
n. 758. vers. minor pupillus.*

4 Infans enim nihil præsumitur ex juris fi-
ctione, ideo adversus ipsum probatio in con-
trarium non admittitur, ut probat *Gomesius
loc. cit.*, ubi subdit, quod licet scriptum re-
periatur, infantem quinque annorum propter
ejus assiduam blasphemiam fuisse a diabolo
de manibus patris raptum, ut tradunt *B. Gre-
gor. in 4. lib. dialog. cap. 18.*, & *Hostien. de
delict. pueror. sub num. 2.*: nihilominus ta-
men illud miraculose, & judicio Dei fuit
actum; sicque quæ nutu Dei aguntur, sub
aliqua lege non manent, *Can. duæ 19. q. 2.*

5 Cum igitur Judex agnoscat delinquentem
infantem esse, pronunciare debet, non esse
ulterius contra illum procedendum, *Bersanus
num. 25.*, *Bajardus ad Clarum num. 8.*, alii-
que apud *Baronium num. 123.*, & *124.*, ubi,
6 aliis relatis tradit, quod in atrocissimis deli-
ctis poterit ad plus illum ferula cœdi facere.

7 Quoad infantiæ proximum idem, quod de
infante firmandum est; cum infans, & infan-
tiæ proximus non multum a furioso distent,
§. pupillus, instit. de inutil. stipul., *Clarus
num. 2.*, *Baronius num. 137.*, *Gomesius num.
57.*, ubi subdit proximum infantiæ ex deli-
cto non teneri.

8 Verum ut major infante ex delicto puniri
possit, tria necessario requiruntur; primo
quod sit proximus pubertati; secundo quod
sit doli capax; & tertio quod delictum sit
in committendo; *Clarus num. 2. ver. scias
tamen*, *Tuschi lit. M. concl. 256. n. 30.*, et-
enim delictum in amittendo, aut negligendo
9 in tali impubere non punitur, *Gomesius n.
59.*, ubi *Ayllon num. 50.*, *Bersanus de pupill.
cap. 3. q. 1. num. 13.*, *Altimari num. 758.
ver. & pupilli doli capax*. Prout neque de-
10 lictum carnis tam in agendo, quam in pa-
tiendo, *Clarus num. 3.*, *Bersanus num. 10.*,
Baronius num. 142., *Altimari ver. excusatur*,
Antonellus de temp. leg. lib. 2. cap. 16. n. 8.,
11 quoniam excusatur ex defectu, & impoten-
tia naturali, cum censeatur incapax illius de-
licti propter ætatem, late *Gomesius num. 59.*,
ubi Ayllon num. 59., quia talia crimina post
12 pubertatem incipiunt; cum in eo tempore
malitia incipiat; nam viri, aut feminæ ante-
quam pubescant, inhabiles regulariter ad co-
pulam reputantur, *Baronius num. 143.*, *Al-
timari num. 758. ver. sequendi*; *Jovius de so-
lemn. in contr. minor. Glos. 10. §. 1. num. 4.*

13 Quod & verum putat *Gomesius num. 60.*,
etiamsi talis impubes sit viripotens, ejusque
malitia ætatem suppleat. Et quamquam de
Jure Canonico potentia viri consideretur in
matrimonio, & similiter in accessu cum vir-
gine, ut ipsam in uxorem ducat, per *Text.
in cap. 1. de adult.*: nihilominus tamen quo-
ad delinquendum, & carnis delictum punien-
dum jus civile attendendum est. Subditque
laudatus Gomesius, quod defendit quem-
dam minorem undecim annorum, qui acces-
sum habuit contra naturam ad canem, atque
semen emisit, quod probatum fuit, & tamen
14 obtinuit, quod fuit liberatus, licet cum dif-
ficultate. Verum *Ayllon ad d. Gomesium n.
60.*, *Clarus num. 3.*, *Tuschi lit. M. concl. 256.
num. 32.*, & *35.*, aliique tenent, talem im-
puberem puniri posse pœna extraordinaria,
si ejus malitia ætatem suppleret. Et respectu
sodomiæ quod mitius puniatur, vide *Baro-
nium num. 151.*, & *Decianus tract. crim. de
excus. reor. cap. 34. num. 46.* dat exemplum
malitiæ ætatem supplentis in impubere; nem-
pe quidam impubes aureum folium abstulit
a Diana, vocatus a Judice, eidem dederunt
electionem circa apposita poma, nuces, &
alia cibaria, & aureum velum, & cum ele-
gisset aureum velum, judicavit illum dolo
capacem, ut malitia suppleret ætatem.

15 Et quamquam respectu homicidii impubes
doli capax sit, decapitari tamen non debet.
Et in omnem casum pro quocumque gravi
delicto nequit capitali pœna affici; ejusque
pœna citra mortem, membrive mutilationem
esse debet, ut pluries servatum vidit *Clarus
§. fin. q. 60. num. 3.*, *Tuschi lit. M. concl.
256. num. 3.*, *Bersanus de pupill. cap. 3. q. 1.
num. 6.*, *Altimari de nullit. contract. tom. 6.
rubr. 2. q. 1. num. 758. ver. sed in eo*, *The-
saurus dec. 101. num. 5.*. Etenim semper mi-
16 nor dolus præsumitur in pupillo, quamvis
dolo capace, quam in adulto; eapropter mi-
tiori pœna afficiendus est, *Bersanus num. 8.*

17 Immo neque corporaliter pro aliquo deli-
cto puniri potest, *Tuschi num. 28.*, *Meno-
chius de arbitrar. cas. 329. num. 7.*; sicque
torqueri nequit neque in seipsos, neque in
18 alios, *Altimari ver. minor. 14. ann.*, *Sabel-
lius*

lius §. minor num. 5., *Scyaloja in prax. torq.*
reos cap. 13. num. 3., Baronius *effect. 4. cir-*
ca judicial. num. 1.
19 Et si fuerit tortus, & confessus, ejus con-
fessio non nocebit; immo neque indicium
ad torturam contra ipsum faceret, *Scyal.*
cap. 14. num. 47., *Virgil. de legitim. pers. cap.*
3. num. 18., *Baronius num. 2.*, *Altimari loc.*
cit., *Scoppa ad Sarnum in prax. crim. cap.*
41. num. 39.
20 Poterit benevero terreri, & ferula cædi ad
veritatem eruendam, *Sarnus num. 1.*, *ubi*
Scoppa num. 40., *Baronius num. 6.*, *Mastril-*
21 *lus dec. 295. num. 16.*, *Farinac. quæst. 41.*
num. 17., quod in infante non permitti tra-
dunt, *Farinac. num. 21.*; *Grazin. de defens.*
reor. defens. 30. cap. 11. num. 10., *Sabellius*
§. minor. num. 5., *Bajard. ad Clarum §. fin.*
q. 64. num. 68., *Scyaloja num. 4.*, *Baronius*
num. 12.
22 Neque, facto majore, de delicto in pupil-
lari ætate confecto torqueri potest, *Baro-*
nius num. 21., quia sicuti in ea ætate tor-
queri non poterat, ita neque major factus;
cum delicti tempus attendatur, *Antonellus*
de temp. leg. lib. 2. cap. 16. num. 6., *Clarus*
quæst. 60. vers. sed numquid; *Altimari n. 758.*
ver. sed minor delinquens.
23 Verum in crimine læsæ majestatis divinæ,
aut humanæ impubes torqueri quidem potest,
per *Text. Arcadii in l. De minore 10. ff. de*
quæstion. Follerius in prax. crim. ver. item
quod commisit num. 6. fol. 225., *Grazin. de-*
fens. 40. cap. 11. num. 9., *Baronius effect. 4.*
circa judicial. num. 13., *De Marinis var. 2.*
cap. 169. num. 9., *Scoppa ad Sarnum in prax.*
crim. cap. 41. num. 43.. Prout & in altero
atroci crimine, ut in homicidio præmedita-
24 to, vel commisso ab eo, qui alia duo pa-
traverit homicidia, vel in veneni propinatio-
ne, ceterisque, quæ congerit *Majoran. in*
prax. crim. lib. 2. cap. 9. num. 30., quem
refert *Scoppa ad Sarnum num. 44*, & vide
Baronium num. 14, *& seqq.*, cum talia de-
25 licta maturæ ætati potius, ejusque malitiæ,
quam adolescentiæ, & imprudentiæ conve-
niant. Dummodo tamen talis tortura consul-
to Principe fiat; aut brachium Regium ha-
bente, *Scoppa loc. cit.*
26 Quoties tamen tortura pubertati proximo
inferenda erit, moderate practicari debet,
ut advertunt *Bajard. ad Clarum §. fin. quæst.*
64. num. 6., aliique apud *Scoppa ad Sarnum*
num. 45.
27 Et si condemnandi sunt, condemnari de-
bent ad triremes, & non ad remigandum,
ut fuit practicatum contra puerum 12. anno-
rum cum dimidio, qui surripuit jocalia valo-
ris quadragintatrium librarum argenti a ma-
nibus, & pectore SS. Virginis de Rosario,
prout refert *Altimari de nullit. contr. tom. 6.*
rubr. 2. q. 1. num. 758. ver. in atrocibus.
28 Possunt etiam ad tempus deportari, & re-
legari secundum personas, delictique circum-
stantias, *Bossius in prax. de bonor. publicat.*
num. 69., *Narbona de ætate anni 10. cum*
dimidio quæst. 9., *Cacheranus dec. 105. n. 9.*
29 Et in atrocioribus possunt etiam furca sus-
pendi, prout refert *Ludovis. dec. 17. n. 55.*,
& 72., ubi puer minor 14. ann. quia una cum
grassatoribus viarum tenuit habenas equi iter
agentis, dum eum in publica via furabantur,
fuit propterea furca suspensus.
30 Pariterque *Farinaceus de pæn. temp. quæst.*
92. num. 106. tradit, quod tempore Grego-
rii XIII. quidam impubes cum esset particeps
fugæ, quam quidam ab arce facere præpara-
verat; fuit per pedes suspensus.
31 Et *De Marinis ad Reverterium obser. 525.*
num. 3., refert puerum 12. annorum fuisse
ad mortem damnatum, ex eo quia cum duo-
bus associatis dominum suum occidit. Et idem
De Marinis var. 2. cap. 169. num. 3., plene
probat, quod pubertati proximus propter
gravissimum scelus pæna mortis affici potest.
32 Verum *De Luca ad ipsum De Marinis n. 7.*
istius sententiam nimis rigorosam sentit; at-
que cum *Sarno in prax. crim. cap. 43.*, quod
in tali, similique casu etiamsi pubertati pro-
ximus, & etiam ipsemet pubes reiterate, &
atrociter delinqueret, non videretur tamen
fuisse sola sui ingenii perspicacitate; beneve-
ro consilio, aliorumque auxilio. Hinc firmat,
quod sola impuberis malitia ex se non ope-
ratur; quia alias absque consilio, & auxilio
sociorum forsan non deliquisset. Eapropter
servatum vidisse testatur *Sarnus*, quod duo
minores cum per campaneam armati incesse-
rint cum capite bannitorum, & multa furta
in comitiva patrarint, fuerunt tandem ad
pænam extraordinariam condemnati. Sed
33 *De Luca ad Franchis in dec. 230. num. 5.*,
hanc Sarni sententiam, & ponderationem,
neque contemnit, neque absolute admittere
existimat, propter contraria exempla a ce-
teris Doctoribus relata. Eapropter cum *De*
Marinis num. 3., *& seqq.*, firmandum est,
quod in atrocibus ætas pubertati proxima a
pæna ordinaria excusari potest, & procedit
una opinio. In atrocissimis delictis vero se-
34 cus erit, & procedit altera opinio. Delicta
autem atrocia videas apud *Farinaceum quæst.*
92. num. 107., *Grazin. defens. 29. cap. 17.*,
qui exemplificant in fure famoso; in crimine
falsæ monetæ; in muliere abortum procu-
rante; in furto rei sacræ; in stupro violen-
to; in homicidio voluntario, & similibus.
Atrocissima vero in parricidio, crimine læsæ
majestatis, homicidio domini per servum pa-
trato, & similibus; vide *Antonellum de temp.*
legal. lib. 2. cap. 16. num.
35 Ex delicto tamen, quod tantum per Sta-
tutum, vel Consuetudinem punibile est, non
teneri minorem pubertati proximum, licet
doli capax sit, firmat *Gomesius var. 3. cap. 1.*
num. 61., ubi subdit, quod si in aliquo loco

imp. sita sit pœna iis, qui frumentum, vinum, aliamve rem extraherent, impubes quamquam doli capax, si controvenerit, non teneretur, *Ayllon ad Gomesium num.* 61.

36 Sed an adversus delictum poterit pupillus in integrum restitui? Negative respondent *Caball. resol. crim. cas.* 48. *num.* 2., *Mauritius de restit. in integr. cap.* 162. *num.* 1.. Verum si delictum confessus fuerit, & de ipso delicto aliunde non constaret, danda
37 ei erit restitutio adversus confessionem, *Clarus in prax. crim. §. fin. quæst.* 60. *ver. sed in omnem casum*, *Bersanus de pupill. cap.* 3. *quæst.* 1. *num.* 20., & 21.

38 Respectu vero puberis majoris 14. annorum dicendum est, eum ex delicto non excusari, cum juris regula sit, ut in delictis pubes non subveniatur, ut *in l. Si ex causa §. nunc videndum ff. de minor.*, & *in l. Si minor. §. ad l. Jul. de adult. plene Thesaurus*
39 *in dec.* 161. *num.* 3.; semper tamen propter ætatis imbecillitatem erit mitius Judicis arbitrio puniendus, per sententiam Triphonini *in l. Auxilium* 38. *ver. in delictis ff. de minor.*, & tradunt *Thesaurus num.* 7., *Clarus §. fin. quæst.* 60. *num.* 3., *Tuschi lit. M. concl.* 256. *num.* 6., *Baronius effect.* 10. *circa judicial. num.* 157., *Grammatic. dec.* 23. *n.* 12.,
40 *De Franchis in dec.* 230. *num.* 1., Subdit vero *Clarus loc. cit.*, quod si delictum fuerit commissum sine dolo, poterit minor restitutionis ope juvari, ut a tota pœna excusetur; dum autem intercessit dolus, deneganda erit restitutio; quod verum esse dicit *Tuschi num.* 12., quoad totam pœnam; sed restitui potest, ut extraordinarie puniatur.

41 Pubes igitur ratione ætatis non pœna ordinaria, sed mitiori Judicis arbitrio puniendus erit; cum plenum rationis judicium, ac consilium non habeat, plene *Altimari de nullit. contr. tom.* 6. *rubr.* 2. *q.* 1. *num.* 759. *ver. minor. ann.* 25.. Et quia minor ætas est causa intrinseca legis pœnam minuentis, ideo Judex ad eam minuendam obligatus est, *Grammatic. cons.* 14. *num.* 5., *Tuschi num.* 14., ubi subdit, pœnæ diminutionem esse beneficium
42 a jure in minoris favorem inductum, eapropter pendere nequit a Judicis arbitrio, neque a Judice tolli potest.

43 Et si pœnam Judex minorare negat, ab ejus sententia appellari potest, *Gomesius var.* 3. *cap.* 1. *num.* 63., ubi subdit, teneri Judicem in Syndicatu, cum minor ætas justa causa sit, ut ipso jure delictum, ejusque pœna minuatur. Et dum Judex inique arbitratur in iis, quæ a Judicis arbitrio dependent, infert gravamen, a quo appellari potest; quod ita verum volunt *Follerius in prax. crim. p.* 4. *num.* 17., *Grammatic. dec.* 23. *num.* 1., *Thesaurus dec.* 161. *num.* 6., itaut Judex ex necessitate minorare pœnam teneatur.

44 Nihilominus tamen omnia prædicta antiquitus verissima erant, ut tenebatur Judex beneficii a jure in minoris favorem inducti, ejus delicti pœnam minorare. Hodie vero per Regiam Prag. editam sub die 26. Octobris 1558. impressam in novis Pragmaticis in 1. sub tit. *de minorib.* statutum habemus, hoc arbitrium minorandi pœnam in delictis minorum necessitati nequaquam subjacere; sed in mero Judicis arbitrio esse, an ordinaria, vel mitiori pœna minores delinquentes plectendi sint, considerata delicti qualitate, delictorum reiteratione, delinquentis persona, aliisque circumstantiis, plene *Maradei sing.* 231., *Sanfelice dec.* 57., *Altimari de nullit. contr. tom.* 6. *rubr.* 2. *q.* 1. *n.* 762.

45 Hinc legimus apud *De Franchis in dec.* 230. *num.* 3., quod quidam minor ob parricidium cum veneno in patre commissum per M. C. fuit condemnatus ad capitis amputationem, quod deinde cum corpore inclusum fuit in sacco, & dolio, & in mari fuit projectum, ut sepultura careret, juxta Tex. in *l. Pœna parricidii ff. ad l. Pomp. de parricid.*, quam sententiam S. C. confirmavit, & quoad capitis amputationem fuit exequtioni demandata.

46 Et *Grammaticus in dec.* 48. decisum testatur, quod minor pro magno furto ad mortis pœnam damnatus fuit. Et *Calà de rest. in integr. quæst.* 39. *num.* 34., quem refert *Altimari num.* 759. *ver. minor ann.* 15. tradit,
47 quod minor, qui cum associatione forjudicatorum per campaneam incessit, furta, & alia delicta committens, decreto M. C. fuit suspensus.

48 Econtra vero ad pœnam extraordinariam condemnatos reperimus minores pro eodem delicto, quod armati cum comitiva bannitorum per campaneam multa furta, & delicta commiserunt, ut tradit *Sarnus in prax crim. cap.* 43., ubi in anno 1645. in caussa Pauli Mazzone publici capitis bannitorum, cum quo associati erant duo minores armati, & per campaneam multa furta, aliaque enormia delicta patrarunt, qui minores fuerunt ad pœnam extraordinariam, nempe ad triremes condemnati.

49 Hinc est, quod pœnæ diminutio non a necessitate, sed ab libero Judicis arbitrio dependet, qui delicti atrocitate, personæ qualitate, aliisque circumstantiis consideratis, sententiam condemnationis proferat. Bonam vero regulam tradit *Sarnus loc. cit.*; ut nempe si malitia ætatem suppleat, & tunc semper minor ordinaria pœna punitur, ut quando ex sola sui ingenii perspicacitate, & consilio delinqueret, ut fuit casus relatus a *De Franchis in d. dec.* 230., Cum autem aliorum auxilio, & consilio delinqueret, quia alias non delinquisset, & tunc ordinaria pœna plecti poterit. Et quia firma regula adsignari nequit, iccirco Judicis arbitrium regulatum esse debet, *De Luca ad Franchis num.* 4., *Altimari de nullit. contr. tom.* 6.

rubr.

rub. 2. q. 1. num. 762. ver. sic arbitrium, hinc
tradit *Sanfelicius dec. 57 num.* 10., esse usu
receptum in S. C., minores imberbes ad
triremes non transmitti, ad vitanda scandala;
& subdit, quod in causa Andreæ Cuccorolæ
minoris inquisiti de appensato, & proditorio
homicidio fuit sub die 31. Januar. 1625.
per M. C. provisum, quod remiget vita durante.
Sed proposita appellatione in S. C.
fuit provisum, visa persona, bene appellatum,
& quod remaneat carceratus per triennium
in carceribus M. C., quo tempore elapso,
transmittatur ad Regias triremes, in quibus
remiget per quinquennium.
51 Et si minor fuit ordinaria pœna delicti condemnatus,
poterit quidem post sententiam
opponere exceptionem minoris ætatis ad alleviandam
pœnam per sententiam impositam;
immo allegari, & opponi potest per tertium,
Carroc. de minor. in delict. excus. quæst. 31.,
quem laudat *Baronius effect.* 10. *circa judic.
num.* 194. Restitutionem vero damnorum,
52 & interesse in partis beneficium, licet ipse
minor extraordinarie condemnetur, numquam
evitabit, *Caball. resol. crim. cas.* 82.
num. 15., *Scaccia de sent. & re judic. Glos.*
14. *quæst.* 19. *num.* 70., *Merlinus p.* 1. *cent.*
19. *num.* 23., *Capyc. Latr. dec.* 35. *num.* 5.
53 Nota tamen, quod si delicto aliunde non
constat, quam per confessionem ipsius minoris,
poterit talis minor adversus suam confessionem
in integrum restitui ad delictum
evitandum, *Clarus §. fin. quæst.* 60. *ver. sed
in omnem casum*, *Bersanus de pupill. cap.* 3.
q. 1. *num.* 21.
54 A tortura minor ætatis prætextu excusari
nequit, *Mandosa de ætat. minor. cap.* 5. *n.*
48., *Gomesius var.* 3. *cap.* 1. *num.* 67., *&
cap.* 13. *num.* 3., *Clarus §. fin. q.* 64 *ver.
quæro numquid minores*, *Farinaceus quæst.* 41.
num. 16., *Narbona de ætate ann.* 14. *quæst.* 42.
num. 1., aliique apud *Baronium effect.* 4. *circa*
55 *judicial. num.* 26.; intelligas vero de leviori
tortura, attenta qualitate personæ, ac ætate,
Farinac. num. 21., *Gomesius loc. cit.*, *Baronius
num.* 27. In qua tortura minori inferenda
56 ejus curator intervenire debet, *Baronius
num.* 28., *Scialoja in prax. forjudic. cap.*
13. *num.* 8., *Virgilius de legitim. person. cap.*
3. *de legitim. person. minor num.* 16., *Narbona
de ætate ann.* 14. *quæst.* 43. *num.* 8.
Nisi interfuisset curator processui, & senten-
57 tiæ, qua ad torturam minor ipse fuit condemnatus,
quoniam tunc non est necesse,
ut in illius executione sit præsens, nec minus
post torturam, quando apud acta ratificat,
vel negat, *Baronius num.* 29., *Menochius cons.*
100. *num.* 142., *Afflictus dec.* 208. *num.* 8.
58 Alias si sine curatore adultus confessus fuerit
delictum, confessio erit nulla, *Baronius n.*
31., etiamsi fuerit jurata, *Baronius effect.* 5.

59 Fallit tamen in delictis atrocissimis, quoniam
tunc valebit minoris confessio etiam
sine curatore facta, *Baronius num.* 13., *Montalbar.
de tutel. cap.* 32. *num.* 76., *Sanfelice
dec.* 57. *sub num.* 7.. Prout & valeret, si da-
60 tus ei fuit legitimus procurator, *Baronius
num.* 15., *Sanfelice loc. cit.*
61 Sed an minor banniri, & forjudicari possit?
Negant *Paschalis de patr. pot. p.* 2. *cap.*
10. *num.* 22., *Baronius effect.* 6. *circa judicial.
num.* 1., *& seqq.*, *Mastrill. dec.* 181., sed
contrarium verius est, quando minor pœna
62 ordinaria veniret puniendus, ut tradunt *Scialoja
in prax. forjudic. cap.* 13. *num.* 13., *&
seqq.*, *Altimari de nullit. contr. tom.* 6. *rubr.*
2. *q.* 1. *num.* 760. *ver. difficultas est*. Eapropter
63 minori ætate allegata, nequit procedi ad
forjudicationis sententiam sine vitio nullitatis,
Maradei obser. ad sing. 231., ubi per
M. C. decisum refert de mense Novembris
1663. in causa executionis sententiæ forjudicationis
fuisse pronunciatum, *primam nullitatem*,
idest minorem ætatem, *obstare*; *ac
proinde audiatur ex integro*.
64 Et *De Rosa in prax. crim. cap.* 15. *num.* 45.
refert, quod Johannes Baptista de S. Cypriano
pro homicidio ictu scoppictæ commisso,
cum opposuisset se tempore delicti fuisse minorem,
ac propterea sibi dilationem ad fidem
præsentandam concedi, fuit per M. C. suspensum
a procedendo ad ulteriora, & provisum,
quod pro recognitione lib.i accedat
solertissimus Judex Vignapiana; prout accessit.
Sed tandem fuit minor reus ad Regias
triremes condemnatus.
65 Sed an Judex condemnando minorem,
non obstante minori ætate allegata, in aliquam
pœnam incidat? Videndus omnino *Maradei
obser. ad sing.* 231. *num.* 5., ubi refert
casum, quod in anno 1628. Auditores, &
Fiscalis Reg. Aud. Capitanatæ, & Comitatus
Molisii condemnarunt quemdam minorem
Franciscum Pusicato sub prætextu, quod
per campaneam cum cannitiis incessisset, per
quod dicti Auditores, & Fiscalis fuerunt ab
officio suspensi, atque bis vocati, & citati,
ut Neapolim se conferrent de ordine Excellentissimi
Proregis. Et capta exinde informatione
fuit per M. C. judicatum, esse expectandum
tempus Syndicatus. Sed causa
introducta in S. C., fisco pariter inhærente,
fuit in contrarium decisum. Facta vero relatione
in Collat. Cons. sub die 5. Novembris
1629. fuit per majorem partem votatum,
ut citarentur. Quibus inde examinatis fuit
provisum, esse impartiendas defensiones infra
tus. Sed dum reclamassent, fuit per Reg.
Consil. Carleval. junctis omnibus Actis decisum,
quod dicti officiales liberentur, &
habilitentur super novis.

C A P. XI.

De Accusatione.

SUMMARIUM.

Accusare non omnibus permittitur; num. 1.
Pupillus accusare non potest, num. 2., *&* 3., *& num.* 9., *& seqq.*
Tutor solus an pro pupillo accusare possit, n. 4., *&* 5.
Tutor tenetur de damno, quod pupillo advenerit ex accusatione ab ipso tutore instituta, num. 7., *& seqq.*
Minor an possit sine curatore accusare, num. 14., *& seqq.*
Accusatio non datur contra infantem, nec contra pupillum pubertati non proximum; num. 19., *& seqq.*
Proximus pubertati, atque minor potest accusari, num. 21.

1 Accusationem instituere non omnes possunt; cum aliqui propter sexum, aliqui propter ætatem, & aliqui aliis ex causis prohibiti sint, prout exponit Marcellus *in l. Qui accusare* 8. *ff. de accusat.*. Hinc pupillus ex ætatis defectu accusare nequit
2 per sententiam Pomponii *in l. Certis ex causis* 2. §. *pupillis ff. de accusat.*, & tradunt *Gomesius de delict. cap.* 1. *num.* 31., *Virgilius de legitim. pers. cap.* 3. *num.* 1., *Clarus* §. *fin. quæst.* 14 *num.* 6., *Narbona de ætate ann.* 25. *q.* 41. *sub. num.* 1., *Baronius effect.* 2. *circa judicial. num.* 5., *Bersanus de pupill. cap.* 3. *q.* 2. *num.* 1.; immo neque cum auctoritate sui tutoris; cum pupilli sint penitus
3 accusationis incapaces, ut probant *Narbona num.* 14., *Baronius num.* 8., *Farinac. quæst.* 12. *num.* 15.
4 Solus tutor benevero accusabit pro injuria illata suo pupillo, vel suis; *Narbona loc. cit.*, *Virgilius num.* 3., *Baronius num.* 14., *Bersa-*
5 *nus num.* 11.. Hac tamen differentia, quod pro infante accusare debet tutor, non infantis nomine, sed tutorio nomine; pro majore autem infante accusabit ipsius impuberis nomine, *Narbona loc. cit.*, *Virgilius n.* 9., *Baronius num.* 16., & ita intelligendum *Tuschum lit. A. concl.* 161. *num.* 6. tradit ibidem Narbona. Verum *Bersanus num.* 15. ad cautius agendum putat, quod tutor expresso
6 proprio nomine accuset narrando se esse tutorem, non exprimendo, an proprio, an tutorio nomine accusare intendat; quoniam tunc amputatis juris ambiguitatibus admittenda erit accusatio eo meliori modo, quo sustineri potest.
7 Et si pro tali accusatione a tutore instituta aliquod damnum pupillo evenerit, erit ad illud tutor condemnandus, per Rescriptum Impp. Severi, & Antonini *in l. Polla* 2. *Cod. de his, quib. ut indign.*, *Bersanus n.* 16.,
8 cum sufficiens erit, si tutor proprium nomen accusationi inscripserit, per Tex. eorumdem Impp. Sever., & Antonin. *in l. Si cautiones* 2. *Cod. qui accus. non poss.*
9 Multis tamen in casibus potest pupillus cum auctoritate sui tutoris accusationem proponere. Et primo si velit sui, suorumque injuriam, accusando, prosequi, per sententiam Pomponii in *l. Certis* 2. §. *pupillus ff.*
10 *de accusat.*, *Virgil. num.* 3., *Bersanus num.* 2., & 3.. Nisi contra proprios parentes accusare vellet, volens suorum injuriam vindicare; unde nequit contra matrem accusationem adulterii proponere; cum talis accusatio bonis moribus repugnet, atque reverentiæ matri debitæ, *Cyriac. contr.* 104. *n.* 17., quem laudat *Bersanus num.* 4.. Et quamquam adulterii accusatio minori 25. ann: sit prohibita, cum non videatur idoneus accusator, qui nondum robustæ ætatis sit, nihilominus tamen propriam uxorem de adulterio quidem pupillus, aut minor accusare potest, per Tex. Ulp. in *l. Si maritus* 15. §. *lex Julia ff. ad l. Jul. de adult.*, *Bersanus num.* 5.
11 Secundo potest pupillus accusare in crimine læsæ Majestatis, *Bersanus num.* 7., *Vivius com. opin.* 677. *num.* 15., *Farinac. quæst.* 12. *num.* 15., *Baronius effect.* 2. *circa judicial. num.* 7.
12 Tertio quando adesset Statutum, quod quilibet posset accusare; quoniam tunc etiam inhabiles, ut sunt pupilli, & minores accusare possunt, *Baronius num.* 9.
13 Quarto dum Patris testamentum falsi accusat, *Bersanus num.* 8., ubi laudat *Cujacium ad l. Certis ex causis* §. *pupillis ff. de accusat. lit. C.* firmantem, fore subveniendum pupillo, si in accusatione hac succubuit.
14 Respectu vero adulti, seu minoris dicendum est, neque ipsum esse legitimum accusatorem, cum perventus non dicatur ad robustam ætatem; secundum *Glos. in l. Si maritus* 15. §. *lex Julia ver. specialiter ff. ad l. Juliam de adult.*, quod tamen intelligas sine curatore; nam cum ejus auctoritate accu-
15 sare quidem poterit, *Glos. in l.* 4. *Cod. qui accus. non pos.*, *Clarus* §. *fin. quæst.* 14. *n.* 7. *in fine*, *Virgilius de legitim. pers. cap.* 3. *n.* 5., *Narbona de ætate ann.* 25. *q.* 41. *num.* 11., & 14.. *Baronius effect.* 2. *circa judicial. num.* 22., *Bersanus cap.* 3. *q.* 2. *num.* 18., *ubi cum Claro loc. cit.* firmat adhuc de consuetudine ita receptum esse, ut quicumque pupillarem ætatem sit egressus accusationem cum curatoris auctoritate instituere possit.

Ali-

16 Aliquando tamen etiam sine curatoris au-
ctoritate accusare minor potest; & primo in
criminibus exceptis, *Virgilius num. 6.*, Baro-
17 *nius num. 23.*, *Bajardus ad Clarum num. 25.*,
secundo ubi suam, vel suorum injuriam pro-
sequeretur, *Clarus num. 7.*, *Virgilius n. 7.*,
Baronius num. 24.. Tertio in crimine adul-
18 terii, in quo tamen non potest accusare,
etiam ad vindicandum suorum injuriam; sed
tantum si cum propria uxore fuerit adulte-
rium commissum, per Text. Ulp. in *l. Si
maritus §. lex. Julia ff. de adult.*, Bajardus
ad Clarum num. 26., aliique apud *Baronium
num. 26.*
19 Accusari vero nequit infans, vel infante
minor, nec minus ejus tutor pro eo. Etenim
doli capax infans non est, & quicquid agit,
20 ignorat, *Baronius effect. 3. circa judicia. n.
1.*, *& 2.*. Et idem erit de pupillo puberta-
ti non proximo, ut tradit *Narbona de aetate
ann. 10. cum dimidio q. 6. num. 3.*, *Baronius*
21 *num. 5.*, *& 6.*. Proximus vero pubertati,
atque adultus, seu pubes accusari quidem
potest, etiam sine curatoris auctoritate, Ba-
ronius num. 8., & vide *Virgilium de legitim.
pers. cap. 3. num. 19.*, *& 25.*

C A P. XII.

De Remissione offensae.

SUMMARIUM.

Regale indultum multis ex causis evenire potest, num. 1.

Forjudicati non comprehenduntur sub generali indulto, num. 2.

Ad indultum obtinendum partis remissio necessaria est, num. 3., & 4.

Princeps parte non concordata nequit inquisito facere gratiam, num. 5., & 11.

Princeps nequit juri tertii praejudicare, n. 6.

Indultum multis in casibus valet parte non concordata, num. 7., & seqq.

Remissio partis est necessaria ad gratiam a Barone obtinendam, etiamsi ipsius querela non intervenit, num. 10.

Remissio partis debet fieri penes acta Curiae, ubi offensi habitant, num. 12., & seqq.

Remissio potest fieri per actum publicum Notarii, si officialis praesentia intercessit, num. 15.

Probatio contraria permittitur parti adversus remissionem metu extortam, num. 16.

Sola remissio morientis non sufficit ad gratiam obtinendam, sed omnium, quorum interest, requiritur, num. 17.

Remissio pro patre occiso an competat simul masculis, & feminis, num. 18., & seqq.

Posthumus an etiam remissionem efficere debeat, num. 27., & 28.

Remissione per patrem facta, non est necessaria nova remissio posthumi nascituri, num. 29.

Infans remissionem efficere nequit, num. 30.

Solus tutor pro infante remittit, num. 31.

Decretum Judicis in remissione infantis necessarium est, num. 32.

Affertur praxis, num. 33., & seqq.

Remissio infantis an valeat etiam pro expensis, num. 38.

Tutor etiam solemnitatibus non adimpletis potest remissionem efficere, num. 39.

Pupillus major infante potest remissionem efficere cum interventu tutoris, num. 40.

Sed an Judicis decretum requiratur, num. 41., & seqq.

Tutor an debeat esse generalis, aut specialis, num. 46., & seqq.

Tutor etiamsi solemnitates non adimplevit, remissionem efficere potest, num. 49., & 50.

An pupillus adversus remissionem factam restitui possit, num. 51., & seqq.

Facta remissione offensae an censeantur remissa damna, & interesse, num. 55., & seqq.

Heres occisi potest agere contra occisorem ad aestimationem operarum, quas ministrare occisus potuisset, num. 60., & 61.

Pupillus remittens damna, & interesse dicitur laesus, num. 62., & 63.

Formula remissionis, num. 64., & 65.

Minor curatorem habens cum ejus auctoritate remittere debet, nec Judicis auctoritas est necessaria, num. 66., & 67.

Minor curatorem non habens remissionem efficere potest etiam sine Judicis decreto, num. 68., & seqq.

Restitutio denegatur minori adversus offensam remissam, num. 72.

Remittendi jus, quibus successio defertur, competit, num. 73.

Sola filiorum remissio sufficit pro nece patris, & non est necessaria remissio uxoris, num. 74., & seqq.

Remissio per procuratorem fieri nequit, num. 77.

Remissio an per testes probari possit? n. 78., & 79.

Remissio an sit necessaria, etiamsi per partem offensam non fuit querela proposita, num. 80., & quibus in casibus non sit necessaria, n. 81.

Differentia inter nobiles, & ignobiles, num. 82.

Filio occiso, tam pater, quam mater, fratres, & sorores remittere debent, num. 83.

Injuria facta filio, an sufficiat sola ejusdem remissio? num. 84., & seqq.

Eve-

1 EVenit passim, ut Princeps Supremus ob
aliquod sibi prospere eventum generale
indultum delinquentibus concedit, nem-
pe in tempore sui matrimonii, coronationis,
ob nativitatem filii sui primogeniti, & simi-
lium, de quibus apud Paulum in *l. Abolitio*
8. ff. ad S. C. Turpill., ubi *Abolitio aut pu-*
blice fit ob diem insignem, aut ob publicam
gratulationem. Vel ut subdit Martianus in
l. vel ob rem 9. ff. eodem, ubi *vel ob rem pros-*
pere gestam; quia nempe devicit hostes, ut
declarat *Glos.*, & tradunt *Novarr. in collect.*
ad rubr. prag. de abolition. num. 15., Guid.
Papa *dec. 36.*, aliique apud *Scialoyam in prax.*
forjudic. cap. 24. num. 1.
2 Quæ indulta in hoc nostro Regno Nea-
politano pluries concessa fuisse apparet ex
prag. 1., & 2. de abolit., ubi etiam quoad
forjudicatos fuerunt extensa; qui nisi expri-
muntur, sub generali indulto non veniunt,
ut habetur in *cap. Reg. incip. Provisa juris*
Sanctio, & vide *Scialoyam num. 2.*
3 Ut autem talia indulta procedere possint
necesse est, ut partis remissio adsit; cum
semper in Principis indultu apponatur clau-
sula, *dummodo indultandus obtinuerit remissio-*
nem partis intra certum tempus, prout legi-
tur in *d. prag. 1., & 2.*, & in aliis novissime
editis ab invictissimo Rege Hispaniarum Ca-
rolo III., olim in hoc nostro Regno Nea-
politano feliciter regnante. Et ab ejus vere
meritissimo filio Ferdinando IV. nunc feli-
cissime Regnum prædictum gubernante, &
splendidissime dominante. Quæ clausula adeo
4 necessaria est, ut alias indultum non valeret,
ut tradunt *Scialoya num. 15.*, *Mastrill. de in-*
dulto cap. 24. num. 1., & seqq., *per Tex. in*
l. fin. Cod. de abolit., *& in l. 2. Cod. de pre-*
5 *cib. imp. offer.* Nam Princeps, parte non
concordata nequit inquisito gratiam facere,
ut tradunt Guagin. *ad defens. reor. defens. 34.*
cap. 3. num. 1., *Farinac. de inquisit. quæst. 6.*
num. 18., *Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit.*
3. §. 1. num. 17., *Capiblanc. de Baron. prag.*
6. num. 28., *Riccius collect. 2016.*, *Mastrill.*
6 *loc. cit.*, *Scialoya num. 16.*, cum non possit
Princeps juri tertii præjudicare, vide *Thesau-*
rum in dec. 21. num. 3.
7 Valebit tamen indultum, parte non con-
cordata, si fuerit ob publicam utilitatem con-
cessum, *De Nigris in cap. Reg. 12. num. 8.*,
Reg. De Ponte de pot. Prog. tit. 1. §. 4. n.
6., *Catal. de indulto cap. 22.*, aliique apud
Scialoyam num. 25., & 26. Neque partis
8 remissio erit necessaria in delicto casuali; ne-
que etiam in casu, quo pars offensa dedit
causam offensæ, plene *Scialoya in prax. for-*
judic. cap. 24. num. 23. Et idem erit, quan-
9 do pars offensa non querelavit, sed ex offi-
cio Judex processit; quoniam tunc ad indul-
tum accipiendum remissio partis neque erit
necessaria, ut tradit *Mastrillus de indulto cap.*
24. num. 10., quem laudat *Scialoya num. 21.*,
& 29., ubi tamen limitat in casu, quo reus
10 vellet gratiam a Barone obtinere, quoniam
necessaria tunc erit partis remissio, non ob-
stante, quod eadem querelam in Curia non
proposuit.
11 De veritate tamen illius quæstionis, si pos-
sit vel ne Princeps gratiam, parte non con-
cordata, concedere, vide *Sanfelic. dec. 54.*,
sed supposito, quod in indulto adsit clausula
de solito imponenda, pro concordanda par-
te, dubio procul debebit delinquens ad in-
dultum gaudendum offensi remissionem pro-
curare. Quæ remissio quamvis ex præcepto
dominico descendat, *diligite inimicos vestros,*
& benefacite his, qui oderunt vos; & quoad
12 Deum ex corde provenire sit sufficiens; nec
erit necesse, ut in scriptis, & per actus ex-
teriores fiat, ut docet *D. Thomas 2. 2. quæst.*
25. art. 9., *Clarus §. fin. q. 58. ver. quæro*
13 *modo*; *Sabellius §. pax num. 1.*; nihilosecius
tamen in nostro Regno licet antiquitus suf-
ficiens erat, ut per publicum actum Regii
Notarii stipularetur; hodie tamen ad tollen-
das præsumptiones metus, & violentiæ, quos
conjuncti, aut principales in ea facienda pa-
ti assolent, statutum est per *prag. Unicam*
de remiss. part., *prag. 6. de composit. §. 9.*,
prag. 25. de exulib., *& per Rit. 275.*, ut talis
remissio penes acta Curiæ cum interventu,
& præsentia Officialis loci, ubi offensi habi-
tant, fieri debeat, & tradunt *Capiblanc. de*
Baronib. prag. 6. num. 29., *De Marinis var.*
1. cap. 9. num. 36., *Scialoya in prax. forjudic.*
cap. 24. num. 51., *Sanfelic. dec. 229. n. 1.*,
De Rosa in prax. crim. resol. 12. sive 37. n. 36.,
Riccius in prax. civ. p. 1. tit. 4. cap. 3. n. 5.
14 *ver. remissio*. In caussis vero minimis, & par-
vi momenti potest per solum actuarium par-
tis remissio recipi absque Officialis præsentia,
Scialoya loc. cit., *Novarr. de gravam. vassall.*
tom. 1. grav. 353. num. 6., *Danza de remiss.*
part. cap. 1. num. 9.
15 Et etiam per actum publicum Notarii fieri
poterit talis remissio, si Officialis præsentia
intercesserit, *Riccius num. 8.*, *Scialoya n. 52.*,
Follerius in prag. fin. de composit. num. 5.;
Danza num. 7., *Addit. ad Sanfelic. dec. 401.*
ver. at in quibus.
16 Et etiamsi coram Officiali servata forma
pragmaticæ facta sit remissio, non denegatur
tamen alteri parti probare dictam remissio-
nem fuisse, pariter metu extortam, ut in ca-
su cujusdam remissionis stipulatæ in M. C.
juxta formam Reg. Prag. fuit per ipsam
M. C. de anno 1632. apud *Sanfelic. in dec.*
229. declarata nulla remissio ob apertissimas
metus probationes.
17 Sola tamen morientis remissio pro gratia
obtinenda, nequaquam sufficiens erit; Re-
quiritur benevero remissio omnium, quorum
interest, per *prag. 5. de composit.*, cum talis
morientis remissio mortis metu facta præsu-
matur, ideoque sola non sufficit, *Scialoya*
num.

num. 24., *Paris de Puteo de Syndic. ver. compositio cap. 8. num. 1.*, *Rovitus in prag. 5. de abolit. num. 56.*, *Caravita in Rit. 272.* & 275, *De Nigris in cap. Reg. frequens n. 76.*

18 Hinc patre occiso, ejus filii talem remissionem efficere adhuc debent. Sed an feminis existentibus, etiam ipsarum remissio sit necessaria? Et prima facie videtur dicendum, quod adhuc filiarum feminarum remissio sit necessaria; cum remittendi jus juri sanguinis competat, juxta decisa per *De Franchis in dec. 611.*, sicque inter masculos, & feminas pari gradu existentes nulla considerada erit differentia; ex traditis per *Farinac. in tit. de accusat. q. 14. num. 26.*

19 Nihilominus tamen contraria opinio verior est, & in praxi in dies servatur, ut nempe necessaria non sit filiarum feminarum remissio ex ratione deducta a *prag. 8. de composit.*, ubi statutum fuit, hoc remittendi jus proximioribus in gradu, quibus tamen successio defertur, competere; *Dichiaramo*, sunt verba prag., *che la volontà nostra è, che si ottenghino le remissioni predette da tutti li parenti dell' occisi più prossimi, e più congionti, alli quali si deferisce la successione del morto . . . . Tutti quelli, che sono nel medesimo grado, alli quali si deferisce la successione*. Ex quibus verbis clare probatur, feminarum remissionem necessariam haud fore. Etenim, quia per Constit. nostri Regni
20 incip. *in aliquibus* a successione prorsus feminæ sunt exclusæ, masculis extantibus, merito & a remittendi jure pariter exclusæ esse debent; cum per *prag. 8.* conjunctive sanguinis conjunctio, & successionis delatio requirantur; quæ successionis delatio quia feminis deficit, consequenter remittendi jus habere non possunt, prout ita bis decisum refert *Follerius in comment. ad d. prag. 8.*

21 Nec valet dicere, hanc delationis successionem in feminis verificari in qualitate paragii sibi debiti, quoniam hoc falsum deducitur ex Tex. *l. Quædam sunt 9. §. nihil interest ff. de edend.*, ubi successoris appellatione juris universi successor venit, non autem particularis, & tradit *Bald. in l. Emptorem num. 8. Cod. locat.*, quem refert *Sanfelic. dec. 27. num. 29.*, sicque cum pragmatica successorem conjunctum vocet, de successore universali, non jam particulari intelligi debet.

22 Neque pariter juvat objicere, quod hoc remittendi jus sit sanguinis, proindeque per prag. prædictam tolli non poterat, ex regula *l. Jura sanguinis 8. ff. de reg. jur.*, & *l. Jus autem ff. de pact.*, & *l. Eum qui ff. de interd.*. Etenim recte respondet *Rodoerius ad De Marinis var. 1. cap. 2. num. 14.* his verbis: *quia responsio ad argumentum est facilis, quandoquidem regula prædicta ita intelligitur, ut non possit jus sanguinis tolli, scilicet ipsa consanguinitas, & cognatio, non autem effectus ipsi cognationi, & consanguinitati tributi a jure civili, ut est jus accusandi, remittendi, & similia. Hæc namque bene tolli possunt, & hoc casu non quidem jus sanguinis sublatum dicitur, sed ipsum jus civile*. Quia igitur femina,
23 masculis extantibus, vigore Const. *In aliquibus* a succedendi jure excluditur, merito per *d. prag. 8.* a jure remittendi repelli videtur, quod non juri sanguinis adversatur, beneverо effectui eidem a civili jure tributo. Et juxta hanc opinionem decisum fuisse in causa Ducis S. Agathæ cum Marchione Burgentiæ refert *Reg. de Ponte de pot. Prorog. § 4. n. 17.*, & *seqq.*, quam decisionem laudant *Amatus cons. 18.*, *Riccius collect. 2083. ver. tertia*; *Thorus in comp. decis. ver. remissio filiæ feminæ*; *Scialoya in prax. forjudic. cap. 24. n. 48.*, *Paschalis de patr. pot. p. 2. cap. 1. n. 8.*, *Capiblanc. de Baron. tom. 2. cap. 28. num. 15.*, *Clarus §. fin. q. 58. num. 35.*, ubi ita bis in Senatu Mediol. decisum testatur, *Taschi lit. P. concl. 174. num. 30.*, *Sanfelicius dec. 27. num. 1.*, ubi laudat decisionem Reg. de Ponte, & usque ad *num. 20.* arguit ad favorem Fisci; sed a *num. 21. ad 45.* mordicus pro-
24 bat, & firmat ad inquisiti favorem, ut non sit nempe necessaria feminarum remissio; & a *num. 46. ad 66.* omnibus adversariorum argumentis, & auctoritatibus plene respondet; & refellit *Farinac.* de jure communi loquentem *in q. 14. num. 26. sub tit. de accusat.* Pariter-
25 que contrariam opinionem neque lege, neque ratione, neque auctoritate fundatam esse dicit; sed decisionem laudati Reg. de Ponte maxima cum causæ cognitione in M. C. prolatam fuisse; & idem *Sanfelic.* repetit *in dec. 401.*, tenet etiam *Riccius ad Franchis in dec. 611. in fine*, & *ibidem* etiam *De Luca num. 8.*, & pariter ad *dec. 100. num. 2.*; *De Marinis var. 1. cap. 2. num. 14.*, ubi *Rodoer. num. 3.*, & de communi testatur *Gratianus cap. 518. num. 25.*

26 Habito igitur pro vero, quod solis filiis masculis in hoc nostro Regno remittendi jus competit, feminis prorsus exclusis, quia tales filii esse possunt posthumi, infantes, impuberes, & puberes, ideo videndum, quomodo per ipsos, & ipsorum quemlibet offensæ remissio fieri debeat, & quænam requisita pro ejus validitate sint necessaria.

27 Et quoad personam posthumi certum est ipsi remissionem competere per Tex. in *l. Qui in utero ff. de stat. homin.*, ubi in favorabilibus pro nato posthumus habetur; & docent *Farinac. in prax. crim. tit. de accus. q. 13. num. 19.*, *Riccius in prax. civ. p. 1. tit. 4. cap. 3. num. 12.*, aliique. Nequit ta-
28 men ex se remissionem efficere; quia cum in rerum natura adhuc non sit, merito ad remittendum, & ad quomodocumque contrahendum inhabilis est. Per ejus tutorem igitur fieri debet; sed tunc quando posthumus in lucem proditus est remissio per tutorem fieri debet, per Tex. in *l. Posthumo Cod. de locat.*, & tradunt *Jovius de solemn. in cc minor. Glos. 16. §. 7. num. 239.*,

Gua-

Gazzin. de pace quæst. 13. *num.* 37., *Paschalis de patr. pot. p.* 2. *cap.* 1. *num.* 20., *Scialoya de prax. forjudic. cap.* 24. *num.* 50. *in fine*, *Bajard. ad Clarum* §. *fin. q.* 58. *num.* 43., *Sabellius* §. *pax num.* 5. *ver. an tutor.*, *Marad. obs. ad singul.* 98. *num.* 6., *Merlinus cent.* 1. *contr.* 56. *num.* 5., *Addit. ad Sanfelic. in dec.* 383. *ver. an tutor datus*; *De Luca ad Franchis dec.* 535. *in fine*, *Altimari de nullit. contr. tom.* 6. *rubr.* 2. *q.* 1. *sect.* 1. *num.* 602. *ver. tutor datus*. Partus igitur mulieris prægnantis expectandus erit, alias facta per tutorem remissio nullius erit momenti.

29 Quæres: quidam occisus reliquit patrem, & uxorem prægnantem, & solus pater priusquam posthumus nasceretur remissionem fecit, an posthumo inde nato, ejus remissio erit adhuc necessaria? Et recte probat *Paschalis de patr. pot. p.* 2. *cap.* 1. *num.* 121., quem refert *De Marinis var.* 1. *cap.* 2. *n.* 34., quod cum quia in eo mortis tempore solus pater occiso proximior erat, & remiserit, quamquam exinde editus fuerit posthumus, nulla ejus remissio erit occisori necessaria. Tutius tamen esse ait *De Marinis*, ut ventri detur curator, & ab utroque remissionem obtineri. Quam cautelam sibi non placere tradit *Riccius in prax. civ. p.* 2. *tit.* 4. *cap.* 2. *num.* 13., cum repugnet *d. l. posthumio*, & communi Doctorum opinioni. Ideoque subdit, ut pro cautela post nativitatem alia nati pueri remissio obtineatur. Ego vero omnium minimus dicerem, cautelam *De Marinis* inutilem fore; cum, ut supra firmatum est, necessaria non sit remissio ante posthumi nativitatem, sed tunc per tutorem fieri possit, cum partus editus sit. Alteram *Riccii* non esse necessariam, quia cum mortis tempore, & remissionis solus pater proximior esset, recte per eum remissio ad gratiam obtinendam effici poterat; quæ pœnæ remissio semel extincta, amplius absque nova delicti causa revivescere nequit.

30 Infans nec etiam remissionem efficere potest, cum consensum non habeat; immo neque cum interventu sui tutoris, *Simoncellus de decret. lib.* 2. *tit.* 6. *num.* 135., *Guttier. de tutel. p.* 1. *cap.* 7. *num.* 2., *Baronius effect.* 2. *circa judicial. num.* 12., *Mastrill. de indultu cap.* 24. *num.* 62., *Clarus* §. *fin. q.* 58. *num.* 27., *De Luca ad Franchis in dec.* 535. *n.* 4., *Bersanus de pupill. cap.* 2. *q.* 14. *n.* 10.,
31 *Altimari de nullit. contr. tom.* 6. *rubr.* 2. *q.* 1. *num.* 602., sed ex causa ejus tutor remittere tantum debet, *Gomesius var.* 3. *cap.* 3. *n.* 65., ubi *Ayllon num.* 67, *Sabellius* §. *pax n.* 5., *Addit. ad Sanfelic. dec.* 383. *num.* 5. *ver. si est pupillus*, *Caravita Rit. M. C. V.* 275.
32 *num.* 9., *De Luca ad Franchis loc. cit.*, beneverio Judicis decretum necessarium erit, *Mastrill. loc. cit.*, *Gomesius supra*, *Sabellius* §. *tutor num.* 29., *Scialoya de forjudic. cap.* 24. *num.* 52., *De Angelis de habilit. reor. cap.* 34. *num.* 4., *De Luca ad Franchis dec.* 535. *n.* 3., & 4., *Altimari num.* 602. *ver. sed potest.*, *Riccius num.* 9., ubi dat normam, ut tutor præsentet comparitionem, qualiter pupillo remissionem facere expediat, & capta per Judicem informatione, interponendum erit decretum, ut eam ad Consilium sapientis cum clausulis solitis, & consuetis peragat, prout de consuetudine servari tradit *Addit. ad Sanfelic. num.* 5., & in prax. refert *Follerius ad prag. fin. de composit. num.* 40.

Dum igitur per infantem remissio fieri debet, solus tutor ita comparere potest.

33 „ Nella Corte . . . . Comparisce N. tu-
„ tore di N. infante, ed erede del fu suo Pa-
„ dre N., e dice come da più mesi esso Pa-
„ dre N. con un colpo di schioppo fu privato
„ di vita da N., quale già per tale causa si
„ attrova ristretto tra queste carceri. E per-
„ chè è molto profittevole, ed espediente a
„ detto infante fare la remissione di un tal
„ delitto, acciò potesse cristianamente vivere,
„ e crescere in tranquillità, e pace senza odii,
„ ed inimicizie, da quali giammai buono esi-
„ to n' è provenuto, perciò formalmente fa
„ istanza in essa Corte esser lecito ad esso Com-
„ parente, come tutore dell'infante sudetto di
„ fare da sua parte la remissione a favore del
„ prefato N. per la causa espressata di omici-
„ dio *omni moda meliori &c.*

In calce cujus comparitionis sequens decretatio fieri debet . . .

34 Per Curiam . . . . Visa præsenti comparitione fuit provisum, & decretum, quod super expositis in ea capiatur summaria informatio, qua capta providebitur, habitis testibus pro legitime citatis. Hoc suum. Datum...

Debent examinari saltem duo testes super tenore dictæ comparitionis, quorum depositiones sequenti modo recipi possunt.

35 Die . . . in Civitate . . . & coram infrascripto Domino Gubernatore, & Judice, meque &c. „ N. N. di detta Città di anni
„ . . . *ut dixit.*, mastro Sartore, testimonio
„ sommariamente prodotto, e con giuramen-
„ to interrogato, ed esaminato sopra la pre-
„ sente informazione, e tenore della compar-
„ sa presentata da N. come tutore dell' infan-
„ te N.. *Respondit*, Signore, quel tanto posso
„ io deporre su di ciò, che mi domanda si è,
„ che sia molto profittevole, espediente, ed
„ utile al sudetto N. infante, che si faccia la
„ remissione in beneficio del menzionato N.
„ per la causa dell'omicidio da lui commesso
„ nella persona di N. padre del riferito infan-
„ te; mentre il far tale remissione non sola-
„ mente è ufficio di ogni fedele Cristiano, ma
„ pure è a detto infante utile, ed espediente,
„ per poter vivere, e crescer quieto senza pe-
„ ricolo, e disturbo; e per attendere maggior-
„ mente, ed invigilare a se, ed a beni suoi,
„ E stando in pace, con ogni facilità, ciasche-
„ duno s' intrometta ad ajutarlo, e difenderlo

„ in

„ in tutte le sue occasioni, e contingenze; ed „ all' incontro vivendo dentro dell' inimicizie, „ sarà da tutti abbandonato in mezzo a tanti „ pericoli, che partoriscono gli odj, li rancori, „ e l'ostilità di animi nemici. E finalmente „ allettato dall'infanzia a rimettere l'offese per „ l'amor di Dio, crescerebbe vieppiù di buoni „ costumi, e timoroso di Dio; e questa è la „ verità, quale si puole deporre da tutta la „ gente della Città.

Simili modo fit examen alterius testis.

Quo examine expleto interponendum erit sequens decretum.

Die . . . in Civitate . . .

36 Per Curiam . . . visis comparitione præsentata per N. tutorem N. infantis petentem remissionem fieri in beneficium N. *fol.* 1., informatione per hanemet Curiam capta *fol.* . . . , ac consideratis considerandis, provisum, & decretum est, licere, & licitum, atque expediens esse dicto N. tutori pro parte N. infantis remittere, & exculpare, ac remissionem efficere in beneficium N. pro causa homicidii per ipsum N. commissi in personam N. patris prædicti N. infantis; super qua exculpatione eadem Curia suum interponit decretum, quod expedit, & judiciariam præstat auctoritatem. Et omnia agantur cum clausulis ad consilium sapientis. Hoc suum.

Quæ remissio penes acta Curiæ, ut in principio innuimus, fieri debet. Proindeque ita esse poterit.

Die . . . In Civitate . . . Et coram infrascripto Domino Gubernatore, & Judice, meque &c.

37 „ Personalmente costituto N. tutore dell' „ infante N. figlio legitimo, e naturale del su „ N., il quale *sponte*, nonvi &c. asserisce, „ come ne' mesi passati con un colpo di schioppo fu ammazzato detto N. padre del riferito N. infante da N., il quale per questa „ causa si attrova ristretto nelle carceri di questa Città. E volendosi per parte di detto N. „ infante rimettere all' uccisore N. una tale „ ingiuria, ed offesa, per esserli molto utile, „ ed espediente, perciò da esso costituto dilui „ tutore si fece istanza in essa Corte di esserli „ stato lecito in nome, e parte del menzionato N. infante fare una tale remissione, „ quale già, mediante informazione accapata „ sopra l'utilità, ed espedienza dal medesimo, „ l'è stata accordata, e conceduta con formale „ decreto spedito da essa Corte sotto il dì . . . „ In vigor del quale perciò detto N. costituto „ rimette, ed escolpa come tutore, e per nome, e parte del menzionato N. infante ogni „ ingiuria, offesa, odio, e rancore contra del „ riferito N. per la sudetta causa di omicidio „ commesso in persona del predetto N. padre „ del cennato infante. Promettendo di non „ servirsi più, ne fare servire di detta causa, e „ degli atti tutti in nessuno luogo, e foro coll' „ obligo di tutti i suoi beni; promettendo „ ancora di far ratificare tutte le cose predette „ dal menzionato N. infante, subitocchè sarà „ pervenuto ad età maggiore. *Et ita remisit, exculpavit, se obligavit, & Juravit in forma.*

„ Interrogato, se per tale remissione fosse „ stato pagato, forzato, e pregato. Resp. Signor nò; ma il tutto si è fatto per l'amor „ di Dio.

Io N. N. tutore rimetto, escolpo, e prometto come sopra.

N. testimonio.

N. testimonio.

N. Gub. & Jud.

N. Actuar.

38 Et per hanc remissionem factam non censentur remissa damna, & interesse, quæ debentur per vulnera, expensas medicorum, æstimationem operarum defuncti, & similium, ut dicemus *num.* 55. Quapropter nota, quod Riccius *in prax. civi tom.* 1. *p.* 1. *tit.* 4. *cap.* 5. *num.* 5. similem hujus remissionis referens formulam, insuper subjungit: *Propterea exculpavit, & quatenus opus est, remisit omnem rancorem, & omne odium contra dictum Bernardum, & quascumque alios inculpatos una cum omnibus damnis, expensis, & interesse passis, & patiendis, cassans &c.* Hanc igitur remissionem circa damna, expensas, & interesse non bene posse subsistere mihi clare videtur. Cui enim latere possit, hujusce modi remissionem infanti esse læsivam? Læditur proculdubio infans; dum tutor injuriam sive offensam remittendo, omnia damna pariter, quæ passus fuit, remitteret; adversus quam læsionem dubio procul restitutionem habebit, ut dicemus *num.* 59. Sicque si hujusce modi remissio infanti prorsus læsiva est, neque tutor, neque Judex ferre debet, ut ita sequatur. Et licet remissio injuriæ una cum damnis, & interesse fieri possit, fallit hoc tamen in pupillo, & minore, ut plene in d. *num.* 59. & *seqq.*

39 Nota pariter, quod Riccius in præcitata formula subdit: *cujus copia hic in actis inserta conservatur una cum copia tutelæ, & adimplementis solemnium dicti tutoris.* Cum sciendum sit non esse equidem necessarium de solemnium tutoris adimplementis in actis constare; quoniam tutor absque eo, quod solemnitates adimpleverit, valide remissionem efficere potest, ut probant *Bajardus ad Clarum §. fin. quæst.* 58. *num.* 47., *De Luca ad Franchis in dec.* 555. *num.* 4., maxime si Judicis adfuerit decretum, causa cognita, ex traditis per *Caravit. in Rit.* 275. *num.* 29., quem refert *Scialoya in prax. forjudic. cap.* 24. *num.* 50.

40 Dum autem pupillus major est infante, & tunc una simul cum tutore remissionem efficere debet, *Gomesius var.* 3. *cap.* 3. *n.* 65., *ubi Ayll. num.* 67., *Novarr. quæst. foren. p.* 1. *q.* 9. *num.* 4., *Tuschi lit. P. concl.* 174. *n.* 32., *Addit. ad Sanfelic. dec.* 363. *num.* 5. *ver. ubi* vero

vero ; *De Luca ad Franchis num.* 4. ; *Caravita in Ritu M. C.* 275. *num.* 21., *Clarus num.* 27., ubi ita sæpe Senatum Lugdun. testatur declarasse, & in specie sub die 2. Septembris 1557. in causa cujusdam Joannis Mezzoloni, pariterque dicit omnes in hoc concordare.

41 Solummodo quæstio est, an tali casu Judicis pariter decretum requiratur ? Et affirmative respondent *Decianus lib.* 1. *cons.* 39. *n.* 9., *Guttier. de tutel. p.* 2. *cap.* 6. *num.* 6., *Simoncellus de decret. lib.* 2. *tit.* 6. *num.* 132., *Bajard. ad Clarum* §. *fin. q.* 58. *num.* 46., *Scialoya in prax. forjudic. cap.* 24. *num.* 50., atque ita inclinare videtur *De Franchis in dec.* 535. *num.* 4., ubi *Riccius*, & *Viscont.*, qui refert ita semper practicasse, & practicatum vidisse, ac scripsisse in suis conclusionibus *ver. tutor.*

42 Contrarium tamen verius est, ut nempe Judicis decretum, in tali casu non requiratur, ut tradunt *Molina de justit. tom.* 4. *disp.* 45. *num.* 6., *Farinac. quæst.* 15., ubi latissime probat, non requiri decretum, neque aliam solemnitatem, etiamsi a statuto requiratur. Et ab hac opinione tamquam communi, veriore, & quieti Reipublicæ magis amica non esse recedendum dicit; *Guazin. de pace quæst.* 34. *num.* 14., & 15., ubi contrariis respondet, quorum opinionem contra præceptum Evangelicum esse firmat ; plene *Abbas cons.* 108. *num.* 3. *lib.* 2., ubi communiorem, & indubitatam opinionem hanc testatur ; & sequutus fuit *Gratianus cap.* 518. *num.* 16., ubi illam communiter a Doctoribus adprobatam refert ; utpote animæ, atque honori pupilli magis proficuam, atque Reipublicæ christianæ convenientem ; & in *num.* 18. contrarium tenentes refellit; & ab ista opinione in consulendo, & in judicando discedendum non esse monet, late *Conciol. resol. crim. ver. pax. resol.* 22. *num.* 3., *Mastrill. de indultu cap.* 24. *num.* 63., *Gomesius var.* 3. *cap.* 3. *n.* 65., *ubi Ayllon num.* 67., *Paschalis de patr. pot. p.* 2. *cap.* 1. *num.* 90., *Jovius de solemn. in contr. minor. Glos.* 16. §. 7. *num.* 237., *Valeron. de transact. tit.* 4. *quæst.* 7. *num.* 8., *Merlinus cent.* 1. *contr.* 16. *num.* 5., *De Marinis ver.* 1. *cap.* 2. *num.* 25., *Barsanus de pupill. cap.* 2. *q.* 14. *num.* 4., & 10., aliique apud *Altimarem de nullit. contr. tom.* 6. *rubr.* 2. *q.* 1. *sect.* 1. *num.* 602. *ver. sed quilibet* ; *De Luca ad Franchis dec.* 526. *num.* 3., & 4. *ver. advertendum* ; *Riccius in prax. civ. tom.* 1. *p.* 1.
43 *tit.* 4. *cap.* 3. *num.* 12. Atque primam opinionem procedere in casu, quo pupillus est infans, & solus tutor remittit tradit *Caravita in Rit.* 379. *num.* 19., quem laudat *De Luca ad Franchis d. num.* 3., & latissime disputat *Paschalis de patr. pot. p.* 2. *cap.* 1. *n.* 81., *& seqq.*, *De Angelis de habilit. mor. cap.* 34. *num.* 4.

44 Neque doctrina *De Franchis in d. dec.* 535. pro prima opinione allegata adversari revera videtur, prout ratiocinatur Paschalis, quem refert, & sequitur *De Luca loc. cit.* Etenim casus *De Franchis* est de solo tutore pro parte pupilli remissionem faciente, ut ibi clare patet ; sicque talis pupillus infans præsupponi debet ; alias solus tutor eo in casu remittere non poterat ; meritoque igitur pro decreto de Franchis fuit loquutus ; quoniam dum pupillus est infans, tutor tantum cum Judicis decreto remittere debet, ut supra firmavimus.

45 Neque pariter obstare videtur decisio apud *Thorum in compend. decis. ver. remissio facta a tutore* ; Nam ibi est casus, quod remissio facta fuit a solis testamentariis tutoribus absque consensu, & interventu pupilli supra infantiam, cum qua jam lis habita fuit.

46 Hic autem pupilli tutor pro remissione peragenda de generali, non de speciali intelligendus est, ut tradunt *Mastrill. de magistrat. cap.* 24. *num* 64., *Tartaglia in prag. fin. de composit. num* 50., *De Luca ad Franchis in*
47 *dec.* 535. *num.* 4., & si cum tutore ad hunc actum specialiter dato remissio facta fuit, esset nulla, ut per suum Senatum servatum fuisse refert *Clarus* §. *fin. quæst.* 58. *num.* 27. *in fine*, & tenet *Riccius in prax. civ. tom.* 1. *p.* 1. *tit.* 4. *cap.* 3. *num.* 11.

48 Verum *Bossius in tit. de pace num.* 14., quem sequuti sunt *Scialoya in prax. forjudic. cap.* 24. *num.* 52., *Altimari de nullit. contr. tom.* 6. *rubr.* 2. *q.* 1. *sect.* 1. *num.* 602. *ver. sed quod sufficit*, aliique tenent sufficere dari tutorem ad illum actum tantum faciendi remissionem; & eo magis si Judicis decretum intervenerit, *Farinac. de accusat. quæst.* 15. *num.* 61., *Scialoya, & Altimar. loc. cit.*

49 Et quamquam *Clarus loc. cit.*, *Tuschi lit. P. concl.* 174. *num.* 34., aliique velint, quod ad hoc ut tutor valide remissionem efficere possit, necesse est, ut solemnitates prius adimpleverit ; nihilominus tamen contrarium docent *Bajardus ad Clarum num.* 47., *De Luca ad Franchis in dec.* 535. *num.* 4., *Riccius n.* 9.,
50 maxime si Judicis decretum fuerit adhibitum ut tradit *Caravita in Ritu* 275. *num.* 23., *Scialoya num.* 50.

51 Sed an adversus peractam remissionem possit pupillus in integrum restitui ? Communis resolutio est negativa, ut tradunt *Gomesius var.* 3. *cap.* 3. *num.* 65., *Cancerius var.* 2. *cap.* 1. *num.* 248., *Tuschi lit. P. concl.* 174. *num.* 4., *Gratianus cap.* 518. *num.* 23., *Virgil. de legitim. person. cap.* 35. *num.* 52., *Scialoya in prax. forjudic. cap.* 24. *num.* 50., *Severin. ad Sanfelic. dec.* 383. *num.* 5., aliique apud *Altimarem de nullit. contr. tom.* 6. *rubr.* 2. *q.* 1. *sect.* 1. *num.* 602. *ver. & sic in hac remissione.*

52 Tam si remissio facta fuit gratis, quam pretio accepto ; cum intersit pupilli non habere rixas, & discordias, nec litibus, & sumptibus vexari, *Gratianus num.* 23., *Gomesius loc. cit.*, *Scoppa ad Merlinum lib.* 1. *contr.* 16.

num.

num. 22., aliique apud Altimarem ver. sed
53 quando minor., & major ratio deducitur ex
Tex. l. Auxilium §. in delictis ff. de minor.,
ubi in odiosis causis criminalibus restitutio
penitus denegatur.
54 Intelligas vero conclusionem istam proce-
dere in casu, quo ad vindictam restitutio pe-
teretur; secus vero si ad prosequenda damna,
& interesse; quoniam tunc restitutio equidem
locum habebit, Guttier. de tutel. p. 2. cap. 7.
num. 3., & seqq., Rovitus in prag. 7. de com-
posit. num. 11., Caravita in Rit. M. C. 279. n. 22.,
Riccius in prax. civ. p. 1. tit. 4. cap. 3. num. 10.
55 Et per pacem, seu offensæ remissionem
factam non censentur remissa damna, & in-
teresse; quæ debentur per vulnera, expen-
sas medicorum, æstimationem operarum de-
functi, & similium. Tam si gratis, quam si
pretio accepto talis remissio facta fuit, Scia-
loya in prax. forjudic. cap. 24. num. 62., Co-
varruvias var. 2. cap. 10. num. 7. ver. 4., Alex.
cons. 163. num. 5. lib. 2., Sanfelice dec. 53.
num. 29., Menochius de præsumpt. lib. 3. præs.
114. num. 3., ubi rationem assignat, quia in-
juria illata, & damnum ex ea proveniens sunt
duo diversa, & separata. Hinc tradit Gome-
sius var. 3 cap. 6. num. 13., duplicem actio-
nem ex injuria oriri, unam ad pœnam, al-
teram ad damna, & interesse; & sublata una
remanet altera; & in quæstione sibi commissa
ita judicasse, & practicasse dicit, & sequitur
ibi Ayllon. num. 14., atque tenent Gratianus
cap. 518. num. 14., Tusebi lit. P. concl. 172.
num. 14., Clarus §. fin. quæst. 58. num. 3., &
40., ubi Bajard. num. 68., Paschalis de patr.
pot. p. 2. cap. 1. num. 96., Scoppa ad Merli-
num cent. 1. contr. 16. num. 20. Immo Me-
56 nochius num. 5. extendit hoc procedere, et-
iamsi injuria fuerit remissa cum expulsionibus,
& devastationibus, ex doctrina Baldi in l. Si
domus ff. de servit. urban. præd.; attamen
57 ipsemet Menochius num. 6. limitat, quoties
plenissime facta fuisset; quoniam tum etiam
damna, & interesse remissa præsumerentur,
atque voluit Ayllon ad Gomesium loc. cit., de
Faria ad Covarruvias var. 2. cap. 10. num. 49.,
Cancerius var. 2. cap. 11. num. 91., Mascar-
dus de probat. concl. 902. num. 31., Bajard.
ad Clarum num. 70., vel ut tradit Sabellius
58 §. homicidium num. 11., quoties circa damna,
& interesse expresse fuerit dictum, quod et-
iam docent Gomesius num. 13., ubi Ayllon.
num. 14., De Faria loc. cit., Foller. ad Ma-
rantem p. 4. dist. 1. num. 8.
59 Has vero limitationes contra ætate majo-
res procedere, non autem contra pupillos,
& minores etiam cum tutore, & curatore,
atque Judicis decreto remittentes modo de-
monstratur. Etenim remittens pupillus damna,
& interesse, læditur quidem, cum erit suum
perdere, & dilapidare, vel saltem donare,
certum est per Tex. in l. Ex hac ff. si
quadrup. paup. fec. dic., & in cap. 1. de in-
jur., teneri lædentem, inferentemque inju-
riam, ultra pœnam ipsi a lege inflictam, læso,
passoque injuriam omnia damna, & expensas
ratione ejus injuriæ contingentes resarcire.
Quod etiam quoad impensas, & damna de
jure divino stabilitum habemus in exod. 21.
ver. 18., ubi: Si rixati fuerint viri, & per-
cusserint proximum suum cum lapide, vel pu-
gno, & ille mortuus non fuerit; sed jacuerit
in lectulo: si surrexerit, & ambulaverit foris
super baculum suum, innocens erit, qui per-
cusserit; tamen operas ejus, & impensas in
medicos restituas, & docent D. Thomas de
restit. quæst. 7. num. 1., Molin. tract. 3. disp.
87. num. 1., Covarruvias var. 2. cap. 10. n.
7. ver. quarto, ubi De Faria num. 52., Me-
nochius de præsumpt. lib. 3. præs. 114. n. 1.,
Gomesius var. 3 cap. 6. num. 9., Bajard. ad
Clarum §. injuria num 44 ver item adde quod
60 injuriatus. Immo volunt Speculat. tit. de
Injur. §. 2. col. 2., Aymon cons. 119., aliique
quos citat Covarruvias loc. cit., ubi De Fa-
ria num. 54., Gomesius num. 37., Clarus §.
homicidium num. 23., ubi Bajard. num. 69.,
Cancerius var. 2. cap. 11. num. 53., Meno-
chius num. 2., quod si injuriatus fuerit occi-
sus, poterunt filii, vel heredes agere contra
occisorem ad æstimationem operarum, quas
impendere, & ministrare occisus potuisset,
si vixisset, nec fuisset interfectus, facta com-
putatione juxta Tex. in l. Hereditatum ff. ad
leg. falc., & in specie videtur esse Tex. in
l. fin. ff. de his, qui ejec., vel effud.
61 Declarat tamen De Faria num. 55. actio-
nem hanc æstimationis futurarum operarum
dari tantum liberis, parentibus, & uxoribus,
non autem heredibus extraneis.
62 Si igitur pupillo, & minori omnia damna,
& interesse ob mortem sui patris occisi cau-
sata resarcienda penitus sunt ab occisore,
dum ea remittit, equidem læditur; cum es-
set idem ac suum perdere, & dilapidare,
vel saltem donare; quando revera neque
minoris donatio cum decreto Judicis regula-
riter valet, ut dicemus p. 3. cap. 12. n. 1.
Et consequenter data læsione in contractu
etiam cum tutoris auctoritate, & Judicis de-
creto initum semper restitutioni locus erit,
ut dicemus p. 3. cap. 6. num. 5. Et in
63 specie remittens pupillus, aut tutor etiam
damna, & interesse quod dicatur læsus; &
restitui potest, docent Guazzin. de tregua, &
pace quæst. 14., Bersanus de pupill. quæst. 14.
num. 18., aliique apud Altimarem de nullit.
contr. tom. 6. rubr. 2. q. 1. sect. 1. num. 602.
ver. pupillus, & minor potest.

Et quoties per pupillum majorem infante
remissio fieri debet, una simul cum præsen-
tia, & auctoritate sui tutoris perficienda erit
sequenti modo, vel simili.

Die ... in Civitate ... Et coram in-
frascripto Domino Gubernatore, & Judice,
meque &c.

64 „ Personalmente costituto presso gli atti di questa Corte N. pupillo di anni nove coll' assenso, beneplacito, ed autorita di N. suo tutore qui presente, e 'l suo consenso, ed autorità prestante, il quale *sponte*, *non vi*, *dolo &c.* asserisce, essersi in essa Corte esposto querela criminale contra N. per causa dell' omicidio fatto nella persona di N. Padre di esso pupillo; quale querela oggidi intende rimettere, siccome la rimette per l'amor di Dio, e per viver quieto, e da buon cristiano; e promette per tale causa non molestarlo, nè farlo molestare in qualunque foro. Tantoppiù che da detto N. occisore parimente presente si sono manualmente sborzati docati cento in beneficio di detto N. pupillo per tutti li danni, ed interessi patiti. A qual' effetto se ne richiama ben contento; e quieta, ed escolpa il menzionato N. anche per tutti li danni patiti, spese, ed interessi, per esserli stati proporzionatamente ricombensati. Cassando la sudetta querela, ed atti tutti. Ed una tale remissione, quietazione, e cose tutte promette per sempre avere per grate, rare, e ferme, e non controvenire per qualsivoglia cagione, obbligando a tal'effetto se stesso, beni tutti &c. colla clausula &c. *& ita promisit*, *declaravit*, *obligavit*, *& juravit in forma*.

„ E domandatoli da esso Signor Giudice, se per una tale remissione fosse stato minacciato, forzato, o pregato. Resp. Signor no; ma per amor di Dio, e per vivere da vero Cristiano.

Debet subscribi a pupillo, tutore, duobus testibus, ab Officiali, & ab Actuario.

Qui tamen ad cautius agendum Judicis decretum optet, ut interveniat, regulentur acta prout supra in causa infantis, additis addendis quoad præsentiam etiam pupilli cum tutore; & tandem per Curiam simile decretum interponendum erit.

Die . . . . in Civitate . . . .

65 Per Curiam . . . visis instantia præsentata per N. pupillum, cum consensu, & auctoritate N. sui tutoris; testium depositionibus, ac actis omnibus, & consideratis considerandis provisum, & decretum est, licere, licitum, & expediens esse dicto N. pupillo cum auctoritate sui tutoris remittere querelam expositam contra N. ob causam homicidii per ipsum commissi in personam N. patris prædicti N. pupilli, etiam pro omnibus damnis, expensis, & interesse; pro quibus oblata summa ducatorum centum liberetur per ipsum N. in beneficium præfati N. pupilli. Et omnia agantur cum clausulis ad consilium sapientis. Hoc suum.

66 De persona autem minoris dicendum est, quod aut curatorem habeat, & potest remissionem efficere cum ejus auctoritate etiam sine Judicis decreto, ut plenissime probat *Gratianus cap.* 518. *num.* 10., *& seqq.*, *Gomesius var.* 3. *cap.* 3. *num.* 63.; *Mastrill. de indulto cap.* 24. *num.* 63., aliique apud *Altimarem de nullit. contr. tom.* 6. *rubr.* 2. *q.* 1.
sect. 1. *num.* 602. *ver. verum alii dicunt*. Et
67 fortius ob virtutem juramenti per ipsum minorem penes acta præstiti; quod juramentum remissionem sine decreto factam confirmare docet plene *Abbas cons.* 108. *num.* 1. *p.* 2., *Gratianus num.* 17., *& seqq.*, *Narbona de ætate ann.* 29. *quæst.* 19. *num.* 9., *&* 14., *Altimari de nullit. contr. tom.* 6. *rubr.* 2. *quæst.* 1. *sect.* 1. *num.* 602. *ver. vel si adsit*. Quando tamen nullum esse necessarium juramentum pro remissionis firmitate probat *Abbas loc. cit.*, ubi optime considerat, quod cum statutum deviet a regulis juris communis, quatenus requirit in omni minoris contractu Judicis decretum, debet stricte intelligi; sicque de contractu stricte sumpto, qui proprie est, cum ultrocitroque obligatio nascatur; in remissione autem facienda non oritur hincinde obligatio, sed est quædam reconciliatio, seu injuriæ remissio, quæ ex parte tantum offensa ad delinquentis favorem procedit; cum alias videatur injuria sine alia obligatione aboleri; atque invito ipso delinquente potest ad favorem sui penitus remitti; & vide *Simoncellum de decret. lib.* 2. *tit.* 6. *insp.* 16. *num.* 142., *Jovium de solemn. in contr. min. Glos.* 16. §. 7. *num.* 237.

68 Aut minor curatorem non habet, & absque
difficultate sine decreto remissionem efficere
potest. Etenim etiamsi remissionis actus sit
in terminis veri contractus, dum minor curatorem
non habet, mero jure contractus per
ipsum celebratus valet, atque ex omni contractu
obligatur, per Tex. *in l. Si curatorem*
69 *habens Cod. de in integr. restit.*. Et in quo
fuerit læsus restitutionem habebit, *Tuschi lit.*
M. concl. 252. *num.* 30., *Duardus de societate
lib.* 1. *cap.* 3. *q.* 2. *num.* 3., & vide *p.*3.
70 *cap.* 2. *num.* 31., *& seqq.*, quam læsionem
in remissione facienda nequaquam inesse probavimus
supra *num.* 51., & vide plene *Gratianum
cap.* 518. *num.* 9., *&* 22.. Et in spe-
71 cie quod minor curatore carens, remittendo
valide agit, tenent *de Amicis cons.* 88.,
Addit. ad Sanfelic. dec. 583. *ad num.* 5., maxime
virtute juramenti, *Ayllon ad Gomesium
var.* 3. *cap.* 3. *num.* 67. *in fine*; quapropter
denegatur minori restitutio adversus offensæ
72 remissionem factam, *Addit. ad Sanfelic. loc.
cit.*, *Gomesius num.* 63., *Mantic. de tacit.
tit.* 3. *lib.* 27. *num.* 9., *Gratianus cap.* 518.
num. 23., *Scoppa ad Merlinum contr. foren.*
16. *num.* 23., aliique apud *Altimarem de nullit.
contr. tom.* 6. *rubr.* 2. *q.* 1. *sect.* 1. *num.*
602. *ver. & sic in hac*.

Dum igitur per minorem remissio fieri debet, reguletur ex formulis supra traditis pro pupillo.

73 Sciendum necnon est, quod habita filiorum remissione de Patris nece, non est necessa-

cessaria uxoris remissio; cum de jure Regni per *prag. 8. de composit.* jus accusandi, & remittendi quibus successio defertur, competit; & solis filiis, & non uxori patris successio pertinet. Et ita decisum fuit in S.C. teste *De Franchis in dec.* 382., & iterum decisum refert *ibidem Viscont.*, atque etiam tenent Addentes omnes, *Follerius in prax. crim. ver. audiantur excusatores num.* 96., *Paschalis de patr. pot.. p. 2. cap. 1. num.*12., *Scialoya in prax. forjudic. cap.* 24. *num.* 34., *Gratianus cap.* 518. *num.* 3., *Merlinus cent. 1. contr.* 16., *Altimari d. n.* 602. *ver. uxor de morte*.

74 Hinc delinquentem obtenta sola filiorum remissione gaudere indulto probant *Theodor. alleg.* 9., *Scialoya loc. cit.*, & quamquam *Sanfelice in dec.* 16. *num.* 25., *Pratus ad Paschalem loc. cit. in annot.*, contrarium testantur servatum & judicatum in M. C. V. in
75 anno 1619., nihilominus tamen Pratum refellit *De Luca ad Franchis in d. dec.* 382. *n.* 2. *in fine*. Et decisio Sanfelicii fuit in diverso casu, quando nempe uxor concurrit cum consanguineis, non autem cum filiis occisi; prout in terminis nostri casus dictum Sanfelicium reprobavit *Scialoya d. num.* 34.

75 Tales igitur filii præferuntur, etiamsi fuerint pupilli, aut minores, ut tradunt *Gratianus in cap.* 518. *num.* 5., & 6., *Riccius ad de Franchis in dec.* 382.

77 Sciendum pariter est, quod per Procuratorem talis remissio fieri nequit, per *prag.* 15. §. 16. *de offic. Magistr. justit.*, *Danza de pugna Doctor. tit. de remiss. cap.* 1. *num.* 14., *Mastrill. de indultu cap.* 24. *num.* 65., *Scialoya in prax. forjudic. cap.* 24. *num.* 57., *Altimari de nullit. contr. tom.* 6. *rubr.* 2. *q.* 1. *sect.* 1. *num.* 602. *ver. remissio non potest*. Limitat benevero *Scialoya loc. cit.*, quoties in mandato de remittendo Judicis præsentia intervenerit, & tradit *Altimari ver. & si fiat mandatum*; ubi etiam dicit, quod si mandatum absque Judicis præsentia fuit expeditum, valeret necnon remissio, si cum præsentia Judicis eam Procurator fecerit; quod mihi non arridet: nam præsentia Judicis fuit considerata ad tollendos metus, & violentiæ præsumptiones, quæ in expediendo mandatum per principalem, non vero in exequendo per Procuratorem accidere solent; proindeque in illo primo actu, non in ultimo Judicis præsentia necessaria erit. Et alias interposita, non juvare eam puto; cum finis legis non servetur.

78 Neque facta remissio pro obtinenda gratia, vel crimine componendo cum Fisco per testes probari potest, sed per scripturam in hoc nostro Regno per *Ritum M. C. V.* 275., *ubi Caravita num.* 15., quem laudat *Scialoya n.* 21., *Reg. de Rosa resol. crim.* 37. *num.* 42.,
79 ubi tamen limitat in casu, quo ageretur de puniendo homicidam, ut proditorem, quoniam tunc per testes probari quidem poterit, prout de jure communi. Et diximus supra *num.* 13.

80 Et hæc remissio necessaria est, etiamsi per partem nulla querela fuit exposita, *Scialoya num.* 21. *Reg. de Ponte de pot. Proreg. tit.* 1. §. 4. *num.* 33.. Quod intelligas pro gratia a Barone obtinenda; nam ad indultum capessendum non indiget reus partis remissione,
81 quando non processit offensi accusatio, sed tantum ex officio Judex processit, *Scialoya num.* 24., *Mastrillo de indultu cap.* 24. *n.*10., necminus erit necessaria partis remissio in delicto casuali, ubi reus poterit admitti ad gratiam, etiam parte non concordata, *Scialoya n.* 23., ubi adhuc subdit neque esse necessariam remissionem, si pars offensa dedit causam offensæ. Et necminus requiritur, quando pars offensa esset incognita, *De Luca ad Franchis in dec.* 370. *num.* 3.

82 Omnia tamen prædicta procedunt; & suum locum vindicant inter ignobiles; secus vero inter nobiles, ubi expressa remissio non erit necessaria; sed sufficeret tantum, ut inter ipsos fieret pax, quæ in judicio habetur loco plenissimæ remissionis, *Scialoya num.* 60., *Reg. de Ponte num.* 37., atque practicatum refert *Thorus in comp. dec. ver. remissio inter nobiles*, *Reg. de Rosa num.* 43.

83 Videamus breviter modo de remissione facienda a Patre pro nece alicujus filii. Hinc interfecto filio, & supersunt pater, mater, fratres, & sorores occisi, omnes æqualiter admittuntur ad accusandum, & remittendum in nostro Regno attenta *prag.* 8. *de composit.*, quum omnes ii ad ipsius occisi hereditatem æqualiter admittantur per Text. *in auth. defuncto Cod. ad S. C. Tertull.*, & tradunt *Scialoya num.* 41., *Capiblanca de Baron. tom.* 2. *cap.* 44. *num.* 15.. Quicquid de jure communi dispositum erat, & videndus *De Franchis in dec.* 100. *num.* 9., & 10.

84 In casu autem, quo non de nece filii agendum erit, benevero de ejus injuria, an pro ipsius remissione sufficiat solus pater, aut solus filius offensus, aut utriusque consensus necessarius erit? Et prima facie videtur dicendum, actionem accusandi, & remittendi de injuria facta filio soli patri, invito etiam ipso filio, competere per id, quod deduci aperte videtur *in Text. l. Sed si unius §. filiosfamilias ver. plane ff. de injur.*, & *in l. Persona ff. de pactis*.

85 Pro veritate tamen dicendum est, injuriæ actionem tam ex lege Cornelia, quam ex lege Prætoria devenire; cujus materiam intricatam notavit *Vasquius quæst. illustr. cap.* 15. *num.* 8.. Hinc actio Prætoria ex Prætoris edicto introducta est, §. *pœna instit. de injur.* appellaturque *honoraria* nempe ab *honore Prætorio*; cum Prætoris auctoritas ita crevit, ut quod ad ejus honorem dixisset, jus *honorarium* diceretur. Etenim Prætor a latinis

honos

honos appellatur. Actio vero ex *l. Cornelia* dicitur, quia ex tali lege de injuriis descendit; quam legem tulit Sylla, & est civilis; vide *De Luca ad Franchis in dec.* 715. *n.* 3.

86 Hæ autem actiones multum inter se differunt. Etenim actio ex *l. Cornelia* tribus tantum casibus competit, nempe cum quis sit pulsatus, aut verberatus, aut si quis per vim in alicujus domum introitus sit. Sicque talis actio pro injuria reali, & in facto consistente, quæ manu infertur, tantum compe-
87 tit. Actio vero ex *l. Prætoria* est generalior, competitque pro quacumque injuria, sive verbali, sive reali. Et differunt, quia ex *lege Cornelia* agitur criminaliter ad punitionem; & actio est perpetua. Ex lege autem prætoria agitur civiliter ad injuriæ æstimationem, & actio est annalis, & annus continuus, plene *De Luca num.* 4.

88 His igitur præpositis, ad quæsitum quidam responderunt, non posse patrem remittere, invito filio offenso, vide *Pinell. in l.* 1. *n.* 105.
89 *Cod. de bon. mater.*. Alii contrarium sentiunt apud *Surdum in dec.* 89. *num.* 12.

90 Alii quidem firmant suspendi actionem filii, vivente patre, *Alberic. in l. Sed si unius §. plane ff. de injur.*, *Barbos. in l. Lucius Titius num.* 4.
91 *ff. solut. matrim.*. Ceteri vero tenent posse patrem remittere, etiam invito filio, sive injuria ex lege prætoria, sive civili descendat. *Boerius in dec.* 210., *Vivius com. opin. lib.* 2. *opin.* 216.

92 Verior tandem, & communior opinio est, quod si injuria erit levis, ex qua actio tantum prætoria oritur, & licitum erit patri illam solummodo remittere. Si autem erit gravis, & atrox, utpote descendens a lege Cornelia, & tunc solus pater eam remittere nequit, sed filii consensus necessarius erit, ut per S.C. Ita decisum testatur *De Franchis in dec.* 715., ubi Addentes omnes, & præsertim *De Luca num.* 6., quam decisionem laudat *Paschalis de patr. pot. p.* 1. *cap.* 10. *num.* 6., *Rovitus dec.* 49. *num.* 4., & ita in Senatu Lugdun. servatum adhuc vidit *Julius Clarus §. fin. quæst.* 58. *num.* 22., immo conclusionem istam etiam de consuetudine servari tradunt *Conciol. resol. crim. ver. pax. resol.* 20., *Guazin. de pace p.* 1. *cap.* 12., *Sabellius in practica §. pace n.* 35., aliique apud *Altimarem de nullit. contr. tom.* 6. *rubr.* 2. *q.* 1. *sect.* 1. *num.* 602. *ver. sed de consuetudine*, *Tuschi lit. P. concl.* 174. *n.* 25., *Scialoya in prax. forjudic. cap.* 24. *num.* 48., *De Marinis var.* 1. *cap.* 151. *num.* 5., & 6.

93 Ab hac conclusione limita primo, si pater fuerit vilis, & abjectæ conditionis, & econverso filius honestæ vitæ, quoniam tunc patri non licet de levi filii offensa remittere, per Tex. *in l. Sed si unius §. filiofamilias ff. de injur.*, *Paschalis num.* 10., *Bajard. ad Clarum num.* 29., *De Luca ad Franchis in dec.* 715. *num.* 6., plene *Gomesius var.* 3. *cap.* 6. *num.* 6., *ubi Ayllon num.* 7.

94 Secundo limita, si pater fuerit absens, non relicto procuratore, nam in absentia nequit injuriam remittere, sed ipsi filio exercitium competit, *d. l. Sed si unius §. ait prætor.* & *§. filiofamilias*, *Paschalis num.* 12., *Bajard.*, & *De Luca loc. cit.*, *Bossius de patr. pot. cap.* 3. *num.* 200., *Rodoerius ad De Marinis var.* 1. *cap.* 151. *num.* 2.

95 Tertio limita, si pater fuerit furiosus, *d. §. filiofamilias*, *Paschalis num.* 11., *Bajardus num.* 30.

96 Quarto limita si fuerit filius a persona conjuncta injuriatus; cum hujusmodi injuria inter graves reputetur; consideraturque gravior injuria illata a persona conjuncta, quem ab extranea, *Paschalis num.* 7., & 8, *Clarus n.* 22., *ubi Bajard. num.* 29., *De Luca ad Franchis num.* 6., *De Marinis num.* 6., *ubi Rodoerius num.* 3., *Follerius in prax. crim. Ver. audiantur excusatores num.* 44.

97 Quinto limita, si aderit statutum, aut aliqua Principis indulgentia minuens delictum, aut delinquenti parceret, si remissionem ab offenso obtinuisset; nam tum remissio injuriæ factæ filio habita a patre ipsius offensi filii nequaquam offensori prodest; cum verba statuti, aut gratiæ secundum veritatem sint intelligenda, *Paschalis num.* 13., *De Luca ad Franchis num.* 7., *Farinaceus quæst.* 14. *n.* 46.

98 Sexto si filius fuerit emancipatus; quoniam tunc tamquam paterfamilias constituitur, eique tantum actio merito competit, per Textum *in l. Sed si unius §. fin. ff. de injur.*, *Clarus num.* 22. *in fine*, *ubi Bajardus num.* 34. *in fine*, *Paschalis num.* 14, *De Luca ad Franchis num.* 8. *in fine*.

99 Septimo limita, etiamsi filius fuerit sub patria potestate, sed tamen qui injuriam dedit, illum sui juris esse credebat, taliter quod animum offendendi patrem non habuit, & tum patri injuriarum actio denegatur, *Paschalis num.* 15.

100 In his igitur casibus soli filio actio competit; qui si fuerit pupillus, aut minor, remittere debebit secundum regulas superius traditas.

C A P. XIII.

De pace, & Concordia.

SUMMARIUM.

Remissio a pace, & Concordia differt, n.1.
Osculum est signum amicitiæ, & pacis, n.2.
Pax fit inter nobiles, invicem dexteras dando, n.3.
Pax varie describitur, num.4.
Pax differt a concordia, num.5.
Pacificos vocavit Dominus beatos, num.6.
Pax est tribus literis constat, num.7.
Pax duplex est, num.8.
Ad pacem faciendam nemo cogi potest, num. 9. Fallit num.10., & seqq.
Pactum etiam juratum de non faciendo pacem non valet, num.17.
Pupillus, & minor an pacem efficere possint, n.18., & seqq.
Solus tutor, aut curator potest pro pupillo, aut minore pacem facere absque judicis decreto, num.21.
Minor factus major tenetur servare pacem a tutore factam, num.22.
Tutor ventri datus nequit pro posthumo pacem facere, num.23.
Tutor nequit pupillum obligare ad pœnam conventionalem, num.24.
Pace facta cum pœna per tutorem, pœnæ stipulatio nulla est, & pax firma remanet, n.25.
Utile per inutile non vitiatur in separabilibus, num. 26.
Pace facta per filium minorem, an possit pater, aut mater eam impugnare, num.27.
Adversus pacem factam nequit minor restitui, n.28., & quid adversus damna, & interesse, n.29.

1 Diximus in cap. antecedenti de remissione facienda per posthumum, infantem, impuberem, & puberem de injuria ipsis illata ob necem patris, matris, aut ob offensam in propriam personam; subsequtive videndum cogitavimus de pace, & concordia, quæ a remissione differt tamquam genus a specie. Etenim remissio fit tantum a parte offensa, ejusque heredibus, & successoribus ad delinquentis favorem; Pax autem, & concordia devenit ex utraque parte, offendentis nempe, & offensi; sicque remissio habetur tamquam species, pax tamquam genus, *Afflict. de pace juram. firm. §. injuria n. 124., Bajard. ad Clarum §. fin. q. 58. n. 5.*, aliique apud *Altimarem de nullit. contr. tom. 6. rubr. 2. q. 1. sect. 1. num. 602. ver. remissio, concordia, & pax; Reg. de Rosa resol. crim. 12. n. 36., & 37.*, ubi
2 subdit pacem fieri coram communibus amicis, aut Judice cum amplexu, & osculo; cum osculum sit signum remissionis injuriæ; & novæ amicitiæ, & pacis, prout ex sacris paginis manifestum etiam nobis facit Esau, qui plorans osculatus est fratrem Jacob redeuntem ex Mesopotania ad Cananæam, ut in *Genes. cap. 33.* Pariterque David, qui suum filium Absalon in signum offensæ remissæ osculatus est, *2. Reg. cap. 14.*
3 Inter nobiles vero fit pax, invicem dexteras dando, *de Rosa num. 40.*, qui mos adeo antiquus est, ut legamus *lib. 1. Machabæor. cap. 16. n. 58.* in illis verbis: *Nunc itaque demus dexteras hominibus istis, & faciamus cum illis pacem, & cum omni gente eorum; Dextera enim testis fidei, & pacis pignus est.*
4 Pax varie describitur; ut sit remissio injuriæ; ut sit tranquilla libertas, vel animi tranquillitas naturam servans; & temperantiam non relinquens; ut sit persuadibile bonum, non compulsibile; ut sit finis, & sedatio discordiæ; ut sit capitulum pacis; nam quod capitula non dicunt, neque pax dicere potest; vide *Card. Tuschi lit. P. concl. 171. n. 1.*,
5 *& seqq.* Hinc *Corset. de pace quæst. 41. n. 14. 16., & 48.*, quem laudat *Tuschi num. 20.* ait pacem a concordia differre tamquam genus a specie. Etenim concordia dicitur quasi conjunctio cordium; pax vero plena sedatio; Ideoque pax sit genus, & concordia species.
6 Pax a Christo in suo testamento nobis dimissa est; *Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis*; ideoque pacificos vocavit beatos Dominus in Evangelio, quoniam filii Dei vocabuntur. Hinc pacem habere continuæ voluntatis esse debet; quoniam pax quæritur, ut bellum exerceatur; sed bellum quæritur, ut pax acquiratur, prout & alia de pace exornat *Ludovicus Romanus in Sermone post Consilia n. 21., & 22.*, ubi exclamat, o quam dulcis est pax pro temporali salute mortalium hominum; cum ex pace unitas inducatur, quæ concordias colit; Et non est Spiritus S. ubi non est concordia, & unio; vide *Cardin. Tuschi*
7 *num. 28., & seqq.* Immo communiter Theologorum Schola docet, SS. Trinitatem non adesse, ubi pacem abesse videtur. Hinc dicitur, quod pax ex tribus literis constat, nempe P., quæ patrem significat; A., quæ significat almum, idest Spiritum S., & X., quæ significat Christum, vide *de Franchis in decis. 535. n. 2.*
8 Pacem duplicem esse notat *Baldus cons. 195. n. 3. lib. 4.*, quem refert *Card. Tuschi n. 19.* Quædam enim in instanti perficitur, & est de injuriis præteritis; quædam vero est successiva, quæ dat formam futuro tempori; sicque prima non respicit futura; secunda non præterita.
9 Ad pacem faciendam nemo cogi potest, *Clarus § fin. quæst. 58. n. 41., Sabellius §. pax n. 8.; Afflictus dec. 149. n. 5.*, ubi *Ursillus n. 9., Altimar. de nullit. contr. tom. 6. rubr. 2. q. 1. sect. 1. n. 602. ver. nemo potest*, Benevent. ad caven-
dum

dum de non offendendo, ut dicemus *cap.seq.*
10 Solus tamen Princeps Supremus semper cogere potest, *Afflictus n. 6., Ursillus n. 9., Sabellius loc.cit., Bajard. ad Clarum n. 75., Altimari ver. & solus Princeps; Sanfelice dec. 27. n. 24., Pratus ad Paschalem de patr. pot. p.4. cap.7. num.22.*
11 Quandoque vero Judex inferior compellit etiam ad pacem ineundam, ut pro sedandis scandalis, & perturbationibus publicæ quietis, *Sabellius loc. cit., Ursillus n. 9., Altimari ver.*
12 *verum quandoque; Sanfelice n.23.* Ut quando diu steterunt inimici, *Vivius com. opin. 424.*
13 *n.4., Ursill., Sabell., Altimari ubi supra;* Vel si condigne fuissent delinquentes puniti, *Sabellius loc.cit., Farinac.quæst.107.n.3., & seqq.*
14 Hinc in certis locis adest statutum, prout est Eugubii, ut refert *Conciol. ad Statut. Eugub. lib.1. rubr.38.*, ubi singulis annis eliguntur Paceri, qui omnimode curare debent fieri
15 pacem, remissionem omnium injuriarum, etiam cum Notario. Et *Guazzin. de pace p. 5. q. 6. n. 1.* testatur pro Civitate Tipherni, ubi pro tali effectu eliguntur duo primarii Cives.
16 Et de hac nostra fedelissima Civitate tradit *de Rosa resol. crim. 12. n. 39.*, quod rixantes a Scribis M. C. ducuntur ad Judices, qui audita discordia, & composito interesse, suadent ad pacem, si fuerit æqualis offensa; In casu vero, quo major offensa alicujus fuerit, fieri offenso humiliationem, sicque se amplectuntur, & deosculantur; interposito decreto, *stante pace facta coram me, non molestentur; verum fiant mandata ad invicem de non offendendo*, prout dicemus *cap.seq.*
17 Qui pacis actus adeo est favorabilis, ut nullum erit pactum cum juramento adhuc firmatum de non faciendo pacem cum inimico; quum legi Evangelicæ adversetur, *Gratianus cap.518. num.21.*
18 Pax ista, & concordia quia pupillis, & minoribus permaxime utilis, & necessaria esse videtur, ideo eam ab ipsis confici posse indubitatum est apud *Abbatem cons.108.n.3.p.2.*, atque esse opinionem communiter a Doctoribus adprobatam, tamquam animæ, ac honori pupilli magis proficuam, & Christianæ Reipublicæ convenientem tradit *Gratianus n.16.*
19 Neque Judicis decretum erit necessarium; quia ad pacem obtinendam juris rigor relaxatur, cum actus pacis sit laudabilis, pietatis plenitudo, charitatis vinculum, publici boni inspectio, nec læsionem continens, *Gratianus n. 20., Sabellius §. tutor n. 29., Jovius de solemn. in contr. min. glos. 16. §. 7. n. 257., Simoncellus de decret. tit. 6. inspect. 16 n. 132.* Quicquid afferant contrarii relati a *Simoncello n.*
20 *137.* Sicque sola tutoris auctoritas erit sufficiens, *Gratianus, & Sabellius loc.cit.* Immo
21 solus tutor, aut curator potest pro pupillo, aut minore pacem facere sine Judicis decreto, *Jovius n. 239. Grossio de contr. min. insp.4. q.18. num.6.*
22 Et si solus tutor, aut curator fecerit pacem, ipsam observare pupillus, aut minor debet, etiam postquam major fuerit effectus, *Tuschi lit.P. concl. 174. n.35., Altimari de nullit. contr. tom.6. rubr.2. q.1. sect.1. n.602. ver. minor. tenetur observare.*
23 Curator vero ventris nequit pro posthumo futuro pacem facere, *Addit. ad Sanfelicem in dec. 383. ver. an tutor;* aliique apud *Jovium*
24 *n.239.* Et neque per infantem pax fieri potest, cum in eo nullus sit consensus, *Simoncellus de decret. tit.6. insp.16. n 135.*
25 Ad pœnam tamen conventionalem nequit tutor pupillum obligare, *Altimari ver. tutor*
36 *faciens; Simoncellus n.136.* Et si revera fuit pœna per tutorem stipulata, & tunc nulla erit pœnæ stipulatio, sed pax per ipsum tutorem facta firma remanebit; quia in separabilibus utile per inutile non vitiatur, ut in *reg. utile, de reg. jur. in 6., & in cap. dilectus 1., de prabend.*
27 Pace per filium minorem facta, nequit mater eam impugnare; *Gratianus cap. 518., Jovius n. 237.* Immo neque Pater poterit pacem a filio de injuria sibi illata factam impugnare, si ipse filius fuerit emancipatus; quamquam si in ejus potestate erit, indigebit ipsius consensu in facienda pace de illatis sibi injuriis, *Sabellius in praxi §. pace n. 35., Jovius num.238.*
28 Neque adversus pacem factam habebit minor restitutionem; quamquam agere poterit pro restitutione ad effectum repetendi damna, & interesse, *Jovius loc. cit., Valeron. de transact. quæst.7. n.101., Simoncellus n. 144.*, sed an possit remittere damna, & interesse diximus *cap. anteced. n.59., & seqq.*

C A P. XIV.

De Cautione de non offendendo.

S U M M A R I U M.

Cautio quid significat, n.1., & seqq.
Cautionis appellatione venit fidejussio, & pignus, num.7.
Cautionis species multæ sunt, num.8.
Cautio de non offendendo quid sit, n. 9., & seqq.
Judex ex officio cogere potest ad dandam cautionem de non offendendo, n.12., & 13.
Judicis officium moderatum esse debet, n.14.

One-

Onerosum est aliquem cogere ad cavendum de non offendendo, num.15.
Cautio de non offendendo cum causæ cognitione fieri debet, num.16., & 17.
Cautio per utramque partem peti potest, num.18., & seqq.
Homines quo sunt pauperiores, eo ad delinquendum promptiores, num.25.
Cautio de non offendendo quantum durat, n.26.
Minor ad præstandam cautionem cogi potest, num. 27., & seqq.
Minor tenetur ad pœnam in cautione contentam, num.30.
Impubes non venit sub generali promissione de non offendendo, num.31.
Judicis mandatum de se conferendo in domum quando fit, num.32.
Mandati formula, num. 33.
Pœna in mandato apposita quando exequi possit, num.34.
Relaxationis formula, num.35.
Cautionis formula, num.36.
Cautio recusata habetur pro præstita ordine judicis, num.37.

1 CAutio est nomen generale, & nudam
promissionem sine fidejussione significat,
per *Tex. in l. Sancimus Cod. de v.s.*, & tra-
dunt *Tuschi lit. C. concl. 167. n.1., & lit. S. concl.*
ach.?., Sabellius §. Cautia, n. 1., de Angelis de
habilit. reor. cap. 22. n. 4., Altimari de nullit.
contr. tom.2. rubr.1. quæst. 26. num. 15.. Nisi in
contrarium fuerit dispositum, *Tuschi d. concl.*
2 *167. n.4., Altimari n.116.*. Vel nisi in loco adesset
consuetudo, ut cautio cum fidejussione in-
3 telligatur, *Altimari n.117.*. Aut in cautione a
4 Prætore prolata, quæ cum fidejussione, & pi-
gnore intelligi debet; *Tuschi n.9., & 14., Alti-*
5 *mari loc. cit.*. Et etiam in cautione Mutiana,
Tuschi n.15., Altimari loc. cit.. Et tandem in
6 cautione de non offendendo, ut inferius di-
cemus.
7 Ceterum fidejussiones, & pignora sub ido-
neæ cautionis appellatione regulariter conti-
nentur, *d. l. Sancimus; l. Si mandato Titii*
§. ultim. ff. mandat., Tuschi num. 6., Gra-
tianus cap. 147. num. 12., Altimari num.118.
8 Cautionis multæ sunt species, quas expo-
nit *Maranta in specul. aur. p. 6. memb. 8.*.
Inter alias habetur illa de non offendendo;
quæ est legitimum præsidium, quod juste ti-
menti injuriam sibi inferri ad ipsius instantiam
vel ex officio Præsidis præstari solet, ne par-
tes ad arma, & ad rixas procedant, *Bajard.*
ad Clarum §. fin. q. 47. num. 1., vel ut tra-
dit *Canterius var. 2. cap. 11. num. 4., & 5.*,
9 quod sit securitas quædam præstita personis,
& rebus inimicorum ad certum tempus, di-
scordia nondum finita. Et dicitur tregua ad
differentiam pacis, quæ in proprio significa-
10 tu sumpta est finis discordiæ; & vide *De*
Angelis de habilit. reor. cap. 51. num. 1.
11 Hinc timens quis ab aliquo offendi, Ju-
dicis officium imploret, ut idoneam cautio-
nem, & securitatem de non offendendo ab
illo obtineat, per Text. *in l. Denunciamus*
Cod. de his, qui ad Eccles., l. Illicitas §. ne
potentiores ff. de offic. Præsid., Tuschi lit. C.
concl. 169. num. 11, Parisius cons. 168. num.1.
lib. 4., Clarus §. fin. q. 47. num. 2., Gome-
sius var. 3. cap. 6. num. 16., Scoppa ad Gra-
tianum in dec. 133. num. 12.. Immo Judex
12 ex officio cautionem istam cogere ad præ-
standum potest, ut observatum testatur *Cla-*
rus num. 3., ubi hujusmodi praxim semper
sibi placuisse tradit; & expresse docet *De*
Franchis dec. 359. num. 1., ubi ait sic in dies
M. C. practicare, & in S. C. servari; & tra-
dunt *Gomesius num. 16., Gratianus cap. 499.*
num. 1., Sanfelice dec. 142. num. 10.. Etenim
13 Judex omni studio curare debet, ut in Ci-
vitate omnia fiant placida, & tranquilla. Quod
verum est, etiamsi parti læsæ quoad pœnam,
& interesse satisfactum fuerit, *Prat. ad Pa-*
schal. de patr. pot. p. 4. cap. 7. num. 13.,
Capiblanc. de Baron, tom. 1. prag.6. num.46.,
aliique apud *De Angelis num. 7.*
14 Verum quamvis Judicis officium sit amplis-
simum, & latissimum, ut in *l. 1. ff. de jurisd.*
omn. judic., & tradit *Parisius loc. cit.*, nihi-
lominus tamen moderatum esse debet; &
non ex abrupto partes ad cautionem cogere
debet, & sine causæ cognitione, per Tex.
in l. 2. §. etsi dubitetur ff. de judic., De An-
15 *gelis num. 4.*. Etenim aliquem ad cavendum
de non offendendo cogere laboriosum, &
onerosum est; immo esset ipsum sua liber-
tate privare, quod iniquum est, ad Text. *in*
l. Non usque ff. si a parente quis man. fuer.,
late *Parisius num. 9., Menochius de arbitr.*
cas. 140. num. 4. lib. 2., De Luca ad Fran-
chis in dec. 359. num. 2.
16 Justa igitur causa cum cognitione præcede-
re debet, *Alex. lib. 5. cons. 78. num. 7., Pa-*
risius num. 10., & 11., ubi justam causam in
eo non considerat, qui solas minas projece-
rit; sed etiam necesse est, ut ille minans
minas suas sit exequi solitus; & quod talis
timor Judici vanus non videatur, *Faber in*
Cod. lib. 8. tit. 28. defin. 42., aliique apud
De Angelis de habilit. reor. cap. 52. num. 1.
17 Hinc firmat *Farinac. quæst. 107. num. 8.* ci-
tari partem ad dicendum quicquid, & quare
præstare non debeat cautionem, & ad audien-
dam provisionem faciendam; nisi tamen pe-
riculum fuerit in mora, & de imminenti of-
fensione timeretur; vel notoriæ essent inimi-
citiæ; quoniam tunc etiam nulla præcedente
causæ cognitione, sed per simplicem extraju-
dicialem informationem sine formali testium
examine poterit partes ad hanc cautionem
Judex cogere, *De Luca ad Franchis loc. cit.*
18 Et si per Judicem una pars ad cavendum cogi-
tur, poterit altera, ut ea pariter caveat petere; &
per Judicem reciproca cautio providenda erit;
De Franchis num. 2., ubi Amoiean.; & *De*

19 *Luca num.* 3. ; nec unam partem tunc Judex cogere debet, sed utramque, *De Luca ad Gratianum in cap.* 499. *num.* 3. , *Scoppa ad eumdem in dec.* 133. *num.* 19.

20 Et si forsan per unam partem fuit præstita, & altera præstare nolit, obligatio ejus, qui præstitit invalidatur, & non tenet; quoniam intelligitur data prout de jure, *De Luca ad Franchis loc. cit.*, plene *De Angelis de habilit. reor. cap.* 54. *num.* 2., & 3., *Sabellius tom.* 4. *resol.* 93. *num.* 3.

21 Verum si pars, quæ reciprocam fidejussionem petit, vanum timorem habet, non erit audienda; sicque reciproca cautio denegari poterit, ut per S. C. decisum testatur *De Franchis in dec.* 359. *num.* 6., in causa cujusdam senis, in quo vanus erat timor offensionis; quapropter dum de offensione non timetur, reciproca non erit præstanda cautio, plene *De Luca ad Franchis num.* 3., & 4., *Scoppa ad Nicolinum in prax. crim. num.* 40., & *ad Gratianum in dec.* 133. *num.* 1., *De Angelis num.* 4.

22 Solet tamen pars præstare cautionem cum expressa protestatione, quod non valeat sua cautio, nisi per alteram similis pariter præstetur; cujuscemodi modum non debere admitti per Judicem advertit *Vulpell. de pace quæst.* 79. , quem refert *De Luca loc. cit.*, cum indemnitatis effectum prædicta protestatio pariat, ut tradunt *Scoppa ad Gratianum num.* 29., *De Angelis num.* 5.

23 Hujus cautionis autem natura est, ut cum fidejussionibus præstetur, prout de consuetudine servari tradit *Alberic. in l. Non est verisimile* §. *sed vidi dubitari ff. quod met. caus.*, quem refert *Clarus* §. *fin. q.* 47. *num.* 5., ubi etiam testatur ita semper servatum vidisse, etiamsi pars multa bona possideat. Et si pauperrima fuerit, itaut fidejussorem non inveniet, ad juratoriam cautionem loco fidejus-
24 sionis admitti poterit; dummodo tamen esset bonæ vitæ, & famæ; alias nequaquam ei præstanda erit fides, sed Judex ad exulandum cogat absque paupertatis miseratione;
25 cum pravi homines quo sunt pauperiores, eo ad delinquendum promptiores, quia confiscationem bonorum, quæ non habent, non timent, *Tuschi lit. C. concl.* 167. *num.* 5., & *concl.* 169. *num.* 13., *De Angelis de habilit. reor. cap.* 50. *num.* 7.

26 Quanto tempore autem cautio ista, & promissio de non offendendo duret, dum tempus præcisum non habet, in jure certum non est; hinc *Alberic. in l. Illicitas* §. *ne potentiores ff. de offic. Præsid.* ait durare usque ad triginta dies; quod in praxi non servari tradunt *Tuschi num.* 18., & *Clarus loc. cit.*, sed tempus istud Judicis arbitrio positum est; usquedum suspicionis causa non cessabit; a quo recedendum non erit, attenta præsertim viridi observantia.

27 Sed videamus modo, an ad hanc cautionem præstandam minor cogi possit? Et affirmant *Guazin. de pace* §. 3. *q.* 23. *p.* 2., aliique relati ab *Altimari de nullit. contr. tom.* 1. *rubr.* 2. *q.* 1. *sect.* 2. *num.* 602. *ver. minores*
28 *puberes*; sicque valida erit talis minoris obligatio absque ulla solemnitate; nam cum simus in actu necessario, ad quem lex obligat, ut possit quis ad cavendum de non offendendo cogi, non erit necessarium Judicis decretum, cum jam legis præceptum habeatur, ita *Gratianus cap.* 499. *num.* 10., *Surdus de aliment. tit.* 9. *q.* 44. *num.* 15., *Iovius de solemn. in contr. min. Glos.* 16. §. 7. *n.* 360., *Altimari loc. cit.*, maxime virtute juramenti,
29 ut advertit *Andr. de Isern. in tract. de feud. rubr. de pace juram. firm. num.* 3., quem refert *de Angelis de habilit. reor. cap.* 34. *num.* 4.

30 Hinc si adversus talem obligationem venerit minor, tenebitur quidem ad pœnam in ea contentam, ut judicatum refert *Sanfelicius in dec.* 246., ubi fuit casus cujusdam minoris, qui cum juramento de tenendo Palatium loco carceris se obligavit, & extra Palatium deliquit, fuit condemnatus ad pœnam fidejussionis, & ad exulandum pro novo delicto; & tradunt *de Luca ad Franchis in dec.* 448. *num.* 6., *de Angelis num.* 2., *Scialoya in praxi torq. reos cap.* 13. *num.* 13.

31 Sub generali autem provisione de non offendendo impuberes non comprehendi firmat *Altimari ver. impuberes non comprehenduntur.*

32 Antequam vero ad istam cautionem deveniatur, solet quandoque præcedere mandatum de se conferendo in domum solitæ habitationis, si fuerit nobilis; si vero plebejus, directe ducendus erit in vinculis, si in actu pugnæ fuisset inventus. Et justificatione inter rixantes inde facta, interponitur decretum, quod excarcerentur, injuncto tandem, si opus fuerit, mandato de non offendendo, juxta praxim relatam a *Reg. de Rosa resol. crim.* 37. *num.* 39.

Mandatum autem de tenendo domum loco tuti, & securi carceris, quando pugnæ timor inter nobiles instat ita esse poterit.

33 „ Col tenore del presente mandato s'impone ordine, come si ordina a N. N. N., che
„ fra sei ore assegnate due pe 'l primo, due
„ pe 'l secondo, e due pe 'l terzo, ed ultimo
„ perentorio termino conferir si debbano nelle
„ di loro case di propria abitazione, e le medesime tenere in luogo di sicuro carcere sino a nuovo ordine di questa Corte, sotto
„ pena di docati mille Fisco &c. altrimenti &c.
„ Tanto eseguirete, dandovi &c. Dato . . . .
„ die . . . hora vero . . . . ann.

Fit notificatio cum expressione horæ notificationis in relatione.

34 Sed an transacto termino in mandato apposito, & rei non obtemperaverunt, poterunt statim ad injunctam pœnam condemnari? Habemus Ritum M. C. V. in ordine Carav. 118., qui in specie statuit, nequaquam,

elapso termino, non accusatis debitis contumaciis, ad pœnæ exequutionem procedi posse. Et cum fuit hoc disputatum in Collaterali Consilio nullam habuit difficultatem, ut refert *Sanfelicius in dec.* 132. *num.* 3.

35 Verum quia non semper sub mandato domi detineri rixantes debent, cum nimis durum esset, ideo relaxantur, se cavendo ad invicem de non offendendo, dummodo vanus timor offensionis non adfuerit. Quapropter fit decretum, ut *N. N. relaxentur, præstita tamen per ipsos idonea cautione ducatorum* . . . *Fisco &c. de non se offendendo*. Vigore cujus decreti recipitur cautionis obligatio; quæ sequenti modo esse poterit.

36 „ Per osservanza del decreto di questa
„ Corte sotto il dì . . . . costituiti personal-
„ mente presso gli atti della medesima N. N.,
„ li medesimi, e ciascuno di essi, *sponte, non*
„ *vi, &c.* ha promesso, e si è obbligato sotto
„ la pena di docati mille, Fisco &c. nè per se
„ nè per altri offendere, e fare offendere N N in
„ qualsivoglia modo, e maniera, non solamen-
„ te nelle diloro proprie persone, ma nem-
„ meno de' diloro figli, fratelli, consanguinei,
„ famiglia, e beni tutti. Ed a maggior cau-
„ tela hanno dato in loro pleggi, e fidejussori
„ *in solidum* N. N. quì presenti, ed accettan-
„ ti, laici, e senza padre, *ut dixerunt*, sotto
„ la medesima pena di docati mille. A qual
„ motivo tanto essi N. N. principali, quanto
„ li sudetti N. N. pleggi, e fidejussori *in soli-*
„ *dum* si obbligano alla pena predetta &c. *cum*
„ *potestate &c.* sotto la pena del doppio &c.
„ coll' obbliganza de' beni tutti &c. *Constitu-*
„ *tione precarii &c. Et ita se obligaverunt,*
„ *juraverunt, & renunciaverunt in forma omni*
„ *legum auxilio. Datum* . . .

N. N. mi obbligo, e prometto come sopra.

N. N. mi obbligo, e prometto come sopra.

N. N. mi obbligo, prometto, e pleggio come sopra.

N. N. mi obbligo, prometto, e pleggio come sopra.

N. N. testimonj.

N. Gub. ———————— N. Act.

37 Accidit interdum, ut aliqua pars ad cavendum renuat; sed tum per Judicem fit præceptum, ut cautionem præstet; & interim cautio habeatur pro præstita; quæ praxis habetur ex Tex. *l. Cum postulassem* 44. *ff. de damn. inf.*, & docet *Vermigliol. consf.* 166., *Guazin. de caut. §.* 3. *quæst.* 17. *p.* 2., aliique relati a *De Luca ad Franchis in dec.* 359. *num.* 4., ubi etiam formulam ponit.

C A P. XV.

An pupillus, aut minor pro simplici debito civili carcerari possit.

S U M M A R I U M.

Pupillus pro debito civili carcerari non potest, num. 1.

Carceratio fieri nequit, nisi in contumacem debitorem, num. 2.

Contumacia in pupillo cadere nequit, num. 3.

Minor pro debito civili carcerari non potest, num. 4., *&* 5.

Minor conventus vigore alicujus Chirographi, aut apocæ subscriptæ ab ipso minore etiam cum consensu curatoris carcerari nequit, n. 6.

Minor curatorem non habens pro debito civili carcerari potest, num. 7.

Minor compelli potest ad apocam recognoscendam, num. 8.

Minor nequit in possessorio adstringi ad solutionem ex solutionibus factis per minorem, n. 9.

1 Inter cetera pupilli privilegia illud adest, quod pro debito civili carcerari nequit, per Tex. Cai *in l. Neque impuberes* 22. *ff. de in jus voc.*, & tradunt *Virgilius de legitim. pers. cap.* 5. *num.* 19., *ver. ego teneo;*

Gratianus cap. 160. *num.* 26., *Simoncellus de decret. lib.* 2. *tit.* 6. *num.* 1.8., *Jovius Glos.* 16. *§.* 7. *num.* 21., *Tuschi lit. M. concl.* 257. *num.* 2., *Sabellius §. minor num.* 7., *& tom.* 4. *resol.* 52. *num.* 21., *Baronius effect.* 97. *circa judicialia num.* 1., *Bersonus de pupillis.* *cap.* 1. *q.* 13. *num.* 2., *De Angelis de habilit.*
2 *reor. cap.* 32. *num.* 1., *Altimari de nullit.*
contr. tom. 6. *rubr.* 2. *q.* 1. *num.* 96.. Etenim
carceratio fieri nequit, nisi in contumacem
debitorem, per Rescriptum Imp. Constantini
in l. Nemo 2. *Cod. de exactor. Tribut. lib.* 10.,
3 & in pupillo contumacia cadere nequit per
sententiam Pauli *in l. Contra pupillum* 54.
ff. de re judic., *Simoncell. loc. cit.*, *Jovius*
num. 21. *ver. & in terminis*; *Narbona de ætate anni* 25. *quæst.* 36. *num.* 6.

4 Eamdem conclusionem in minore pariter
procedere firmant *Tuschi loc. cit.*, *Narbona*
supra, *Altimari num.* 737., *Lara de vita hominum cap.* 24. *num.* 26., *Antonell. de temp.*
leg. lib. 3. *cap.* 14. *num.* 2., *Staiban. jun. cent.* 2.
5 *obser.* 163. *num.* 8., *Sanfelice in praxi sect.* 36.
num. 16., Etiamsi ipsum curator obligaverit,

Narbona, *& Lara loc. cit.*, aliique apud *Altimarem num.* 738.

6 Hinc conventus minor vigore alicujus Chirographi, aut apochæ subscriptæ ab ipso minore, etiam cum consensu, & auctoritate curatoris carcerari nequit, ut decisum tradit *Rovitus in prag.* 63. *de offic. Proc. Cæsar. num.* 2., *&* 36., & tradunt *Riccius collect.* 16.9., *Staibanus resol.* 8. *num.* 10., *Viscont. ad Franchis. in dec.* 502., *Manfrella ad Capyc. Latr. dec.* 45. *num.* 7., *Maradei in prax. præsent. instrum. cap.* 4. *num.* 228., *Altimari num.* 742.

7 Verum volunt *Salgad. de Reg. prot. p.* 2. *cap.* 4. *num.* 80., *Narbona num.* 9., *& quæst.* 58. *num.* 11., *Baronius num.* 11., aliique, quod de jure, & de consuetudine servatur, ut pubes carcerari possit, quando suarum rerum habet administrationem; etenim cum ipse quoad bonorum suorum dispositionem major sit, nulla ratione effici potest, ut non etiam in carcerem detrudi possit; qui adeo rei suæ moderator, & arbiter est, ut quoquo modo obligari, & in rem propriam pacisci valeat, vide plene *Narbona loc. cit.*

8 Compelli tamen poterit minor, ut apocham recognoscat, etiam sine curatoris auctoritate, vide *cap.* 1. *num.*

9 Et nota, quod ex solutionibus factis per tutorem, aut curatorem nequit pupillus, aut minor ad solutionem in possessorio adstringi, ut plene *Maradei in prax. præsent. instrum. cap.* 4. *num.* 230., *& seqq.*, ubi alia ad materiam.

C A P. XVI.

An adversus minorem instrumentum via Ritus liquidari possit?

SUMMARIUM.

Instrumentum adversus minorem tempore obligationis liquidari nequit, num. 1., *& seqq.*, *& num.* 7.

Minor per juramentum ficte repræsentatur major, num. 4.

Statutum interpretandum est, ut minus jus commune lædat, num. 5.

Ritus a jure communi exorbitans est, num. 6.

Quod ab initio non valet tractu temporis convalescere nequit, num. 7.

Instrumentum adversus minorem cum curatoris auctoritate obligatum liquidari potest, num. 8.

Minor potest ex contractu antecessoris, cui successit ad solutionem adstringi, num. 9.

1 PRo sana quæsiti resolutione plures distinguendi sunt casus; Primus est, an adversus minorem tempore obligationis instrumentum liquidari possit? Et negant *Caravita super Ritu* 166. *num.* 12., *Staibanus resol.* 8. *num.* 9., *Capyc. Latro dec.* 45. *n.*25., aliique apud *Maradei in prax. præsent. instrum. cap.* 4. *num.* 227., & ita fuisse praxim in Regno receptam dixit etiam ad *Sing. sui Patris* 339. *num* 19.

2 Falsam hanc opinionem alii asserunt, posse scilicet adversus talem minorem instrumentum liquidari; etenim quia per juramentum minor fit major, per *auth. Sacram. puber. Cod. si adv. vend.*, merito adversus ipsum vindicare Ritus potest, cum non sit jam exorbitans a jure communi, ut post alios refert *Alex. ad Capyc. Latr. consult.* 155. *num.* 29., *& ad Nicolinum in prax. civ. num.* 810.

3 Nihilominus tamen prima opinio tamquam
verior amplectanda est. Hinc *Sanfelicius in
prax. sect.* 36. *num.* 18., quem laudat *Mara-
dei in sing.* 339. *num.* 20. recte ait, Ritum no-
strum loqui de vero majore. Econtra minor
4 per juramentum non fit vere major, sed ta-
lis repræsentatur ficte, quia juramentum fin-
git, & repræsentat majorem, qui revera non
est, sed minor; sicque Ritus in majore ficto,
& repræsentativo nequaquam extendendus est;
5 cum statutum, ut minus jus commune lædat,
interpretandum sit. Et tamquam a jure com-
muni exorbitans de casu vero ad fictum ne-
quaquam extendi debet; quod & fuit doctri-
na Bartoli *in l. Ait prætor §. hæc verba ff.
de negot. gest.*

6 Et quod Ritus sit a jure communi exorbitans, non debet habere difficultatem. Etenim de jure communi instrumenta auctoritate publica confecta paratam executionem non habebant, & hodie attento Ritu executionem obtinuerunt, ut tradit *Maradei in prax. præsent. instr. cap.* 1. *num.* 1.. Ideoque a jure communi exorbitantia, quod & in specie refert *Anton. de Canar. in tractat. de exequt. instrum. q.* 4. *num.* 9. *ver. statutu*, quem laudat *Sanfelicius num.* 19., ut nempe statuta loquentia de exequutione instrumentorum simplicium videntur exorbitantia a jure communi.

7 Et hæc conclusio vera adhuc est, & procedit, etiamsi tempora majoris ætatis instrumentum liquidaretur; ex regula, quod ab initio non valuit, reconvalescere amplius nequit; cum initium, quo minor se obligavit, & non finis attendi debeat, et tradit *Sanfelicius num.* 21. *ver. jurans*; quicquid involuere videtur *Alex. ad Capyc. Latr. consult.* 155. *sub num.* 31.

Secun-

8 Secundus casus erit, quando talis minor cum curatoris auctoritate contraxit; quoniam tunc adversus ipsum minorem ad liquidationem procedi potest, & etiam ad incarcerationem, ut notat *Caravita in Rit. 166. n. 12.*, *Muscatellius in prax. S. C. p. 2. Glos. intimato in addit. lit. G. in fine*, *Narbona de ætate anni 25. quæst. 54. num. 1., & seqq.*, *Baronius effect. 40. circa judicial. num. 11.*, *Altimari de nullit. contr. tom. 6. rubr. 2. q. 1. sect. 1. num. 741.*, *Sanfelicius num. 22.*

9 Tertius casus erit, quando non agitur ex proprio contractu, sed ex paterno, aut alterius antecessoris, & tunc secundum veriorem opinionem potest minor ex antecessoris contractu ad solutionem adstringi in illis bonis, quæ a contrahente in ipsum perventa fuere, quoniam defuncti obligatio non variatur, nec mutatur ex persona, sive privilegio heredis, plene *Narbona num. 8., & segq.*, *Baronius num. 13.*, *Cyriac. controv. 308. n. 54.*, *Montan. de tutel. cap. 33. num. 447.*, *Surdus dec. 77. num. 1.*

C A P. XVII.

An per minorem creditorem possit instrumentum via Ritus liquidari adversus debitorem?

SUMMARIUM.

Minor creditor sine curatoris interventu nequit instrumentum contra debitorem liquidare, num. 1. 7., & seqq.

Minor quando nequit esse in judicio sine curatore, num. 2., & 3.

In executivis proceditur absque figura judicii, num. 4.

Idem est summarie procedere, atque sine juris ordine, num. 5.

In executivis ordo juris est ordinem non servare, num. 6.

1 Nulla est difficultas de minore curatorem habente, cum cujus auctoritate qualemcumque actionem experiri potest; solummodo quæritur, si minor curatorem non habens possit contra suum debitorem executive agere? Et negant *Parlador. rer. quotidian. lib. 2. cap. fin. p. 3. §. 1. num. 9.*, *Roder. de execut. cap. 5. num. 4.*, aliique relati a Baronio *effect. 40. circa judicial. n. 1.*

2 Contrarium defendunt *Aretin. in l. Cum & minores Cod. si adv. rem judic.*, *Barbat. cons. 86. lib. 3.*, *Narbona de ætate anni 15. q. 1. num. 2., & de ætate ann. 25. q. 34. n. 11.*, aliique, quos refert *Baronius num. 4.*; quia regula, quod minor nequit esse in judi-
3 cio sine curatore, non procedit, quando agitur sine figura judicii, quia remissæ censentur omnes solemnitates, quæ juris civilis sunt; atque in executivis proceditur abs-
4 que figura Judicis, quia summarie, & sine ordine judiciario causæ tractantur, ut tradunt *Maranta de ord. judic. p. 4. dist. 9. num. 175.*, *Tuschi lit. E. concl. 473. num. 9.*,
5 aliique apud *Baronium num. 6.*, cum idem sit summarie procedere, & sine juris ordine absque figura Judicii, *Maranta num. 41.*, *Coller. de proc. execut. in præf. n. 22.*, ali-
6 que apud *Baronium num. 7.*, sicque in executivis ordo juris est ordinem non servare, ideoque in eis curatoris auctoritas non requiritur, *Carena resol. 21. num. 51.*, quem refert *Baronius loc. cit.*

7 His tamen non obstantibus, prima opinio verior est, & in praxi servatur, ut nempe minor in summariis, & executivis nequeat stare in judicio sine curatore, ut testatur *Baronius num. 9. post Virgilium de legitim. pers. cap. 2. num. 44. ver. & licet*. Etenim minor non solum in respondendo, sed etiam in
8 agendo nequit esse in judicio sine curatore, per Rescriptum Impp. Dioclet., & Maxim. *in l. In reb. 2. Cod. qui legit. person.*, *Baronius eff. 1. circa judicial. num. 92., & 113.*, & diximus *cap. 1. num. 112.* Sicque per
9 adversarium usque ad sententiam opponi potest exceptio minoris ætatis ad impediendum processum, *Novarr. super prag. Reg. Neap. tit. de minor. in rubr. coll. 1. num. 4.*, *Baronius in præl. circa judicial. num. 139.*

CAP.

C A P. XVIII.

De scripturarum recognitione.

SUMMARIUM.

Pupillus adstringi non potest ad scripturam recognoscendam; num. 1.

Minor sine curatoris auctoritate neque potest scripturas recognoscere, num. 2., *contrarium num.* 9.

Recognitio coram Judice facta habet vim judicialis confessionis, num. 3.

Recognoscens quis scripturam, omnia in ea contenta fateri videtur, num. 4.

Minor sine curatore non habet legitimam personam confitendi in judicio, num. 5.

*Per recognitionem ad executionem devenitur, n.*6.

Adversus recognitionem a pupillo, vel minore factam conceditur restitutio, num. 7.

Nulla erit executio sequuta vigore recognitionis factæ a pupillo, vel minore, num. 8.

Minor curatore carens tenetur recognoscere scripturam propria manu factam, num. 9.

Minor adversus recognitionem factam non restituitur, etiamsi asserit, quod apochæ continentiam nescIverat, num. 10., *declaratur, n.* 11.

1 Pupillum nec censum, nec scripturam,
nec sigillum, aut computum, neque
quid aliud in judicio recognoscere posse
adeo certum est, ut nullam retineat difficultatem,
ut plene probat *Narbona de ætate ann.* 25. *quæst.* 83. *num.* 1., *Baronius effect.* 38.
2 *circa judicialia num.* 1., *&* 2.. Quod etiam
in minore procedere firmat *Narbona num.*2..
Nam quæ de pupillo dicuntur, minori pariter
ex paritate rationis accommodantur, per
sententiam Ulpiani *in l. Qui neque* 8. *ver. sed
si ff. de reb. eor.*, & recognitio coram Judice
3 facta judicialis confessionis vim habet, *Gratianus
cap.* 183. *num.* 10., *& cap.* 287. *n.* 27.,
4 aliique apud *Baronium num.* 4., quoniam recognoscens
quis computum, vel scripturam,
omnia in ea contenta fateri videtur, ex sententia
Angeli, Immolæ, & Alex. in *l. Ita
stipulatus §. Grisogonus ff. de verb. oblig.*, &
tradunt *Narbona num.* 3, *Baronius num.* 5.,
5 & econverso certum est, minorem 25. annis
absque curatore nullam habere personam
confitendi in judicio, ut probant *Clarus §.
fin. quæst.* 55. *num.* 12., *Narbona num.* 4.,
Baronius num. 6.

6 Comprobatur adhuc ex eo, quod recognitio
ad id interponitur, ut adversus ipsum
recognoscentem executionis jus competere
possit, ut exponunt *Covarruvias var.* 3. *cap.*7.
num. 6., *Felicianus de censib. lib.* 3 *cap* 6.
num. 7.; aliique; atque pupillus, aut minor
nihil efficere potest, ex quo exequi possit.

7 Quapropter recognita a pupillo, vel minore
aliqua scriptura, vel apocha, adversus
hanc recognitionem restitutio conceditur,
8 *Baronius num.* 9., & si vigore talis recognitionis
aliqua executio facta fuerit, erit nulla
neque rescissione opus erit, plene *Narbona
num.* 8, *& seqq.*

9 Verum, prædictis omnibus nequaquam obstantibus,
contrarium respectu minoris defendunt
Altimari de nullit. contr. tom. 6.
rubr. 2. *q.* 1. *num.* 723., *Maradei in prax.
præsent. instrum. cap.* 12. *num.* 11., aliique,
ut nempe minor, sine curatore tenetur re-
10 cognoscere scripturam propria manu factam;
neque adversus hanc suam confessionem restituitur,
etiamsi afferat, quod apochæ continentiam
nesciverat; & fuit etiam senten-
11 tia *Narbonæ num.* 13., ubi declarat opinionem
istam veram esse, & procedere in recognitione,
& confessione de actu præterito,
quæ sine curatore valida erit; non autem
in recognitione, & confessione obligatoria
de præsenti, quæ cum curatore erit proficienda.

FINIS SECUNDÆ PARTIS.

PRA-

PRAXIS
PUPILLARIS
U. J. D.
REV. D. ANTONII RICUCCI
A CITRARIO
CONSENTINÆ PROVINCIÆ
PARS III.

In qua de contractibus, pupillorumque privilegiis habetur sermo.



S Y L L A B U S
CAPITULORUM, QUÆ IN HAC TERTIA PARTE CONTINENTUR.



PRAXIS PUPILLARIS

AUCTORE REV.

D. ANTONIO RICUCCI

PARS TERTIA.

CAP. PRIMUM.

De Contractibus in genere.

SUMMARIUM.

Contractus etymologia, num.1.
Contractus late sumptus pro omni conventione accipitur, num.2.
Quid facti est, num.3.
Ejus effectus est quid juris, num.4.
A quo jure contractus descendit, num.5.
Definitur, num.6.
Contrahendo inducitur obligatio, num.7.

1 Contractus etymologiam diversimode nostri descripsere auctores, ut videndus *Altimari de nullit. contr. tom.1. quæst. 1. n.10., & seqq.* Meliorem ponit in n. 17. *ex Josio de fecundit.in contr.minor.gl.11.§.7.n.91.*, esse nempe dictum a contrahenda obligatione, quoniam per ipsum semper obligatio contrahitur. Easpropter contrahentes, qui obligationem ineunt, dicuntur.

2 Contractus late sumptus pro omni conventione accipitur, quia nullus invenitur contractus, qui in se conventionem non habet, per sententiam Ulp.in *l.1.§.adeo ff. de pactis*;
3 Et quamquam contrahere sit quid facti, Bartol. in *l.ex hoc jure ff. de just., & jur.*. Con-
4 tractus tamen effectus est quid juris, cum obligatio sit juris vinculum, *§.1.instit.de obligat., Altimari num. 5. & 6.*

5 De jure naturali contractus est; quamquam de jure civili, & positivo immutationem quamdam, ac additionem receperit. Etenim supposita rerum divisione, illico naturale jus subintravit, ut contrahendo naturalis æquitas servetur, quæ dictat, ut quod tibi non velis, alteri ne feceris; & ut rei ad rem æqualitas, quam justitia commutativa præscribit, habeatur, *Altimari n.3. post Onnatum de contract. tom. 1. disp. 1. n.10.*

6 Non una contractus definitio descripta invenitur. Proprior autem ea est, quam notat *Verde lib.3. instit. Civ.n.207.*, ut sit conventio plurium ad idem, obligans ex justitia commutativa; vel ut tradit *Altimari n.28.*, quod contractus nihil aliud est, quam ultro citroque obligatio, secundum Ulp. *in l. Labeo §. contractum ff.de verbor., & verb.signif., & Paulum in l. obligationum ff. de action., & obligat.*

7 Contrahendo igitur inducitur obligatio. Easpropter dum aliquis obligatur, contrahere videtur, *Paulus in l. omnem 20. ff. de judic., Altimari n.134.*. Hinc quia obligationem inducit contractus; quid obligatio sit, sequitur videndum.

C A P. II.

De Obligatione.

SUMMARIUM.

Obligatio quotuplex est, num. 1., & seqq. Naturalis obligatio quotuplex est, n. 4., ipsius effectus num. 5., & seqq.

Assignatur regula ad cognoscendam naturalem obligationem, num. 9., & 10.

Obligatio est quid facti, & non præsumitur, num. 11.

Infans, infantiæque proximus nec civiliter, nec naturaliter obligatur, num. 12., & seqq.

Infans nec alios sibi obligare potest, num. 15., secus infantiæ proximus, num. 16.

Infans, infantiq. proximus aliquando obligatur, num. 17., & 18.

Quid de impubere, num. 19., & seqq.

An pupillus in mutuo naturaliter obligetur, num. 27., & seqq.

Minor curatorem non habens naturaliter, & civiliter obligatur, num. 31.. Declaratur, num. 32., & 33.. Curatorem habens naturaliter tantum obligatur, num. 34., & 35., etiamsi Judicis decretum intervenerit, num. 36.. Declaratur num. 37., & seqq.

Minor an restituatur adversus quamlibet obligationem, num. 40., & seqq.

Pupillus solvens debitum, quod naturali tantum, aut nulla obligatione debebatur, an adversus ipsam solutionem restitui possit, num. 49., & seqq., & num. 61., & seqq.

Pupillus cum suo tutore illegitime contrahendo, neque naturaliter obligatur, num. 62.

An fidejussor pupilli obligatus remanebit ex contractu, quo pupillus ipse nulliter contraxit? num. 65., & seqq.

Fidejussor, qui pro pupillo naturaliter, & civiliter obligato solverit, mandati actionem adversus pupillum habebit, num. 78.. Fallit n. 79.. Quid vero quando pupillus fuerit tantum naturaliter obligatus? num. 80., & seqq.

Fidejussor conventus per creditorem pupilli juvari nequit beneficio restitutionis ipsi pupillo competentis, num. 88.

1 OBligatio contrahendo inducitur; & duplex esse potest, naturalis una, civilis altera. Prima ea dicitur, quæ ex sola consensu, præter, & sine solemnitate civili, benevero jure gentium inducitur, *Bartol. in l. 1. num. 9. ff. de cond. indeb., Tuschi lit. O. concl. 28. num. 1., Anacletus Theol. moral. tract. 8. de contractib. dist. 1. q. 3. num. 29..*
2 Secunda vero dicitur, quæ de jure civili inducta est, aut a lege aliqua constituta, *Tuschus num. 16., Anacletus loc. cit.*, aut ut notat *Sanchez de matrim. lib. 1. disp. 7. n. 14.*,
3 quod civilis obligatio est, ad quam implendam datur actio in foro externo; naturalis
vero, licet non detur actio in foro causarum, obligat tamen in foro conscientiæ; quia quod naturaliter obligat, constringit in foro conscientiæ, quamvis actio civilis deficiat.
4 Naturalis autem obligatio duplex esse potest; altera propter debitum honestatis, & gratitudinis, quæ tamen proprie non est obligatio, nec ob ejus transgressionem inducitur peccatum; altera vero ob vinculum legis naturalis, quæ in foro conscientiæ obligat, licet de jure civili actionem non producat, *Sanchez num. 15.*
5 Naturalis obligationis plures sunt effectus: Primus est, quod soluti debiti repetitionem impedit: Secundus, quod creditor jus habet retinendi, & accipiendi quicquid ipsi natu-
6 raliter est debitum: Tertius, quod dat jus excipiendi, & compensandi: Et quartus,
7 quod in naturali obligatione fidejussor accedere potest, *Anacletus num. 34., Oddus de*
8 *restit. in integr. quæst. 51. num. 30., Narbona de ætate ann. 14. q. 6. num. 16.*
9 Datur benevero regula, ut cognoscatur, quando naturalis, quando civilis obligatio ex aliquo contractu oritur. Hinc dum lex contractum prohibet, eique resistit, neutra tunc oritur obligatio. Etenim quamquam quilibet contractus ex se naturalem obligationem pariat, attamen naturale jus fidem servandam in contractibus præscribit, atq. lex pariter obligationem hanc naturalem ob publicum bonum impedire potest; quod clare patebit, quando ipsa lex contractui resisteret, eum vetando, & cassando. Lege
10 autem contractui non resistente, neque assistente, ei nempe in foro externo actionem denegando, & tunc naturalis obligatio solummodo oritur: assistente tandem lege, utraque obligatio oritur, plene *Sanchez n. 16.*
11 Quæcumque autem obligatio quid facti est, & non præsumitur, sed cui incumbit probatio competit, per rescriptum Impp. Severi, & Anton. *in l. 1. Cod. de probat.*
12 Sed an infans, impubes, aut pubes obligari possit? Et quoad infantem, infantiæque proximum nec civilis, nec naturalis obligatio oritur per Tex. Lucii *in l. pupillus 58.*
13 *ff. de action., & oblig., & Neratii in l. Quod pupillus 41. ff. de condict. indebiti.* Non civilis, quia deest legis civilis obligatio, cum
14 solemnitates desiat: non naturalis, quia carenti intellectu, & consensu deficit natura, ex qua naturalis obligatio per consensum perfectum causatur, *Anacletus num. 30., Molina de justit. tom. 1. tract. 2. disp. 224.*, aliiq. apud *Sanchez de matrim. tom. 1. lib. 6. disp. 38. n. 14., Bersanus de pupillis cap. 2. q. 1. num. 2.*

Et

15 Et ea eſt infantiæ vis, ut nec obligari,
nec alios ſibi obligare infans poſſit, *Gratia-
nus cap.* 122. *num.* 15., *Sabellius §. pupillus
num.* 2., *Berſanus num.* 1., & 2., infantiæ
16 vero proximus ſibi alios obligare poteſt,
Sabellius ibid., *Altimari de nullit. contr.
tom.* 6. *rubr.* 2. *q.* 1. *num.* 233. Fallit, ſi
17 infans, infantæque proximus fuerit locuple-
tior effectus; tunc enim, æquitate inſpecta,
tenetur erga contrahentes ad id, in quo fuit
effectus locupletior, ne cum aliena jactura
locupletetur, per Tex. *Ulp. in l. pupillus*
5. *in princ. ff. de auctor. tutor. Sanchez n.* 3.,
18 *Berſanus num.* 3. Actione tamen ex con-
tractu non tenetur, benevero condictione
ſine cauſa, vel actione ad exhibendum, *San-
chez loc. cit.*, *Berſanus num.* 4.
19 Quoad impuberem vero ſeu pupillum pu-
bertati proximum vult *Narbona de ætate
ann.* 14. *q.* 6. *num.* 1., & 2., ut nec minus
obligari naturaliter poſſit, quoniam maſculus
ante decimumquartum annum, & femina
ante decimumſecundum naturaliter obligari
perfecte nequit, quod ſuaderi ait ex *l. Quod
pupillus* 41. *ff. de condict. indeb.*, & *l. Pupil-
lus* 58. *ff. de action.*, & *oblig.*
20 Verum talem impuberem naturaliter obli-
gari, ex eo quia conſenſu non caret, tra-
dunt *Sanchez num.* 23., & 24., *Anacletus Theo-
log. moral. tract.* 8. *de contract. diſt.* 1. *q.* 3.
num. 29., *Gomeſius var.* 2. *cap.* 14. *num.* 1.,
Berſanus num. 15., & 16. Et pro hac opi-
nione adſunt clari Textus Ulp. *in l.* 1. *in fine
ff. de novat.*, *in l. Marcellus* 26. *ff. de fide-
juſſor.*, *Pauli in l. Si pupillus* 21. *ff. ad leg.
falcid.*, *Papiniani in l. Cum illud* 25. *§. heres
ff. quando dies leg. ced.*. Et quamquam Tex-
21 tus allegati per *Narbonam* contrarium ſua-
dere videantur; nullatenus, prout ex *Gloſis*
liquet, de pupillo adhuc infante loquuntur,
& monet *Berſanus num.* 17., & 19., & *in n.*
25. conſtanter ſequitur, quod pupillus pu-
bertati proximus non ita fragile conſilium
habet, neque animo adeo infirmus eſt, ut
conſentiendi facultate penitus careat, cum
velle, & nolle diſtinguere poſſit, doliq. ca-
pax eſſe ſoleat, præſertim hodierna in tem-
peſtate.
22 Naturalem vero obligationem non con-
traheret, primo, ſi cum ſuo tutore contra-
heret, quoniam lex huic contractui reſiſtit
per Tex. Neratii *in l. Quod pupillus* 41. *ff.
de condict. indeb.*, *Gl. in l. Pupillus* 58. *ff.
de action.*, & *oblig.*, *Gl. in l. Naturaliter* 15.
lit. G. ff. de condict. indeb., plene *Binoto-
mus lib.* 1. *inſtit. civ. tit.* 21. *ver. pupillus
contrahendo*; *Berſanus num.* 8., niſi alio tu-
tore auctore contraheret, aut locupletior
fuerit effectus per Text. Ulp. *in l. Pupillus*
5. *§.* 1. *ff. de auctor. tut.*, *Sanchez n.* 25.,
Berſanus num. 9., & 10. Secundo ſi ſuper
23 rebus contraheret alienari ſine Judicis de-
creto prohibitis, ut ſuper immobilibus, aut
mobilibus, quæ ſervando ſervari poſſunt, quo-
niam lex tali contractui reſiſtit, *Sanchez n.* 26.
24 Tertio ſi tali pupillo ob aliquam cauſam fue-
rit a Judice interdicta adminiſtratio, *San-
chez num.* 27.
25 Contrahente tamen pupillo cum tutoris
auctoritate naturaliter, & civiliter obliga-
tur per Tex. Juliani *in l. Impuberes* 13. *ff.
de auctor. tutor.*, *Sanchez num.* 5., *Anacle-
26 tus num.* 31., *Berſanus num.* 6., niſi de
immobilium obligatione ageretur, quoniam
tunc ultra tutoris auctoritatem, Judicis et-
iam decretum neceſſarium erit, *Sanchez n.* 6.,
de quo latius in *cap. ſeq.*
27 Num pupillus in mutuo naturaliter obli-
getur? Negat Lucius in *l. Pupillus* 58. *ff.
de action.*, & *oblig.*, niſi tutore auctore ac-
ciperet, per ſententiam Juliani *in l. Impu-
28 beres* 13. *ff. de auctor. tutor.*, verum Cald.
in l. Si curatorem num. 28. *Cod. de in in-
tegr. reſtit.*, *Guttier. in l. Nemo poteſt n.* 150.
ff. de leg. 1., quos citat *Sanchez de matrim.
29 tom.* 1. *lib.* 6. *diſp.* 38. *num.* 28. tenent,
pupillum ex mutuo naturaliter obligari, quod
revera probari videtur per Text. *Pomponii
in l. fin. ff. de jur. jur.*, & *Pauli in l. Si
30 pupillus* 21. *ff. ad leg. falcid.*, & *in l. Obli-
gari* 42. *ff. de action.*, & *oblig.*. Pro con-
cordia tamen dicas, Textum Lucii proce-
dere in infante, ut explicat *ibid. Gloſ.*, de
veritate tamen vide *cap.* 15.
31 Quoad puberem vero, ſeu minorem dici-
mus, quod dum curatorem non habet, tam
civiliter, quam naturaliter obligatur per Re-
ſcriptum Impp. Dioclet., & Maxim. *in l.
Si curatorem* 3. *Cod. de in integr. reſtit.*,
Montan. de tutel. cap. 30. *num.* 99., *Jovias
de ſolemn. in contr. min. Gl.* 21. *§.* 1. *n.* 1.,
Sabellius §. pupillus num. 3., *Berſanus de
32 pupillis cap.* 2. *q.* 13. *num.* 27. Intelligas
tamen ſolummodo de rebus mobilibus, quæ
ſervando ſervari non poſſunt, nam reſpectu
immobilium, aut mobilium, quæ ſervando
ſervari poſſunt, nequaquam minori curatore
adhuc carenti permiſſa eſt obligatio, ſine
debitis ſolemnitatibus, ut tradunt *Roland.
conſ.* 54. *num.* 34. *lib.* 2., *Simoncellus de de-
cret. lib.* 3. *tit.* 8. *num.* 6., *Felician. de ſo-
ciet. cap.* 5. *num.* 5., *Duardus de ſociet. lib.*
1. *cap.* 3. *q.* 2. *num.* 8., *Sabellius §. minor.
num.* 24., *Capone contr.* 69. *num.* 47., *Can-
cerius var.* 2. *cap.* 1. *num.* 265., ubi ſubdit
minorem curatore carentem civiliter, & na-
33 turaliter obligari quoad actionem perſona-
lem, non vero immobilium, aut mobilium,
quæ ſervari poſſent. Et quamquam per per-
ſonalem actionem ad bonorum diſtractionem
deveniri poſſit; attamen cum hoc ſit in con-
ſequentiam, nequaquam attendendum erit,
& tradunt *Farinac. dec.* 44. *num.* 6., *Alex.
ad Nicolinum in prax. civ. num.* 815., & *ad
Capyc. Latr. conſult.* 155. *num.* 24.
34 Quoties vero curatorem habet, ejuſque
au-

auctoritate ſpreta contrahit, naturaliter tan-
tum obligatur, *Sanchez de matrim. tom. 1.
lib. 6. diſp.* 38. *num.* 21., *Anacletus Theolog.*
35 *moral. tract.* 8. *de contract. diſt.* 1. *q.* 3. *n.* 29.
non vero civiliter, & ſic contractus inutilis,
foret per reſcriptum Impp. Dioclet., &
Maxim. *in l. Si curatorem* 3. *Cod. de in in-
tegr. reſtit.*, immo nullus ipſo jure, ut no-
36 tat *ibidem Gloſ. lit. T.*, & pro communi
tradit *Henrig. de fidejuſſor. cap.* 7. *num.* 86.,
quem refert *Capone contr.* 68. *num.* 35., *Duar-
dus de ſociet. lib.* 1. *cap.* 3. *q.* 2. *num.* 32.,
*Baronius de effectib. minor. ætat. circa contract.
eff.* 1. *num.* 39., & 43., aliiq. apud *Jovium
de ſolemnit. in contr. minor. Gl.* 21. §. 1. *n.* 68.,
etiamſi Judicis decretum intervenerit, *De
Marinis var.* 2. *cap.* 137. *num.* 1., & 2., poſt
alios *Jovius num.* 69.; aut malitia ætatem
ſuppleret, *Jovius n.* 70.
37 Verum *Narbona de ætate anni* 14. *q.* 7. late
prædicta omnia examinavit; & ex *num.* 2.
eam tradidit ſententiam, quam in *num.* 8.
veriorem putavit, ut puberes curatorem ad-
huc habentes ex omni cauſa ita demum ci-
viliter obligentur, ſi obligatio non fuerit alie-
nationi alicujus rei conjuncta; & ſic nullam
adeſſe differentiam, ſi haberet, vel non tali
in caſu curatorem; ea, inter alias, ratione,
quia curatores duntaxat bonis, non vero
minorum perſonis ſunt deſtinati ab Imp.
Gordiano *in l. In copulandis* 8. *Cod. de nupt.*
38 Et cum obligationes ſolummodo perſonas
ad aliquod faciendum, vel præſtandum ad-
ſtringant, abſque eo quod corpus aliquod
tangant per ſententiam Pauli *in l. Obligatio-
num* 3. *ff. de action.*, & *obligat.*. Et econ-
verſo curatoris poteſtas nil facultatis circa
perſonas habet, merito quoad id, quod ſim-
plices obligationes attinet, nullum conſtituen-
dum ſit diſcrimen inter puberes curatorem
habentes, vel ne; quia ſemper ad obligatio-
nes ineundas ſui juris habentur, qui ſub cu-
ratore exiſtunt.
39 Hanc tamen a *Narbona* traditam ſenten-
tiam expreſſe confutat *Berſanus de pupillis
cap.* 2. *q.* 1. *in fine*, & *q.* 13. *ex num.* 21., ubi
conſtanter firmat, tam in contractibus, ex
quibus ſequitur alienatio rerum minoris,
quam in ceteris, ex quibus rerum alienatio
immediate non ſequitur, utputa fidejuſſione,
novatione, mandato, & ſimilibus, numquam
per minorem curatorem habentem obligatio-
nem aliquam contrahi poſſe; etenim eſto
curator detur bonis, ſecundario tamen da-
tur etiam perſonis, ex traditis per *Guttier
de tutel. p.* 1. *cap.* 19. *num.* 12.. Hinc
merito *Baldus conſ.* 201. *num.* 2. *lib.* 3., quem
laudat *Sobellius* § *minor num.* 23., minorem
ſub cura exiſtentem pupillo æquiparavit, qui
ſicuti nequit abſq. tutoris auctoritate civili-
ter obligari, ut firmatum eſt *num.* 19., &
ſeqq., ita minor curatorem habens abſq. ip-
ſius auctoritate nihil magis efficaciter obli-
gatur in iis, quæ in ejuſdem præjudicium,
& incommodum tendunt; vide *Berſanum
num.* 24.
40 Quæres an reſtitutionem habebit minor
adverſus quamlibet obligationem? Et reſpe-
ctu civilis obligationis nulla cadit dubitatio,
quoniam ipſius reſolutionem definitam habe-
mus ab Impp. Dioclet., & Maxim. *in l. Si
curatorem* 3. *Cod. de in integr. reſtit.*, ubi in
utroque caſu, tam quando minor curatorem
habet, quam ne, definitum fuit, nempe ut
in primo caſu nullus erit contractus, & in
ſecundo erit reſtitutioni locus. Quæſtio ta-
men eſt de naturali obligatione, & duplici-
ter evenire poteſt; primo, an adverſus ea,
quæ ſunt juris naturalis, poſſit minor reſtitui;
& ſecundo, an adverſus obligationem, quam
naturaliter minor contraxit, reſtitutionem
obtinere queat? Et reſpectu primi, firmat
Oddus de reſtituto in integr. p. 2. *q.* 51. *art.* 2.
num. 27., quod non; & exemplificat in eo,
qui prædium vendidit, ut patrem ab hoſti-
41 bus redimeret, quia enim hujuſcemodi re-
demptio obligat de jure naturæ, reſtitutio-
nem merito excludit, quoniam prudenter
minor ſe geſſit: pariterq. ſi propter ſervi-
42 tium præcedens ab aliquo receptum ad ali-
quid ſe obligavit, adverſus quam obligatio-
nem, quoties ad ſervitium receptum fuerit
proportionata, prorſus denegatur reſtitutio;
quoniam prudentiſſime, & ſecundum huma-
nam naturam inita exiſtimatur, non jam ju-
43 veniliter, & imprudenter; niſi cauſa læſio-
nis prætenderetur ex eo, quod vendi pote-
rant mobilia, aut res minoris pretii, quæ
pro ipſa redemptione ſufficiebant; tunc enim
reſtitutioni erit locus, non jam quod pretium
fuit inique converſum, ſed quoniam non
interfuit prædium illud vendere, vide *Oddum
num.* 27., & 28.
44 Ad ſecundum propoſitum caſum pro affir-
mativa, & negativa opinione reſponderi pot-
eſt, quia utraque opinio ſuos retinet Fau-
tores. Pro concordia tamen Bartolus *in l.
Minor num.* 4. *ff. de procurator.*, & *in l. In-
terdum num.* 4. *ff. de condict. indeb.*, & *in
l. Marcellus num.* 3. *ff. de fidejuſſor.*, quem
laudat *Oddus num.* 29., ita diſtinctionis fœde-
45 re diſſidentes conciliat opiniones. Aut talis
obligatio minorem lædere nequit, & reſti-
tutio denegatur; alias ſi minorem lædere
poteſt, & ſine dubio conceditur. Verum vix
46 poſſibile eſt dari caſum, ut naturalis obliga-
tio minorem lædere nequeat; ea enim ſem-
per aliquo modo ipſum lædit, cum varios
ad creditoris favorem pariat effectus, etiam
ſtricto juris rigore attento, quos effectus,
notavimus hic *num.* 5. & *ſeqq.*. Recte
47 igitur *Oddus num.* 30., ait indiſtincte dici
poſſe, adverſus naturalem obligationem re-
ſtitutionem concedi, quia ſemper eadem
aliquo modo minorem lædit; vel ſaltem ex-
48 ceptionem contra minorem parit, & com-
pen-

pensari potest; nam etiam quod ex natura
debetur, venit in compensationem, sunt
verba Ulp. *in l. Etiam 7. ff. de compensat.*
49 Solvens pupillus debitum, quod naturali
jure tantum, aut nulla obligatione debeba-
tur, an adversus ipsam solutionem venire
possit? Et respectu utroque jure debiti solu-
ti, quoties solutio cum tutore peracta fuit,
& retractari nequit, etiam auxilio restitutio-
nis in integrum, quoniam legitime peracta
fuit per sententiam Ulp. *in l. Quod si forte*
14. §. *sunt quidam, ver. dico igitur ff. de so-
lut.*. Dum autem absque tutoris auctoritate
50 fuerit pecunia soluta, quæ nondum a credi-
tore consumpta est, & poterit tunc pupil-
lus absque ulla in integrum restitutione illam
51 vindicare. Postquam vero fuerit a credito-
re consumpta, nulla actio pupillo remanebit
ad restitutionem implorandam, plene *Bersa-
nus de pupillis cap. 1. q. 17. num. 1., & seqq.*
52 In casu vero quo debitum neutro jure
pupillus solverit, & tunc non indiget aliquo
ætatis auxilio, sed communi jure inspecto
indebiti solutione solutum repetit, tam si
cum tutore, quam sine eo solverit per Tex.
Neratii *in l. Quod pupillus 41. ff. de condict.*
53 *indeb.*. Immo majori adhuc competit hæc
actio, ut indebitum utroque jure, & per
ignorantiam solutum condicere possit, ut
patet ex toto *tit. ff. de condict. indeb.*, *Ber-
sanus num. 5.*
54 Sed quoties pupillus indebitum civiliter,
naturaliter vero debitum creditori solverit;
& tunc, aut legitime cum tutoris auctori-
tate, & Judicis decreto solverit, & solutum
hoc, impetrata in integrum restitutione,
55 repetet: aut illegitime solverit, & tunc ex-
tantem pecuniam solutam vindicabit, con-
sumptam vero repetere poterit sola actione
56 condictionis indebiti, plene *Bersanus n. 7.
ad 12.*. Nisi ex tali naturali debito pupillus
57 ipse fuerit locupletior effectus, quoniam tunc
efficaciter obligaretur utili actione civili, ne
cum aliena jactura locupletetur per senten-
tiam Ulp. *in l. Pupillus 5. in princ. ff. de auct.
tut.*, *& in l. Sed mihi videtur 3. ff. commod.*,
& in l. 1. §. an in pupillum ff. depositi. Juri
58 enim, & æquitati convenit, ut postquam
pupillus naturaliter debitum solverit, ex cu-
jus pecunia antea locupletior fuit effectus,
nulla ei indebiti condictio, etiam per in in-
tegrum restitutionem competere possit, ut
tradit Paulus *in l. Naturaliter 13. ver. item
quod ff. de condict. indeb.*, *Bersanus n. 14., & 15.*
59 Prædicta fortius & procedunt in casu, quo
pupillus cum suo tutore illegitime contraxit,
quoniam tunc nec naturali obligatione ad-
strictus maneret, prout notavimus *hic n. 20.*,
60 & quicquid solverit, repeteret per Tex.
Neratii *in l. Quod pupillus 41. ff. de cond.
indeb.*, *Gl. in l. Naturaliter lit. g. ff. eodem*;
& in l. Pupillus 58. ff. de action., & oblig.
61 Ad repetendam vero pecuniam pro debi-
to naturali solutam non erit necesse videri,
si scienter, aut ignoranter, per errorem fa-
cti, aut juris pupillus solverit, sed erit suffi-
ciens probare, quod solverit indebitum ci-
viliter, ex eo quia in pupillum ob judicii
infirmitatem neque error, neque scientia
cadit; *Bersan. num. 16.*. Et quamquam inter
62 ceteros effectus naturalis obligationis habe-
atur ille, ut soluti naturaliter debiti repeti-
tio impediatur, & sic postquam pupillus præ-
dictam solutionem effecit, videtur ejus re-
63 petitionem denegari debere; nihilosecius ta-
men firmat *Bersanus num. 17* conclusionem
prædictam procedere in majore, non vero
in pupillo, & minore.
64 Idem dicas respectu compensationis, quæ
adversus pupillum pro repetitione prædicta
locum non habet, *Bersanus num. 18*, cete-
ra de indebiti solutione, & repetitione vide
infra *cap. 24.*
65 Quæritur modo de obligatione fidejussoris
pupilli, an nempe quia pupillus non obliga-
tur ex contractibus a se absq. tutoris aucto-
ritate gestis, idem quoque de ejus fidejusso-
re dicendum erit? Nullum dubium in casu,
quo pupillus tutore auctore contraxit; etenim
66 sicuti valida erit pupilli obligatio, ita & fi-
dejussores adstricti adhuc manebunt; itaut si
67 pro pupillo solverint, adversus eumdem
mandati actionem ad pecuniam solutam re-
cuperandam intentare possunt, *Bersanus de
pupillis cap. 2. q. 2. num. 1., & 15.*, *Maur.
de fidejuss. p. 2. sect. 8. cap. 14. num. 12.*.
In casu autem proposito facere videtur ju-
ris regula, ut fidejussor non obligetur iis in
68 casibus, in quibus civili jure inspecto, prin-
cipalis obligatio non subsistit per sententiam
Ulp. *in l. Sed & si 11. §. non solum ff. ad
S. C. Maced.*, *Juliani in l. Fidejussor. 17.
ff. de fidejussor.*, *& Caj. in l. Si alius 2. ff.
quæ res pignor.*, & vide plene *Maurit. de
69 fidejussor. sect. 1. cap. 5.*, fidejussoris enim
obligatio principalis debitoris accessoria esse
videtur, eapropter juri congruit, ut non
magis quam principalis, ipsa fidejussoris obli-
gatio obtineat, §. *fidejussores, inst. de fide-
jussor.*, *Bersanus de pupillis cap. 2. q. 2.
num. 4.*
70 Verum enim vero in casu prædicto non
semper recte regula ipsa applicari potest, plu-
res enim distinguendi sunt casus: primus est,
quando pupillus, seu minor ita improprie
contrahit, itaut nullam sive civilem, sive
naturalem obligationem reportet; & tunc
quia principalis obligatio nullo modo subsi-
stere videtur, ita pariter neque illa fidejusso-
ris, cum non habeat, ubi adhærere possit;
& ei obligationi, quæ nulla est, fidejussor
accedere nequit ex doctrina Scævolæ *in l.
Si pupillus 127. ff. de verbor. oblig.*, & in
puncto notat *Glos. in l. Marcellus 26. ff. de
fidejussor.*, *Henrig. de fidejussor. cap. 5. n. 337.*,
71 *Bersanus num. 5., & 18.*, immo si nulla
fue-

fuerit alienatio, utpote ſine Judicis decreto
peracta, atque fidejuſſorem minor dedit, non
tenebitur fidejuſſor ille de evictione, ſi ipſe
minor ſuum prædium nulliter alienatum de
manu emptoris repeteret, vide *Oddum de
reſtit. in integr. q.* 48. *art.* 7. *num.* 41.

72 Secundus caſus eſt, quando pupillus, aut
minor contrahendo naturaliter tantum obli-
gatus extitit; & tunc ſi tali minori natura-
liter obligato fidejuſſor interceſſit, erit vali-
de, & efficaciter obligatus, cum naturali
obligationi fidejuſſor accedere poſſit, per
ſententiam Ulp. *in l. Stipulatus* 7. *ver. ad-
hiberi ff. de fidejuſſor.*, *& mandat.*, *& Julia-
ni in l. Fidejuſſor* 17. *§. fidejuſſor ff. eodem*,
& in puncto notat *Gloſ. in l. Si pupillus*
127. *ver. ſua mora ff. de verbor. oblig.*, *& in
l. Si pupillus* 40. *ver. peti poſſit ff. de recept.
arbitr.*, *§. in omnibus*, *inſtit. de fidejuſſor.*,
Henrig. num. 340., *Berſanus num.* 6.. Neque
73 hoc in caſu dicitur, fidejuſſorem in plus
obligari, quam principalis ſit obligatus; et-
enim non in plus, benevero efficacius, ſeu
ſtrictius obligatur, quod naturaliter, & ci-
viliter intelligitur, ut probat *Verde lib.* 3.
inſtit. civ. num. 1104.. Nec durum eſſe vi-
74 detur, fidejuſſorem pro pupillo naturaliter
obligato intercedentem obligatum dici effi-
cacius, & ſtrictius, naturaliter nempe, &
civiliter. Etenim ex parte ipſius fidejuſſoris
concurrit etiam civilis obligatio, quæ ex ſua
ſtipulatione deſcendit; eapropter attenta na-
turali obligatione pupilli, remanebit fidejuſ-
ſor naturaliter, & civiliter obligatus, plene
Berſanus num. 7., *& ſeqq.*

75 Tertius caſus eſt, quando pupillus nulliter
contraxit, benevero locupletior fuit effectus,
tunc datus fidejuſſor valide obligatur; quia
ſicuti adverſus eumdem pupillum datur uti-
lis civilis actio per id, quod locupletior fuit
effectus, ita fortius ipſius fidejuſſor, qui ad
ejuſmet favorem interceſſit, conveniri poteſt,
ut probat *Berſanus num.* 11., 12., *&* 16.

76 Quartus tandem caſus erit, quando con-
tractui pupilli nullo, & invalido accedit quis,
non uti ſimplex fidejuſſor, benevero tam-
quam principaliter, & inſolidum obligatus,
& tunc quamvis pupilli obligatio neque ci-
vilis, neque naturalis extiterit, ex eo quod
omni jure nulliter contraxerit; attamen da-
tus fidejuſſor, qui tamquam principalis, &
inſolidum ſe obligavit, efficaciter, idest ci-
viliter, & naturaliter obligatus erit, *Berſa-
nus num.* 13., *Gratianus cap.* 692. *num.* 20..
77 Etenim quamquam reſpectu principalis de-
bitoris pro fidejuſſore habeatur, nihilominus
reſpectu creditoris tamquam principalis con-
ſideratur; quia ſæpe ipſius reſpectu ſuſtine-
tur contractus, quamquam non ſuſtineatur
reſpectu principalis, *Berſanus num.* 14., *Gra-
tianus cap.* 310. *num.* 28.

78 Quibus ita diſtincte firmatis, quærendum
remanet, num fidejuſſor, qui pro dicto pu-
pillo ſolvit, adverſus ipſum pupillum ad ſum-
mam ſolutam repetendam mandati actionem
habebit? Et reſpectu pupilli naturaliter, &
civiliter obligati nulli dubium eſt, quod fi-
dejuſſor adverſus eumdem pupillum manda-
ti actionem habeat, ut notavimus *num.* 67..
79 Reſpectu vero primi caſus poſiti *num.* 70.,
nempe quando pupillus neque naturaliter,
neque civiliter obligatus extitit, & tunc quia
fidejuſſoris acceſſio nulla erit, & invalida,
vix contingere poſſet caſus, quod dictus fi-
dejuſſor ſolverit, cum cogi nequeat; niſi
80 ſponte ſolvere voluerit, ut ſuam perderet
pecuniam, & conſequenter nullam mandati
actionem adverſus pupillum, aut minorem
habebit, *Berſanus de pupillis cap.* 2. *q.* 2.
num. 18.

81 Reſpectu ſecundi caſus poſiti *num.* 72.,
nempe quando pupillo naturaliter tantum
obligato fidejuſſor acceſſit, an ipſe fidejuſſor
pro pecunia a ſe ſoluta pupillum convenire
poſſit? Diximus *num.* 5., *& ſeqq.* naturalem
obligationem plures parere effectus, nempe
retentionis, compenſationis, exceptionis &c.
& ut explicat *Berſanus loc. cit.* effectum
nempe exceptionis pacti de non petendo,
præſcriptionis, jurisjurandi, aut rei judicatæ.
82 Hinc fidejuſſor qui ſolvere voluerit, præ-
dictis exceptionibus non utendo, nullum ha-
bebit regreſſum, aut actionem adverſus pu-
pillum, aut minorem, quoniam illis ad re-
83 pellendum ipſius pupilli creditorem uti pot-
erat, *Berſanus num.* 19.. Si vero nulla ade-
rat exceptio, quæ naturalem obligationem
elidere poterat, & tunc fidejuſſor ſolvendo,
etiam denegabitur eidem actio ad repeten-
dum a pupillo quicquid pro ipſo ſolverit,
ea ex ratione, quia pupillus naturaliter obli-
84 gatus a ſuo creditore conveniri nequit, cum
naturalis obligatio in foro ſori actionem non
præſtet, ut docet *Sanchez de matrim. lib.* 1.
diſp. 7. *num.* 14.. Eapropter quia pupillus
naturaliter obligatus a ſuo creditore conve-
niri nequit, ita neque & a ſuo fidejuſſore,
85 qui ſi efficaciter obligatus extiterit, nihil
hoc pertinet ad repetitionem, ſed ſolum-
modo merum creditoris favorem reſpicit;
alias jura, quæ ſtatuunt, non poſſe pupil-
lum, vel minorem pro naturali obligatione
conveniri, verbis impoſita eſſent, non qui-
dem rebus, ſi fidejuſſori quicquid ſolutum
fuerit in cauſam dictæ obligationis repetere
liceret; eapropter tali fidejuſſori omnis man-
dati actio erit deneganda, plene *Berſanus
num.* 19., *&* 20.

86 Reſpectu tertii caſus poſiti *num.* 75., nem-
pe quando pupillus ex contractu nullo fuit
locupletior effectus, dicendum eſt, quod ſi-
cuti pupillus, aut minor a ſuo creditore ad
illam ſummam, in qua locupletior effectus
eſt, præſtandam cogi poteſt, ita ob eamdem
rationem, quoties fidejuſſor pro ipſo pupil-
lo ſolverit, adverſus eumdem mandati actio-

nem

nem pro repetenda pecunia soluta usq. ad illam quantitatem, ex qua locupletior pupillus ipse effectus, fuit exercere potest, ita *Bersanus num. 16., & 17.*

87 Et tandem respectu quarti casus positi *n.* 76 nulla erit difficultas, mandati actionem fidejussori denegari. Etenim cum non possit pupillus, aut minor ob contractum nullum a creditore compelli, ita neque & a fidejussore, qui quidem respectu creditoris tamquam principalis consideratur, eapropter principali nomine cogendus erit, sublata prorsus eidem facultate a pupillo, vel minore repetendi, qui cum nullam contraxerit obligationem, nulla pariter actio adversus eumdem tam a creditore, quam a fidejussore intentari potest.

88 Tandem scias, quod si creditor adversus minorem naturaliter obligatum institit, qui tamen restitutionis auxilium imploravit, poterit exinde illius fidejussorem convenire. qui predicto auxilio juvari nequit, cum creditor in damno remanere non debeat; & sibi fidejussor imputet, qui pro minore fidejussit, quia tacite pro hoc restitutionis casu ipsum adversarium assecurare voluisse existimatur, plene *Oddus de restit. in integr. p. 1. quaest. 48. art. 1.*

C A P. III.

De contractu emptionis, & venditionis.

SUMMARIUM.

Contractus emptionis, & venditionis a jure gentiam originem trahit, num. 1. Permutationis loco successit, num. 2. Definitur, num. 3.

Prohibitio alienationis bonorum pupillarium an sit exorbitans? num. 4., & seqq.

Pupillus, aut minor bona alienando nulla erit alienatio, num. 15., praesertim si curatoris auctoritas spreta fuerit, num. 16., & alienatio ipso jure erit nulla, num. 17.

Emptor rei pupillaris rem ipsam una cum fructibus perceptis restituere tenetur, quibus consumptis, ad ipsorum valorem, num. 18.

Pupillus, aut minor tenetur ad id, quod locupletior fuit effectus, num. 19., & seqq.

Locupletatio in dubio non praesumitur, num. 25., sed erit probanda, num. 26., & quomodo, num. 27., & 28.

Minor non dicitur factus locupletior, quando pecuniam consumpsit, splendidius vivendo, num. 29.

Locupletatio per quem erit probanda, num. 30., & seqq.

Etiam a secundo emptore per pupillum vendicari res potest, num. 33.

Possessor bonae fidei facit fructus suos, n. 34., non potest retinere bona pro melioramentis, neque pro expensis necessariis, num. 35.

Alteri alienanti consentire pupillus non potest, num. 36., & seqq., sed quid de emptione facta a pupillo, num. 39., & seqq.

Enumerantur solemnitates in minoris contractu necessariae, num. 44., & seqq.

Tutoris auctoritas quomodo intelligatur, n. 48.

Non est necesse, ut altera pars cum pupillo contrahens sit praesens, num. 49.

Sola praesentia tutoris non sufficit, num. 50.

Praesentia cum taciturnitate non sufficit, num. 51. 53. Fallit respectu pupilli, num. 52.

Fallit in tutore, si ignoraret quid foret agendum, num. 54.

Non esse, & nullum esse idem est, num. 55.

Tutor potest una vice, & voce in diversis actibus suam auctoritatem praestare, num. 56.

Tutor caecus creari nequit, num. 57., si ex post facto caecus evadit, recte administrat, n. 58.

Tutor si nolit suam auctoritatem interponere, nequit per Judicem cogi, num. 59.

Tutor suam auctoritatem alteri delegare nequit, num. 60.

Sibiipsi prohibitum est tutori suam auctoritatem interponere, num. 61.

Pupilli bona per tutorem emi non possunt, num. 62.

Pupillus nequit restituere suo tutori haereditatem, quam ipsi rogatus fuit restituere, eodem tutore auctore, num. 63. Fallit in minore, num. 64.

Tutor neque pro filio suo potest auctor fieri, num. 65. Fallit in filio emancipato, n. 66.

Enumerantur casus, in quibus tutor valide potest sibi auctor fieri, num. 67., & seqq.

Per intermediam personam nequit tutor sibi acquirere, num. 74., & seqq., cujuscemodi contractus conjecturis, & praesumptionibus probatur, num. 78., exponuntur, num. 79., & 80.

Tutor nonnullas solemnitates adimplere debet, num. 81., & quae sunt, num. 82. ad 114.

Exponitur justa causa alienationis rei pupillaris, num. 115., & seqq., & num. 122.

Debitum usuras pariens justa causa alienationis est, num. 120., etiam non instantibus creditoribus, num. 121.

Pro simplici debito futuro minoris nequeunt ipsius bona alienari, num. 123.

Quod de futuro speratur, urgere non dicitur, num. 124.

Decretum super incertis, quae adesse, & non adesse poterunt, fundari nequit, num. 125.

Assertio in instrumento pro tali creditorum urgen-

gentia facta non sufficit, num. 126.
Contrahentium verbis non creditur, num. 127.
Personis gerere actum prohibitis, & sospectis nulla fides adhibetur, num. 128.
Ad urgentium verificandam informatio capi debet, num. 129., & 130.
An sola utilitatis causa sufficiens erit ad sustinendam alienationem bonorum pupilli? num. 131., & seqq.
Judex non habet liberum arbitrium interponendi decretum, num. 136., & 137., *etiamsi alienatio in Ecclesiæ favorem fuerit*, num. 138.
Utilitas pupilli in non diminuendo, non autem in augendo suum patrimonium consideratur, num. 139., & 140.. *Fallit*, num. 141.. *Declaratur*, num. 142., & seqq.
Justa causa alienationis est, quando pupillus habet fundum emphyteuticum, & tantum percipit, quantum est in censu, n. 146., & 147.
Sola qualitas fundi emphyteutici est justa causa interponendi decretum, num. 148.
Alienatio valet etiam sine decreto, si plus est in censu, quam in reditu, num. 149.
Sterelitas fundi non præbet justam causam alienandi, num. 150., *etiamsi ut fertilis ematur*, num. 151.
Justa causa expresse, & præcise anteponi debet, num. 152., & *est probanda*, num. 153., *quia non præsumitur*, num. 154.
Probatio ante decreti interpositionem fieri debet, num. 155.
Decretum potest antecedere, & subsequi contractum, num. 156,
Causa alienationis de contractus tempore esse debet, num. 157.
Superveniens accidentalis rerum mutatio etiam dummodo alienationem non annullat, n. 158.
Decretum ex falsa causa interpositum nullum est, num. 159., *etiamsi falsitas fuerit modica*, num. 160., *aut veniret in consequentiam*, n. 161.
Causa partim vera, partim falsa totum contractum annullat, num. 162.
Decretum est nullum ob causam falsam allegatam, & veram postpositam, num. 163
Falsa causa etiam per exceptionem deduci potest, num. 164.. *Fallit* num. 165.
Electio est minoris aut rem ipsam directa actione vendicare, aut contra tutorem, vel curatorem actionem dirigere, num. 166.
Causa in principio vera si ex post facto evaserit falsa alienationem non annullat, num. 167.
Judicis decretum in alienatione rei pupillaris necessarium est, num. 168.. *Ipsius formula*, num. 169.. *Magni momenti est*, num. 170.. *In ejus interpositione multa requiruntur*, n. 171.
Judicis arbitrium juri consonum esse debet, num. 172., & 173.
Judex durior lege esse non debet, num. 174.
Differentia inter arbitrium, & liberum arbitrium, num. 175.
Pæna contra Judicem indebite interponentem decretum, num. 176., & 177. *etiamsi fuerit minor*, num. 178.
Judex concordiam partibus suadere debet, n. 179.
Decretum num causa cognitione interponendum est, num. 180.
Causa cognitio qualis est, num. 181. 183., & 184.
Decretum sine causa cognitione interpositum ipso jure nullum est, num. 182.
Bonis mobilibus existentibus, immobilia alienari non debent, num. 185.
Ex bonis mobilibus quæ servando servari non possunt sunt primum distrahenda, num. 186.
Mobilibus deficientibus, immobilia alienari possunt, num. 187.
Refellitur Corneus, num. 188., & 189.
Verbis narrativis instrumenti dicentibus mobilia bona non extare, non creditur, num. 190., *sed an aliqua judicis interloquutoria præcedere debent*, num. 191., & seqq.
Notorium etiam Judici ex actis constare debet, num. 196.
Immobilium alienatio, relictis mobilibus nulla est, num. 197.. *Declaratur*, num. 198.. *Limitatur*, num. 199.
Judex debet inquirere num magis vendere, vel obligare sit expediens, num. 200., & 201.
Decretum cum alternativa ad venditionem, aut obligationem nullius momenti est, num. 202.
Quid de decreto conditionali, num. 203.; & seqq.
Decretum ad unum effectum interpositum nequit alium supplere, num. 207.
Decretum stricti juris est, num. 208.
Venditio tanta fieri debet, quanta urget necessitas, num. 209., & seqq.. *Declaratur*, num. 215., & seqq.
Res minus utilis distrahi prius debet, n. 220.. *Fallit*, num. 221.
Judex ut æquam decretum interponat, instructores habere debet, num. 222., & seqq.
Una ex causis deficiente nulla est venditio, etiamsi geminata decreta intervenerint, n. 226., & 227.
Judex curare debet, ut pecunia creditoribus solvatur, num. 228.
Minori consultum est tam adversus curatorem, quam emptorem, n. 229., & 230., 234. 235.
Causa cognitio si fuerit obrepta nullius erit momenti, num. 231.
Decretum ex causa obreptitia interpositum numquam transit in rem judicatum, num. 232.
Pupillo, aut minori incumbit obreptionem probare, num. 233.
Cognitio pro parte falsa totum contractum vitiat, num. 236.
Decretum individuum est, & nequit pro parte valere, & pro parte non, n. 237., & 238.
Causæ cognitio quod significat, n. 239., & seqq.
Judici dicenti visa informatione capta *non creditur, si de cognitionis informatione non constat*, num. 243., & seqq.
Judici creditur tantum in iis, quæ ex actis constant, num. 246.
Judici asserenti decretum ex justa causa fuisse interpositum non creditur, num. 247., & seqq.. *Declaratur*, num. 261., & seqq.
Solemnitates si in decreto sunt enunciatæ, inter-

ter-

terveniſſe præſumuntur, num. 253., & ſeqq.

Enunciatio quomodo eſſe debeat, n. 257., & ſeqq.

Decretum in contractibus minorum per Officiales Caſtrorum, & villarum interponi nequit, num. 265.

Judici creditur aſſerenti, ſe adhuc extrajudicialiter, & ex relatione peritorum fuiſſe informatum, num. 268., & 269., & 351.

Decreta in contractibus per minorem celebrandis interpoſita non ſunt judicialia, num. 270.

Præſumptio quando ſtat pro decreto? num. 271. & ſeqq.

Præſumptio contraria probatione eliditur, n. 275.

Decretum per contrarias probationes evadit nullum, num. 276.

Solemnitas extrinſeca non præſumitur, n. 277.. Fallit, num. 279. 280., & 284.. Declaratur, num. 281., & ſeqq.

Notario non creditur, ſi in inſtrumento dicat, decretum adhibitum fuiſſe cum cauſæ cognitione, num. 278.

Decretum ſuper mobilibus, quæ ſervando ſervari poſſunt interponendum eſt, num. 285.

Decretum in alienatione bonorum pro alenda ſorore, aut matre neceſſarium eſt, num. 286., & ſeqq.. Fallit in propriis alienantis ipſius minoris, num. 290.. Declaratur, num. 432.

Requiritur pro ſolvendo debita teſtatoris, num. 291.. Fallit, num. 292.

Et etiam pro ſolvendo debito ipſius minoris, 293.. etiamſi cum alio minore contraheret, num. 294., aut cum fratre, num. 295.

Neceſſarium eſt, etiamſi tutor, vel curator fuerit pater pupilli, aut minoris, num. 296.. Declaratur, num. 297., & ſeqq.

Suppletur per patris auctoritatem, ſed non cauſæ defectus, num. 299.

Eſt neceſſarium in venditione rei, quam defunctus pater venalem adhuc habuit, num. 301.

Requiritur in contractu minoris Doctoris, n. 303.

Voluntatis præſumptioni non ſtatur, num. 302.

Doctores in jure excellentiores, in negotio cæteris ineptiores eſſe aſſolent, num. 304.

Doctores circumducti potius dolorum, & erubeſcentiæ, quam juris Doctores appellantur, num. 305.

Experientiam non dat conſecutio Doctoratus, ſed curſus annorum, & longa negotiatio, n. 306.

Studiorum cauſa ipſius minoris, non autem extranei poſſunt cum decreto bona alienari, n. 307.

In alienatione bonorum illius, qui veniam impetravit an ſit neceſſarium decretum, n. 308.

Minor curatorem non habens an poteſt alienare ſine decreto? num. 309., & ſeqq.

Minor curatore carens alienando bona immobilia civiliter, & naturaliter obligatur quoad actionem perſonalem, num. 316., & quid de minore curatorem habente; num. 318.

Quicquid in conſequentiam venit attendendum non eſt, num. 317.

Decreti effectus, num. 319. ad 341.

Decretum Judicis ante, aut poſt contractum interponendum ſit? num. 347., & ſeqq.

Quæ in continenti fiunt, in actu fieri videntur, num. 345.

Decretum an ex intervallo interponi poſſit? num. 346., & ſeqq.

Decretum a quo Judice ſit interponendum? num. 348., & ſeqq.

Decretum interpoſitum per Judicem non ſuum nullius momenti eſt, nec ex partium conſenſu prorogari poteſt, num. 355, & 356.

Judex an poſſit alteri decretandi facultatem delegare? num. 357., & ſeqq.

Decretum die juridico, non feriato, interponendum eſt, num. 361., & Judice pro Tribunali ſedente, num. 362.. Declaratur, num. 363., & ſeqq.

Decretum die feriato interpoſitum nullum eſt, num. 367.

Enumerantur caſus, in quibus Judicis decretum neceſſarium non eſt, num. 368. ad 468.

Subhaſtatio an ſit neceſſaria in alienatione bonorum pupilli, & minoris? n. 469. ad 498.

Minoris contractus ſi fuerit nullus, evictio per curatorem promiſſa tenet, num. 499.

Procurator minoris an ſolemnitates obſervare teneatur? num. 500.; & ſeqq.

Affertur praxis, num. 503., & ſeqq.

1 EXperientia omnibus innoteſcit, emptionis, venditioniſq. contractum frequentiorem, ceteriſque utiliorem fore; originemq. traxiſſe de jure gentium, ut refert *Hermogenianus in l. ex hoc jure 5. ff. de juſt., & jur., Paulus in l. 1. in fin. ff. de contrah. empt., Ulp. in l. Juris gentium ff. de pact.*

2 Permutationis loco ſucceſſit, quoniam antiquitus una res cum alia mutabatur; quæ mutatio quia non ſemper cum æqualitate fieri poterat, adinventa fuit pecunia, ut ejus publica, & perpetua æſtimatio difficultatibus permutationum æqualitate quantitatis ſubveniret, teſte J. C. Paulo *in l. 1. ff. de contrah. empt.*

3 Definitur apud *Verdem lib. 3. inſt. civ. n. 1464., ut ſit contractus juris gentium, quo de pretio certo pecuniaria dando pro re convenitur.* Et apud *Altimarem de nullit. contr. tom. 2. rubr. 1. q. 15. num. 8., ut ſit permutatio pecuniæ pro merce,* ideſt eſt, *contractus tranſlativus dominii pecuniæ pro dominio mercis.*

4 Quilibet enim rei ſuæ moderator eſt, & arbiter, atque omnia, & ſingula negotia ex proprio animo facere poteſt, per reſcriptum Imp. Conſtantini *in l. In re mandata 21. Cod. mandati*; immo adverſus antiqua jura unicuique ſuo arbitratu emptorem quærere,

5 vel probare licere videtur ex Sanctione Cæſarum *in l. Dudum, 14. Cod. de contrah. empt.*;

6 & merito, quia alienationis prohibitio exorbitans eſt, & quaſi iniqua, utpote rerum ſuarum liberam tollens adminiſtrationem, ut tradit Cajus *in l. Non uſque, 2. ff. ſi parente quis manum.*

7 Verum ſapientiſſimi noſtræ juriſprudentiæ Pa-

Patres meditantes quot rerum periculis pu-
pillorum , & minorum ætas , qui nullo in
rebus gerendis consilio pollent , atque im-
piorum hominum machinationibus plerum-
que pecuniæ oblectamento faciliter eorum
bonis sub variis contractuum speciebus spo-
liari possent , sit subjecta; cum omnibus no-
ta sit Ulpiani sententia *in l. 1. ff. de minor.*
8 in illis verbis: *Nam cum inter omnes constet,
fragile esse, & infirmum hujusmodi ætatis con-
silium, & multis captionibus suppositum, mul-
torumque insidiis expositum* , icciręo recte
cogitarunt ad præcludendam viam , qua hu-
jus ætatis homines bonis suis , vel alienis
insidiis, vel judicii imbecillitate fraudari pos-
sent , eorumdem indemnitati mature provi-
dere. Hinc primo Imp. Severus , teste Ul-
piano *in l. 1. ff. de reb. eor.*, cuicumque in
9 pupillari, minorive ætate constituto alienan-
di bona sua stabilis facultatem inhibuit. Inde
majore consideratione repletus Imperator
Constantinus , ad omnia pupillorum bona
10 adhuc mobilia , exceptis iis , quæ servando
servari non possent , eandem alienandi por-
rexit inhibitionem , ut *in l. Lex quæ 22. Cod.
de adm. tut.*, *& in toto tit. Cod. de præd.,
& aliis reb. min. sine decr. non alien.*; vide
Simoncellum *de decr. in præfat. num. 18.*,
Caponem contr. 4. num. 14.
11 Nec per horum jurium dispositionem alie-
nationis bonorum pupilli , aut minoris pro-
hibitio iniqua, & exorbitans dici videtur per
rescriptum *in d. l. Dudum* . Etenim ibidem
postquam iniquum, & grave visum fuit , ut
homines de rebus suis proprio arbitratu dis-
ponere non potuissent , hominibus ipsis li-
bertatem quærendi , & probandi emptorem
laudabiliter concedendo , ita fuit pariter sta-
tutum: *nisi lex specialiter quasdam personas
hoc facere prohibuerit* . Et quoniam infinita
sunt jura, quæ pupillis, & minoribus alienandi
12 facultatem abstulerunt , non ideo ista alie-
nationis prohibitio iniqua , & exorbitans di-
cenda est; cum non solum eadem in pupil-
lorum, minorumq. favorem inducta sit , sed
concurrit & aliud , quod non est perpetua,
sed temporalis prohibitio , & icciręo odiosa
nuncupari nequit; vide *Simoncellum de decr.
lib. 1. tit. 1. num. 2., & seqq.*
13 Dum igitur pupillo , & minori dicitur alie-
nationem inhiberi , intelligitur de alienatione,
tamquam voce generalissima : etenim vendi-
tio , donatio &c. dicitur alienatio , sed pro-
priissima . Dum autem utile dominium trans-
fertur , ut in feudo , & emphyteusi perpe-
tua dicitur alienatio , sed propria . Quando
non aliquod dominium , sed usufructus so-
lummodo transfertur dicitur alienatio , sed
impropria . Ubi vero jus pignoris tantum
transfertur , itaut non sit verisimile dominium
fore futurum , tunc dicitur alienatio , sed
impropriissima ; quemadmodum declarat
*Baldus in auth. hoc jus porrectum Cod. de
sacros. Eccles.*, quem cum aliis laudat *Si-
moncellus num. 13.*
14 In præsentiarum de contractu emptionis,
& venditionis edisserendus erit sermo; iccir-
co dum de alienationis nomine fit mentio ;
de venditione , quæ propriissima alienatio
est , intelligitur locutio . Quia igitur pupillis,
& minoribus alienandi facultas inhibita est,
15 dum alienant , nulla est alienatio , ut *toto
tit. Cod. de præd., & aliis reb. min.* , ma-
16 xime si tutorem , vel curatorem pupillus ,
vel minor haberet , & illius auctoritate spre-
ta contraheret , per Text. Dioclet., & Ma-
xim. *in l. Si curatorem 3. Cod. de in integr.*
17 *restit.* , & isto in casu nulla ipso jure foret
alienatio , ut pro communi tradant *Hering.
de fidejussor. cap. 7. num. 86.* , *Duardus de
societate lib. 1. cap. 3. q. 2. num. 32.* , *Ca-
pone contr. 68. num. 35.*
18 Et adeo nulla erit alienatio prædicta , ut
emptor rem una cum fructibus perceptis
restituere teneatur ; quibus consumptis ad
19 illorum valorem: Pupillus vero, aut minor
non tenetur , nisi in quantum locupletior
effectus fuit , quod per emptorem proban-
20 dum erit ; & tunc adhuc minor pretium
cum usuris , & meliorationum pariter sum-
ptus restituere tenetur , quemadmodum re-
scripserunt Impp. Dioclet. , & Maxim. *in l.
Si prædium 16. Cod. de præd. , & aliis reb.
min.* . Etenim qui adversus contractum ve-
21 nit , sicuti in damno morari non debet , ita
neque & in lucro ; eapropter quicquid ad
pupillum , aut minorem ex quocumque con-
tractu pervenerit , restituere debebit , prout
statuit Imp. Antoninus *in l. 1. Cod. de re-
putat. quæ fiunt in judic.*, *Simoncellus de
decr. lib. 3. tit. 7. num. 17. , & 18.* , *Bersa-
nus de pupillis cap. 2. q. 7. num. 27.* . Alias
22 doli mali exceptio adversus ipsum pupillum,
vel minorem vendicantem competeret , ex
sententia Ulp. *in l. Si pupillorum 7. §. si
obligaverit ff. de reb. eor.* , *& Pauli in l. Si
fundus §. quamquam ff. eodem*; & ex rescripto
Dioclet. , & Maxim. *in l. Utere 14. , Cod.
de præd. minor.*, *Simoncellus num. 19.* , *Ber-
sanus de pupill. cap. 2. q. 6. num. 22.*
23 Si pretium vero in arca , vel alibi otiosum
minor tenuerit , & tunc ad usuras , quas non
recepit , non tenebitur , per Tex. Ulp. *in
l. Pupillus 5. §. pupillus ff. de auctor. tutor.*
24 Et quamquam sit regula , quod quis præ-
sumptive locupletior factus præsumitur eo
ipso , quod pecunia ad ejus manus pervene-
rit , limitatur tamen in minore sine solemni-
tatibus alienante , ut tradunt *Sperellus dec.
154. num. 60.* , *Jovius de solemn. in contr.
minor. Glos. 16. §. 7. num. 14. , & 15.* , eo
25 fortius ; quod in dubio locupletatio non
præsumitur , *Gratianus cap. 101. num 4.* ,
*de Marinis var. resol. lib. 2. cap. 104. num.
7.* , *post alios Jovius num. 16.*
26 Locupletationis igitur species probari de-
bet,

bet, *Gratianus num.* 8., *& cap.* 422. *n.* 6.,
Simoncellus num. 20. *in fine*, *Mascardus de*
probat. concl. 1169. *num.* 13., *aliiq. apud*
Jovium num. 24.. Immo & qualitas tituli lu-
27 crativi, & locupletationis cum aliena jactu-
ra, ut ex. gr. si emerit fundum; aut si de-
bita extinxerit; aut usuras persolverit; aut
si eo in tempore suis necessitatibus succurre-
rit, ut volunt *Capyc. Latr. consult.* 95. *n.*9.,
28 aliique apud *Jovium loc. cit.*. Et sic tene-
tur ad quod fuerit probatum in ipsius mi-
noris utilitatem fuisse versum *Jovius num.*29.
29 Locupletior tamen non intelligitur factus
minor, quando pecuniam consumpsit viven-
do splendidius, *Jovius num.* 23.
30 Quod autem *num.* 19. annuimus, locuple-
tationem per emptorem esse probandam,
intelligas procedere, quando contractus fuit
intrinsece nullus, ut quia requisitæ de jure
solemnitates observatæ non fuerunt, quoniam
tunc nullum effectum, neque dominii trans-
lationem talis nullus contractus operatur, uti
statuerunt Impp. Dioclet., & Maxim. *in l.*
Prædia rustica 8. *Cod. de præd.*, *& aliis*
reb. minor., & tradunt *Tuschus lit. M. concl.*
249. *num.* 65., *Oddus de restit. in integr. quæst.*
36. *art.* 2. *num.* 16., *Narbona de ætate ann.*
25. *q.* 3. *num.* 3., *Bersanus de pupillis cap.*
2. *q.* 4. *num.* 4., *& q.* 6. *num.* 82.. In ca-
su vero, quo solemnitates fuerunt observa-
31 tæ, & nihilominus minor per restitutionis
beneficium rescindere contractum petit, &
tunc ipse minor pretium in suam utilitatem
non fuisse versum probare tenetur., beneve-
ro deperditum, & male consumptum, ut vo-
lunt *Gratianus cap.* 576. *num.* 37., *Sabellius*
tom. 4. *resol.* 98. *num.* 24., *Menochius de*
præsumpt. lib. 3. *præs.* 84., plene *Oddus de*
32 *restit. in integr. quæst.* 47. *art.* 5., solemni-
tatibus enim observatis, præsumptio stat pro
eo, qui cum minore contraxit, *Jovius de*
solemnit. in contr. min. Glos. 16. §. 7. *n.* 21.,
& 61., *Simoncellus de decretis lib.* 3. *tit.* 7.
num. 20.
33 Non solum a primo emptore, sed a se-
cundo res nulliter alienata vendicari per mi-
norem potest, per Text. Dioclet., & Maxim.
in l. Possessiones 3. *Cod. si quis ignor.*, prout
a quolibet alio possessore universali, aut
particulari, *Simoncellus num.* 21., qui tamen
34 secundus emptor, aut possessor propter ti-
tulum, & bonam fidem fructus facit suos,
per Tex. Imp. Gordiani *in l. Si contra* 2.
Cod. eodem, *Tuschi lit. M. concl.* 249. *n.*68.
quod quando, & quomodo procedit vide
Cap. VI. num. 46., *& seqq.*
35 Hic tamen possessor bonorum minoris re-
tinere nequit ipsa bona pro melioramentis,
in iisdem bonis factis, nec pro expensis ne-
cessariis, quoniam bona ipsa cum vitio illi
pervenerunt, iccirco exceptionis ope reti-
nere nequit, *Simoncellus num.* 23., *Meno-*
chius recuper. rem. 11. *num.* 21. *ver. decla-*
ratur nunc, *& rem.* 13. *num.* 154. *ver. secun-*
dus casus; *& num.* 537. *ver. quintus est ca-*
sus, vide *Cap. V. num.* 45., *& seq.*
36 Pupillus, aut minor sicuti per se alienare
nequit tam expresse, quam tacite per ea,
quæ exponit *Simoncellus de decr. lib.* 3. *tit.*
8. *insp.* 10.. Ita alteri alienanti consentire
prohibetur; qui enim nequit per se utilem
perficere actionem, necminus per alium
37 poterit. Alias si minori id, quod per se
non poterit, alteri consentiendo concederε-
tur, facillime adinventa foret alienandi via,
quod utique admittendum non erit; *Simon-*
cellus de decret. lib. 2. *tit.* 6. *num.* 143.,
Narbona de ætate ann. 25. *q.* 5. *num.* 11.,
Bersanus de pupillis cap. 2. *q.* 4. *num.* 5.
38 Hinc est, quod stante statuto, ut minor
alienare non possit, etiam alienationi con-
sentire prohibitus intelligitur, quoniam ad
utrumque statuti mens extendi videtur, ita
Oddus de restit. in integr. quæst. 61. *art.* 1.
num. 7.
39 Sed quid dicendum de emptione a pupil-
lo, vel minore facta, an idem obligatur
erga venditorem? Et distinguendum est, aut
cum tutoris auctoritate emerit, & civiliter,
& naturaliter obligatus erit. Tutore vero
non interveniente, nulla oritur erga vendi-
torem obligatio; immo ipse venditor erga
pupillum, vel minorem efficaciter obligatus
remanebit, per id quod tradit Paulus *in l.*
Si id, quod 7. *ff. de rescind. vendit.*, *Bersa-*
nus de pupillis cap. 2. *q.* 17. *num.* 1., *& seqq.*
40 Verum si ex contractu fuerit pupillus, aut
minor locupletior effectus, natura ipsa sua-
det, ut erga venditorem contrahentem in
ea saltem obligetur quantitate, qua fuit lo-
cupletatus, ne locupletior fiat aliena jactu-
ra, ita expresse docet Ulp. *in l. Pupillus* 5.
§. *Pupillus ff. de auctor. tutor.*. Eapropter
41 nascitur adversus pupillum, vel minorem
actio utilis ex contractu, *Bersanus num.* 5..
Hinc infertur, quod si venditor tradidit rem
42 pupillo, vel minori, & pretium non rece-
pit, & res fuit inde deperdita, aut male
consumpta, nequit talis venditor adversus
pupillum ad pretium agere, cum sibi impu-
tet contraxisse cum illis, qui ita demum
obligantur, si ex contractu commodum per-
43 cipiant. Eapropter si ex re sibi vendita pu-
pillus adhuc fructus percepit, agere potest
venditor ad pretium, & ad interesse com-
pensativum, ne alioquin locupletetur in præ-
judicium venditoris contra æquitatem, secun-
dum ea, quæ rescripserunt Dioclet., & Ma-
xim. *in l. Curabit* 5. *Cod. de action. empt.*,
Bersanus num. 6., *&* 8.
44 Ad hoc autem, ut alienationis contractus
per pupillum, & minorem valide celebretur,
quamplura requisita antiquiores nostri desi-
derarunt, quæ congerit *Afflictus in dec.* 249.
nempe ut adsit causa urgens alienandi: quod
debitum pupilli ex bonis mobilibus solvi non

possit: quod hoc liqueat Judici per discussionem bonorum: quod res vendatur minus damnosa: quod pro parvo debito non vendatur res magna: quod interveniat tutoris, aut curatoris auctoritas: quod omnia prædicta debent præcedere decretum judicis. Et tandem quod post decretum interveniant subhastationes.

45 Omnes autem enarratas has causas moderniores nostri sub trina requisitorum specie posteritati constituerunt; nempe ut tutoris, curatorisve auctoritas interveniat: ut
46 adsit justa, & necessaria causa: Et ut tandem Judicis decretum, causa cognita, interpona-
47 tur, vide plene *Merlinum cent. 2. cap. 75.*, *Bersanum de pupillis cap. 2. q. 5.*

48 Ptimum igitur requisitum est, ut tutoris, vel curatoris auctoritas interveniat. Tutoris namque auctoritas intelligitur, ut ipse tutor in contractu sit præsens, & non jam quod post tempus, & ex intervallo intercedat. Prout neque per epistolam suam auctoritatem præstet, uti edocet Gajus *in l. Obligari 9. §. tutor statim in ipso negotio præsens debet auctor fieri; post tempus vero aut per epistolam interposita ejus auctoritas nihil agit ff. de auct. tutor.*, *De Marinis var. 2. cap. 18. num. 10.*

49 Sufficit tamen, ut sit præsens tutor contractui, ubi pupillus adhuc præsens est, quamquam altera pars fuerit absens dicta *l. Obligari §. etiamsi.*

50 Sola autem præsentia non sufficit; benevero verbis suum consensum, & auctoritatem demonstrare tutor, aut curator debet. In eo enim consistit, ut tutor auctor fiat, quod se probare dicit id, quod agitur, etiamsi non fuerit interrogatus, per sententiam Pauli
51 *in l. etiamsi ff. de auctor. tutor.*. Hinc si præsens est, & tacet, tamquam non adesset, cum oporteat eum loqui, ut tradit *Glos. in dict. l. etiamsi.*

52 Non idem erit in pupillo præsente, & tacente; unde cum tutor suam auctoritatem præstet parum interest, si pupillus sit præsens, & taceat, ut tradit Julianus *in l. impuberes 13.*
53 *ff. eodem.* Tutoris igitur sola præsentia non sufficit, maxime si fuerit per vim detenta, & invite consenserit, ut Ulp. refert *in l. 1 §. tutor*
54 *ff. eodem.* Prout neque sufficeret ejus præsentia, si ignoraret quicquid agendum foret,
55 per sententiam Juliani *in l. Non multum ff. eodem.* Etenim nulla differentia est, ut non interveniat tutoris auctoritas, aut perperam adhibeatur, sunt verba Ulp. *in l. Nulla differentia 2. ff. eodem.*

56 Tutor potest una tantum vice, & voce suam auctoritatem in duobus diversis actibus præstare, ut Martianus docet *in l. Accipientis 15. ff. de auctor. tutor.*

57 Tutor, aut curator cæcus creari nequit, per rescriptum Imper. Philippi *in l. Luminibus 3. Cod. qui dari tutor.*. Verum si ex post facto cæcus evasit, administrationem non
58 admittit, per sententiam Pauli *in l. Etiamsi 16. ff. de auctor. tutor.*

59 Tutor si suam auctoritatem interponere in contractu pupilli denegat, an per Judicem cogi possit? Negative respondit Paulus *in l. Si tutor 17. ff. de auctor. tutor.*. Ratio autem evidens est; cum iniquum sit, ut præstetur auctoritas, dum non foret expediens. Et si forsan expedierit, quicquid damni pupillo ob id advenerit, adversus ipsum tutorem ex tutelæ judicio experiri poterit.

60 Suam auctoritatem alteri delegare tutor nequit; prout neque petere per procuratorem, ut alienationis causa justificetur, ut decretum interponatur, plene *Simoncellus de decr. lib. 1. tit. 1. num. 82.*

61 Sibiipsi prohibitum est tutori suam auctoritatem interponere; hinc nequit pupillus stipulare cum tutore, qui pariter sibi auctoritatem præstabit, ut Ulp. ait *in l. 1. ff. de auctor. tutor.*, *& in l. Pupillus ff. eodem*, ubi rationem assignat, ne ipse tutor emptoris, & venditoris officio fungatur; *Bersanus*
62 *de Pupill. cap. 2. q. 1. num. 8.*. Jure igitur merito per tutorem pupilli bona emi non possunt, ut tradit Paulus *in l. Si in emptione 34. §. fin. ff. de contrah. empt.*. Et quamquam *Glos. in l. Cum ipse Cod. eodem* dicat hoc tantum verum esse in immobilibus, non vero in mobilibus, nullatenus impugnatur a *Mozzio in tract. de empt., & vendit. in rubric. de personis num. 8.*, ubi in utroque casu procedere firmat; immo neque
63 tutori potest pupillus restituere hæreditatem, quam eidem rogatus fuit restituere, eodem
64 tutore auctore; quod secus erit in minore, qui recte poterit suo curatori dictam hæreditatem restituere, cum ad istam restitutionem non sit necessaria curatoris auctoritas per Tex. Ulp. *in l. 1. §. fuit quæsitum ff. ad S. C. Trebell.*

65 Non solum sibi non potest tutor auctor fieri, imo neque pro filio suo, ut tradit Ulp. *in l. 1. ff. de auctor. tutor.*, quod tamen procedere intelligas pro filio sub potestate existenti, cum alias pater sibi rem non acqui-
66 reret, ut sonant postrema verba legis, & ita explicare videtur *ibidem Glos.*

67 Verum aliquando tutor sibi valide acquirit, ut quando pupilli bona fuerint recte alienata, sed per emptorem nollet pretium solvi, tunc tutor talia bona retinere rite potest per sententiam Scævolæ in *l. tutor 57. ff. de adm. tutor. Tuschi lit. M. concl. 249. num. 95.*, *Surdus in dec. 278. num. 5.*. Pariterque
68 si ad publicum incantum facta fuit venditio ultimo emptori, & magis offerenti, quoniam tunc omnis suspicionis fraus cessare videtur, ut refert *Mastrillus in dec. 5 num. 12.* Recte enim emit tutor, quando facit publice, palam, & bona fide, teste Ulp. in *l. Pupillus 5. §. item ipse ff. de auctor. tutor.*; atque rescripserunt Impp. Dioclet., & Maxim. in *l. Cum ipse 5. Cod. de contrah. empt.*,

plene

plene *Menochius de præsumpt. lib. 3. præs. 80.*,
Sabellius §. tutor num. 21., *Olea de cess. jur.*
tit. 5. q. 18. num. 7., *Gomesius var. 2. cap.*
14. num. 34., *De Marinis var. 1. cap. 293.*
num. 3., *Card. de Luca de tutorib. disc. 12.*
num. 5., aliiq. apud *Altimare de nullit. contr.*
tom. 6. rubr. 2. q. 1. sect. 1. num. 1281. ver.
quod valeat, & *ver. bona fide*.
69 Bona fide tamen, & palam dicitur cum
decreto Judicis; cum præsentia amicorum,
& consanguineorum ipsius minoris; & cum
ceteris solemnitatibus de jure requisitis, de
quibus consules *Altimare in dict. num. 1281.*
supra finem.
70 Ex data contractus validitate ex bona fide
palam habita, aliave causa, ex tali contra-
ctu, durante tutela, nequit ipse tutor agere,
Tuscus lit. T. concl. 451. num. 8.
71 Valebit pariter contractus inter pupillum,
& tutorem, quando alter adesset tutor, qui
suam auctoritatem pupillo præstabit, ut Ulp.
docet in *l. Pupillus 5. in princ.*, & *in §.*
item ff. de auctor. tutor., *Tuscus lit. T. concl.*
451. num. 5., & *7.*, *De Rosa consult. 38. n.*
31., *Bersanus cap. 2. q. 1. num. 9.*
72 Sed quid dicendum in casu, quo ambo
tutores, aut curatores cum clausula conjun-
ctim, & non divisim dati fuerint, an unus
alteri cum pupillo, aut minore contrahenti
auctorare possit? Affirmative resolvit *De Ro-*
sa num. 33.. Ex eo quod talis clausula ope-
ratur, ut solum administrationem inter se
dividere tutores, aut curatores nequeant,
quod alias possent, per sententiam Ulp. in
l. Si plures 3. §. fin. ff. de adm. tutor.. Eam
73 autem vim non habet, ut administrationem
unus sine alio exercere non valeat, nisi ex-
presse dictum fuerit, ut unus sine alio ad-
ministrare nequeat. Sola igitur clausula
conjunctim, & non divisim administrationem
unius sine altero nequaquam impedit, vide
Castillum dec. 118. num. 3., *Burutt. dec. 289.*
num. 2., & *Aretinum cons. 26. num. 4.*, *quos*
laudat De Rosa loc. cit.
74 Per intermediam personam si tutor, vel
curator cum pupillo, vel minore contrahe-
ret, neque tunc valide suam auctoritatem
interponeret. Tali enim in casu magis nul-
lus erit contractus, quia mala fide gestus
præsumeretur, per id, quod tradit Ulp. in
l. Pupillus 5. §. Item ff. de auctor. tutor.,
Menochius de arbitr. cas. 459. num. 2., *Sal-*
gadus labyr. credit. p. 1. cap. 13. §. 2. n. 5.,
75 & *6.*. Etenim persona, cui acquiritur, non
per quam acquiritur inspicienda est, ut re-
fert Marcellus in *l. Cum dotem 57. ff. ad l.*
Falcid., eapropter qui ita emit, magis clam,
76 & fraudolenter emere videtur, ut docet
Paulus in *l. Si is, qui bonis 90. ff. de acquir.*
hered., plene *Salgadus loc. cit.*. Jure igitur
merito Ulpianus in *l. Quamvis antecessor 9.*
77 *ff. de reb. eorum*, pœnam Judicis arbitrio
imponendam ita cum fraude contrahenti re-
spondit.
78 Ad cognoscendum vero, quando per in-
terpositam personam tutor emit, quia hoc
nonniu clam fieri assolet; iccirco recurren-
dum est ad præsumptiones, & conjecturas;
quarum prima notatur a Ulp. in *l. Pupillus*
79 *5. §. fin. ff. de auctor. tutor.*, & est quando
fuerit subjectus tutoris filius, aliusve sub sua
80 potestate manens, & refert *Menochius n. 5.*
secunda conjectura est, quando tutor statim
pussidere reperiatur, *Menochius num. 8.*, *Tu-*
schi lit. T. concl. 451. num. 3.
81 Sciendum pariter est, quod ad hoc tutor
suam auctoritatem legitime in contractu sui
pupilli interponere possit, necesse est, ut
antea aliquas solemnitates adimpleat. Debet
82 enim primo omnium pupilli bonorum in-
ventarium conficere per Tex. Juliani in *l.*
Tutor 8. ff. de adm. tut., & expresse statuit
Imp. Justinianus in *l. Veteris juris 13. Cod.*
arbitr. tutela, ubi habetur, tutores, vel
curatores inventarium non conficientes, esse
83 tamquam suspectos amovendos, & ultra pœ-
nas contra ipsos a jure inflictas, perpetua
infamiæ macula notatos remanere. Veiba
Textus sunt hæc. *Illo proculdubio observan-*
do, ut non audeat tutor, vel curator res pu-
pillares, vel adulteri aliter attingere, vel ulla
sibi communione ad eas vendicare, nisi prius
inventario publice facto, secundum morem
solitum res ei tradantur.... Scituris tutori-
bus, & curatoribus, quod si inventarium fa-
cere neglexerint, & quasi suspecti ab officio
removebuntur, & pœnis legitimis, quæ contra
eos interminatæ sunt, subjacebunt; & postea
perpetua macula infamiæ notabuntur, neque ab
Imperiali beneficio absolutione hujus notæ
fruituri.
84 Hinc sequitur, quod omnia gesta ante
confectum inventarium nulla sunt, quamquam
a partibus nihil fuerit oppositum, *De Fran-*
chis in dec. 206. num. 9., & *110.*, *ubi De Lu-*
ca n. 6., *De Marinis var. 2. cap. 18. n. 13.*
& *seqq.*. Quicquid dicat *Duardus de societa-*
te lib. 1. cap. 3. q. 1. n. 33., & vide infra
n. 96. ad n. 104. Intelligas tamen prædicta
in tutore, aut curatore generali; tutor nam-
que, aut curator specialis inventarium con-
ficere non tenetur, vide *Jovium de solemnit.*
in contr. minor. Glos. 21. §. 3. n. 4.
85 Secundo tenetur tutor, aut curator satis-
dationem præstare, per rescriptum Impp.
Valeria., & Galia. in *l. 1. Cod. de tutor. &*
curator., quod tamen intelligas procedere de
tutore, vel curatore minus idoneo; ubi vero
86 juridice, aut publice constat tutorem, vel cu-
ratorem esse probum, & divitiis affluentem,
tunc satisdatio necessaria non est, iccirco
remittitur; cum cesset satisdationis finis, ut
consulatur pupillo, ne bona sua amittere
possit, ita *Verde lib. 1. instit. civil. n. 758.*.
87 Prout neque satisdare teneretur, si fuerit
a patre in testamento datus, cum ipsius fi-
des

des ab eo adprobata videatur, *Verde n.* 753.
88 Ceterum ſi dum ſatiſdare tutor, aut curator debet, & non ſatiſdat, nulliter pupilli, aut minoris bona alienat, ut aperte ſtatuit Imp. Conſtantinus in *l. Tutor Cod. de*
89 *tutor., & cur., qui ſatiſd.*, & alienatio ipſo jure nulla erit, itaut pupillus, aut minor reſtitutionis beneficio non indigebit, quemadmodum reſcripſerunt Impp. Dioclet., & Maxim. in *l. Si tutor* 4. *Cod. in quib. cauſ. in integr. reſtit.*, *De Franchis in dec.* 206. *n.* 5., *&* 6., *De Marinis var.* 2. *cap.* 18. *n.* 13., *& ſeqq.*
90 Fallit hoc tamen in tutore, aut curatore ſpeciali, qui cum non habeat bonorum adminiſtrationem, ſatiſdare non tenetur, ita *Jovius de ſolemn. in contr. minor. Gloſ.* 21. §. 3. *n.* 5., *Gratianus cap.* 225. *n.* 32.
91 Verum quoad ea, quæ nec modicam dilationem expectarent, licitum erit tutori, aut curatori ante inventarii confectionem expedire per ſententiam Juliani in *l. Tutor* 8., *ver. nihil itaque ff. de adm. tutor.*, *Alex. conſ.* 163. *n.* 4. *lib.* 5., *Gratianus cap.* 360.
92 *n.* 35., *&* 37. Prout & valerent acta ante inventarii confectionem, ſi ob neceſſariam, & juſtiſſimam cauſam non fuit illud confe-
93 ctum, ut in *dict. l. Tutor*, *ver. niſi forte*. Pariterque ſi inventarii ſolemnitas fuit a teſtatore remiſſa, quam remittere poteſt, per reſcriptum Imp. Juſtiniani in *l. Veteris juris* 13. §. *fin. Cod. arbitr. tutel.*. Hoc tamen in
94 caſu tenetur tutor ad quamdam bonorum deſcriptionem, ut tradit *Jovius n.* 6.. Et ex
95 cauſa poteſt Judex a patris voluntate recedere, & tutorem, vel curatorem compellere ad inventarium conficiendum, ne delinquendi occaſio detur, *Jovius loc. cit.*
96 Sed quæres, an valebunt geſta per tutorem ante inventarium confectum, quando talis tutor publice bona pupillorum adminiſtravit, ac pro tutore ſe geſſit? Affirmant *Soccin. conſ.* 153. *n.* 3. *lib.* 2., *Duardas de ſocietate lib.* 1. *cap.* 3. *q.* 1. *n.* 33., *Gratianus cap.* 360. *n.* 36., aliique.
97 Nihilominus tamen ipſorum opinio eſt expreſſe contraria diſpoſitioni *l. Si is, qui,* 2. *ff. de eo, qui pro tut.*, ubi Cajus J. C. nullam declaravit venditionem, quam effecit, qui ſe pro tutore gerebat, cum non eſſet; idemque voluit Ulp. in *l. Qui neque* 8. *ff. de reb. eor.*, iccirco recte *Speculator in tit.*
98 *de tutore partic.* 3. §. *generaliter n.* 7. ait, pro non tutore haberi tutorem illum, qui inventarium non confecit. Hinc *de Marinis var.* 2. *cap.* 18. *n.* 21., *&* 22. multum de primam tenentibus opinionem miratur, & con-
99 ſtanter firmat, nulla eſſe geſta per tutorem non legitimum communiter pro legitimo reputatum; aitque non obſtare diſpoſitionem
100 *l. Barbarius* 3. *ff. de offic. Prætor.*, quæ non procedit in iſto caſu, ex eo quod talis error favori pupilli præjudicare nequit. Sed melius diſpoſitionem dictæ *l. Barbarius* explicat *Jovius de ſolemn. in contr. min. Gloſ.* 16.
101 §. 6. *n.* 73. poſt *Maſcardum de probat. concl.* 648. *n.* 88., *&* 96., nempe illam procedere in iis duntaxat, quæ publicam concernunt utilitatem; erat autem ibi caſus de pluribus actibus juriſdictionalibus publice factis coram eo, qui uti Judex communiter reputabatur, eapropter ob publicam utilitatem, ut longiores lites evitarentur, fuerunt acta valida declarata. Secus vero dicendum erit in cauſis privatis, utilitatem ſolummodo privatam concernentibus; & in puncto vide *Simoncellum de decret. lib.* 1. *tit.* 1. *n.* 57.
102 Subdit tamen *De Marinis n.* 24., quod libenter admitteret, ut geſta per tutorem ante inventarium confectum valerent, quatenus pupilli commodum concernerent. Et *Card. de Luca de tutor. diſc.* 6. *n.* 4. *cum, Mantica dec.* 11. *n.* 5., *Buratt. dec.* 344. *n.* 20.
103 & aliis firmat, quod quando cum publicitate adminiſtrationis aliæ concurrerent circumſtantiæ bonam fidem, ac juſtam credulitatem in altero contrahente inducentes, & tunc juxta erit excuſatio ad contractum valide pronunciandum; non obſtante quod
104 minus legitimus, fuerit tutor. Et in *n.* 7. laudatus *De Luca* refert unum notabile inter tutorem, qui revera non eſt tutor deputatus, ſed ſolum pro tutore ſe gerit, & inter tutorem, qui talis fuit deputatus, ſed ſolemnitatibus non adimpletis, adminiſtravit. Primo enim in caſu tenetur ille tutor rationes reddere de iis, quæ conſtat ad ejus manus obveniſſe, aliiſq. a ſe geſtis, non autem de neglectis, aliiſq. a ſe non geſtis. Etenim qui nullum in legitima, vel teſtamentaria tutela titulum, vel officium habet, ſed ſolum de facto, quamvis extraneus in aliquibus pupilli bonis, vel juribus ſe ingeſſerit, non per hoc exinde reſultat acceptatio illius tutelæ, quæ ſibi delata non erat. Et conſequenter dicitur ita improprie ſe gerere pro tutore, cum revera nec actu, nec habitu ſit talis. In ſecundo vero caſu ubi legitima, vel teſtamentaria tutela fuit alicui delata, tunc eo ipſo, quod unicum gerit actum tutelarem, tutelæ reſultat acceptatio, *l. Ita autem* §. *geſſiſſe ff. de adm. tut.*. Et conſequenter reſultant omnes obligationes tutori pertinentes; & magis quando ſolemnitates non adimpleverit, quia tunc fortius ſuſpectus, atque culpoſus redderetur, & ideo etiam de neglectis, ac non adminiſtratis, quæ adminiſtrari debebant, rationes reddendæ ſunt; namque, ut notat ipſemet *De Luca in diſc.* 9. *n.* 10., *&* 15., quæ a lege conceduntur contra tutorem legitime adminiſtrationem ſuſcipientem, ac juris ſolemnitates adimplentem; multo magis procedere debent contra eum, qui minus legitime ſe intrudit; ne deterioris conditionis eſſet ille, qui legi obedit, ac bene ſe gerit, quam qui male agit,

ac

ac legem contemnit; iccirco in ordine ad
hypothecam, ac obligationem reddendi rationes nulla inter ipsos habenda erit differentia.

105 Et hæc actio reddendi rationem adhuc
contra suum hæredem exerceri potest, *De Luca num. 10. per Tex. in l. 1. §. hanc autem ff. de tut., & rat. redden., & in l. 2. Cod. de tutel.*, cum concordantibus collectis per *Montan. de tutel. cap. 38 num. 50.*

106 Tertio quæritur, an sit necessarium, ut
tutor valide pupilli bona alienet, ut antea a
Judice suæ tutelæ confirmationem obtineat?
Modestinus *in l. 1. ff. de confirm. tut.* ita
respondit: *Aut pater in testamento legitimo,*
107 *& solemni filio suo in potestate existenti tu-*
torem dederit, & nulla indiget iste tutor con-
firmatione Prætoris. Si vero testamentum fue-
rit minus solemne ob causam præteritionis,
108 *vel exhæredationis, & tunc pariter nec erit*
necessaria confirmatio; quia testamentum istud
quamquam sit nullum in institutione, in qua
fuit peccatum, nihilominus cetera in tali
testamento contenta, ut tutoris constitutio,
& legata firma manent, per *auth. ex causa*
Cod. de liber. præter., Aut testamentum sit
109 nullum ex defectu testium, alteriusve so-
lemnitatis, & necminus confirmatio requiri-
tur per Tex. in *l. Hoc consultissima 21. Cod.*
de testam., & vide *Riccium in prax. civ. p. 1.*
tit. 2. cap. 2. num. 23.

110 Aut Pater dedit tutorem filio suo emancipato, & tunc necessaria erit confirmatio absque inquisitione, *Riccius num. 24.*

111 Si vero Mater, vel extraneus tutorem dedit, & isto in casu necessaria esset confirmatio cum inquisitione; prout etiam, quando extraneus fuit tutor datus in testamento patris imperfecto ex defectu solemnitatis, sed tamen testator diu post testamentum vixit, quoniam tunc erit etiam a Judice, prævia inquisitione, confirmandus. Cum aliqua poterit supervenisse causa, quæ datum tutorem indignum a tutela redderet, vide *Riccium loc. cit.*

112 Confirmatio autem non est aliud, quam
Judicis decretum, quo decernitur, ut tutor
in testamento constitutus tutelam exerceat.
113 *Riccius n. 25.* Inquisitio vero, ut exami-
minentur duo, vel tres testes, si, vel ne
duraverit testatoris voluntas; an tutoris facultas defecerit, vel ne; an aliqua morum improbitas fuerit testatori ignota; an mores in pejus tutor mutaverit; an aliqua inimicitia cum testatore post testamentum supervenerit, de quibus plene apud *Riccium n. 26. & seqq.*

114 Scias tandem, quod tutorem; vel curatorem generalem habenti nequit dari tutor, vel curator specialis ad aliquem actum agendum, vide *Jovium de solemnit. in contr. min. Glos. 21. §. 2.*

115 Secundum requisitum pro pupillaris contractus firmitate est justa, & necessaria causa, prout & annuimus *n. 46.*, quæ in ære tantum alieno verificatur, secundum Ulp. in *l. Magis puto 5. §. si æs ff. de reb. eor.*, & *Maxim., & Dioclet. in l. Ob æs alienum 12. Cod. de præd. minor.*, ubi ita statutum reperitur: *Ob æs alienum tantum, causa cognita, Præsidali decreto prædium rusticum minoris provinciale distrahi permittitur*; & tradunt *Simoncellus de decret. lib. 1. tit. 1. n. 17.*, *Jovius Glos. 20. §. 3. n. 3.*, *Menochius recuper. rem. 15. n. 147.*, *Tuschi lit. R. concl. 268. n. 1.*, *Bersanus de pupillis cap. 2. q. 5. n. 1.*, *Parisius cons. 85. n. 10. lib. 3.*, aliique apud *Altimarem de nullit. contr. tom. 6. rubr. 2. q. 1. sect. 1. num. 333.*

116 Intelligas tamen de ære alieno legitime
contracto, ut declarat *Jovius n. 46. ver. & quod*. Qua æris alieni solutione excepta,
nulla alia esse videtur causa, quæ alienatio-
117 nem ipsam permittere possit; ponderari
enim debet illa particula *tantum*, quæ omnes alios, præter casus expressos, excludit. Et ad præcedentia, scilicet *ob æs alienum tantum*, non ad subsequentia, nempe *tantum causa cognita* dirigenda est, ceu recte probat *Simoncellus de decret. lib. 3. tit. 8. n. 126.*, ubi contrarios refellit.

118 Hoc autem æs alienum adeo urgens esse debet, ut nullam patiatur dilationem, quasi quod ipse pupillus stranguletur, quemadmodum rescripsisse videntur Impp. Valent. Theod., & Arcad. *in l. 1. Cod. de præd. decur. lib. 10.* in illis verbis: *Omnesque causas singillatim, quibus strangületur, exponat*. Et ita communiter tradunt DD., ut videndus *Altimore n. 335.*, *Sorge in jurisprud. tom. 1. cap. 20. n. 5.* Et sic creditores effectualiter instare debent, constringendo nempe minorem ad solvendum, *Menochius de arbitr. cas. 171. n. 5., & seqq.*, *Jovius de solemn. in contr. min. Glos. 20. §. 3. n. 46. ver. imo*, *Simoncellus de decret. lib. 1. tit. 1. n. 36.*, *Parisius cons. 98. n. 2. lib. 1.*, *Bersanus de pupillis cap. 2. q. 5. n. 2.* Quibus non instantibus, nulla erit venditio; *Jovius dict. n. 46. ver. itaut*, *Sabellius §. alienatio n. 23. ver. quod sit nulla.*

119 Non erit tamen necesse, ut contra pu-
pillos, vel minores executio immineat per
mandati relaxationem, sed sufficiens erit,
ut creditores instent, debitumque petant,
Baranius de effectib. minor. ætat. circa contract.
eff. 3. n. 49. Prout & sufficeret si debitum
120 usuras pareret, quoniam justam alienandi
causam præberet, per sententiam Ulp. in *l.*
Magis puto 5. §. non passim ff. de reb. eor.,
Sabellius ver. quod ut creditores, *Simoncellus*
121 *n. 40.*, *Merlinus cent. 2. cap. 74. n. 39.*,
etiamsi ex creditoribus nemo adhuc institerit, quia ipsamet usura instare videtur, *Ursillus ad Afflictum in dec. 249. n. 5.* Atque
122 urgere pariter diceretur, si minori expedi-
ret, ut bona sua creditori in solutum data
cum redimendi pacto, redimantur, *Tuschus lit. M. concl. 249. num. 7.*

Ex

123 Ex prædictis igitur infertur, quod pro
fimplici debito futuro minoris bona alienari
non poffunt, ut tradunt *Javius num. 47., Simoncellus de decret. lib. 1. tit. 1. num. 38., &*
39., ubi ex aliis notat, nullam fore alienationem caufa dotis factam, cum non effent
adhuc contractæ nuptiæ, cum non fatis fit,
caufam dotis de futuro fperari, ad hoc ut
immobilia minoris pro dote de futuro danda,
vel conftituenda alienari valeant. Etenim ur-
124 gere non dicitur æs alienum, quod de futuro fperatur. Hinc recte *Simoncellus dict.*
125 *num.* 39., firmat interponi non poffe decretum fuper iis, quæ non funt, quamquam
effe poffint, & de futuro fperentur, & fic
fuper incertis, quæ adeffe, & non adeffe
poterunt, de quo vide inferius *n.* 203. *& feqq.*
126 Nec fufficiens erit affertio in inftrumento
pro tali creditorum urgentia facta, *Tufchus lit. M. concl.* 251. *n.* 5., *Staibanus refol.* 30.
n. 13., aliique apud *Altimare de nullit. contr. tom.* 6. *rubr.* 2. *q.* 1. *fect.* 1. *n.* 333., cum fint
127 verba prolata a Notario, tamquam dicta
a curatoribus, & contrahentibus, quorum
dictis credendum non erit, *Simoncellus n.* 37..
128 Quoniam funt perfonæ genere actum prohibitæ, & fufpectæ, quibus nulla erit adhibenda fides, *Simoncellus n.* 42., *Jovias n.* 46..
129 Aliunde enim conftare debet; capienda
nempe erit per Judicem informatio ad ipfam
urgentiam verificandam, quemadmodum ftatuerunt Cæfares in *l. Minorum 6. Cod. de*
130 *præd. minor.*, & fic nova fcriptura, quæ
erit judiciaria informatio, penitus ab inftrumento venditionis diverfa, neceffaria eft,
Gomefius var. 2. *cap.* 14. *n.* 13., *Tufchi lit. M. concl.* 249. *n.* 16., *& concl.* 268. *n.* 2., *Parifius conf.* 98. *n.* 9. *lib.* 1., *Altimari n.* 206.
ver. fed caufæ.
131 Sed quid dicendum in cafu, ubi æs alienum non inftagebit, an ob folam pupilli utilitatem alienatio fuftineatur? Affirmant *Tufchus lit. M. concl.* 251. *n.* 16., *Merlinus cent.* 2. *contr.* 74. *n.* 41., aliique quam plures.
132 Contraria tamen opinio verior eft, ut
neque intercedente decreto per folam pupilli utilitatis caufam alienatio fuftineri poffit; ut tradunt *Mantica de tacit. lib.* 51. *tit.*
6. *n.* 63., *Gratianus cap.* 583. *n.* 5., *& cap.* 750.
n. 13., *Simoncellus de decretis lib.* 3. *tit.* 8.
infp. 17., *De Marinis var.* 2. *cap.* 18. *n.* 32.,
Menochius conf. 655. *n.* 9. *lib.* 7., *Staibanus obfer.* 159. *n.* 83., *&* 94., *Capone contr.* 96.
n. 55., *&* 56., ubi rem omni carere difficultate notat; *Baronius de effectib. minor. ætat. circa contract. eff.* 3. *n.* 226., *& feqq.*,
ubi firmat hanc effe receptiorem, & magis
tutam opinionem pro minorum indemnitate:
133 nam ex eorum alienationibus raro, aut
numquam locupletes vifi funt effecti, *Urfillus ad Afflictum in dec.* 87., ubi per S. C. fuit
134 nulla declarata alienatio prædii minoris cum
omnibus juris folemnitatibus fequuta, ex eo
quod creditoris urgentia non apparebat,
nulla habita ratione de pupilli utilitate, quæ
allegabatur; plene *Surdus decif.* 278. *n.* 19.,
& 20., *Maftrillus dec.* 121. *n.* 2., *& feqq.*,
Capycius dec. 113., *Altimare de nullit. contr. tom.* 6. *rubr.* 2. *q.* 1. *fect.* 1. *n.* 343., aliique
135 ab iifdem congefti. Etenim non utilitas,
benevero æris alieni neceffitas erit tantummodo infpicienda, ut diximus *n.* 115., proindeque Judex ultra talem neceffitatis cau-
136 fam fuum decretum interponere nequaquam poterit, cum liberum non habeat arbitrium, ut alienari poffe concedat, ut tradit Ulp. in *l. Magis puto* 5. §. *fi æs ff. de reb. eor.*, ubi ita habetur: *prætori enim non liberum arbitrium datum eft diftrahendi res pupillares, fed ita demum fi æs alienum immineat*. Eapropter ære alieno non immi-
137 nente, libero Judicis arbitrio non erit conceffum alteram caufam, quæ alienationem
juftificabit, adformare *Menochius de arbitr. caf.* 171. *n.* 60., *Tufchus lit. M. concl.* 271.
n. 4., *Simoncellus de decr. lib.* 3. *tit.* 8. *infp.*
17. *n.* 127. *fupra finem*; etiamfi alienatio in
138 Ecclefiæ favorem fuerit, *Tufchus lit. M. concl.* 249. *n.* 35., *&* 71., *Romanus conf.* 166.
139 *n.* 2.. Namque utilitas pupilli in non diminuendo, non autem in augendo fuum patrimonium confideratur, ut volunt *Baronius de effectib. minor. ætat. circa contractus eff.*
3. *n.* 227., *De Marinis var.* 2. *cap.* 18. *n.* 31.,
Surdus dec. 278. *n.* 22., *Maftrillus dec.* 121.
n. 4., *Manfrella ad Capyc. Latr. dec.* 19. *n.* 3.
Hinc recte notavit *Simoncellus n.* 126. *in fine*,
140 quod magis favorabile confiderarunt Legiflatores, minorum res alienari non poffe,
nifi ob æs alienum, quam etiam in cafu
utiliffimo diftrahere. Iis enim fatis apertum
erat minorum utilitatem in aliqua diftractione adeffe potuiffe, & tamen, dum in adductis juribus alienandi caufam expofuere, citra
æs alienum, omnem aliam alienandi caufam
Prætori inhibuerunt.
141 Limitatur nihilominus conclufio ifta in
cafu, quo utilitatis caufa, five ratio ex neceffitate ortum traheret, ut ex. gr. fi vendi
deberet res tempore peritura, quoniam tunc
erit valida diftrahendi caufa, intercedente
Judicis decreto, per fententiam Ulp. in *l. Divus Pius* 5. §. 1. *ver. & res tempore perituras permittere debet Prætor diftrahere, ff. de petit. hered.*, & tradit *Tufchus lit. M. concl.* 251. *num.* 31.
142 Quod periculum tamen, five damnum tam
de præfenti, quam de futuro effe debet, ut
tradit *Afflictus in dec.* 87. *num.* 3., quem
143 laudat *Tufchus num.* 32.. Nam fi de præfenti folummodo effet, atque de futuro utilitas fperaretur, non erit jufta alienandi cau-
144 fa, *Tufchus loc. cit.*; hinc haud fufficiens
erit alienandi caufa, quod bona effent fterilia propter imminens bellum, cum caufa
non fit perpetua; etenim quamvis damnum
in

in præſenti habeatur, attamen in futuro, ex-
pletoque bello utilitas quidem ſperari poterit,
145 *Tuſchi lit. M. concl. 249. num. 26.*; quoties
vero damnum de præſenti, & de futuro
erit, ut molendinum in flumine poſitum,
quod quotidie deterioratur, & tunc erit juſta
alienandi cauſa, ut poſt Bugel. in *l. Non ſo-
lum ff. de petit. hered.* tradit *Tuſchi in dicta
concl.* 251. *num.* 34.
146 Pariterque juſta erit alienandi cauſa, ut
pupilli damnum evitetur, nempe quando pu-
pillus, aut minor fundum emphyteuticum
habet, & tantum percipit, quantum cenſum
ſolvit, tum valida erit talis fundi alienatio,
ut adeſt expreſſa *deciſio* 87. *Afflicti*, ubi fuit
nulla conſiderata ceſſio ſub ſola ratione, quia
abſque decreto peracta fuit; eapropter ſi
147 decretum interceſſiſſet, valida fuiſſet ceſſio
conſiderata; & *Afflictum* ſequitur *ibidem Rio-
cius*, qui citat ſuam *Collect.* 345., & tradit
Tuſchi lit. M. concl. 242. *num.* 60.
148 Immo ſola qualitas fundi emphyteutici
erit juſta cauſa interponendi decretum in
pupillari diſtractione, quemadmodum reſcri-
pſerunt Impp. Dioclet., & Maxim. in *l. Et-
iam* 13. *Cod. de præd. minor.*, ubi hæc ver-
ba leguntur; *Etiam vectigale, vel patrimoniale,
ſive emphyteuticum prædium ſine decreto Præ-
ſidis diſtrahi non licet*. Igitur cum decreto
licitum erit diſtrahere. Quinimmo etiam ſi-
ne decreto valeret diſtractio, ſi plus eſſet in
149 cenſu, quam in reditu: etenim minoris
bona, quæ plus incommodi, quam utilitatis
afferunt, poſſunt ſine ſolemnitatibus alienari,
ut tradunt *Capycius dec.* 113. *num.* 8, & 10.,
Merlinus dec. 764. *num.* 3., *Maſtrillus dec.* 13.
num. 9.; & 10., aliique apud *Sabellium* §.
alienatio num. 23. *ver. quod valeat*, & §. *mi-
nor num.* 28., *Surdus dec.* 278. *num.* 23.
150 Sed quid dicendum de fundo ſaxoſo, &
ſterili, an poſſit eſſe cauſa alienandi cum
decreto? Negative reſolvit J. C. in *l. Si
fundus* 13. *ff. de reb. eor.* in illis verbis: *Si
fundus ſit ſterilis, vel ſaxoſus, vel peſtilens,
videndum eſt an alienare eum poſſit; & Imp.
Antoninus, & Divus Pater ejus in hæc verba
reſcripſerunt. Quod allegatis, infructuoſum
eſſe fundum, quem vendere vultis, movere non
non poteſt*, & tradit *Manfrella ad Capyc. Latr.
in dec.* 19. *num.* 4. Immo neque interpone-
re debet Judex decretum pro alienando fundo
151 ſterili, ut fertilis, & bonus ematur, cum
nequeat haberi ratio, ſive cauſa majoris uti-
litatis futuræ, ut in puncto tradit *Sabellius*
§. *minor num* 28., vide infra *num.* 206.
152 Adſunt nihilominus quamplures alii caſus,
qui juſtam præbent Judici alienandi cauſam,
prout videbis infra *num.* 283. *ad* 318.: atque
alii, qui juſtam dant cauſam diſtrahendi,
quamquam Judicis decretum non intercedat,
quemadmodum videbis inferius *num.* 368.
ad 468.
153 Juſta alienandi cauſa expreſſe, & præciſe

interponenda eſt; cum non ſit ſatis genera-
lem rerum indigentiarum enunciationem ex-
primere, *Jovius de ſolemnit. in contr. minor.
Gloſ.* 20. §. 3. *num.* 23., *Altimari de nullit.
contr. tom.* 6. *rubr.* 2. *q.* 1. *ſect.* 1. *num.* 206.
ver. & cauſa, & *num.* 384. Sed expreſſe,
& perfecte coram Judice probari debet, *Jo-
vius num.* 27., *Simoncellus de decr. lib.* 1.,
tit. 1. *num.* 18, *Berſanus de pupillis cap.* 2.
154 *q.* 5. *num.* 6, & hæc probatio ante decreti
interpoſitionem adhiberi debet, *Simoncellus
num.* 19., *Menochius de arbitrar. lib.* 2. *caſ.*
171. *ſub num.* 23., *Puriſius conſ.* 85. *n.* 27.
lib. 3. Quamquam decretum poſſit antecede-
155 re, & ſubſequi contractum, ut dicemus in-
fra *num.* 342., & *ſeqq.*
156 Et ubi cauſa in contractu minoris non
eſt expreſſa, & ſpecificata, nequaquam præ-
ſumitur, *Jovius num.* 28., *Baronius de effectib.
minor. ætat. circa contract. eff.* 3. *num.* 85.:
157 iccirco neceſſarium omnino eſt, ut cauſa
de contractus tempore eſſe debeat, *Altimari*
158 *num.* 358., quoniam non curatur, an ſuper-
veniens accidentalis rerum mutatio damnum
cauſare poſſit, cum poterit etiam cauſare
lucrum; *Card. de Luca de alienat. diſc.* 1.
num. 46.
159 Et ſi ex falſa cauſa interpoſitum reperi-
retur decretum, etiam ipſo jure nullum, ut
tradit Ulp. in *l. Magis puto* 5. §. *ſi æs alie-
num ff. de reb. eor.*, & ſtatuerunt Impp. Va-
leria., & Galien. in *l. Si Præſes* 5. *Cod. de
præd. minor.*, *Simoncellus num.* 21., *Jovius
num.* 8. & 11., *Card. de Luca tom.* 1. *dec.
Rot. Rom. lib.* 7. *dec.* 40. *num.* 5., *Oddus de*
160 *reſtit. in integr. quæſt.* 57. *art.* 9. *num.* 45.;
etiamſi falſitas fuerit in minimo, *Jovius n.*14.,
161 nili revera fuerit modicum præjudicium;
aut ſi falſitas cauſæ non fuerit principaliter
deducta, ſed veniret ſecundario, & in con-
ſequentiam, quoniam de ea tunc non cu-
raretur, *Jovius num.* 41., *Oddus num.* 50.
162 Verum ſi cauſa fuerit partim vera, &
partim falſa, aut creditum in parte matu-
ratum, & liquidum, & in parte non, in to-
tum contractus erit nullus, *Jovius num.* 13,
Oddus num. 48., *Altimari num.* 342., *Card.
de Luca num.* 6., & *de alienat. diſc.* 32. *n.*7.,
Tuſchi lit. M. concl. 268. *num.* 2.
163 Et ſi vera ſubeſſet cauſa, ex qua decre-
tum interponi potuiſſet, quæ tamen non fuit
allegata, benevero falſa, ſuper qua fundatum
fuit decretum, erit idem nullum, & invali-
dum, *Jovius num.* 26., *Simoncellus de decr.
lib.* 1. *tit.* 1. *num.* 22., *Baronius num.* 93.
164 Et dum cauſa erit falſa, parum intererit,
ſi foret ipſo jure falſa, aut per exceptionem.
Hinc decretum interpoſitum propter debi-
tum, quod per exceptionem excludi poteſt,
erit nullum, & invalidum, *Romanus conſ.* 454.
165 *num.* 9., *Simoncellus num.* 25., niſi de tali
exceptionis cauſa fuiſſet plene cognitum, &
de ejus veritate diſputatum, *Simoncellus n.* 26.

166 Causa tamen si a principio fuisset vera,
sed postfacto evaserit falsa, hoc posterius
non attenditur, cum falsa dici non possit
causa, si ab initio fuit vera, licet postea de-
ficiat, *Jovius de solemnit. in contr. minor. Gl.*
20. §. 3. *num.* 40.
167 Et si justa appareret allegata causa, quæ
tamen vera, & justa non esset, ut quando
per tutorem, vel curatorem esset Prætori
obreptum, & tunc actio remanebit pupillo
probandi fuisse Prætori obreptum, quo pro-
bato, venditio resultaret nulla; propterea quod
minor rem ipsam directa actione vendicare,
aut actionem personalem tutelæ contra tu-
torem, vel curatorem intentare potest, per
sententiam Ulp. in *l. 1. sub princ.*, *& in l.*
Magis puto §. manet ff. de *reb. eor.*, *Simon-*
cellus de decr. lib. 1. tit. 1. num. 27.
168 Tertium requisitum pro pupillaris con-
tractus firmitate Judicis decretum est, prout
annuimus supra *n.* 47., per sententiam Ulp.
in *l Si prædia ff. de reb. eor.*, & per Res-
criptum Imp. Dioclet. in *l. Possessiones*, *Cod.*
si quis ignor., & patet ex toto tit. *Cod. de*
169 *præd.*, *& aliis reb. minor.*. Decretum nem-
pe illud, quo Judex dicit. *Nos . . . , dictam*
alienationem faciendam esse dicimus, diligen-
ti causæ cognitione præhabita; ideoque nostrum
interponimus decretum, seu auctoritatem; quam
formulam notat *Simoncellus n.* 60., de veri-
tate tamen vide *n.* 503., *& seqq.*
170 Istud tamen decretum magni momenti
est, ut tradit *Alciatus de præsumpt. reg.* 3.
præs. 10. *n.* 4, quem laudat *Menochius de*
171 *præsumpt. lib.* 2. *præs.* 75. *n.* 2., eapropter
ad ejus interpositionem non ex abrupto Ju-
dex, sed nonnullis necessariis intervenienti-
bus requisitis procedere debet. Quamquam
enim pro illius interpositione multa officio
Prætoris tributa sint, ut Ulpianus notat in
l. Magis puto 5. §. *non passim tutoribus sub*
obtentu æris alieni permitti venditio debuit;
neque enim est eis via distractionis tributa,
& ideo Prætori arbitrium hujus rei Senatus
dedit, *ff. de reb. eor.*. Nihilominus tamen
172 advertere Judex debet, quod ipsi arbitrium,
non jam liberum arbitrium concessum est,
teste eodem Ulpiano in *dict. l. Magis puto*
§. *Si æs alienum*, in illis verbis: *Prætori enim*
non liberum arbitrium datum est distrahendi
273 *res pupillares*. Iccirco arbitrium hoc juri
consonum esse debet, alias nullum bonum
pareret effectum, ex traditis per eumdem
Ulpianum in *l. Cum hi* 8. §. *si prætor. ff. de*
transaction., vide *Simoncellum de decr. lib.* 1.
tit. 1. *num.* 6., *&* 7.. Non enim Judex du-
174 tior lege esse debet; cum Judex a juredi-
cendo, & juste judicando dictus sit, ut in
cap. forus de V. S., *& in l. 1. ff. de jurisd.*
omn. judic., *Jovius de solemnit. in contr. mi-*
nor. Glos. 20. §. 2. *num.* 31.
175 Hinc differentia est inter arbitrium, &
liberum arbitrium. Etenim ea, quæ simpli-
citer arbitrio Judicis commissa sunt, appel-
lationi manent subjecta, si male forsan ipse
Judex arbitratus fuerit; secus erit vero, si
libero Judicis arbitrio fuerint commissa, quo-
niam tunc nullus appellationi erit locus, ex
traditis per *Simoncellum num.* 8.
176 Verum Judex indebite, & in contractu
illicito decretum interponendo dignitatis
amissione, & bonorum publicatione punien-
dus est, ut statuerunt Cæsares in *l. Jubemus*
14. §. *iis quoque Cod. de sacros. Eccles.*, &
tradit *Jovius de solemn. in contr. minor. Gl.*
20. §. 5. *num.* 3.. Et ad omnia damna, &
177 interesse erit condemnandus, ut in *l.* 1., *&*
toto tit. Cod. de magistrat. conven., *Jovius*
num. 1., *Simoncellus num.* 12., *& lib.* 3. *tit.* 8.
178 *num.* 48., ubi adhuc firmat, quod si hoc
acciderit Judici in minori ætate constituto,
non poterit ex causa minoris ætatis restitu-
tionem petere, quia decreti solemnitates
sunt juris solemnitates ad actus doctoratus
pertinentes; & dicendo se doctorem, ac al-
legando se læsum in juris solemnitatibus,
suam allegaret turpitudinem, quod turpe
quippe eidem erit. Bonus igitur Judex non
179 debet lites inducere, sed repellere, & ab-
breviare, alias a debito sui officii recedit.
Et quamquam partibus concordiam præcipe-
re non possit, benevero tantum suadere, at-
tamen si armorum periculum, vel Reipubli-
cæ perturbatio timetur, compellere quidem
potest ad concordandum, vel compromit-
tendum, vide *Jovium num.* 3., *&* 4.
180 Ad hoc igitur ut Judex decretum inter-
ponere recte possit, cum causæ cognitione,
seu inquisitione idem ferre debet, ut tradunt
Mantica de tacitis lib. 4. *tit.* 6. *num.* 56., *Ba-*
ronius de effectib. minor. ætat. circa contract.
eff. 3. *num.* 69., *Jovius Glos.* 20. §. 4. *n.* 2.,
aliique apud *Altimarem de nullit. contr. tom.*
6. *rubr.* 2. *q.* 1. *sect.* 1. *num.* 205. *ver. nec*
sufficit; *& ver. quod decretum*.
181 In qua causæ cognitione, seu inquisitione
quatuor consideranda esse tradit *Baldus* in
l. Magis puto §. *passim ff. de reb. eor.*, quem
laudat *Simoncellus de decretis lib.* 1. *tit.* 1.
num. 15., per sententiam Ulpiani in *dict. l.*
182 *Magis puto*; nempe quid, quando, quali-
ter, & quomodo; alias Judex nulliter ad
decreti emanationem procederet, ut refert
Card. de Luca tom. 15. *decis. Rot. Rom. lib.* 7.
dec. 38. *num.* 6. Hinc primo inquirere de-
183 bet Judex super urgentia æris alieni, prout
exposuimus *num.* 115., *& seqq.*: exinde, num
184 pupillus pecuniam habeat, aut nomina de-
bitorum facilioris tamen exactionis; aut fru-
ctus etiam non collectos; aut cetera bona,
præter stabilia, nempe bona mobilia, ita
Menochius de arbitrar. cas. 171. *num.* 11.,
& 13., *Tuschi lit. M. concl.* 268. *num.* 4.,
Jovius Glos. 20. § 3. *num.* 48., *Simoncellus*
de decret. lib. 1. *tit.* 1. *num.* 44., *Sabellius*
§. *alienatio num.* 23., *Stephanus tom.* 1. *re-*

sol.

fol. 20. *num.* 22., *Berfanus de pupillis capit.*
q. 5. *num.* 17., *Altimari num.* 334. Quoties
185 enim ex mobilibus, quæ minori dispendio
distrahuntur, æs alienum solvi possit, immo-
bilia tangi non debent; immo si inter mo-
186 bilia reperiantur, quæ servari non possunt
servando, aliaque, quæ servando servari
possent, & tunc illa eruut primum distrahen-
da, cum posteriora tamquam inter immo-
187 bilia connumerentur, *Berfanus num.* 18.
Verum si pro integro ære alieno solvendo
ex mobilibus satisfieri nequit, immobilia qui-
dem vendi possunt, ut late tradit Ulpianus
in *l. Magis puto* §. *passim ff. de reb. eor.*,
Berfanus loc. cit., *Simoncellus num.* 44. *ver.*
postquam.
188 Et quamquam *Corneus conf.* 50. *lib.* 3.
defendere conatur, valere alienationem im-
mobilium, mobilibus extantibus, nisi per
minorem probaretur damnum, vel læsio, ex
ea ratione motus, quia *l. Lex quæ tutores*
Cod. de adm. tut. consulit, non autem præ-
189 cipit. Nihilominus ipsum refellit *Simoncel-*
lus num. 45., ubi demonstrat eumdem ad-
versus expressa jura fuisse loquutum.
190 Verbis instrumenti narrativis, ubi dicitur
alia mobilia non extare, nequaquam standum
erit, *Parisius conf.* 98. *num.* 5. *ver. non obstat*
191 *lib.* 1. Sed necesse est, ut judicis præce-
dat interloquutoria, qua declaretur bona mo-
bilia non extare, *Simoncellus num.* 45. *ver.*
192 *immo.* Et hoc mediante informatione, qua
capta, & constito mobilia non existere, Ju-
dex interloqui debet bona ipsa non adesse,
Menochius recuper. rem. 15. *num.* 147., *Tuschi*
lit. M. concl. 268. *num.* 5., *&* 6., aliique apud
193 *Baronium de effectib. minor. a tot. circa con-*
tract. eff. 3. *num.* 54., ubi tamen in fine di-
cit aliter servari in praxi. Et revera praxis
est, ut in informatione pro justificatione
causæ fiat adhuc probatio non extare bona
mobilia, neque alia inferioris conditionis,
nec inde erit necessaria Judicis declaratio
per interloquutoriam super illorum deficien-
tia, de qua praxi vide per nos dicenda *n.*
503., *& seqq.*
194 Si vero notorium est, bona mobilia non
extare, tunc nulla Judicis excussio, & inqui-
sitio necessaria est, ut probat *Simoncellus*
195 *num.* 47. Quod tamen notorium non suffi-
ceret solummodo allegari, sed ex actis Judici
196 constare debet, quamquam non indigebit
probatione veritatis ipsius facti, *Simoncellus*
loc. cit. ver. notes.
197 Ex prædictis igitur infertur, quod si ex
immobilibus fiat alienatio bonorum pupilli,
mobilibus spretis, erit penitus nulla; & in-
valida, *Simoncellus num.* 46., *Berfanus n.* 18.,
Capycius Latr. dec. 19. *num.* 1., *Urfillus ad*
Afflictum in dec. 249. *num.* 3., *Sorge in ju-*
risprud. tom. 1. *cap.* 20. *num.* 9.
198 Notandum tamen est, quod quamquam
ex mobilibus incipiendum sit, fallit benevero
regula ista in iis mobilibus, quæ domui ne-
cessaria sunt, atque ad familiæ sustentationem
magis utilia; aut si essent ornamenta pretio-
sa, quoniam tunc stabilia vendi possunt, mo-
bilibus omissis, *Sorge loc. cit.*, *Jovios Glos.*
20. §. 3. *num.* 48., *Merlinus contr.* 2. *cap.*
74. *num.* 31., *&* 32., ubi per S. C. notum
testatur, majorem mobilium partem fore
pupillo necessariam; *Altimari de nullit. cont.*
tom. 6. *rubr.* 2. *q.* 1. *sect.* 1. *num.* 258.
199 Postquam igitur Judici liquebit non ex-
tare bona mobilia, quæ vendenda forent pro
satisfaciendis pupillorum creditoribus, ad im-
mobilium distractionem procedendum quidem
erit, ut tradit Ulp. in *l. Magis puto* 5. §.
non passim, *ver. si igitur*, *ff. de reb. eor.*,
Simoncellus de decret. lib. 1. *tit.* 1. *num.* 44.,
Menochius de orbitrar. caf. 171. *num.* 28., *&*
200 *recoper. rem.* 15. *num.* 147. Ad quam alie-
nationem explendam magna Judicis inquisi-
tio erit exhibenda ad cognoscendum, num
magis vendere, aut obligare sit expediens,
ut notat Ulp. in *dict.* §. *non passim*, *ver. item*
Prætor æstimare debebit, utrum vendere potius
an obligare permittat, repetitque in *l. Si*
pupillorum 7. §. *si Prætor*, *ver. debuit ff. eodem*,
Menochius dict. caf. 171. *num.* 15., *Simoncellus*
n. 51., *Berfanus de pupillis cap.* 2. *q.* 5. *num.* 22.
201 Namque aliquoties magis uno, quam al-
tero modo expediens foret pupillo; idcirco
Judex, quicquid sibi videbitur pro pupillo
magis expediens, decernendum mandabit.
202 Et non jam quod alternative ad venditio-
nem, aut obligationem suum decretum in-
terponat, quia taliter interpositum nullum,
& invalidum est; sed absolutum, clarum, &
distinctum esse debet, aut nempe de vendi-
tione, aut de obligatione, plene *Menochius*
num. 16., *& seqq.*, ubi ait ita intelligendum
esse Ulpiani Textum in *dict. l. Si pupillo-*
rum §. *si prætor*, *ver. quid ergo*, & fusius
tradit *Simoncellus num.* 89., *& seqq.*, ubi
contrarium tenentes refellit, atque ad omnia,
quæ in contrarium adduci possunt, plene
respondet.
203 Sed quid dicendum de decreto conditio-
nali, an valeat decreti interpositio sub con-
ditione, nempe quatenus, vel si, & in quan-
tum de jure debetur, decretum interpono,
alias minime? Et opiniones diffidentes ita
conciliat *Simoncellus num.* 96., aut ante ta-
204 le decretum nulla præcessit causæ cognitio,
& nullum idem erit, & invalidum. Aut
205 causæ cognitio præcessit, & erit validum
decretum, quia ea conditio *si*, & *in quan-*
tum de præsenti nunc consideratur, eaprop-
ter decretum non vitiat; & *quatenus* non
de præsenti, statim tamen verificari potest,
206 & sub conditione de præsenti, quæ statim
verificari potest, interponi quidem potest de-
cretum, cum ea proprie non dicatur con-
ditio, ut tradit *Baldus in l. Ultima*, *circa*
princip. Cod. de testam. manumis., aliique
apud

apud *Simoncellum num. 97. ver. secundo*, ubi
notandum monet; ex quo etiam sequitur,
quod super iis, quæ non sunt, sed de futuro
sperantur, decretum interponi nequit, ut
firmat *Simoncellus num. 39.*
207 Decretum ad unum effectum interpositum,
alterum supplere nequit. Eapropter si
judex licentiam tutoribus vendendi permiserit,
& illi obligaverint, aut econtra, nulliter
egerunt, ut tradit Ulp. *in l. si pupillorum 7. §.
si prætor ff. de reb. eor. Gratianus cap. 483. n.
13., & cap. 485. n. 16. Simoncellus de decretis
lib. 1. tit. 1. n. 92.; Altimari de nullit. contr. tom. 6.*
208 *rubr. 2. q. 1. sect. 1. n. 206. ver. interpositum.* Decretum
enim stricti juris est, & ad similia,
multo minus ad majora non extenditur, *Simoncellus
n. 93.*
209 Et cum obligari expediat, non accipiatur,
nisi quantum ad æs alienum solvendum
opus fuerit; prout & si vendi deberet, non
ob modicum debitum magnum prædium distrahatur,
per sententiam Ulpiani *in l. Magis
puto 5. §. item Prætor ff. eodem, Simoncellus
n. 52., Menochius num. 21., De Marinis var. 2.
cap. 18. num. 25., Baronius de effectib. minor.
ætat. circa contr. eff. 3. n. 57. Altimari num. 302.,*
210 *Bersanus n. 21.*. Alias si alienatio rei immobilis,
etiam judicis decreto peracta, fuerit
majoris summæ illius causæ, pro qua ipsa
venditio fieri debebit, erit nulla, & invalida,
211 *Tuschi lit. M. concl. 249. n. 24.*. Etenim eum
alienatio fieri debeat ob æris alieni necessitatem,
eatenus debet fieri, quatenus neces-
212 sitas urget, & non ultra, *Simoncellus n. 52.
in fine*; prout & dicitur de filiofamilias, cui
permissum est studiorum causa mutuum accipere,
nempe usque ad probabilem modum,
quem pater subministrare solebat, & non ultra,
ut Ulp. ait *in l. sed Julianus 9. §. proinde,
ver. quod dicitur ff. ad S.C. Macedon., Simon-*
213 *cellus n. 53.*, ubi rationem tradit, quod nequit
dici venditum gratia æris alieni, quod
ipsum æs alienum excedit; maxime si pe-
214 cunia, quæ æri alieno superest, longe major
est, quam ipsum æs alienum; quoniam
ubi duo diversa circa idem concurrunt, illa
prævalet species, quæ potentior est; & sic
alienatio magis poterit dici facta ex causa
voluntaria, quam necessaria; *Simoncellus
num. 54.*
215 Limitatur benevero conclusio ista in casu,
quo alia res minoris valoris non adesset,
aut alienari nequiret, *Tuschi lit. M. concl. 249.*
216 *n. 25.*. Vel nisi prædium alienandum commodam
divisionem non pareret, *Bersanus de*
217 *pupillis cap. 2. q. 5. n. 21.*. Vel nisi pecunia,
quæ æri alieno superesset, fuerit in modico
excessu; *Simoncellus dict. n. 54. ver. putarem*,
ubi modicum existimat excessum quindecim
florenorum respectu principalis summæ centum
triginta, quamvis referat *Baldum cons.*
218 *40. lib. 3.* contrarium dicentem. Et revera
non ita de facili pro ea solummodo quantitate
æris alieni vendi res potest; Ideirco judicis
arbitrio remittitur, an excessus sit mo-
219 dicus, vel in magna quantitate. Cæterum
etiamsi excessus in magna fuerit quantitate,
ut quando aliud prædium non adesset inferius,
& nemo medietatem, vel partem fundi
æs alienum excedentis emere veller, nisi totum,
& tunc valide ad hujuscemodi venditionem
suum decretum judex interponeret,
Tuschi num. 25.
220 Ex pluribus vero prædiis minus utile, &
magis damnosum distrahendum erit, ut Ulpianus
tradit in *l. magis puto 5. §. item Prætor,
ver. sed si sit, ff. de reb. eor., Menochius
de arbitrar. cas. 171. n. 20., Tuschi lit. M. concl.
268. n. 7.; Simoncellus de decretis lib. 1. tit. 1.
n. 49., & 50., Baronius de effectib. minor. ætat.
circa contract. eff. 3. n. 56., Bersanus d. n. 21. in
fine, Romanus cons. 321. n. 2., Altimari de nullit.
contr. tom. 6. rubr. 2. q. 1. sect. 1. n. 289., & 300.*
221 Verum si res magis fructuosa vendita fuit,
minus fructuosa relicta, & non erit magnum
præjudicium, valida erit quoque venditio,
Tuschi n. 8., Altimari n. 301., & faciunt dicta
per *Simoncellum n. 54. ver. putarem.*
222 Et quia magnus J. C. Ulpianus expertus
fuit, quod nonnumquam tutores, & curatores
lucri sui gratia Prætori asseverare assolent,
necessarium esse pupillares possessiones distrahi,
vel obligari debere, eapropter existimavit
in d. l. magis puto §. non passim, ut Judex,
antequam decretum interponat, inveniat aliquem,
qui se instruat de bonis pupilli, haud
nimium tutoribus, vel curatoribus credendo;
sed requirat necessarios pupilli, vel parentes,
vel libertos aliquos fideles, qui notitiam rerum
pupillarium habere possent; quos si non
invenerit Judex, jubebit sibi rationes edi, vel
inventarium omnium bonorum pupilli, *Menochius
n. 9., Tuschi n. 21., Simoncellus n. 43.
Riccius in prax. civ. p. 1. tit. 4. cap. 1. num. 7.*
223 Attamen amicorum, aut consanguineorum
ipsius pupilli, vel minoris præsentia non adeo
necessaria est, itaut ob ejus deficientiam aliqua
nullitas induci possit. Etenim præsentia
ipsa non necessario, benevero ad instructionem
a J. C. Ulpiano fuit considerata, eapropter
tamquam quoddam necessarium oraculum
nequaquam erit habenda, ita *Simoncellus
num. 58.*
224 Eorumdem autem præsentia aliquid operatur
pluribus in casibus. Et primo si interpositum
reperiretur decretum, sed de causæ
cognitione non appareret, tunc ii asserentes,
& affirmantes judici, dictam venditionem
fuisse pupillo, aut minori necessariam, præsumere
faciunt, venditionem ipsam eum causæ
cognitione fuisse peractam, *Simoncellus*
225 *num. 59.*. Secundo facit cessare præsumptionem
metus, vel fraudis, adversus quam
præsumptionem pleniores requiruntur probationes,
Simoncellus loc. cit.
226 Ex usquemodo dictis clare patet quicquid

quid sub causæ cognitione continendum est;
Et uno ex prædictis deficiente, nulla erit
venditio, ad nihilum judicis interposito de-
creto suffragante, *Merlinus cent. 2. contr. 74.*
227 *n.2.*, aliique apud *Altimarem n.308.*. Etenim
omissio causæ cognitionis actum vitiat, plene
Simoncelius n. 31., nec juvant decreta, *quod
expedit*, etiam in magno numero emanata,
ut tradunt quamplures relati per *Addentem
ad Riccium in prax.civ.p.1.tit.4.cap.3.n.15.*
228 Et ultra causæ cognitionem curare nec
non debet judex, ut pecunia accepta solva-
tur creditoribus, & ne tutores eadem abu-
tantur; icciro debet decernere, & dare via-
torem, qui ipsi referat, fuisse pecuniam cre-
ditoribus solutam, ita Ulpianus ait *in l. ma-
gis puto §. ne tamen ff. de reb. eor.*, *Simoncel-*
229 *lus de decretis lib.1.tit.1. n.55.*. Cui viato-
ri creditur, sed si veritatem occultabit, con-
sultum erit minori adversus tutorem, vel
Curatorem, *glos. in dicto §. ne tamen lit. C.*
230 Pariterque adversus ipsos emptores, qui
adhuc debent esse cauti, diligentes, & curiosi,
ut illi causæ, qua judex alienationem per-
misit, pecunia applicetur, ad hoc ut actus
consumetur, & perficiatur, vide *Addentem
ad Riccium num. 14.*, ex per nos dicenda
cap. 5. n.
231 Causæ cognitio si fuerit obrepta, tam-
quam si habita non fuisset haberetur. Hinc
est, quod offensus ex decreto obreptitio,
semper adversus idem venire poterit, etiamsi
fuerit præsens, & non appellavit, quia de-
cretum istud numquam transit in rem judi-
232 catam. Immo regulare est in quacumque
materia, decretum obreptitie interpositum
esse nullius roboris, & momenti, per Textum
Ulp. *in l. cum vero 26. §. subventum ff. de fi-
deicom. liber.*, *& in l.1. §. hæc verba ff. ne vis
fiat ei*; *Simoncellus n. 28., & 29.*, *Altimari de
nullit.contr. tom.6. rubr. 2.q. 1. sect.1. num.368.*,
Card. de Luca de alienat.disc.1.n.46..
233 Pupilli, vel minoris tamen onus erit pro-
bandi fuisse Prætori obreptum, nempe quod
aderat æs alienum, & revera non aderat,
quia tunc erit ipso jure nulla venditio; &
234 poterit pupillus, aut minor rem illam di-
recta actione vendicare, aut personalem ha-
bere actionem tutelæ contra tutorem, aut
curatorem, per sententiam Ulpiani *in l. ma-
gis puto §. manet ff. de reb. eor.*, *Bersanus de
pupillis cap. 2. q. 7. n. 25., & 26.*, *Simoncellus*
235 *de decretis lib. 1. tit. 1. num. 27.*, nempe ad
omnia damna, & interesse, *Altimari n. 206.
ver. sed si decretum.*
236 Et sufficiens erit, ut pro parte causæ co-
gnitio detegatur falsa ad hoc, ut eorum con-
tractum vitiet, *Gratianus cap.691. n. 32.*, *Sa-
bellius*, *§. decretum num. 6.*, *Parisius cons. 85.
n.41.lib.3.*, *Altimari n.363., & 369.*
237. Decretum enim individuum est, nequitque
pro parte valere, & pro parte non, *Gratia-
nus n.33.*, *Parisius cons.89.n.60. lib.1.*, *Baronius
de effectibus minor.ætat.circa contr.eff.3.n.93.*,
Afflictus dec. 218. n. 4., aliique apud *Altima-
rem ver. cum decretum.*
238 Quod & verum est, etiamsi interpositum
fuerit decretum ex pluribus causis, & una
tantum fuerit falsa, quia totum negotium ir-
ritaretur, *Baronius n. 92.*, ubi tamen refert
Carocc.except. 39. n.4., & Riccium collect.9164.,
contrarium tenentes; ut nempe quod falsa
causa unita cum vera vitiatur, & non vitiat.
Utramque opinionem refert etiam *Jovius de
solemnit. in contr. minor. glos. 20.§.3.n.39.*, ubi
refert pariter opinionem *Ciroch. discept. 67.
num. 76.* ita distinguentis; aut causæ sunt al-
ternative positæ, & sufficit unam esse veram;
aut copulative dispositæ, & tunc omnes de-
bent esse veræ, alias contractus remanebit
nullius vigoris. Similiter notat opiniones
Andreol. controv. 136. n. 13., *Gob. consult. 71.
num. 74.*, & aliorum ita distinguentium; aut
causa vera fuerit allegata, & cognita, & su-
stinetur contractus, licet aliæ causæ fuerint
falsæ; aut causa vera fuit tantum allegata,
sed non cognita, & tunc contractus erit
nullus. In contingentia vero fautores tibi
auctores consulas.
239 Causæ igitur cognitio expleri debet per
diligentem informationem, quam nonnulli
nominant scripturam separatam, ut eadem
fiat antequam deveniatur ad decretum, &
alienationem; & ex qua constat de veritate
causarum, & de cognitione præmissorum, ita
Menochius de arbitr. cas. 171. n. 26., *Parisius
cons.98. n. 9. lib. 1.*, *Tuschi lit. M. concl. 268.*
240 *n.22., & concl.249. n.15.*. Immo alii volunt,
ut de solemnitatibus requisitis conficiatur in-
strumentum, quod dispositive, non narrative
loquatur; & sic in uno instrumento causæ
cognitio testificanda erit; & in alio, quod
judex interposuit decretum cum causæ co-
gnitione, cæterisque solemnitatibus, quemad-
modum in primo instrumento continetur; &
hanc praxim notandam tradidit *Castrus cons.
38. lib.1.*, quem laudat *Tuschi in dict. concl.
249. num 17.*
241 Nihilosecius tamen praxim hanc expresse
reprobavit *Simoncellus de decretis lib. 1. tit.
1. num.104.*, ubi testatur de consuetudine ser-
vari, ut de solemnitatibus, & tractatu nequa-
quam fiat scriptura; & de tali usu, & con-
suetudine testatur etiam *Gratianus cap. 153.
n. 13.*, & in S. C. servatum ita tradit *Merli-
nus cent. 2. controv. 74. n. 23.*, *Baronius de ef-
fectib. minor. ætat. circa contract. eff. 1. n.57.,
& eff. 3. n.60.*, *Jovius glos. 20. §.4. n.11., & 12.*,
Sabellius §. decretum n. 2., Etiamsi negotium
fuerit gravissimum, *Gratianus num. 1.*, *Jovius
num.23.*
242 Hinc evenit praxis, quam ponemus n.503.
& seqq., ut in primis capiatur informatio
super cognitione; exindeque deveniatur ad
decretum, & tandem servatis servandis uno
instrumento conficiatur contractus. In quo
instru-

instrumento bonum erit, decreti tenorem de
verbo inseri ad verbum, ut advertit *Altimar. de nullit.contr. tom.6. rubr. 2. q.1. sect. 1. n.206. ver. sic cautela*; Et in quacumque instrumenti parte inseri potest, sive in principio, sive in fine, ut notat *Simoncellus n.109.*; & plene tradit *Jovius n. 13. & seqq.*
243 Quæritur, si de cognitionis informatione
non constat, & per judicem dictum sit, *visa informatione capta*, num sit ipsi credendum? Negant *Simoncellus n. 101. ver. immo*; *Tuschi num.14. Ursillus ad Afflictum in dec.249. n.1.*,
244 aliique apud *Altimarem n.344.* Et rationem
tradit *Castrus cons. 429.n.3.lib.1.*, quem refert *Tuschi loc.cit.*, cum non sit judicis solemnitates tollere, & sic via, qua tollerentur, aperiretur; quoniam judex dum informationem non ceperit, diceret jam, visa informatione capta.
245 Vel ut firmat *Simoncellus de decret. lib. 1.*
tit.1.n. 102., quod quando quis nequit actum libere facere, suæ assertioni non statur. Ete-
246 nim judici in iis tantum, quæ ex actis con-
stant, credi debet, *Menochius de arbitrar. cas.171. n. 24.*, *Merlinus cent. 2. cap. 74. num.4. Bersanus de pupillis cap.2. q. 7. num. 12.* Ea-
247 propter asserendo, decretum ex justa cau-
sa fuisse interpositum, non erit eidem credendum, *Parisius cons.85. n. 28. lib. 3.*, aliique apud *Altimarem de nullit. contract. tom. 6. rubr. 2. q.1. sect.1. n. 206. ver. non creditur.*
248 Nec obstat regula, quod præsumptio stat
pro decreto etiam pro ipsius validitate; nam respondet *Bersanus num. 18.*, limitari regulam prædictam in decreto interposito pro alienatione rerum pupilli, & minoris, ubi expresse, & aperte de justitia decreti appa-
249 rere debet. Immo regula illa, quod præ-
sumptio stat pro decreto, locum suum vindicat in Judicibus supremi Tribunalis, ob quorum reverentiam, & dignitatem standum est præsumptioni, quod fuerint omnia rite, & valide gesta. Non autem in Judicibus inferioribus, quorum decreto nequaquam standum erit, nisi ex actorum inspectione constiterit, illud servatis servandis fuisse interpositum, *Menochius de præsumpt. lib. 2. præs. 75. num. 51.*, *Tuschi lit. D. concl. 124 n.41.*, *Bersanus num. 20.*, & *21.*, *Altimari loc. cit.*
250 Et quatenus in Judicibus adhuc inferio-
ribus, nihilominus tamen notanda sunt dicta per *Simoncellum de decretis lib. 3. tit. 7. num. 37.*, quod tum præsumendum erit pro decreto, quando interpositum fuit super aliquo, quod ex Judicis arbitrio dependet, quoniam pro Judicis decreto præsumitur etiam absque causæ cognitione in iis, quæ ad ip-
251 sius officium spectant. Ast quando sumus
in actibus, in quibus Judex arbitrari nequit, nisi secundum formam a jure datam, uti est in decreto alienationis rerum minoris, & tunc pro decreto nequaquam erit præsu-
252 mendum, eo quod solemnitates interve-
nerint, nisi de debitis solemnitatibus fuerit
253 enunciatum, *Simoncellus num. 38.* Etenim
quando solemnitates in decreto fuerunt enunciatæ, tunc verior, & receptior sententia est, ut pro decreto præsumatur, fuisse nempe enarratas solemnitates observatas, *Parisius cons. 23. num. 2. lib. 1.*, aliique apud *Menochium num. 12.*, ubi rationem assi-
254 gnat, Judicis officium esse, non interpo-
nere decretum, nisi causa cognita fuerint solemnitates adhibitæ; quas si enarravit Judex; observatas pariter præsumi ambigendum non erit. Nec opinandum, voluisse contrahentes decipere, legum regulas, quas enar-
255 rat, spernendo: Et quamquam fuere qui
opinati sunt, non præsumi pro decreto debere, etiamsi in eo fuerunt solemnitates observatæ, attamen ipsos parum recte sensisse tradit *Menochius sub num. 16.*, & ad illorum
256 argumenta plene respondet *num. 21.*, *& seqq.*
Et eo fortius si enunciatæ fuerint a summæ fidei, & probitatis viro, *Menochius num. 36.* De veritate vero vide *num. 259.*, *& seqq.*
257 Oportet tamen ut ipsæ solemnitates enun-
ciatæ verisimiliter in eo tempore adhiberi potuissent, nam secus non præsumerentur, *Menochius num. 33.*, *Grammaticus dec. 79. num. 17.*, & vide *num. 271.*
258 Sed an ista enunciatio esse debeat, ut
sigillatim, & particulariter omnes solemnitates enunciandæ sint; aut enunciatæ adhuc intelligantur, si Judex dixerit, *causa cognita, juris solemnitate servata*, vel alia hujusmodi fuerint apposita verba. Sunt qui tenent, tunc præsumi pro decreto, quando particulariter, non autem generaliter fuerunt solemnitates in decreto enunciatæ; & ideo *Aciatus reg. 3. præsumpt. 10. num. 5.*, ut utramque sententiam salvaret, firmavit sufficere generalem enunciationem in decreto modicam causæ cognitionem exigente. Particularem vero in decreto requirente maximam cognitionem
259 causæ. Sed *Gratianus cap. 153. n. 16.*, *&*
seqq., quem laudat, & sequitur *Card. De Luca tom. 1. dec. Rot. Rom. lib. 7. dec.38. num. 6.* distincte adfirmavit sufficere, ut in decreto dicatur *cum causæ cognitione*. Immo satis esse clausulam *omni meliori modo*, aut similem, taliter quod sufficiens foret enunciari causæ cognitionem indirecte, & per æquipollens, itaut verba Judicis asserentis se decretum adhibuisse super omnibus, & singulis tamquam legitime factis æquipolleat attestationi de adhibita causæ cognitione, plene tradit etiam *Jovius de solemnit. in contr. minor. Glos. 20. §. 4. num. 29.*, & *35.* In dubio enim semper pro decreto præsumitur,
260 licet in contrarium admittat probationem,
Simoncellus de decretis lib. 3. tit. 7. num.52., *Merlinus cent. 2. contr. 74. num. 11.*, aliique apud *Jovium dict. num. 29. ver. immo.*
261 Immo hodie, quicquid sit de juris rigo-
re, de consuetudine inductum est, pro decreto præsumi, licet in genere fuerit dictum,

cau-

causa cognita, vel *juris solemnitate servata*,
similive modo, ut tradit *Simoncellus de de-
cretis lib. 3. tit. 1. num. 104., & lib. 3.*
262 *tit. 7. num. 41.*. Quod tamen non intel-
ligas procedere de quocumque Judice mu-
nicipali, benevero de eo, qui cognitionem
habet mixti, vel meri imperii; cum inter-
263 ponere decretum, & auctoritatem circa
alienationem prædii minoris sit de mixto
imperio, ut notat Rofredus *in tract. de li-
bellis p. 7. in rub. de S. C. Clementiano sub
num. 4. ver. item intelligas*, quem refert *Si-
moncellus in dict. tit. 1. num. 75.*, Judex
264 enim ruralis, ignarus, & idiota, etiamsi
solemnitates in decreto enunciaverit, num-
quam pro decreto erit præsumendum, cum
non sit verisimile talem Judicem servasse ju-
ris solemnitates, quas ipse ignorabat, ut
tradit *Aretinus cons. 69. ver. præterea*, quem
cum aliis refert *Simoncellus lib. 3. tit. 3. n.
39., & 40.*, ubi subdit, non posse decretum
265 interponi in contractibus minorum per Of-
ficiales Castrorum, & Villarum. Hinc recte
266 scripsit *Natta cons. 162. num. 20. lib. 1.*,
quem laudat *Simoncellus loc. cit.*, quod ju-
ra in *l. 1., & tot. tit. ff. de reb. eor.*, per-
mittunt alienationem bonorum pupilli cum
decreto Prætoris Urbani, vel Præsidis Pro-
vinciæ viri clarissimi, & sic videtur electa
267 industria clarissimorum virorum; eo fortius,
quod interponere decretum circa alienatio-
nem rei pupillaris sit mixti imperii, ut mox
diximus, quo Judices rurales carent.
268 Notandum etiam est, quod Judici cre-
datur asserenti, se adhuc extrajudicialiter,
aut ex relatione peritorum fuisse informatum,
atque ita probare causæ cognitionem fuisse
adhibitam, *Gratianus cap. 153. num. 21.*, alii-
269 que apud *Jovium de solemnit. in contr. mi-
nor. Glos. 20. §. 4. num. 34.*, sufficiens enim
est, si constet, Judicem a personis bene in-
formatis instructum fuisse, & hujuscemodi
270 certificatio ex conjecturis haberi potest,
Jovius num. 37., eo quod decreta, quæ in
instrumentis per minorem celebrandis inter-
ponuntur non sunt judicialia, & consequen-
ter in iis necessarius non erit processus, *Jo-
vius num. 40.*, ubi alios refert.
271 Verum ad hoc, ut pro decreto præsu-
matur, necesse est, ut in ejus interpositione
debitum temporis intervallum intercedat, in
quo verisimiliter solemnitates intervenire
potuissent. Alias si eodem instanti, quo pe-
titum fuit decretum, fuit & concessum, quia
tunc omnia gesta præcipitanter facta præsu-
merentur, & negotio non bene discusso,
merito nullum dicendum erit decretum, *Pa-
risius cons. 98. num. 18. lib. 1.*, aliique apud
272 *Simoncellum lib. 1. tit. 1. num. 33., & lib.
3. tit. 7. num. 47.*. Immo ex brevitate tem-
poris non præsumitur decretum interpositum
cum causæ cognitione, etiamsi Notarius in
instrumento dixerit, fuisse per Judicem in-
terpositum decretum cum causæ cognitione,
Simoncellus dict. tit. 1. num. 34.
273 Neque pro decreto præsumitur, quando
in eo error manifestus, aut vitium palpabile
apparet, *Simoncellus num. 50.*, vel si alia
probatio urgentior, & certa decreti præ-
274 sumptionem excluderet, *Simoncellus n. 51.*,
adversus quam decreti præsumptionem pro-
batio quidem in contrarium admittitur, *Pa-
275 risius cons. 98. num. 14. lib. 1.*, *Simoncel-
lus num. 52.*. Et si per probationes receptas
276 constat contrarium ejus, quod in Judicis
decreto dicitur, standum est probationi, &
non decreto, cum opinio veritati cedat, &
præsumptio probationi, *Simoncellus loc. cit.*,
Bersanus de pupillis cap. 2. q. 7. num. 22.,
ubi ait *hoc esse in jure pervulgatum*.
277 Sed quid dicendum in casu, quo de de-
creto non apparebit? Et tunc eo ipso, quod
quis producit instrumentum, in quo de de-
creto nulla fit mentio, dicitur probatum,
quod decretum illud non interfuit, cum sit
solemnitas extrinseca, quæ non præsumitur,
plene *Simoncellus num. 33.*, *Gomesius var. 2.
cap. 11. num. 17.*, *Tuschi lit. S. concl. 320.
num. 5., & 22.*, *Jovius de solemnit. in contr.
minor. Glos. 20. §. 4. num. 5., & 8.*, *Bersa-
nus cap. 2. q. 5. num. 37.*, *Afflictus dec. 345.*
278 *num. 4.*, immo si Notarius in instrumento
attestetur, fuisse decretum cum causæ co-
gnitione adhibitum, nihilominus eidem credi-
tur, *Simoncellus num. 101.*, *Tuschi lit. E.
concl. 501. num. 25.*, *Baronius de effect. minor.
ætat. circa contr. eff. 1. num. 65.*, *Jovius Gl.
20. §. 4. num. 10.*, *Menochius præs. 75. n. 46.
lib. 2.*, aliique apud *Altimarem de nullit.
contr. tom. 6. rubr. 2. q. 1. sect. 1. num. 206.
ver. nec sufficit*, sed vide *num. 284.*
279 Ista tamen conclusio fallit primo, si lon-
gissimum tempus triginta nempe annorum
decursum fuerit, quia per hujus temporis
lapsum omne vitium purgatur, & decreti
solemnitas præsumitur, quod intervenerit,
Menochius num. 24., *Simoncellus lib. 3. tit. 7.*
280 *num. 34.*, *Jovius Glos. 20. §. 2. num. 27.*.
Fallit secundo si cum lapsu etiam longi
temporis, decem nempe annorum concur-
rat alia præsumptio, scilicet possessio, vel
quasi, sciente, & patiente domino, *Simon-
cellus loc. cit.*, *Jovius num. 26.*, *Gomesius d.
num. 17. ver. similiter etiam*.
281 Declaratur vero limitatio, quod tunc ex
temporis diuturnitate solemnitas decreti præ-
sumitur, quando per partem non fuerit op-
positum, & negatum, ipsam decreti solemni-
tatem non interfuisse; parte autem negante
intercessisse, non obstante longissimi tempo-
ris lapsu, nequaquam præsumptioni erit lo-
cus, *Simoncellus num. 35.*, *Menochius n. 25.*,
Afflictus dec. 345. num. 6.
282 Pariterque decretum neque præsumitur,
quando ex ipso instrumento appareret non
interfuisse, ut si in eo diceretur, quod nulla
so-

solemnitas intervenerit; aut si enunciaretur,
sed fuit minus legitime gesta, *Simoncellus*
num. 36., *Menochius num.* 26.
283 Sed an Judex, dum pars decreti defectum
non opposuit, possit ex officio illum alle-
gare, & opponere? Negative resolvunt *Si-*
moncellus loc. cit., *Gomesius var.* 2. *cap.* 11.
num. 17. *ver. item adde.*
284 Quoties vero in instrumento facta fuerit
solemnitatum mentio, immo ex ipsa instru-
menti inspectione appareret, & resultaret
probatio, quod solemnitates intervenerint,
& tunc quidem intervenisse præsumendum
est. Et si pupillus, aut minor contrarium
allegare vellet, nempe solemnitates fuisse
omissas, & tunc concludenter id probare
debebit, ut tradit *Bersanus cap.* 2. *q.* 5. *n.*36.
285 Decretum etiam super mobilibus, quæ
servando servari possunt, interponendum est,
Gomesius var. 2. *cap.* 14. *num.* 13., aliique
apud *Altimarem de nullit. contract. tom.* 6.
rubr. 2. *q.* 1. *sect.* 1. *num.* 211.
286 Et etiamsi ageretur de alienando bona
pro alenda sorore, vel matre, quæ aliter
se tueri non posset, per sententiam Ulp. in
287 *in l.* 1. §. *sed nonnullos ff. de tutel.*, & *rat.*
distrah., plene *Simoncellus in præf. num.* 66.
288 Etenim in necessariis personis non dicitur
liberalitas, benevero debitum, imo plus quam
289 quodlibet æs alienum, ut probat *Simoncel-*
lus num. 67., cum personæ rebus præponan-
tur, secundum *Glos. in l. Ob æs alienum.* 12.
290 *Cod. de præd. minor.*. Non requireretur
tamen decretum, si minor in causa suorum
alimentorum alienasset, ut tradit *Jovinr Glos.*
16. §. 7. *num.* 199., intelligas tamen ut infra
num. 442.
291 Necessarium est etiam decretum in alie-
natione pro solvendo debito testatoris, *Sa-*
bellius §. *alienatio num.* 18. *ver. non tamen*;
292 *Surdus dec.* 77. *num.* 5., *Altimari num.* 206.
ver. etiam pro solvendo, nisi expresse testa-
293 tor ipse permiserit distractionem, ut dice-
mus *num.* 400., & *seqq.*, & fortius requiri-
tur pro solvendo debito ipsius pupilli, vel
minoris, proveniente tam ex privatis con-
tractibus, quam publicis debitis, nempe fi-
scalibus, quemadmodum rescripsit Imp. Con-
stantinus in *l. fin. Cod. de præd. minor.*, *Me-*
nochius de arbitrar. cas. 171. *num.* 66., aliique
apud *Altimarem loc. cit.*
294 Nec opus est videre, si pupillus, aut mi-
nor cum aliu pupillo, aut minore contrahe-
ret, quia semper necessarium erit decretum
Concius de censibus q. 15. *num.* 8., *Capone*
contr. 69. *num.* 47., *Altimari ver. demum re-*
295 *cipitur*. Prout etiam si distraheret, in be-
neficium fratris sui, per id, quod statuerunt
Impp. Valeria., & Galle. in *l. Non solum*
4. *Cod. de præd. minor.*. Etiamsi tutor, aut
296 curator fuerit pater ipse pupilli, aut mino-
ris; verum Judex pronior tunc esse debebit,
per sententiam Ulp. in *l. Si pupillorum* §. *si*
297 *pupillus, ver. si pater ff. de reb. eor.*. Quod
tamen intelligas procedere, quando pater
fuerit tutor, aut curator filii sui emancipati,
ex cujus bonis nullum sentiret commodum,
prout rescripserunt Impp. Valeria., & Galie.
in l. Cum emancipatis 3. *Cod. de præd. minor.*,
& tradunt *Gomesius var.* 2. *cap.* 14. *n.* 13.
ver. primo extende, *Menochius de arbitr.*
cas. 171. *num.* 54., *Montan. de tutelis cap.*33.
num. 486., *Covarruvias var.* 1. *cap.* 8., ubi
de Faria num. 35., *Simoncellus de decretis*
lib. 3. *tit.* 8. *num.* 1.. Non autem in casu,
298 quo pater tamquam tutor, & administrator
bonorum sui filii pupilli, aut minoris, super
quibus usumfructum habet, suam auctorita-
tem in illorum distractione interponeret,
quia tunc necessarium non erit decretum,
Gomesius loc. cit., *Covarruvias num.* 6., *De*
Faria num. 34, *Mascardus de probat. concl.*
1149. *num.* 18., *Baronius de effect. minor. ætat.*
circa contr. eff. 3. *num.* 258., & *seqq.*, &
eff. 1. *num.* 77., & *eff.* 2. *num.* 56., *Afflictus*
in dec. 393. *num.* 2., *Sorge in jurisprud. tom.* 1.
cap. 20. *num.* 41.. Dummodo tamen justa
299 adfuisset alienandi causa, utputa urgens æs
alienum, quoniam Patris auctoritas causæ
defectum non supplet, sed solum Judicis loco
stat, *Menochius dict. num.* 54., *Sorge loc.*
cit. plene *Simoncellus num.* 2., & *seqq.*, ubi
contrarios refellit, & in *num.* 15. unum no-
300 notabile dicit ex sulo, quem viderit, *Fer-*
dinando Loaz in repetit. legis filiusfamilias
§. *divi num.* 16. *ff. de leg.* 1., ut scilicet hoc
non procedat, quando talium rerum, quas
pater velit alienare, expresse esset per ho-
minem prohibita alienatio, quo in casu ut
prohibitio aliquid operetur, necesse est ut
Judicis decretum adhuc interveniat.
301 Necessarium pariter erit decretum in ven-
ditione rei, quam defunctus pater venalem
habuit, sed in testamento distrahendam non
statuit. Etenim non quia ille vendere vole-
bat, ita etiam voluisse postea distrahere præ-
sumendum erit, ut Ulpianus tradit in *l.* 1.
§. *si defunctus ff. de reb. eor.*, *Menochius n.*
55., *De Ponte tom.* 1. *cons.* 1. *num.* 111.,
302 ubi cum *Baldo in dict. l.* 1. inquit, quod
ex hoc non colligitur plena Testatoris vo-
luntas de vendendo talem fundum, sed tan-
tum voluntatis præsumptio, cui standum non
erit, quia forte pupillo erit alienatio inuti-
lis, quæ patri utilis fuisset. Aliter tamen
esset in casu quo ageretur de perficiendo
contractu per patrem inito, prout dicemus
num. 451., & *seqq.*
303 Requiritur etiam in contractu illius mi-
noris, qui jurisdoctor fuerit. Etenim litera-
tura ætatis defectum non supplet; & quia
Doctoratus, ac interventus decreti sunt in
minoris favorem inducti, ideo nequeunt in
ejus odium retorqueri, plene *Simoncellus de*
decretis lib. 3. *tit.* 8 *num.* 44., & 45.. Et
quamquam juris doctor peritus sit, nihilomi-
nus

304 nus plenam rerum experientiam ob ætatis
defectum non habet; cum Doctores in jure
excellentiores, in negotio ceteris ineptiores
videantur; eapropter in iis, quæ juris peri-
tiam non concernunt, nihil ei doctoratus
obstat, *Baronius de effectib. minor. ætat. circa*
contr. eff. 1. num. 694., *Jovius de solemnit.*
in contr. minor. Glos. 16. §. 7. num. 117., *&*
seqq., *& num. 375.*, *& seqq.*; ubi latissime
305 pertractat. Unum solummodo ex iis, quæ
abundanter cumulat, notare volo, nempe
quod iste minor Doctor satis in suo rubore
punitur, dum inadvertenter recognoscit, se
non adhibuisse solemnitates, quas lex favore
minorum induxerat; ut eos indemnes con-
servaret. Et quod ista omnia sibi contige-
runt sua imprudentia, & facilitate, cum hæc
non accidant viro circumspecto; eapropter
cognitio isthæc acerrime eum torquet; po-
tiusque dolorum, & erubescentiæ doctor,
quam juris appellandus erit, quod cum non
modice ejus æstimationem apud vulgum læ-
dat, iccirco tali afflicto non erit insuper
alia afflictio addenda. Ratio autem juri con-
sona, quam refert *Jovius num.* 119., ea est,
306 quod experientia non habetur, nisi ex tem-
poris cursu, & consecutio doctoratus non dat
experientiam, sed cursus annorum, & longa
negotiorum exercitatio eam tribuit, & in-
ducit; unde quamvis sit præsumptio, quod
Doctor non præsumatur circumventus, si
tamen de facto probetur circumventio, æquum
videtur, ut veluti minor a beneficio sibi
competenti non excludatur.
307 Justa causa interponendi decretum erit
studiorum causa, quoniam absque decreto
nequit pro tali causa alienari; intelligas ta-
men pro causa studii ipsius pupilli, non
autem alterius extranei, quia tunc neque
cum decreto alienatio valeret, plene *Simon-*
cellus de decretis lib. 3. tit. 8. insp. 16.;
ubi ad contraria recte respondet, & maxime
ad Textum Juliani in *l. Qui filium 4. ff. ubi*
pupill. educ. deb., ubi licet Judicis decretum
non interfuit, fuit benevero jussus Judicis,
qui veluti decreto æquiparatur, & vide etiam
Jovium num. 195., & 196. in fine.
308 An in alienatione illius, qui ætatis veniam
impetravit necessarium sit decretum, vide
p. 1. cap. 16. num.
309 Quæres: minor, si curatore caret, num
alienando necessarium erit adhuc decretum?
Negant nonnulli auctoritate Textus Diocle-
tiani, & Maximiani in *l. Si curatorem 3. Cod.*
de in integr. restit., itaut prædictus minor na-
turaliter, & civiliter obligatur, ut tradunt
310 *Gomesius var. 2. cap. 14. num. 1. sub princ.*,
ubi Ayllon num. 1., *Tuschi lit. M. concl.* 252.
num. 30., *Sabellius §. pupillus num. 3.*, *Sur-*
dus dec. 287. num. 10. Omniaque facere
311 possit, quæ curator potuisset, *Surdus dec.*
278. num. 15.
312 Nihilominus contraria opinio magis com-
munis, & verior est, ut nempe sine decreto
nequeat minor, adhuc curatore carens, bo-
na sua immobilia, aut mobilia, quæ servando
servari possent, alienare. Etenim in *l. Non*
solum 4., in *l. Minorum 6.*, in *l. Si ad re-*
solvendum 7., in *l. Si quidem 11.*, *& in l.*
Si minor 15. Cod. de præd. minor. generali-
ter, & indistincte minoribus suarum rerum
313 alienatio fuit inhibita, nulla habita mentio-
ne, si curatorem haberet, vel ne. Et con-
sequenter si lex non distinxit, neque nos
distinguere debemus, *Tuschi lit. M. concl.*
249. num. 2, *Simoncellus lib. 3. tit. 8. n. 20.*
314 Eapropter prima opinio suum locum tan-
tummodo vindicat in rebus tantum mobili-
bus, quæ servando servari non possunt, non
autem in immobilibus, aut mobilibus, quæ
315 servando servari possunt, quoniam in ipso-
rum alienatione decretum necessario inter-
ponendum erit, plene *Simoncellus in d. tit.*
8. insp. 2., *Duardus de societate lib. 1. cap.*
3. q. 2. num. 8., *Tuschi num. 3.*, *Sabellius §.*
minor num. 24., *Cancerius var. 2. cap. 1. n.*
265., *Capone contr. 69. num. 47.*
316 Nota tamen declarationem, quod quam-
quam minor curatore carens immobilia sine
decreto alienare nequeat, nihilominus civili-
ter, & naturaliter equidem obligatur quoad
actionem personalem, & licet per persona-
317 lem actionem, sive obligationem ad im-
mobilium distractionem deveniri possit, at-
tamen quia huc venit in consequentiam, non
erit penitus attendendum; *Cancerius loc. cit.*
Alexius ad Capyciam Latro consult. 155. n.
24., *& ad Nicolinum in prax. civ. n.* 815.
Immo *Narbona de ætate ann. 14. q. 7.* de-
318 clarationem istam adhuc ad minorem cu-
ratorem habentem adfirmavit. Cujus tamen
dictum exinde reprobavit *Bersanus de pupil-*
lis cap. 2. q. 1. in fine, & q. 13. num. 21.,
& seqq.
319 Decreti effectus multi sunt. Primus est,
quod etsi restitutio in integrum adversus con-
tractum non tollatur per decretum, ut suo
loco, Deo dante, dicemus; nihilominus
quando pretium rei fuerit per Judicem ta-
xatum, quamquam super alienatione non sit
necesse, quod Judex in suo decreto taxet
quanto pretio res vendi debeat, nullatenus
tamen si fuerit per ipsum Judicem taxatum,
restitutionis beneficium cessabit, atque tutor
excusabitur, si pupilli, aut minoris rem vi-
liori pretio vendiderit, præcedente Judicis
æstimatione, per ea, quæ tradit Textus in
l. fin. Cod. de magistrat. conven., ubi melius
Glos. finalis, quæ cum *Bartolo ibidem* con-
320 clusionem istam non procedere firmat,
quando manifestum esset, æstimationem il-
lam fuisse injustam, vel si de tali injusta æsti-
matione esset publica fama in vicinia, &
locis circumstantibus, quoniam tunc non
excusaretur tutor, dicendo se credere illam
æstimationem esse justam, ita *Simoncellus* de

decretis lib. 3. tit. 7. num. 6., & 7.
321 Secundus effectus eſt, ut quandoque de-
fectum non intervenientis tutoris, aut cura-
toris suppleat. Hinc ſciendum eſt, fuiſſe ſu-
per hoc opiniones ſibiipſis contrarias. Sen-
tentia autem Bartoli in *l. Si curatorem ha-
bens Cod. de in integr. reſtit.*, communiter
322 ſequuta fuit; nempe aut ſumus in actu, in
quo requiritur tutoris, vel curatoris aucto-
ritas, & una ſimul decretum Judicis, ut in
alienatione rerum immobilium minoris, &
tunc Judex nequit ſupplere tutoris, vel cu-
ratoris defectum, ut plene notat *Simoncellus*
323 *num.* 25., & 26.: aut ſumus in actu, in
quo ſolus tutor, aut curator alienare poteſt
ſine judicis decreto, & tunc diſtinguit *Bar-
tolus*: aut ſumus in actu liberationis, qui
dicitur neceſſarius, & tunc judicis decretum
tutoris, aut curatoris defectum non ſupplet:
324 aut ſumus in actu obligatorio, vel volunta-
rio, & tunc iterum ſubdiſtinguit, aut ſimus
325 in curatore, & auctoritas Judicis ſufficit;
aut ſimus in tutore tantum, & tali in caſu
ſi pupillus tutorem non habet, vel habet,
ſed ejus præſentia haberi non poteſt, &
tunc judicis decretum illius defectum ſup-
326 plebit; ſi vero tutorem pupillus habebit,
& tunc ſecus erit; ſequitur *De Marinis var.
2. cap.* 137. *num.* 1., & 2.. Verum *Simon-
cellus num.* 28., *& ſeqq.* hanc differentiam
327 inter tutorem, & curatorem non admittit;
& firmat, quod eo in caſu, quo ſolus tutor,
aut curator ſufficeret abſque judicis decreto,
& tunc judex tutoris, vel curatoris defectum
non ſupplebit, tam in actu neceſſario, quam
voluntario.

328 Differentiæ autem ratio, quam adducit *Bartolus* inter tutorem, & curatorem eſt, quod habenti curatorem curator dari poteſt; habenti vero tutorem tutor dari nequit, ut reſpectu primi eſt Textus Modeſtini in *l. Ventri tutor* 20. *ff. de tutor.*, *& curator.*. Et reſpectu ſecundi eſt Textus Dioclet., & Maxim. in *l. Cum jure* 9. *Cod. qui pet. tut.*. Et ſic cum poſſit judex alium curatorem dare, poteſt etiam curatoris officium ſibi aſſumere, quod ſecus erit in tutore, qui tutorem habenti dari nequit.

329 Huic rationi ita reſpondet *Simoncellus num.* 30., quod ſicuti habenti curatorem curator dari poteſt, cauſa tamen cognita, per Textum eorumdem Dioclet., & Maxim. in *l. Curatorem* 10. *Cod. qui dar. tutor.*, ita etiam habenti tutorem dari poteſt curator ex cauſa, per ea, quæ notantur *in Gloſ. dicta l. Cum jure; & in dicta l. Curatorem.*

330 Notandum in praxi tradit tamen *Bartolus*, quem laudat *De Marinis num.* 2., & ſequitur *Simoncellus num.* 31., quod quoties tutoris defectum ſuppleat Judex, debet fieri in actis expreſſa mentio a Notario, dicendo
*ſciens, & cognoſcens dictus Judex eſſe eum
minorem, & prædicta ſine tutoris auctoritate
facere, ſuum decretum interponit.* Verum *De*
331 *Luca ad dictum de Marinis num.* 3., hu-
juſcemodi praxim, uſque ad ſuum tempus
nequaquam ſervatam vidiſſe teſtatur; prout &
ego neque vidi, cum ſit caſus ſumme rarus.

332 Tertius effectus eſt, quod faciat præſumere minorem eum, cui Prætor tamquam minori curatorem dedit. Etenim ſicuti allegans minorem ætatem, ipſam probare tenetur. Econtrario ſi eidem tutor, vel curator datus reperiretur, non erit neceſſe illam probare; cum præſumatur jam pro minori ætate propter decretum, ita *Simoncellus num.* 43.

333 Quartus effectus eſt, quod facit ceſſare præſumptionem doli, metus, vel fraudis, *Simoncellus num.* 45., *Gratianus cap.* 975. *n.* 23., *Baronius de effect. minor. ætat. circa contract. eff.* 3. *num.* 86., *Pariſius conſ.* 39. *num.* 15. *lib.* 4., aliique apud *Jovium de ſolemnit. in contr. minor. Gloſ.* 20. §. 2. *n.* 39.

334 Quintus effectus eſt, quod tollit læſionis
præſumptionem, *Baronius num.* 88., *Jovius
num.* 73., ſed admittitur probatio in contra-
335 rium, *Jovius num.* 74.. Hinc quando in
contractu Judicis decretum intervenit, con-
tractus dicitur palam, & bona fide fieri,
dummodo tamen decretum fuerit rite, &
336 ſolemniter interpoſitum, *Simoncellus num.
46.*, *Altimari de nullit. contr. tom.* 6. *rubr.*
2. *q.* 1. *ſect.* 1. *num.* 1281. ſupra finem. Econ-
337 verſo autem occulte fieri dicitur, cum ali-
quid fiat ſine decreto, cum illud requiratur,
Bartol. in l. 1. *n.* 5. *Cod. de præd. decurion.
lib.* 10., *Simoncellus loc. cit. in fine.*

338 Sextus effectus eſt, quod habet præſum-
tionem pro ſe, itaut cenſeatur interpoſitum
ex juſta, & rationabili cauſa, & cum inter-
ventu omnium ſolemnitatum requiſitarum,
Gratianus cap. 153. *num.* 19., *& cap.* 409.
num. 33., *Menochius de præſumpt. tit.* 2.
præſ. 75., *Baronius num.* 84., aliique apud
Jovium num. 1., & quod omnia fuerunt rite,
339 & recte geſta, *Baronius loc. cit.*, *Cyriac.
contr.* 308. *num.* 2. *lib.* 2., *Jovius num.* 2.,
340 atque eſſe vera, & rationabiliter peracta,
Gratianus cap. 657. *num.* 14., aliique apud
Jovium num. 3., cum cenſeatur Judex de ve-
ritate contentorum in inſtrumento ſe infor-
341 maſſe, eorumque veritatem repeniſſe, *Jo-
vius num.* 4., præſertim ſi Judex non erat
ignarus, *Jovius num.* 5.

342 Quæritur an hoc decretum ſit interponendum ante contractum, aut poſt contractum? Sunt qui tenent eſſe interponendum ante alienationis contractum, cum poſtea interpoſitum ſit nullum, atque contractum non validabit, ita *Staibanus tom.* 1. *reſol.* 52. *n.* 5., *& tom.* 2. *reſol.* 259. *num.* 39., *Urſillus ad Afflictum in dec.* 249. *num.* 1., *Riccius in prax. civ. p.* 1. *tit.* 4. *cap.* 1. *num.* 3. *ver. imo decretum.*

343 Contrarium tamen, nempe prædictum decretum poſſe antecedere, & ſubſequi contra-

tractum verius est, & in praxi non receden-
dum, ac in S. C. non hæsitari testatur *De
Franchis in dec. 242. num. 6.*, & tradunt *De
Marinis var. 2. cap. 116. num. 12.*, *Merli-
nus cent. 1. contr. 21. num. 24.*, *De Anna
alleg. 69.*, *Salgadus labyr. credit. p. 1. cap.
35. num. 5.*, *Simoncellus de decretis in præfat.
num. 31.*, *& lib. 1. tit. 1. num. 61.*, *& 105.*,
*Jovius de solemnit. in contr. minor. Glos. 20.
§. 3. num. 13.*, *Bersanus de pupillis cap. 2.
q. 5. num. 6.*, *Altimari de nullit. contr. tom.
1. rubr. 1. q. 1. num. 791.*, *De Rosa in prax.
civ. cap. 7. num. 58. ver. dicitur*, aliique ab
ipsis citati, per Textum in *l. 1. Cod. de tutor.,
& curat. illust.* in illis verbis: *Postea per*
344 *Prætorem interponatur decretum*. Hinc re-
cte *Baldus in l. 1. in fine Cod. qui admit.*,
& in l. Si tu ff. de magistrat. comm. ait,
quod utraque praxis potest esse bona.
345 Intelligas tamen prædicta procedere in-
continenti post, non autem ex intervallo.
Etenim quia hoc Judicis decretum de for-
ma, ac de substantia est, contemporaneum
esse debet, & sic sufficit esse incontinenti;
quia quæ incontinenti fiunt, inesse videntur.
Illud vero decretum, quod ad confirmandum
interponi debet, recte ex intervallo subsequi
potest, ita *Simoncellus num. 33.*, *& seqq.*,
*Baronius de effect. minor. ætat. circa contr.
eff. 1. num. 62.*
346 Attamen quandoque adhuc ex intervallo
prædictum decretum interponi potest, ut
quoties ab initio fuerit conventum inter
partes de quærenda decreti interpositione;
nam tunc quandocumque interponeretur de-
cretum, semper ab initio censeretur interpo-
situm, eo quod ab initio de ipso decreto
interponendo fuerit tractatum per regulam
347 Bartoli in *l. Modestinus ff. de solut.*, *Si-
moncellus num. 46.*. Dummodo tamen qui
priorem fecit actum in eo consensu appo-
nendi decretum perdurabit, *Simoncellus num.
47. in fine*.
348 Sed a quo Judice istud decretum inter-
poni debeat, ab eo nempe, cui subsit mi-
nor ratione originis, vel domicilii, aut ab
eo, in cujus territorio res sita sit? Variæ
fuerunt Doctorum opiniones, quas usque ad
sex refert *Jovius de solemnit. in contr. minor.*
349 *Glos. 20. §. 6. num. 10.*. Magis tamen re-
cepta est illa, quod tam Judex originis,
quam domicilii minoris, sive loci, ubi res sita
reperitur decretum recte interponere potest;
etenim Judex originis, aut domicilii mino-
ris decretum interponit ratione jurisdictionis,
quam habet in personam minoris, quæ ex-
tenditur ad aliud territorium. Judex autem
loci, in quo res sita est, decretum interpo-
nit ratione ipsius rei, quam habet in suo
territorio, & jurisdictione, ita *Gomesius var.
2. cap. 14. num. 17.*, *ubi Ayllon num. 18.*,
Gratianus cap. 555. num. 6., *Simoncellus de
decret. lib. 1. tit. 1. insp. 1.*, *Bersanus de
pupillis cap. 2. q. 7. num. 6.*, qui vero vult
cautius agere, ab utroque Judice decretum
interponere curat, ut notat *Gross. de contr.
minor. insp. 4. q. 6. num. 3.*, quem refert *Jo-
vius loc. cit. ver. sed esse*.
350 Prædicta tamen vera sunt in casu, quo
unica esset tutela, vel cura; itaut omnium
bonorum administratio uni competat. Nam
si tutela, vel cura esset inter plures divisa,
tunc Judex loci, ubi res sita reperitur, de-
cretum interponere debebit, *Simoncellus n.
71.*, *Molina de justit. tom. 1. disp. 224. n. 29.*,
quem laudat *Ayllon. loc. cit.*
351 Et si ageretur de aliis negotiis, quam
de alienatione bonorum, tum Judex loci, in
quo minor degit, interponere debebit de-
cretum, prout Perusiæ ita practicatum te-
statur *Jovius num. 11.*
352 Verum nota, quod si minor fuerit cle-
ricus, tum decretum non a Judice laico erit
interponendum, sed ab Ecclesiastico, alias
erit nullius roboris, & momenti, *Bartol. in
l. 1. num. 5. ff. de tut., & curat.*, *Sabellius
resol. 69. num. 38.*, *Diana resol. moral. p. 1.
tract. 2. resol. 94.*, aliique apud *Jovium n. 6.,*
353 *& 12.*. Pariterque Judex secularis non erit
competens in contractu monialis novitiæ,
sed Judex Ecclesiasticus erit adeundus pro
decreti interpositione, ut tradit *Sperell. dec.
16. num. 12.*, aliique apud *Jovium num. 5.*.
Et si negotium esset spirituale, licet minor
354 fuerit laicus, etiam a Judice Ecclesiastico
interponendum erit decretum, *Sperell. dec.
1. num. 9.*, *Jovius num. 7.*, verum si nego-
tium fuerit temporale, sed clericus non obli-
getur, benevero laicus se obligaret, ut quan-
do minor laicus rem venderet clerico, &
tunc Judex laicus interponere debebit de-
cretum, *Simoncellus de decret. lib. 1. tit. 1.
num. 76.*, *Jovius num. 8.*
355 Quisquis Judex autem decretum interpo-
net, necessario requiritur, ut aliquo respe-
ctu sit Judex suus; alias si per Judicem non
suum interponeretur, non valeret, ac si non
esset appositum, haberetur, *Simoncellus num.
72.*, *Jovius num. 2. per Tex. in l. Si prædium*
356 *Cod. de præd. minor.*, etiamsi partes ipsæ
consensissent, quoniam jurisdictio interpo-
nendi decretum nequit ex consensu partium
prorogari, *Simoncellus*, *& Jovius loc. cit.*
357 Sed an Judex suus facultatem interpo-
nendi decretum, alteri delegare possit? Ne-
gative resolvit *Simoncellus lib. 1. tit. 1. insp.
2.*, ubi late articulum tractat, & hanc ne-
gativam sententiam inquit esse communiter
adprobatam ea quidem ratione, quia quæ
358 cognitionem causæ requirunt delegari mi-
nime possunt, & sequitur *Jovius Glos. 20.
§. 6. num. 17.* per Tex. in *l. Nec quicquam
§. ubi decretum ff. de offic. Proconf.*. Poterit
benevero valide interponi a substituto loco
359 Judicis absentis, aut a subrogato loco Ju-
dicis mortui. Hic etenim Judex ordinariam,

non autem delegatam retinet juriſdictionem, *Simoncellus num.* 78., ubi ita ſentiendum eſſe Tex. in *l.* 2. *Cod. de offic. ejus*, ait ex mente Bartoli.

360 Hæc concluſio tamen de jure Civili procedit, non autem de jure Canonico, per quod omnes cauſæ licet cognitionem requirant, delegari quippe poſſunt. Eapropter in Terris Eccleſiæ, aliiſque in locis, in quibus ex ſtatutorum forma, vel conſuetudine ſervatur jus Canonicum, poterit quidem decreti interpoſitio ſuper minoris contractu delegari, quod valde eſſe notandum tradit *Simoncellus num.* 82., & ſequitur *Jovius n.* 18.

361 An in quocumque die adhuc feriato poſſit per Judicem tale decretum interponi. Et quamquam affirmaſſent Salicetus, & Caſtrus in *l. Actus num.* 3. *Cod. de feriis*; nihilominus contraria opinio communis, & verior eſt, ut nempe interponendum ſit decretum die juridico, non jam feriato, ut plene per *Simoncellum lib.* 1. *tit.* 1. *inſp.* 3.

362 Etenim decretum iſtud Judice pro Tribunali ſedente interponi debet, ut tradit Ulp. in *l. Bona autem* 3. *ff. de bonor. poſſeſſ.*, & ſtatuit Imp. Conſtant. in *l. A procedente* 4. *Cod. de dilation.*. Cum inde certum ſit, Judicem die juridico, non jam feriato pro Tri-
363 bunali ſedere debere; vult tamen *Simoncellus num.* 85., quem ſequutus fuit *Jovius Gloſ.* 20. §. 7., ut Saliceti opinio procedere poſſit in feriis in gratiam, & utilitatem, ſeu commoditatem hominum inductis; communis vero opinio in iis ad honorem Dei, vel
364 Sanctorum. Iſta tamen communi opinione retenta fallit primo ubi neceſſitas imminebit, per id, quod tradit Ulp. *in l. Solet* 3. *ff. de*
365 *feriis*. Fallit ſecundo, quando in Principis præſentia fuerit contractus celebratus, *Speculator in tit. de feriis* §. 1. *ver. eſt autem*; *Simoncellus num.* 87., & 88.. Fallit tertio
366 ſingulariter ex mente *Simoncelli num.* 85. *in fine*, quoties utile foret minori tali feriarum tempore decretum interponi, cum minorum cauſa pia ſit; & ob cauſam piam licet die feriato decretum interponi, per Tex. *in cap. fin. de feriis*.

367 Ceterum ſi alias decretum die feriato fuerit interpoſitum, nullum, & invalidum erit, *Berſanus de pupillis cap.* 2. *q.* 7. *num.* 23.

368 Adſunt quamplures nihilominus caſus, in quibus prædictum Judicis decretum nequaquam neceſſarium eſt. Et primo in alienatione mobilium, quæ ſervando ſervari non poſſunt, atque ſupervacuorum animalium, per Reſcriptum Imp. Conſtantini in *l. Lex quæ* 22. §. *fin. Cod. de adm. tutor.*, & communiter tradunt DD. omnes, ut videndus *Jovius de ſolemnit. in contr. min. Gloſſ.* 16. §. 7. *num.* 99., *Baronius de effectib. minor. ætat. circa contract. eff.* 2. *num.* 50., *Berſanus de pupillis cap.* 2. *q.* 4. *num.* 20., *Tuſchi lit. M. concl.* 090. *num.* 22., *Riccius in prax. civ. p.* 1. *tit.* 4. *cap.* 3. *num.* 19.

369 Illæ res vero dicuntur quæ ſervando ſervari non poſſunt, quoties in naturali earum bonitate nequeunt ultra triennium ſervari, quin corrumpantur, nempe vinum, oleum, frumentum, veſtimenta, & ſimilia, in quibus præſumptio eſt ultra triennium ſervari non poſſe, quamquam aliud quandoque contingat, *Simoncellus de decretis lib.* 3. *tit.* 8. *num.* 51., & 52., & vide *cap.* 32., ubi dicemus quæ veniant nomine immobilium, &
370 quæ mobilium nomine. Ceterum gemmæ, veſtes deauratæ, ceteraque mobilia pretioſa, quæ ſervando ſervari poſſunt, ſine Judicis decreto vendi nequeunt, *dict. l. Lex quæ*, *in princ.*, *Jovius loc. cit. in fine*.

371 Fructus ex rebus immobilibus provenientes ſine decreto diſtrahi poſſunt; quia juris præſumptione non cenſentur poſſe triennio conſervari, *Simoncellus num.* 49. & 50., *Tuſchi lit. M. concl.* 252. *num.* 33., *Alex. conſ.* 49. *num.* 4. *lib.* 1., *Gomeſius var.* 2. *cap.* 14.
372 *num.* 13.. Intelligas tamen de fructibus perceptis, & a ſolo ſeparatis, *Simoncellus num.* 56., *Baronius de effectib. minor. ætat. circa contract. eff.* 3. *num.* 183, & *ſeqq.*, *Mantica de conject. ultim. volunt. lib.* 9. *tit.* 3. *n.* 6., aliique apud *Altimarem de nullit. contract. tom.* 6. *rubr.* 2. *q.* 1. *ſect.* 1. *num.* 262. per Textum Modeſtini in *l. fin. ff. de requir. reis.*
373 Nam fructus pendentes, qui ſolo cohærent, inter immobilia connumerantur, ex eo quia tamquam pars fundi ſunt, & merito ſine decreto diſtrahi non poſſunt, *Mantica loc. cit.*, *Altimari num.* 276., & 280., *Tiraquellius de retract. lignag.* §. 1. *Gl.* 7. *n.* 37. 40., & 41., *Pariſius conſ.* 53. *num.* 15. *lib.* 3., aliique apud *Simoncellum num.* 57.

374 Immo non ſolum poteſt tutor, aut curator ſine decreto fructus perceptos alienare, benevero cogi poterit; alias periculum ad ipſum ſpectaret, ſi ceſſaverit in diſtractione earum rerum, quæ tempore forent perituræ; etenim ſuper iis ſtatim officio ſuo fungi tutor, aut curator debet, ſed non tanta præcipiti feſtinatione, neque etiam moratoria cunctatione, per ſententiam Juliani in *l. Tutor* 8. §. *ſi tutor ff. de adm. tutor.*, *Simoncellus num.* 53.

375 Et hæc Textus diſpoſitio procedit adhuc in alienatione rei ſtabilis, quoties ſubeſſet periculum amiſſionis talis rei, *Gratianus cap.* 564. *num.* 18., *Jovius Gloſ.* 16. §. 7. *num.* 381.

376 Pecunia, quam minor ſimpliciter habere reperitur, poteſt nullo etiam accedente decreto diſtrahi, quia inter mobilia connumerata fuit ab Imp. Juſtiniano *in auth. de nuptiis* §. *et quia*, & *in auth. hoc niſi Cod. de ſolut.*. Immo de iis rebus habetur, quæ
377 ſervando ſervari nequit, ut ſenſit Paulus in *l. Julianus* 33. *ff. de petit. hered.*, *Tiraquellius de retract. conſang.* §. 1. *Gloſ.* 7. *n.* 103., & 105.

& seq., *Parisius cons. 25. num. 75. lib. 2.*,
Simoncellus num. 115., *Bersanus de pupillis*
cap. 2. q. 4. num. 21.
378 Utiliter tamen erit distrahenda; unde tu-
tor, vel curator ad cambium, atque hone-
stam lucri partem dare ipsam tenetur. In
locis vero ubi mercatura non exercetur,
in prædiorum emptionem convertenda erit,
Simoncellus num. 117. Immo in bonam præ-
diorum emptionem, alias tutor comparan-
379 do prædia non idonea in gratiam vendito-
ris, & tunc adversus eum, competit actio
380 tutelæ. Si vero non sordide, & in gratiam
alicujus, sed simpliciter non bonam condi-
tionem elegit, & tunc de lata negligentia,
seu culpa tenebitur; ceterum si per ipsum
381 tutorem stetit, ut non comparentur bona
prædia ex depositis pecuniis, & tali in casu
ad interesse tutor ipse plectendus erit, per
sententiam Ulp. in *l. Tutor 8. §. competet*,
cum seq. ff. de adm. tutor.
382 Immo per Tex. in *auth. novissime Cod.*
de adm. tutor. statutum habetur per Justi-
nianum, pupillares pecunias non esse fœne-
randas, nempe exponendas mercaturæ, aut
negotiationis aleæ, benevero in tutas bo-
norum stabilium, vel equipollentium emptio-
383 nes erogandas esse, & tradit *Card. de Lu-
ca de tutorib. disc. 6. num. 30.* Expropter
tutore negligente investire pecunias in bona
stabilia, vel jura fructifera non periculosa,
puta in census, loca montium, & similia,
contra eumdem currunt etiam fructus, qui
ex hujuscemodi investimentis percipi potuis-
sent, non tamquam usuræ pupillares, cum
sit receptum, juris civilis dispositionem in
hoc fuisse correctam a jure Canonico, sed
tamquam damna, & interesse, potius ob
non factum, quam ob non datum, ut tradit
De Luca num. 31. Non habita vero oppor-
384 tuna occasione tutor excusatur, quod in
magnis Civitatibus non esse de facili contin-
gibile notat *De Luca num. 32.* ob occasio-
nes promptas locorum montium, vel juium
cum Principe, ac etiam censuum, qui sunt
tuti.
385 Damna vero, & interesse ea intelligenda
sunt, quæ adæquarent fructus, qui alias juxta
regionis usum percipi potuissent ab illis tu-
tis investimentis, quæ de jure ipsi tutori per-
missa erant, ut declarat *De Luca disc. 10.*
de tutorib. num. 16., *& in num. 13.*, *& 14.*
386 firmavit, quod si in culpa dicitur tutor,
vel curator ille, qui negligit ab alio exige-
re, multomagis non exigendo a seipso, quæ
negligentia punitione digna est, in qua ta-
387 men circumspecte procedendum erit; ve-
rum ad delictum excludendum, ex legis præ-
sumptione intrat occulta exactio, ac suc-
cessive retentio pecuniæ tutorio nomine,
quo posito, intrat obligatio ad quanti inte-
rest, eam non esse investitam.
388 Pecuniæ tamen, quæ ad honestam lucri
partem posita est, ut in banchis, mercatu-
ra, & similibus, & tunc absque decreto ju-
dicis alienari non permittitur, *Tiraquellus*
de retract. consang. §. 1. Glos. 7. num. 113.,
Simoncellus de decretis lib. 3. tit. 8. n. 118.,
quia ista pecunia de ea re esse dicitur, quæ
servando servari potest. Idem dicas de pe-
389 cunia censui submissa, quæ inter immobi-
lia connumeratur, quemadmodum dicemus
cap. 8.
390 Dubium vero est, si restituatur census,
seu ut vulgo dicitur, si affrancatur, an isthæc
pecunia absque decreto per minorem recipi
possit? Affirmative respondet *Simoncellus n.*
119. ea ratione, quia ex natura ipsius con-
tractus est, ut pecunia restitui possit ad li-
bitum ejus, qui ipsam pecuniam accepit,
ut dicemus *cap. 8.*, alioquin contractus non
valeret. Hinc qui tenetur aliquid de neces-
sitate facere, non indiget solemnitatibus, ut
in specie probat *Simoncellus num. 120.* Ve-
391 rum si pecunia fuerit consumpta, inutili-
terque expensa, tutor ad id, quod interest,
tenebitur *Simoncellus loc. cit. in fine.*
392 Quæ pecunia ex census affrancatione
proventa, quemadmodum & quæcumque
alia pecunia ex venditione rei immobilis
redacta inter mobilia connumeratur, iccirco
absque decreto expendi, & alienari potest,
Tiraquellius num. 112.
393 Dum vero pupillaris pecunia deposita,
& destinata reperitur ad prædiorum emptio-
nem, & tunc tamquam immobilis habetur,
ideoque absque decreto alienari nequit;
quamquam respectu alterius privatæ pecu-
niæ contraria sit conclusio, prout plene
394 tradit *Simoncellus num. 122.*, *Tiraquel-
lius num. 106.*, *& seqq.* Prout etiam neque
decretum necessarium erit in alienatione, &
distractione pecuniæ destinatæ ad emptionem
vini, olei, frumenti, & similis, quoniam in
istorum alienatione neque decreto opus est
Simoncellus num. 54.
395 Necessarium nec est decretum in aliena-
tione rerum adhuc immobilium, quoties pa-
ter fuerit tutor, & legitimus administrator
bonorum sui filii pupilli, in quibus usumfru-
ctum haberet, prout firmavimus hic *n. 298.*
396 Neque requiritur in alienatione ob exe-
quutionem præcepti testatoris, ut docet Ul-
pianus in *l. 1. §. 1. ver. præterea ff. de reb.*
cor., *& in l. Magis puto 5. §. si pupillus*
ver. sed si ff. eadem, & statuerunt Impp. Se-
verus, & Antoninus in *l. 1. Cod. quando*
decr., atque Dioclet., & Maxim. in *l. Præ-
dium rusticum 3. Cod. eadem*, & communi-
ter tradunt *Olea de cess. jur. tit. 2. q. 2. n. 8.*,
Menochius de arbitr. cas. 171. num. 87., *Gra-
tianus cap. 416. num. 2.*, *Tuschi lit. M. concl.*
949. num. 80., *Sabellius §. alienatio num. 18.*,
Reg. de Ponte cons. 1. num. 158. lib. 1., *Pa-
risius cons. 86. num. 60. lib. 3.*, *Narbona de*
ætate ann. 25. q. 5. num. 14., *Jovius Glos. 16.*
S7.

§. 7. *num.* 203., *Baronias de effectib. minoris ætat. circa contract. eff.* 2. *num.* 27. , *& eff.* 3. *num.* 207., *Simoncellus de decretis lib.* 3. *tit.* 8. *num.* 30., *Afflictus in dec.* 285., *Surdus dec.* 77. *num.* 5. , *Bersanus de pupillis cap.* 2. *q.* 4. *num.* 24. , *Altimari de nullit. contract. tom.* 6. *rubr.* 2. *q.* 1. *sect.* 1. *n.* 206.
397 *ver. si contractus fieret* . Etenim quicquid
alienat pupillus , aut minor ex licentia , & voluntate testatoris, magis pater ipse testator, quam pupillus, aut minor alienare dicitur , ut tradunt *Tuschi num.* 89. , *Jovius num.* 204. , *Baronius dict. eff.* 2. *num.* 28. , *Narbona* , *& Bersanus loc. cit.* , *Gratianus cap.* 416. *num.* 2. , *& cap.* 818. *num.* 6.
398 Immo , quod notandum est , quamquam
minor , dum vivit , absque decreto sua bona
alienare nequeat ; attamen in testamento va-
lide disponere potest, ut bona sua per ejus
heredem alienentur ; & sic non interest , si
testator minor fuerit , qui hanc dedit alie-
nandi licentiam , *Tuschi num.* 84. , *Sabellius*
399 §. *minor num.* 25. . Eapropter ipsius heres
sine decreto alienationem efficere poterit,
Baronius num. 42., *Jovius num.* 205. , *&* 300.,
400 *Simoncellus num.* 32. , *Narbona loc. cit.*.
Hinc sequitur , quod si minor in ætate sua minori debita minus legitime contraxerit, si inde in testamento caverit talia sua debita per heredem solvi debere , equidem erunt solvenda , etiamsi ageretur de censu in minori ætate sine solemnitatibus imposito, *Rota rec. dec.* 62. , *&* 179. *p.* 7. , quem laudat *Jovius dict. num.* 300.
401 Et prædicta vera sunt , etiamsi testamen-
tum ob defectum alicujus solemnitatis fuerit nullum , & irritum , quoniam tunc valida erit distractio cum licentia in tali nullo testamento concessa , per sententiam Pauli in *l. fin. ff. de reb. cor.* , & tradunt *Simoncellus num.* 31., *&* 39., *Menochius num.* 70., *Sabellius num.* 18., *Baronius num.* 38. , *De Ponte num.* 109., *Altimari loc. cit.* , *Gomesius var.* 2. *cap.* 14. *num.* 16. , *De Marinis ad Reverterium in dec.* 563. *num.* 4. . Hinc inferunt
402 relati per *Simoncellum num.* 40. , quod si
testator in testamento fecit contractum , irrito testamento , non irritatur contractus, & sic quod nullum est , aliquid quandoque operatur .
403 Hæc tamen alienandi licentia expresse a
testatore exprimi debet , cum non sufficiat, simplex mandatum solvendi debitum , *Sabellius dict. num.* 18. *ver. non tamen* ; *Surdus in decis.* 77. *num.* 4. , sed an specifice de alienando tali fundo esse debeat ; aut sufficiens
404 erit generale mandatum de alienando bona
sua ? *Jovius Glos.* 16. §. 7. *num.* 209. , *Sabellius* §. *alienatio num.* 18. *ver. non tamen* ; *Surdus dec.* 77. *num.* 4. , *Bersanus de pupillis cap.* 2. *q.* 4. *num.* 24. , aliique volunt , prædictam licentiam specifice de alienando tali fundo esse debere , non autem in genere ; quoniam tunc permittendo pater in genere alienandi facultatem , non dicitur remittere solemnitates adhibendas in tali alienatione , sed solum removere juris prohibitionem , secundum quam alienari non possunt bona pupillorum, & minorum absque justa causa, & solemnitatibus a jure præscriptis . Et sic sublato uno impedimento respectu justæ causæ, remanet alterum circa solemnitates respicientes modum, & formam alienationis faciendæ , & eo magis , quia minor circa electionem lædi poterit , & ex hoc etiam tenetur in alienatione adhibere juris solemnitates .
405 Nihilominus tamen opinionem hanc fal-
sissimam nominat *Simoncellus de decretis lib.* 3. *tit.* 8. *num.* 34. , ubi cum *Alex. cons.* 215. *num.* 1. *lib.* 6. , *& Roland. a Valle cons.* 99. *num.* 41. *lib.* 1. firmat , alienationem sine decreto fieri posse ex testatoris voluntate, tam si potestas data fuit in specie , quam in genere . Et huic opinioni tamquam magis juri , & rationi innixæ ego adhæreo. Hinc certum est , quod eadem viget ratio, tam si specifice data sit potestas de tali fundo alienando, quam si esset data in genere; alias isthæc alienandi licentia ad nihilum juvaret . Nec obstat contrariorum assertum, quod per generalem alienandi licentiam videtur tantum concessa facultas , seu causa alienandi ; quoniam hujuscemodi facultas, non opus est , ut ab ipso testatore concedatur , cum eadem urgens causa æris alieni tribuat dictam alienandi facultatem , & per licentiam a testatore de alienando concessam videtur, & debet dici decretum remissum, quod alias
remitti non poterit ; & testator providisse
406 intelligitur super quod necessarium erat ;
cum frustra sit providere cui nulla necessitas
esset ; & facultati alienandi satis provisum
erit per urgentiam æris alieni . Pariterque
407 leges adductæ supra *num.* 396. loquuntur
de permissione facta a testatore in genere ,
ergo generaliter , & indistincte intelligendæ
sunt ; nam alias esset legem imponere men-
ti testatoris . Et quamquam circa modum ,
& electionem possit minor lædi , attamen
408 hoc evenit casualiter , & incidenter , in
quo succurri minor poterit per in integrum restitutionis beneficium . Et consequenter indistincte concludendum est , executores, quibus a testatore alienandi licentia tributa est, posse sine decreto distrahere.
409 Sed alia insurgit difficultas , an dum ge-
neralis alienandi licentia data fuit, possit tu-
tor , aut curator ad libitum quamlibet rem
alienare ? Affirmant nonnulli auctoritate *Glo-
sæ in l. Prædium* 3. *Cod. quando decreto*.
Negant alii , ut videndus *Parisius cons.* 75.
410 *num.* 50. *lib.* 3. . Verum *Simoncellus num.* 35.,
& seqq. ex mente Saliceti in *dict. l. Prædium*, *& Bartoli in l. alio num.* 9. *ff. de alim.* , *& cib. leg.* ita distinguit . Aut data est simpliciter

citer alienandi potestas, & tunc solum res
minus damnosa vendi potest; dummodo pro
411 satisfactione sufficiens esset. Aut facultati
alienandi adjectum fuit, ut possit qualiscum-
que res alienari, vel pro libito, & tunc quæ-
libet res alienari ad libitum poterit, nisi ma-
la fide fieret.
412 Et dum a testatore vendendi licentia fuit
concessa, ejus executor non solum vendere,
sed insolutum dare, obligare, ac omnia alia
facere potest, quin dominium transferatur.
Etenim potestas ista data est a jure, ut ven-
ditionis nomen accipiatur per omne, quod
dominium transfert per Textum Marciani
413 in *l. Sicut* 8. *§. venditionis*, *ubi Glos. ff.
quib. mod. pign., vel hypoth.*, Quoties vero
per Judicis decretum concessa fuit venditio,
& tunc non censetur concessa altera distra-
ctionis species, cum decretum sit stricti ju-
ris per ea, quæ tradit Ulpianus in *l. Si pu-
pillorum* 7. *§. si prætor. ff. de reb. cor.*, vi-
de *Simoncellum num.* 38.
414 Quid autem dicendum sit in casu, quo
per Testatorem nulla fuit data vendendi li-
centia, benevero per ipsum fuit contractus
initus, per quem ad alienationem devenie-
batur, an per suum filium pupillum, ejusque
tutorem absque Judicis decreto ad illius per-
fectionem deveniri possit? Affirmative respon-
dit Ulpianus in *l. Magis puto* 5. *§. si pupil-
lus*, *ver. eadem ratione ff. de reb. cor.*, &
415 tradit *Bersanus de pupillis cap.* 2. *q.* 4. *n.*
22.. Prout neque requiritur decretum, quo-
ties ea lege, & conditione acquisita res est,
ut alienetur, *Narbona de ætate ann.* 25. *q.* 6.
num. 4, *Baronias de effect. minor. ætat. cir-
ca contract. eff.* 3. *num.* 300., *Jovius Glos.* 16.
416 *§.* 7. *num.* 212., quæ lex, sive conditio,
sine solemnitatibus opponi potest, *Narbona
loc. cit.*, *Gratianus cap.* 26. *num.* 1., *Olea
de ceff. jur. tit.* 1. *q.* 2. *num.* 3., aliique apud
Jovium num. 213., sed vide infra *num.*
417 Fortius & decretum non requiritur, ubi
Principis assensus interfuit, per Textum in
l. Illud 2. *Cod. quando decr.*, *Gratianus cap.*
644. *num.* 15., *Simoncellus de decret. lib.* 1.
tit. 1. *num.* 88., *Baronius num.* 178., *Sorge
in jurisprud. tom.* 1. *cap.* 20. *num.* 24., aut si
418 minor contraheret cum ipso Principe, vel
Fisco, aut si ipse Princeps fuerit minor,
419 *Baronius num.* 180., pariterque si fuerit a
Principe habilitatus, & dispensatus, *Baronius
num.* 285., *Cyriacus contr.* 182. *num.* 20.,
aliique apud *Altimarem de nullit. contr. tom.*
6. *rubr.* 2. *q.* 1. *sect.* 1. *num.* 206. *ver. minor
420 potest a Principe*; *Jovius num.* 152., ubi sub-
dit hoc procedere, etiamsi dispensatio fue-
421 rit contra dispositionem juris Communis.
Et quamquam *Menochius cons.* 478. *num.* 14.,
Cyriac. contr. 200. *num.* 21., quos sequitur
422 *Jovius num.* 154. velint non esse necessa-
riam isto in casu aliam ulteriorem causæ co-
gnitionem. Nihilominus verior mihi videtur
opinio, quam post alios refert *Baronius n.*
297., *& seqq.*, *& Altimari in dict. num.* 206.
ver. & si Princeps, *& ver. & quod minor.*,
ut nempe per Principis assensum, sive di-
spensationem tantummodo Judicis decretum
remissum censetur, non jam causæ cognitio,
aliave solemnitas. Etenim ideo Princeps di-
spensat, quia aliqua subest causa necessaria,
quæ merito coram ipso Judice inquirenda
est, non jam ad effectum obtinendi decre-
tum, benevero ad alienationis causam justi-
ficandam. Eapropter licentia, sive dispensa-
tio a Principe concessa de vendendo bona
423 pupilli intelligitur servatis debitis solemni-
tatibus; nisi Princeps concesserit, ut ipse
minor tamquam major bona sua distrahere
possit; quoniam tunc nulla solemnitas neces-
saria erit, *Baronius num.* 299., *Altimari ver.
& licentia concessa*.
424 Sed quæres, an sicuti Princeps possit mi-
norem ad contrahendum sine decreto habi-
litare, & dispensare, ita pariter ipsius mino-
ris contractum sine civili solemnitate confe-
ctum validare, & confirmare queat? Et per
Baronium num. 324. ita resolutum post alios
habetur, cujus verba ad majorem intelligen-
tiam hic referuntur. *Et an Princeps possit
validare contractum sine solemnitate civili fa-
ctum? Escobar. a Corr. in notulis ad tract.
de utroque foro in addit. ad art.* 2. *post n.*
104. *n.* 4. *tom.* 2., *primo arguit pro, & con-
tra, & pro affirmativa adducit primo, quia
Princeps omnimodam potestatem habet circa
ea, quæ sunt juris positivi, & saltem ex cer-
ta scientia, & cum cognitione causæ potest.
Princeps robur actui præstare quoad solemni-
tatem, sicut quoad validitatem etiam in ter-
tii præjudicium; secundo quia Princeps potest
fingere solemnitates observatas fuisse, vel jure
non fuisse introductas, & sic supplere insinua-
tionem omissam in donatione; validare proces-
sum nullum; & contractus cum minoribus, &
mulieribus celebratos omissa statutorum forma
ex Mastrill. de magistr. lib.* 3. *cap.* 4. *ex
n.* 33. *Pro contraria vero opinion adducit,
quia contractus quatenus a consensu, & vo-
luntate contrahentium proficiscuntur, juris na-
turalis sunt, & Princeps nullam habet pote-
statem circa ea, quæ juris naturalis sunt.
Secundo quia ex tali contractu nullo quæsitum
est jus ipsis contrahentibus, ut ex eo obliga-
ti non maneant; & certum est, quod Princeps
jus alteri quæsitum tollere non potest; etiam
de plenitudine potestatis, & ex certa scientia;
præterea Princeps efficere non potest, ut præ-
stetur fides scripturæ non solemni. Tandem n.* 6.
*pro veritate quæstionis plures casus distinguit.
Aut contractus defectus ex natura ipsa proce-
dit, aut ex civili constitutione; primo casu
actum validare non potest, quia supra jus na-
turale potestatem non habet, & exemplificat
si contractus celebretur per puerum, aut per
fatuum usu rationis carentem, qui defectus*
velu-

veluti ex natura proveniens non poterit per Principem suppleri. Secundo casu iterum distinguit, aut jus ex contractu alicui quæsitum est, aut non; si non, potest Princeps supplere defectum solemnitatis civilis, cujus omnimoda potestas, apud eum manet, & nulli exinde præjudicium gignitur. Primo casu iterum distinguit, aut intervenit justa causa boni communis, aut deficit; si deficit, non potest Princeps validare contractum in præjudicium juris alteri quæsiti; si vero intervenit, optime poterit Princeps validare similem contractum, sive per legem, sive per decretum particulare; cum distinctione, si per legem, non tenebitur Princeps resarcire damnum, nec pretium solvere ei, cui jus quæsitum erat; secus si per decretum particulare, quia tunc tenetur sufficienter satisfacere, & pretium solvere. Ex quibus, inquit Escobar, remanet hoc dubium melius enonciatum, & declaratum, quam numquam extitit. Hæc Baronius, & vide etiam
Altimorem de nullit. contr. tom. 8. rubr. 2. q. 1.
425 *sect. 1. num. 206. ver. an Princeps possit*,
ubi subdit, regulam esse indubitatam, quod dum per Principem actus nullus confirmatur, eum talem esse scire debet, ac de invalido validum velle facere; quoniam actus nulli ratificatio, ipsa nullitate per ratificantem ignorata, ejus validitatem non operatur.

426 Licentia alienandi semel minori concessa,
& alienatio non fuit sequuta, poterit inde
eadem rer sine alia solemnitate distrahi, *Sar-*
427 *dus in dec. 278. num. 5.*, immo ait Scævola
in *l. Tutor rerum 57. ff. de admin. tutor.*, quod si tutor juste, & legitime vendidit aliqua pupilli bona, atque emptor pretium solvere noluit, quod poterit etiam ipsemet tutor absque alia solemnitate talia bona retinere, denegata prorsus pupillo vendicatione, *Surdus loc. cit.*, *Tuschi lit. M. concl. 249. n. 95.*

428 Sine decreto potest pupillus, aut minor retrovendere fundum, quem ejus Pater cum pacto retrovendendi emit, aut quivis alius, cui jure hereditario successit, per Textum Ulpiani in *l. Magis puto 5. §. si pupillus ver. sed si pater ff. de reb. eorum* ac per Rescriptum Impp. Severi, & Antonini in *l. 1. Cod. quando decret.*, & Dioclet., & Maxim. *in l. Prædium 3. Cod. eodem*, *Tiraquellius de retract. convent. §. 1. Glos. 6. num. 28.*, aliique apud *Bersanum de pupillis cap. 2. q. 4.*
num. 23., *& Jovium Glos. 16. §. 7. num. 200.*,
429 *&* 212., immo *Narbona de ætat. ann. 25.*
q. 6. num. 3. respectu minoris firmat posse eum retrovendere, adhuc curatore dissentiente, in consequentiam pacti.

430 Sed quid dicendum de pacto retrovendendi apposito ab ipso minore, an valeat tale pactum; & non possit sine decreto fieri retrovenditio? Non levis inter DD. est discrepantia. Attamen communior, & magis recepta opinio ea est, ut quando incontinenti, & in eodem contractu interpositum fuit
pactum retrocessionis, & tunc quia censetur pars ipsius contractus, & unica conventio,
equidem valet, & sustinetur. Secus vero quan-
431 do ex intervallo, & post contractum, quoniam tunc erit jus pupillo; aut minori perfecte quæsitum; quod dici nequit in primo casu, quia in ipso traditionis actu, quo venditionis contractus perficitur, licet venditori
432 apponere pactum sibi magis bene visum,
& proinde res transit in emptorem affecta
pacto, & conditione circa eam conventa, *l.*
433 *Si autem ff. de pactis*, quoniam pactum a
lege non improbatum dicitur pars ipsius con-
434 tractus, *l. Fundi partem ff. de contrah. empt.*,
l. Si sterilis §. si tibi ff. de act. empt.. Et quoties pars cum minore contrahens incontinenti pactum retrocessionis adjicit, minor aut totum adprobare, aut a toto recedere debet, cum nequeat dari consensus pro parte, & pro parte dissensus, quia contractus cum sua qualitate recipiendus est. Quæ retrocessio,
quia non voluntaria, sed necessaria videtur,
435 utpote in executionem principalis contractus, merito absque decreto, & solemnitatibus fieri potest, plene *Olea de cess. jur. tit. 2. q. 2. num. 4, & seqq.*, *Bersanus de popillis cap. 2. q. 18.*, *Narbona de ætate ann. 25. q. 6. num. 4.*, *Jovius Glos. 16. §. 7. num. 213.*

436 Et si semel pupilli res fuit obligata, & pignori data cum decreto, poterit inde absque alia solemnitate per creditorem vendi ex sententia Ulpiani in *l. Si pupillorum 7. §. si pupillus ff. de reb. eor.*, *Menochius de arbitr. cas. 171. num. 71.*, *Surdus in dec. 278. num. 4.*, *Altimari de nullit. contr. tom. 6. rubr. 2. q. 1. sect. 1. num. 206.*, *ver. nec ad rem.*

437 Necessaria neque est decreti interpositio in minoris contractu, quoties aliquo in loco per consuetudinem hujuscemodi solemnitas sublata fuit, ut tradit *Simoncellus de decretis lib. 3. tit. 8. num. 41.*, *& seqq.*, *Jovius Glos. 16. §. 7. num. 161.*, *Baronius de effectib. minor. ætat. circa contract. eff. 1. num. 314.*, *& eff. 2. num 46.*

438 Similiter absque decreti solemnitate potest minor alienare pro liberando patre captivo, & carcerato etiam pro debito civili, *Tuschi lit. M. concl. 252. num. 32.*, *& concl. 264. n. 3.*, aliique apud *Altimarem num. 370.*. In contingentia tamen vide *Jovium Glos. 22. §. 16*, *&*
17., *& Simoncellum num. 75.*, *& seqq.*, ubi con-
439 trarium habetur. Et non solum pro liberando patre, sed etiam consanguineo firmat
440 *Altimori num. 371.*, *& 372.*. Fortius autem die pro seipso minore, *Tuschi num. 4.*, *Romanus cons. 316. num. 2.*, *Baronius dict. eff. 1. num. 293.*, *Jovius Glos. 16 § 7. num. 218.*

441 Prout neque necessarium erit decretum in alienatione in causam suorum alimentorum, *Castill. de alim. cap. 63. num. 29.*, *Jovius n. 199.*.
442 Intelligas tamen procedere in casu, quo
necessitas adeo urget, ut nullam patiatur dilationem, & moram. Ceterum ubi tanta ne-
443 cessitas non erit, equidem judicis decretum

ic-

requiri debebit, ut tradunt *Guttier. de tital. p. 2. cap. 5. num.* 34., *Farinac. tom. 1. p. 1. dec.* 177. *num.* 6., aliique apud *Baronium de effect. minor. ætat. circa contract. eff.* 3. *num.* 221.,
444 quemadmodum & necessarium erit decre-
tum in alienatione pro alenda matre, vel so-
rore pupilli. aut minoris, ut diximus supra
num. 286., *& seqq.*
445 Minor obligando se insimul cum fratribus
majoribus, aut patruis, aut patre in re com-
muni valebit obligatio sine decreto, *Jovius*
num. 202,. Prout neque decretum requiritur
446 in renunciationibus de jure quærendo, *Gra-*
tianus cap. 858. *num.* 10., aliique apud Jovium
447 *num.* 240. Hinc minor quamquam non pos-
sit sine solemnitatibus aditam hereditatem re-
pudiare, at eamdem tamen potest quidem
sine decreto repudiare, *Jovius loc. cit.*. De
veritate autem vide *cap.* 31.
448 Minor mercaturam exercens, circa ea,
quæ mercaturæ negotium respiciunt, absque
decreto obligari potest, *Gratianus cap.* 279.
449 *num.* 45., aliique apud *Jovium num.* 248.. Et
in dubio in causam mercaturæ contraxisse
450 censetur, *Jovius num.* 249.. Eapropter mi-
nori mercaturam exercenti in integrum re-
stitutio non competit, *l. 1. Cod. qui, & adv. quos. Oddus de restit. in integr. q.* 23. *art.* 6. *num.* 21., *Jovius num.* 256., *ver. prout*, nisi læ-
451 sionem evidenter probaret, *Jovius num.* 238.
452 Neque decretum requiritur, ubi vis rei
judicatæ habetur, & in causam judicati sit so-
lutio, per sententiam Ulpiani in *l. A divo Pio* 13. *§. fin. ff. de re judic.*, *& l. al. Sed si pecuniam* 3. *§. item quæri potest ff. de reb. eor.*, *& statuit Imp. Antoninus in l. 1. Cod. de præd. min.*, & tradunt *Felicianus de censib. tom.* 2. *lib.* 4. *cap. unic. num.* 8. *ver. & licet*; *Menochius de arbitr. cas.* 171. *num.* 72., *Bersanus de pupillis cap.* 2.
453 *q.* 5. *num.* 28.. Nisi pupillus, aut minor læ-
sus fuerit, quoniam in integrum restitui pot-
erit, *dict. l. 1. in fine*, *Felicianus loc. cit.*
454 Sine pariter decreto possunt pupilli, aut
minoris bona in causa de judicio sisti obliga-
ri, quemadmodum statuit Imp. Justinianus
in *l. fin. §. defensionem Cod. de adm. tutor.*. Pa-
455 riterque in obligationibus, & quasi contra-
ctibus ex delicto, *Lambert. de contract. Glos.* 1. *q.* 90. *num.* 351., *Farinac. q.* 81. *num.* 354., alii-
que apud *Jovium Glos.* 16. *§.* 7. *num.* 216. Ne-
456 que erit necessarium decretum, quando se
obligaret minor in rem suam, idest ad pro-
priam utilitatem, & commodum, fidejuben-
do nempe pro suo Procuratore, *Baronius de effectib. minor. ætat. circa contr. eff.* 1. *num.* 292.
457 Prout neque si se obligaret in vim alterius
obligationis legitime contractæ, quia secunda
sustinetur sine alia solemnitate, *Rota post Salgadum labyr. credit. dec.* 15. *num.* 5., *Jovius*
458 *num.* 219.. Pariterque si alieno nomine con-
traheret, nempe uti procurator, aut tamquam
hæres patris, quia non erit necessarium de-
cretum, *Baronius num.* 313., *& eff.* 3. *num.* 278.,
459 *Jovius num.* 200.. Atque sine decreto ad
bonorum divisionem devenire potest, provo-
cante majore, *Menochius num.* 36., *Baronius eff.* 2. *circa contract. num.* 53., & vide *cap.* 18. *num.* 15, *& seqq.*. Neque revocari poterit
460 contractus ex defectu solemnitatum, si com-
muni opinione fuerat minor reputatus major,
dummodo pars cum ipso minore contrahens
hujus opinionis falsitatem nesciebat, *Sabellius*
461 *§. minor num.* 34. *ver. Item minor*. Neque con-
tra suum contractum ratione minoris ætatis
venire potest, si publice, & palam ipse mi-
nor erat solitus negotiari, & contrahere, *Ba-*
462 *ronius eff.* 1. *circa contract. num.* 321.. Neque
solemnitates requiruntur, si in Ecclesiæ fa-
vorem obligabitur minor, *Jovius Glos.* 16. *§.* 7.
463 *num.* 125.. Intelligas tamen si opera pieta-
tis erga Ecclesiam exerceret, secus vero,
quando inter se contraherent, uti privatæ
personæ, quoniam tunc solemnitates erunt
observandæ, *Jovius num.* 136.
464 Per ingressum minoris in religionem pot-
est minor ipse bona sua in Monasterium, &
Ecclesiam absque Judicis decreto transferre;
etenim quia nullius auctoritas in ejus ingres-
su necessaria est, quod est & principale, tan-
to minus in ejus bonorum translatione, tam-
quam quid accessorium, plene *Simoncellus de decret. lib.* 3. *tit.* 8. *num.* 97., *&* 98., *Narbona de ætate ann.* 25. *q.* 5. *num.* 17., *Jovius de solemnit. in contr. minor. Glos.* 16. *§.* 7. *num.* 271., *& seqq.*, *Baronius eff.* 2. *circa contract. n.* 49., *Tuschi lit. M. concl.* 249. *num.* 37., *Romanus*
465 *cons.* 166. *num.* 2.. Quod verum etiam est in
casu, quo quis offert se, & bona sua Eccle-
siæ seculari, alterive pio loco, quamquam
professionem non faciat, sed ob aliquem vi-
466 vendi modum, *Simoncellus num.* 99.. Nihi-
lominus nota, quod si minor non sua sponte
Monasterium ingreditur, sed dolosis persua-
sionibus Abbatis ob magnas ipsius faculta-
tes, & tunc licet ingressus teneat, tamen bo-
na non acquiruntur Monasterio, sed ejus agna-
tis, vel cognatis, ex adductis per *Simoncellum num.* 103.. Hodie tamen non est amplius quæ-
stio, quoniam variis Regiis Sanctionibus sta-
tutum est, non posse loca pia ulteriora bo-
na acquirere.
467 Sed an hic ingressus in Monasterium sit
sufficiens causa interponendi decretum in fa-
vorem alicujus privatæ personæ? Negative
resolvit *Simoncellus num.* 105., *& seqq.*, ubi
videas.
468 Sine pariter decreto, aliisque solemnitati-
bus potest minor etiam sine curatore respe-
ctu peculii castrensis, vel quasi efficere quos-
cumque actus obligatorios; cum non sit ve-
risimile, eum, qui fuit diligens in acquirendo
peculium castrense, vel quasi, velle idem
perdere, ac dilapidare vanis hominum per-
suasionibus, ut tradunt *Cancerius var.* 1. *cap.* 1. *num.* 176., *Narbona de ætate ann.* 14. *q.* 8. *n.* 9., *Baronius eff.* 1. *circa contract. n.* 697., *&* 698.

469 Imminet modo, ut quæramus de ſubha-
ſtationis actu, an ſit neceſſaria in alienatione
rerum pupilli, aut minoris? Affirmant *Car-
leval. de judic. lib. 1. tit. 3. diſc. 1. num. 3.*, *Me-
nochius de arbitr. caſ. 171. num. 27.*, *Salgadus
labyr. credit. p. 3. cap. 4. num. 3.*, *Simoncellus
de decret. lib. 1. tit. 1. num. 64.*, *Tuſchi lit. M.
concl. 249. num. 5.*, *Afflictus in dec. 249. num. 2.*
470 aliique moti ex Textu Ulpiani in *l. Ait
prætor §. hodie ff. de minor.*. Immo volunt ita
eſſe de ſubſtantia contractus, ut non creda-
tur inſtrumento de ipſa mentionem facienti;
ſed aliunde eam interveniſſe apparere debet,
ut tradunt *Roland. conſ. 33. num. 13.*, aliique
471 apud *Simoncellum num. 65. in fine*. Et tam
in loco domicilii minoris, quam bonorum
efficiendam eſſe ait *Tuſchi lit. M. concl. 267.
num. 1.*, per ſpatium nempe viginti dierum,
Menochius num. 28., aliique apud *Berſanum
de pupillis cap. 2. q. 5. num. 9.*
472 Nihilominus tamen adverſus hanc conclu-
ſionem inſurgit *Rovitus in prag. 1. de abuſu in
ſcribendo ſublato num. 104.*, ubi ſuſtinet, ſub-
haſtationem hanc nequaquam neceſſariam eſſe
ideoque per ipſius deficientiam nullitas con-
tractus induci nequit; cum iſta ſolemnitatis
ſpecies in jure cauta non videatur; etenim
leges omnes, quæ ſolemnitates pro pupillo-
rum, minorumve contractu denotarunt, nul-
lam de ſubhaſtatione fecerunt mentionem,
igitur pro omiſſa haberi debet. Quam ratio-
nis cognitionem pernoſcens *Merlinus cent. 2.*
473 *cap. 75. num. 10.* firmavit, propoſitionem il-
lam, in diſtractione rerum pupillarium ſub-
haſtationem requiri, eſſe penitus negandam;
parum ſcitos contrariæ opinionis fautores in
hoc conflictu deſcribens, & *Merlinum* ſequen-
do ita firmavit ibidem *Scoppa num. 2.*. *Ni-
hilominus verior, & receptior eſt contraria
ſententia, quæ firmat, de jure in bonorum mi-
noris diſtractione minime requiri ſubhaſtatio-
nis neceſſitatem; multoque minus eam eſſe de
hujuſmodi contractus ſubſtantia, ut ipſius o-
miſſio illum vitiet.*
474 Hinc a veritatis ſenſu multum aberrant
tenentes ſubhaſtationis actum videri jure cau-
tum, ut in *l. Et ſi fine*, & in *l. Si in emptio-
ne ff. de minor.*, etenim quemadmodum cui-
cumque neophyto legenti patet, jura prædi-
cta in propoſito allegari nullo modo poſſunt.
Et miror de Simoncello, alias viro facundiſ-
ſimo, qui in *num. 66. in fine* magnam vim in
dictis juribus fecit; atque deceptos voluit eos,
qui adverſus eadem fuerunt loquuti. Textus
igitur in *dict. l. Et ſi fine*, ita dicit: *Quæſitum
eſt ex eo, quod in lucro quoque minoribus ſub-
veniendum dicitur, ſi res ejus venierit, & exi-
ſtat, qui plus liceat, an in integrum propter
lucrum reſtituendus ſit? & quotidie Prætores
eos reſtituunt, ut rurſum admittatur licitatio.*
Hinc videas ex hac *l.* Non oriri ſubhaſtatio-
nis actum in alienatione rerum pupilli, aut
minoris; beneverò dum res minoris fuit ven-
dita, exindeque majus pretium fuit ab alte-
ro oblatum, quod poterit tunc minor adver-
ſus contractum reſtitui; ut majus lucrum re-
cipiat, cum etiam in lucro minoribus ſuccur-
ratur, ut tradit Ulpianus in *l. Ait prætor §.*
475 *fin. ff. eodem*; & verba illa, *ut rurſum ad-
mittatur licitatio*, intelligenda ſunt, ut ſi de-
nuo oblatum ſit majus pretium, iterum, ſeu
rurſum Prætores reſtituant, novam admitten-
do licitationem, ſeu oblationem; cum in una
eademque cauſa iteratum reſtitutionis auxi-
lium quandoque concedi non dubitatur, ut
explicat *Gloſ. in l. fin. Cod. ſi ſæpius in integr.*,
& refert *Berſanus de pupillis cap. 2. q. 5. n.
12., & ſeqq.*
476 Textus alter ita dicit: *Si in emptionem
penes ſe collocatam minor addictione ab alio
ſuperetur, implorans* in integrum *reſtitutionem
audietur; ſi ejus intereſſe, emptam ab eo rem
fuiſſe adprobetur, veluti quod majorum ejus
fuiſſet, ita tamen ut id, quod ex licitatione
acceſſit, ipſe offerat venditori*. Voluit igitur
dicere Hermogenianus, quod ſi minor emit
rem cum pacto addictionis in diem, hoc eſt,
ſi alius meliorem conditionem non fecerit,
minor haberet eam pro empta; ſi inde ali-
quis advenerit plus offerendo, atque rem
obtinuit, poterit ipſe minor reſtitui ad præ-
dictam rem reemendam, maxime ſi majorum
ſuorum fuerit, dummodo illud plus adhuc
exolveret, prout ibidem explicat *Gloſa*. Et
conſequenter lex iſta nullo modo ſubhaſtatio-
nem, in alienatione rerum pupilli, aut mi-
noris exprimere videtur.
477 Et revera ſi noſtri Imperatores, & Juriſ-
conſulti ſubhaſtationem hanc neceſſariam exi-
ſtimaſſent, equidem clare, & accurate de ea
providiſſent, quemadmodum pro ceteris ſo-
lemnitatibus accurate, diligenter, & clare
providerunt in toto *tit. ff. de reb. eor.*, & in
toto *tit. Cod. de præd. minor.*, & toto *tit. de
adm. tutor.*. Hinc ſi ceteras ſolemnitates
ſpecifice deſcripſerunt, & nullam de ſubha-
ſtatione fecerunt mentionem, ſequitur, quod
neceſſariam non exiſtimarunt, alias utique
non dereliquiſſent; ſicuti eamdem non omi-
ſerunt præſcribere pro alienatione rerum Ec-
478 cleſiaſticarum *in auth. hoc jus porrectum
Cod. de ſacroſ. Eccleſ.*. Et pro alienatione
479 bonorum debitoris Fiſci in *l. 1., & 2. Cod.
de fide inſtrum. lib. 10.* Eapropter ſi ubi vo-
480 luerunt, dixerunt; econverſo ubi non di-
xerunt, noluiſſe quidem cenſendum eſt, prout
& in puncto tradit etiam *Scoppa ad Gra-
tianum in dec. 134. num. 18., & 19.*
481 Objicere quidem quis poterit Textum Dio-
cletiani, & Maximiani in *l. Edicto 3. Cod. ſi ad-
verſ. Fiſc.*, ubi ſtatutum habetur, quod ſi
minoris res fuit a Fiſco jure creditoris ven-
dita, non ſervata haſtarum ſolemnitate, pot-
erit venditio revocari, & fundus minori
reſtitui. Igitur ſubhaſtationis ſolemnitas in
alienatione fundi minoris neceſſaria quippe
eſt,

est, alias venditio revocari posset, atque
minori fundus restitui.
482 Pro responsionis declaratione præsciendum
est, generalem juris dispositionem esse, ut
vendens Fiscus bona sui debitoris, subhasta
exponere eadem debeat, per Rescriptum Ale-
xandri Imp. in *l. 1.*, *& tmp. Gordiani in l. 2.
Cod. de fide instrum. lib.* 10. Proindeque mi-
nori hoc in casu, non quia minor est, sed
quia Fisci debitor est, hastæ beneficium im-
pertitur; & cum iste sit casus singularis, me-
rito ad alium nequaquam erit trahendus, per
Textum Pauli in *l. Jus singulare 16. ff. de le-
gib.*, & tradit *Scoppa num.* 13., *&* 14.
483 Iterum objicere quis poterit, utilem fore
pupillo, aut minori subhastationem, cum ex
ea majores obvenire soleant oblationes, &
ideo haud omittenda. Ad quod respondetur
posse adhuc accidere, ut minores invenian-
tur justi pretii oblationes. Et dum ex even-
484 tu potest evenire, & non evenire damnum,
minor non dicitur læsus, *l. de fideicommisso Cod.
de transact.*, *l. Si pater puellæ Cod. de inoffic. te-
stam.*, *l. Si ea Cod. de usuris*. Sed expectan-
485 dus erit eventus ad judicandum, si contra-
ctus fuerit utilis, aut perniciosus, aut tradit
Surdus in *dec. 278. num. 9.*, hinc recte Cor-
nelius *cons. 29. num. 4.*, *Mantica de tacit. lib. 4.
tit. 6. num. 31. in fine*, *Gratianus cap. 479. n. 11.*,
Baronius eff. 3. circa contract. num. 175., aliique
486 apud *Bersanum de pupillis cap. 2. q. 5. n.* 11.
docent, subhastationem non semper utilem
fore pupillo; neque eidem semper expedire,
quod præcedat. Etenim si ex subhastationis
487 omissione se læsum pupillus doceret, quia
forsan majores apparuerint oblationes post
peractum contractum, tunc equidem poterit
ipse pupillus, aut minor adversus talem con-
tractum restitui, ut iterum vendere possit ad
majorem recipiendam oblationem, ut post
488 alios tradit *Bersanus num.* 12., & vide *Od-
dum de restit. in integr. q. 57. art.* 3.. Immo si
ex secunda oblatione adhuc læsus minor re-
maneret, quia forsan non fuerit res congruo
pretio vendita ob deficientiam oblationum,
& tunc iterum ipsi minori conceditur resti-
tutio ad majorem oblationem recipiendam,
489 ut notat *Bersanus num.* 14.. Ac proinde si
major oblatio, quæ per subhastationem spe-
raretur, revera obvenerit post contractum,
jam non evanescit, neque eam amittit mi-
nor, sed vigore restitutionis poterit ipsam
recipere adversus peractum contractum, dici
iccirco non potest, subhastationis omissionem
posse damnum causare pupillo, aut minori,
quia omne damnum, hoc est major oblatio,
si forsan obvenerit, sanari quidem poterit
per restitutionis beneficium, & ideo subha-
stationis omissio actum nullum causare nequit,
Afinius de execut. cap. 16. §. 6. num. 6., *Imola
cons. 99. num. 7.*, quos citat *Gratianus n.* 13.
490 Et dato, quod jura expresse subhastatio-
nis actum statuissent, adhuc hodie talis sub-
hastationis actus nequaquam necessarius foret;
cum per generalem consuetudinem totius Or-
bis subhastatio abolita sit, itaut absque ea va-
lide, & sine ullo revocationis periculo ad
alienationem rerum pupilli, aut minoris de-
veniri possit. Quæ generalis consuetudo ita
491 vera est, quod nullum habet contradicto-
rem, ut testatur *Simoncellus de decretis lib.
1. tit. 1. num. 67.*, duobus retro seculis sem-
per ita servatum vidisse; *Gratianus cap. 479.
492 num. 9.*, ubi infinitos cumulat, & *num.* 10.
ita servari in praxi refert; *Tuschi lit. N. con-
cl. 249. num. 11.*, *& lit. S. concl. 713. num. 4.*,
Baronius eff. 3. circa contract. num. 176., *Mer-
linus cent. 2. controv. 75. num. 10.*, *& seqq.*,
ubi ita servari in nostro Regno testatur, *Ale-
xius ad De Marinis alleg. 58. num. 5.*, ubi hanc
consuetudinem in praxi receptam esse tradit,
prout & talem testatur *Sorge in jurisprud.
tom. 1. cap. 20. num. 25.*, *&* 26., ubi laudat
Reg. de Ponte in tom. 1. cons. 1. num. 132., ita
per Regia Tribunalia practicari attestantem,
Bersanus de pupillis cap. 2. q. 5. num. 10., &
ceteris omissis, videndus *Riccius in prax. civ.
p. 1. tit. 4. cap. 1. num.* 3., ubi testatur, tam ex
antiqua, quam moderna praxi M. C. V. non
servari subhastationis requisitum in alienatione
bonorum pupilli; atque interrogasse omnes
Actuarios, & Scribas M. C., sibique respon-
disse, numquam in praxi in bonis pupilli
vendendis subhastationem fuisse servatam; sed
factis appretio, & minutis, & a judice visis,
ac constito de necessitate, fuit interpositum
decretum, *quod expedit*.
493 Et quod ex consuetudine hujuscemodi
solemnitates tolli possint, nemini in dubium
cadere debet. Etenim ipsæ cum sint de ju-
re positivo, consuetudini merito subjiciuntur,
Alex. cons. 79. num. 7. lib. 1., *Tuschi lit. M. concl.
268. num. 42.*, *Gratianus cap. 479. num. 17.*. Idem-
494 que dicas de Statuto, *Tuschi num.* 43., *Gra-
tianus num.* 18.
495 Stante igitur hac consuetudine, etiamsi
contraria opinio verior foret, attendenda
erit ista, pro qua est consuetudo, per regu-
lata traditam a J. C. in *l. Si de interpretatio-
ne 37. ff. de legib.*, & tradit *Simoncellus num.* 68.
Hinc *Gratianus num.* 24. advertit ab hac opi-
496 nione tamquam a Consuetudine adprobata
recedendum non esse, quia omnes Doctores
de ea attestantur, quibus credi oportet sal-
tem quoad probationem præsumptivam, per
quam transfertur onus contrarium probandi
in partem adversam, *Mascardus de probat.
497 concl. 528. num.* 3., *Menochius de arbitr. cas.
360. num.* 64.. Multa enim requiruntur de ju-
re, quæ in praxi etiam non servantur, ut
tradit *Gratianus num.* 25.
498 Hæc tamen conclusio, ita generaliter fir-
mata cum grano salis intelligenda est. Ete-
nim tunc vera est, & procedit, quando con-
tractus præcedit decretum Judicis, & sic quan-
do alienatio fuit conclusa, & statutum pre-

tium rei alienandæ, præcedente informatio-
ne capta, per quam Judex jam cognovit de
causa necessitatis, de qualitate rei venditæ,
de ipsius valore, & redditibus, ac de quali-
tate pretii oblati, aut conventi. Tunc enim
interponendo Judex decretum super tali con-
clusa venditione fundi cum certitudine pre-
tii, aliisque completis requisitis, præcedente
informatione capta, vera est præfata com-
munis conclusio, quod subhastationis actus
nequaquam necessarius erit. Etenim subha-
statio ad diligentiam habendam fieri assolet,
& quomodocumque probari potest, sufficiens
est; satisque probata dicitur diligentia per Ju-
dicis cognitionem super quantitate pretii,
aliisque qualitatibus. Quando vero decretum
præcedit alienationem, ejusque plenam co-
gnitionem, itaut Judex non cognoverit de va-
lore rei, & justitia pretii, & tunc ejus de-
cretum pro vi subhastationis habendum non
erit; & revera ad pretii veritatem eruendam
necessario fieri debet, ita declarat *Reg. de
Ponte in dict. conf. 1. num. 132., & seqq.*,
quem sequitur *Gratianus num. 22., & 23.*,
Sorge in dict. num. 26., *Bersanus num. 11.*

499 Quæritur, si contractus per pupillum, aut
minorem fuerit nulliter confectus ob solemni-
tates non servatas, sed tutor, vel curator
propria bona de evictione obligavit, an ta-
lis obligatio valebit, non obstante, quod prin-
cipalis contractus fuerit nullus, & invalidus?
Affirmative statutum est ab Impp. Dioclet.,
& Maxim. in *l. Et si is 9. Cod. de præd. minor.*
Iccirco adversus tutorem, vel curatorem
omnis actio ad id quod interest, intentari
potest, *Menochius de arb. cas. 171. num. 77., &
78.*, ubi pro contrahente cum minore hanc
cautelam notandam tradit.

500 Tandem quæritur, an pupillus, aut mi-
nor contrahendo per procuratorem, hic pro-
curator solemnitates observare adhuc tenea-
tur? Et distinctione quæsitum resolvitur. Aut
procurator fuit constitutus super re certa, &
speciali, nempe in aliquo determinato nego-
tio, & in hac procuratoris constitutione ad
dictum negotium explendum adhibitæ fuerunt
solemnitates, & tunc non erit necessarium
eas iterum repeti in contractu successive per
501 ipsum Procuratorem ineundo. Si vero man-
datum procuræ fuerit generaliter expeditum
ad contrahendum super omnibus negotiis, &
prætensionibus minoris, & tunc in singulis
actibus successive stipulandis adhibendæ erunt
solemnitates? Et ea est discriminis ratio, quod
502 in primo casu mandati specialis super ali-
quo determinato negotio informatus fuit Ju-
dex de justa, & legitima causa ad contra-
hendum sic, & sic per Procuratorem consti-
tutum: quæ cognitio in casu, quo auctori-
zatur mandatum generale ad contrahendum
super controversiis, & prætensionibus motis,
& movendis, deficit quidem. Et quamquam
in genere suaderi possit Judex causam su-
petere legitimam ad contrahendum, nihilo-
minus tamen peculiariter non poterit infor-
mari, neque in specie discutere, an talis con-
tractus tali, vel tali modo celebrandus re-
dundaret in damnum, aut utilitatem minoris.
Ideoque Judicis decretum necessarium est ad
effectum cognoscendi, & discutiendi natu-
ram, modum, & conditiones singulorum con-
tractuum, ut super singulis in specie suum
consensum, & auctoritatem interponere pos-
sit; ita *Gratianus cap. 409. num. 35.*, *Baro-
nius de effect. minor. ætat. circa contr. eff. 3. n.
168.*, *Jovius de solemnit. in contr. minor. Glos.
16. §. 10. num. 72.*, aliique apud *Card. de Luca
tom. 1. decis. lib. 7. dec. 40. num. 2., & seqq.*

503 Remanet modo formulas, quæ pro rebus
pupillaribus rite vendendis necessariæ sunt,
breviter exponere. Et quia diversa est pra-
xis vendendi bona immobilia, quando pupil-
lus mobilia non habet, quam quando eadem
habet, sit ideo primum de ea, ubi mobilia
non existant. Sit igitur.

„ Nella Corte .... comparisce il pupillo N. coll'
„ autorità, e consenso del suo tutore N., e
„ dice, come viene costretto da Nicola Bian-
„ co a doverli pagare docati cento, che *mu-
„ tuo gratis* improntò al fu dilui padre Dome-
„ nico, apparendo di ciò publica cautela. Ma
„ perchè il Comparente non puole più sentire
„ i fiotti di detto Nicola, ed all'incontro non
„ ha verun modo di poter pagare la cennata
„ somma, ne co' frutti de' suoi poderi, quali
„ appena sono bastanti al sostentamento di esso
„ Comparente; ed al mantenimento di quelli,
„ e neppure con beni mobili, de' quali non ne
„ ave neppure il necessario; e moltomeno con
„ semoventi, de' quali non ne tiene, intende
„ perciò vendere un fondo paterno ereditario
„ chiamato le Coste meno utile, e d' inferior
„ veduta degl'altri. A qual motivo fa istanza,
„ che fosse lecito ad esso Comparente di fare
„ la vendita del dedotto fondo in beneficio di
„ Pietro Bruno, che intende applicare alla
„ compra del medesimo, con interporsi a tal'
„ effetto da essa Corte il decreto di espedien-
„ za. E così dice &c. omni modo meliori &c.

In cujus calce interponendum erit sequens
decretum.

Die . . .

505 Per Curiam . . . visa supradicta compari-
tione fuit provisum, quod super expositis,
& deductis in ea capiatur summaria informa-
tio, habitis testibus pro legitime citatis.
Hoc suum.

505 Hæc informatio plura continere debet.
Primo veritatem expositi debiti. Secundo
quod non adsint mobilia, & semoventia.
Tertio non adsit res minus utilis. Quarto
valorem fundi. Quinto, quod tutor adim-
plevit solemnia. Sexto urgentiam, & mo-
lestiam creditoris.

506 Primum caput constare potest ex enun-
ciata cautela crediti apud Judicem a credi-
tore

tore exhibenda. Secundum ex præsentatione inventarii, ubi apparebit bona mobilia, aut semoventia non extare; quo inventario non existente, ex testium depositionibus. Tertium caput, & quartum ex testium, & peritorum depositionibus. Quintum ex scripturis solemniter confectis inventarii, & satisdationis; Sextum tandem ex petitione ipsius creditoris instantis; etenim ut supra exposuimus, quoties creditum usuram non parit, necesse est, ut creditoris instantia, & molestia intercedat. Alias satis urgere dicatur debitum, dum usuras pariat, etiam nulla creditoris molestia intercedente.

Quibus plene constitis interponendum erit sequens decretum.

In causa venditionis fundi nominati Le Coste deducti per pupillum N. ut exactis interpositum fuit decretum tenoris sequentis.

Die . . .

507 Visis petitione pupilli N. cum auctoritate N. sui tutoris petentis . . . *fol.* . . . Legitimo documento de deducto credito ducatorum centum debitorum a patre ipsius pupilli in beneficium Nicolai Bianco *fol.* . . . informatione capta, ex qua constat bona mobilia, atque semoventia non adesse, ex quibus enunciata summa exolvi potuisset; pariterque deductum fundum nominatum Le Coste esse minus utilem, ac valoris ducatorum centum, & quinque, ita appretiatum, & valutatum per publicos expertos, *fol.*... actis inventarii, ac satisdationis adimpletæ per tutorem *fol.*... petitione creditoris instantis, *fol.* ... ac actis omnibus: per Curiam... fuit provisum, & decretum, licere, & licitum, atque expediens esse dicto pupillo N. cum consensu, & auctoritate sui tutoris N. vendere enunciatum fundum delle Coste in beneficium N. pro summa ducatorum centum, & quinque, ad finem exolvendi deductum creditum Nicolai Bianco, prout hoc nostro præsenti decreto vendi permittitur, & mandatur; ac Curia ipsa suum interponit decretum quod expedit, atque judiciariam præstat auctoritatem; & stipulentur cautelæ ad invicem cum clausulis ad consilium sapientis. Cetera vero, quæ supereft, summa ducatorum quinque ad expensas pupilli necessarias expendatur. Hoc suum.

508 Quoties vero non constaret de certo pretio in informatione capta, & tunc ad pretii veritatem eruendam adhibendæ erunt solemnitates, ex dictis supra *num.* 498. Proindeque fit decretum, visis . . . . fuit provisum, & decretum licere, & expediens esse dicto pupillo N. cum auctoritate sui tutoris vendere prædictum fundum ad finem exolvendi . . . prout hoc nostro præsenti decreto vendi permittitur, & mandatur, legitimis tamen præcedentibus subhastationibus, ac prævio appretio per publicos expertos faciendo; exindeque candela extincta, liberetur ultimo licitatori, & plus offerenti, ad cujus beneficium debitæ stipulentur cautelæ cum clausulis ad consilium sapientis; hoc suum.

509 Per publicos igitur appretiatores deductus fundus appretiandus erit; debebunt exinde fieri subhastationes, & ultimo licitatori, & plus offerenti liberandus erit fundus. Quod decretum expediendum in loco domicilii pupilli, etiamsi res vendenda alio in loco reperiretur. Et si casus accideret, quod in loco domicilii post factas subhastationes nullus emptor reperiretur, committendæ erunt subhastationes Curiæ loci, ubi res sita foret, ut tradit *Riccius in prax. civ. p. 1. tit. 4. cap. 3. num. 17.* Eapropter literæ commissionales ita expediri poterunt.

Ex provisione Curiæ N.

510 Servientibus nostræ Curiæ, & aliarum insolidum significamus, qualiter ad instantiam pupilli N., & tutoris N. præcedente causæ cognitione interpositum fuit decretum tenoris sequentis v3. (& hic inseratur decretum) Et quoniam nullus oblator fuit, qui deductum fundum emere voluisset, ideo ad instantiam prædicti pupilli, & tutoris verbis dicimus, & mandamus, ut pro executione prædicti inserti decreti subhastationes, & venditionem peragatis deducti fundi in Civitate N., ubi dictus fundus situs est; Hortantes Dominos Officiales illius Curiæ, ut ipsorum beneplacitum vobis impertiantur, offerentes nos ad similia, & majora; Dantes &c. mandantes &c. quoniam &c. Et ita &c. Datum... die . . .

511 Et per Dominos Officiales illius Civitatis, ita erit dicendum, dum prædictæ literæ commissionales ipsis pro brachii imploratione exhibentur.

Retroscriptum decretum latum per Curiam N., & nobis exhibitum debitæ exequutioni demandetur in hac Civitate juxta illius seriem, continentiam, & tenorem; eapropter fiant subhastationes, & alia in forma ad finem &c. Et ita &c. Datum . . . die . . .

512 Aliquoties non habet pupillus, aut minor tutorem, aut curatorem generalem, & ideo in eadem comparitione, qua de venditione instat, aliquem nominare potest in suum tutorem, aut curatorem, cum quo ipsa venditio expleri possit. In calce cujus comparitionis fit decretum, quod capiatur summaria informatio, habitis testibus pro legitime citatis; qua informatione capta super necessitate, & expedientia venditionis, aliisque, de quibus supra meminimus, ac de idoneitate tutoris, aut curatoris impertiendum erit sequens decretum.

In causa curatoris petiti per N. minorem, & contractus venditionis auctorandi, ut ex actis.

Die . . .

513 Visis petitione N. minoris petentis . . . ac nominantis in curatorem N. *fol.* . . . . testium depositionibus, ex quibus constat de ne-

necessitate, & expedientia venditionis, & de idoneitate curatoris, ac actis omnibus. Per Curiam . . ., fuit provisum, & decretum, quod N. nominatus curator per dictum N. minorem confirmetur, prout præsenti decreto confirmatur; cum cujus consensu, & auctoritate liceat ipsi minori fundum in petitione deductum vendere in beneficium . . . ad finem exolvendi . . . ., cum aliis, ut in *num.* 507.

514 Qui tutor, aut curator, utpote ad unicum actum specialiter electus, & deputatus, non tenetur inventarium conficere, nec satisdare, prout diximus supra *num.* 84., & 90.

515 Non semper tamen qui bona pupilli emere velit, in promptu est, & econverso necessitas urget; & hoc in casu ad venditionem magis facilitandam, instante pupillo, & tutore fit decretum: quod fiant diligentiæ de vendendo bona minus utilia, ac proinde expediatur citatio per proclama. Quæ ita esse poterit.

Ex provisione &c.

516 „ Servienti di nostra Corte &c. pubblicare rete banno per li luoghi soliti, e consueti „ di questa Città, qualmente chi volesse applicare alla compera degl' infrascritti beni „ del pupillo N., che comparisse a' 10. dell' andante mese avanti il dilui tutore N., per effettuirsi la vendita per quel prezzo, che saranno stimati da publici Esperti; e copia del „ presente si affigga nel luogo solito. Dato „ a dì . . .

Bona vendenda sunt vz.

N.

N.

517 Emanatis bannis, si aliquis comparuerit, servatis servandis, ut supra expositum est, ad venditionem devenitur. Sin autem nemo comparuit, qui exposita bona emere vellet, tamquam parum fructifera, & utilia, & tunc facta relatione, quod nullus comparuit, qui pretium attulisset congruum, atque instante pupillo, & tutore, ut alia bona magis explicita vendantur, interponendum erit decretum.

Per Curiam . . . visa supradicta comparitione provisum, & decretum est, quod ex eo quia, bona nominata N. N. pupilli N. tamquam parum utilia, & fructifera nullus inventus fuit, qui emere voluisset, iccirco liceat, & licitum sit venalem exponere fundum in ipsa comparitione contentum, in omnibus juris solemnitatibus servatis; & in beneficium emptoris debitæ stipulentur cautelæ per pupillum, & tutorem, cum clausulis ad consilium &c.. Hoc suum.

518 Appretiandus erit per duos publicos Expertos, quibus inde examinatis, ac constito per captam informationem de urgentia æris alieni, ceterisque necessariis, præcedentibus etiam subhastationibus, ex dictis supra *num.* 498., ad emptoris beneficium stipulandæ erunt cautelæ.

C A P. IV.

De beneficiis pupillorum, & minorum.

SUMMARIUM.

Pupillo, aut minori circumducto duo beneficia competunt, num. 1.

Declarantur. num. 2., *& seqq.*

Pupillus, aut minor per modicam læsionem dicitur circumductus, num. 5.

1 Pupillus, aut minor contrahendo multipliciter circumduci potest, per quod adversus contractum venire haud prohibetur, beneficiis, quæ sunt a legibus concessa, utendo; quæ beneficia duo sunt, unum ordinarium, alterum extraordinarium. Ordinarium beneficium est illud nullitatis ob defe-
2 ctum alicujus solemnitatis non observatæ, de quo in *cap. sequenti*. Extraordinarium vero est illud restitutionis in integrum ex capite læsionis, de quo in *cap.* VI.. Hinc dum pu-
3 pillus, aut minor vendit aliquem fundum, aliquibus legum solemnitatibus non adhibitis, per nullitatis beneficium adversus talem con-
tractum, ut nullus, & irritus per Judicem de-
4 claretur, venire debet. At si non ob solemnitatis defectum, quia integre omnes solemnitates intervenerunt, sed quia fuit læsus minor in pretio, ut dum magni emit, aut parvi vendidit. Aut læsus fuit in re, ut quia vendere, aut emere non expediebat, & tunc restitutionis beneficium locum habet. Non de læsione enormissima, aut enormi intelligas.
5 Pupillo enim & minori modica læsio sufficiens est, de qua in *cap.* VI. sermo erit. Sed quia quodlibet istorum beneficiorum suas regulas, conclusionesque practicas dispari modo continet, ideo ad majorem cognitionem, & ut Tyrones nonnulla pernecessaria, atque utiliora ordine suo degustent, unum ab altero diverso ex capite pertractare, cuique suas adfirmare regulas, conclusionesque practicas, operæ pretium duxi. Sit igitur.

CAP.

C A P. V.

De beneficio nullitatis.

SUMMARIUM.

Contractus pupilli, vel minoris sine solemnitatibus confectus nullius momenti est, n. 1.
Culpa tutoris aliquando imputatur, num. 2.
Tam adversus tutorem, quam adversus contractum potest pupillus venire, num. 3.
Electio in potestate pupilli est, num. 4.. Nec per unius electionem alteri fit prajudicium, num. 5.
Decloratur, num. 6., & seqq.
Contractus pupillaris solemnitatibos destitutus per judicium nullitatis revocari debet, n. 15.
Coutroctus læsivus per judicium læsionis retractotur, num. 16.
In utroque casu semper electio est pupilli, num. 17., & 18.. Nec possessor potest opponere, ut prius tutor excutiatur, num. 19., & seqq.
Beneficium ordinarium quando non focit cessare extraordinarium, num. 22., & seqq.
Est differentia inter actionem, quæ competit adversus tutorem, & possessorem, num. 25., & 26.
Actio realis contra quemcumque fundi possessorem exerceri potest, num. 27., & 28.
Tertius possessos fundi pupillaris fructus perceptos, aut ipsorum valorem restituere debet, num. 29.
Pupillus, aut minor tenetur ad id, quod locupletior fuit effectus, quod per emptorem erit probandum, num. 30.
Adversus contructum veniens sicuti in domno murari non debet, ita neque & in lucro, n. 31.
Pupillus si pretium fundi otiosum in arca retinuit, ad iotereße, quod non recepit, non tenetur, num. 32.
Præsumpta bona fides secundi emptoris facit fructus suos, num. 33.
Emptor nequit bona popilli pro meliorationibus retinere, num. 34.
Emptor malæ fidei tenetur etiam ad fructus, quos percipere potuisset, num. 35., & 36.
Fructus ex meliorationibus perventi restitui non debent, num. 37.
Malo fides præsumitus in emente a pupillo absque solemnitatibus, num. 38.
Emptor bonæ fidei focit fructus suos, num. 39., & seqq.. Declaratur, num. 42., & 43.
Assignatur regula od solvendas meliorationes, & expensas, num. 44., & 45.
Sumptus voluptuarios non tenetur pupillus solvere; permittitur tamen possessori abrasio, n. 46.
Possessor malæ fidei repetit sumptus necessarios solommodo per retentionem, non per actionem, num. 47.. Contrarium, nom. 48.. Expensas utiles recuperat per abrasionem absque fundi læsione, num. 49.. Declorotur, num. 50.. Sumptus voluptuorius nullo modo recuperat, n. 51.
Pupillus agendo contra tutorem actione tutelæ ad refectionem damni, an teneatur eidem cedere omnia jura, quæ adversus emptorem habet? num. 52., & 53.
Pupillus si pretii æstimationem a tutore consequutus fuit, nequit inde prædium a possessore vendicare, num. 54., nec minus eamdem pretii æstimationem, num. 55.
Popillus potest eodem tempore agere contra utrumque, nempe contra possessorem ad rem repetendam, & contra tutorem ad damno, & interesse consequenda, num. 56.
Nullitus contractus o solo pupillo allegori potest, non ab altera parte contrahente, num. 57., & 58.. Fallit, num. 59., & seqq.
Pupillus, & minor in contraheudo facit claudicare contractum, non outem in dissolvendo controctum, num. 68., & 69.
Pupillus si in judicio obtinuit sententiam favorabilem super contractus nullitate, potest inde se pœnitere, & adprobare contractum, etiam altero contrahente invito, num. 70.
Si uterque contrahens fuerit pupillus, aut minor, ille a contractu resilire poterit, qui fuerit læsus, num. 71.
Heres pupilli potest etiam contractus nullitatem opponere, num. 72., imo etiam tertius, n. 73.. Declaratur, num. 74., & seqq.
Heres pupilli potest adversus ipsius contractum venire, etiamsi ipse pupillus non fuerit conquestus, num. 78., & etiamsi fuerit minor, qui se mojorem jurasset, oum. 79., & 80.
Minor jurans se majorem an privetur tam beneficio restitutionis, quam nullitatis? num. 81., & seqq.
Juramentum super majori ætate quomodo esse debeat? num. 91.
Contrahens cum minore petere potest, ut ipse minor declaret, si velit, vel ne stare contractui; num. 92., ad quam declarationem minor cogi potest, num. 93., & 108.. Quo reouente, poterit altera pars petere, ut nullus declaretur contractos, num. 94.
Declaratio minoris cum iisdem solemnitatibus, quæ in principio erant necessariæ, efficienda est, num. 95.
Effectus declarationis, num. 96., & 97.
Facta declaratione nequit amplius minor dicere de nullitote, num. 98., neque venire contra per viom restitutionis in integrum, num. 99.. Declaratur, num. 100.
Minor totum adprobare, aut reprobare debet, num. 101.
Contractus cum sit individuus non recipit pro parte acceptationem, & pro parte recusationem, num. 102.
Per partis receptionem extenditur consensus ad totom rem, integrumque contractum, n. 103.
Pupillus pupillari ætate durante ad declarationem

nem cogi nequit, *num.* 104., & 105.. *Sed pubertatis tempus expectandum erit*, *num.* 106., & 107.

Minoris electioni erit adprobare, & *revocare contractum*, *etiamsi adversarius de ipsius nullitate praevenerit*, *num.* 109.

Nullitas contractus usque ad quod tempus allegari possit? num. 110., & 111.

Affertur differentia inter titulos Cod. sub rubrica si major factus ratum habuerit; & si major factus alienationem sine decreto ratam habuerit, *num.* 112., & *seqq.*

Ratihabitio quomodo esse debeat? num. 116.

Ratihabitio an retrotrahatur ad tempus contractus, *num.* 117., & *seqq.*

Enumerantur casus, *in quibus tacita ratihabitio ex quinquennii lapsu vigore l. fin. Cod. si maj. fact. alienat.*, *nequaquam locum habeat*, *num.* 125. *ad* 164.

Quinquennii lapsus a quo tempore currat? num. 165., & *seqq.*

Praxis, *num.* 173., & *seqq.*

1 PUpilli, vel minoris contractum solemni-
tatibus, quae a jure statutae sunt, desti-
tutum nullitatis censurae Jus idem recte
exposuit. Quae autem sint solemnitates con-
tractus validitatem inducentes, capite antece-
denti actum est satis. Et ubicumque consti-
terit, aliquam ex adductis solemnitatibus de-
esse in alienatione, quam pupillus, aut mi-
nor egit, alienatio ipsa nullam habebit fir-
mitatem; itaut eidem pupillo, aut minori a
jure datum est, ut actione adversus empto-
rem ageret reivindicatoria, prout & adver-
sus quemlibet alium possessorem.

2 Culpae, vel fraudi, nec non & negligen-
tiae tutoris, aut curatoris quandoque aliena-
tiones istae nullae imputari assolent; cum pa-
rum, atque nihil solliciti esse videantur, ubi
suorum pupillorum, & minorum commodum,
utilitatem, atque indemnitatem curare deberent.
Eapropter pupillis ipsis, & minoribus con-
sultum est, ut revocare contractum a tutore,
3 vel curatore nulliter celebratum, aut adver-
sus eumdem tutorem, vel curatorem ad damni
refectionem agei e possint, per Textum Ul-
piani in *l. Magis puto* 5. §. *manet ver. sed vi-
dendum ff. de reb. cor.*, & *Scaevolae in l. Intra
utile* 11. §. *vendentibus ff. de minorib.*, *atque
Diocletian.*, & *Maxim. in l. Etiam in iis* 3.
Cod. si tutor., *vel curat. interv.*. Et sic ele-
4 ctio pupilli, aut minoris erit, aut unum, aut
alterum convenite, prout & tradunt *De Ma-
rinis var.* 2. *cap.* 18. *num.* 20., *Olea de cess. jur.
tit.* 5. *q.* 11. *num.* 32., *Merlinus contr.* 2. *cap.*
76. *num.* 11., *Tuschi lit.* M. *concl.* 258. *num.* 5.,
aliique apud *Bersanum de pupillis cap.* 1. *q.* 6.
num. 1., & 2., atque vanum esse dubitare
ait *Oddus de restit. in integr. q.* 22. *art.* 3. *n.* 16.,
5 cum clara sint jura, *Surdus dec.* 253. *n.* 19.
Nec per unius electionem alteri praejudicium
infertur, per Textum in *l. Etiam tutoribus*
5. *Cod. si tutor.*, *vel curat.*. Immo neque si
in uno succubuerit, prohiberetur recursus
adversus alterum, *Oddus num.* 19.. Et si con-
tra tutorem elegerit, absque laesionis proba-
tione erit audiendus, *Cacheranus dec.* 150.
num. 8., *Thesaurus dec.* 99. *num.* 16.

6 Et praedicta procedunt non tantum cum
tutor rem minori pretio vendidit, sed adhuc
si praedium distraxit, quod pupillo distrahe-
re non expediebat, ut tradunt *De Marinis*,
& *Bersanus loc. cit.*, *Simoncellus de decretis
lib.* 3. *tit.* 7. *num.* 12., & pariter si non jam
7 aliquo modo alienavit, sed si fraudolenter
adhuc tutor cum aliquo collusit, ut aliquod
praejudicium pupillo afferret. Quo in casu si
ex tutoris fraude aliquod commodum ille
perceperit, electio etiam pupilli erit, quem
ipsorum maluerit convenire, per sententiam
Ulp. in *l. Imperatores* 47. *ff. de minorib.*, &
refert *Bersanus num.* 3.

8 Verum haec omnia intelligas procedere in
casibus; ubi tutor damnum pupillo intulit in
agendo, non autem in omittendo. Hinc si
agendo tutor damnum intulit pupillo, & tunc
vera est, & procedit praedicta conclusio, ut
pupilli, aut minoris electio sit quem malue-
rit de tutore, aut de possessore convenire,
cum in hoc casu loqui videantur prae ceteris
Textus in dicta *l. Intra utile*, & *dicta l. Et-
iam in iis*, & tradit *Bersanus de pupillis cap.* 1.
9 *q.* 15. *num.* 1., & *seqq.*. Si vero omittendo
tutor pupillum laesum effecit, & tunc adver-
sus ipsum tutorem ad damni refectionem pri-
mo loco pupillus venire debet, ut cum Cyno
in *l. Etiam num.* 2. *Cod. si tutor*, *vel curat.*,
Bartol. in l. Qui duos num. 6. *ff. de reb. dub.*,
& *Cavaler. de testam. q.* 2. *art.* 2. *p.* 2. *num.* 5.
firmat *Bersanus num.* 6.. Et in *num.* 14. limi-
tat, quoties per restitutionem pupillus magis
sibi consuleret, quam agendo adversus tuto-
10 rem. Item limitat in *num.* 14., quando tutor
non erit in totum solvendo, sed pro parte,
11 quoniam tunc in subsidium pro reliqua quan-
titate restitutionem adversus possessorem pe-
tere poterit. Et tandem in *num.* 13. limitat
12 in casu, quo constiterit, tutori nullam frau-
dem, aut negligentiam impetari posse, quo-
niam tunc adversus possessorem restitutionis
in integrum auxilio recursum habebit. Addo
ego limitationem in judiciis; cum speciale in
13 judiciis sit, ut prius discutiatur curator, &
tandem in subsidium restitutionem implorari,
per Rescriptum Imp. Justiniani in *l. Prope-
randum* 12. §. *fin vero*, *Cod. de judiciis*, &
dicemus *cap.* . . . . cum *Oddo de restitut. in
integrum q.* 22. *art.* 3.

14 Nota tamen pro declaratione casus positi
num. 10., quod quamquam juris regula sit,
non esse locum extraordinario remedio resti-
tutionis, quando nullitatis remedium ordina-
rium intentari posset.. Nihilominus fallit re-
gula ista, quando per extraordinarium reme-
dium magis pupillo consulitur, ut tradunt

Bru.

Brunneman. in *l. Etiam in fine Cod. si tutor,*
vel curat., *Oddus de restit. in integr. in dict.*
q. 22. *num.* 31., aliique apud *Bersanum de pu-*
pillis cap. 1. *q.* 10. *num.* 12., & dicemus *in*
cap. sequenti.
15 Pupillus igitur, aut minor adversus con-
tractum solemnitatibus destitutum veniens,
nullo indiget restitutionis auxilio, sed directe
a possessore prædium revocare potest, nul-
lum dicendo contractum. Dum vero læsio
in contractu intercessit, per in integrum re-
16 stitutionem revocabitur, *Bersanus cap.* 2. *q* 6.
num. 3.. Et in utroque casu semper electio
17 erit minoris aut contractum revocare, aut
tutorem convenire, ut diximus *num* 4., cui
conclusioni non obstat dicere, sat esse pu-
pillo, aut minori, ut adversus possessorem
habeat suum recursum, absque eo quod tu-
18 tori, aut crediturі aliqua molestia inferatur;
nam ut bene ait *Thesaurus in dec.* 103. *n.* 9.
ver. item fecit, quod tali modo sequeretur,
negligentiam tutoris eidem minime nocere,
sed tantum tertio. Et sic minor cum possit
solummodo agere adversus emptorem, tutor
ipse impunitus in sua negligentia maneret.
19 Et adversus possessorem non solum in sub-
sidium, scilicet tutore non existente solven-
do, sed adhuc quando in bonis tutoris erit
pupillus cautus, potest ipse pupillus recur-
sum habere, ut ait Cajus in *l. Si is qui* 2.
ff. de eo, qui pro tutor., *& Scævola in l. In-*
20 *tra utile* 11. §. *tendentibus ff. de minor.*. Ea-
propter nequit possessor compellere pupillum,
ut prius tutorem, quam ipsum conveniat,
etiam in casu restitutionis in integrum, pro-
ut statuerunt Impp. Diocletian., & Maxim.
21 in *l. Etiam in iis* 3. *Cod. si tutor, vel curat.*,
cujus restitutionis auxilium quamquam sub-
sidiarium, seu extraordinarium reputari de-
beat, quod ordinario præferendum non erit.
22 Nihilominus tamen non per hoc sequitur,
quod pupillo deneganda sit electio; quia quan-
do duo remedia competunt contra diversas
personas, & ad quid diversum, tunc ordi-
narium non facit cessare extraordinarium,
ut in puncto tradit *Brunneman. in l. Etiam*
Cod. si tut., vel curat., quem cum aliis lau-
dat *Bersanus de pupillis cap.* 12. *q.* 6. *num.* 4.,
23 *& seqq.*. Immo *De Marinis var.* 2. *cap.* 18.
num. 20. sentire videtur, utramque actionem
esse ordinariam; cujus opinionem tamen non
24 posse defendi tradit *Bersanus num.* 5., *&* 6.,
cum agi nequeat adversus alienationem ali-
quo tantum modo læsivam, restitutionis au-
xilio nequaquam impetrato.
25 Diversa tamen est actio, quæ competit
adversus tutorem ex ea, quæ datur adversus
emptorem, sive possessorem. Illa actio per-
sonalis est, quoniam sequitur tutorem, ut
Ulpianus tradit in *l. Magis puto* 5. §. *manet*,
ver. sed videndum ff. de reb. eor., atque rescripse-
runt Impp. Dioclet., & Maxim. in *l. Etiam*
in iis 3. *Cod. si tut., vel curat.*, per quam
actionem pupillus a tutore damni æstimatio-
nem, & quodcumque aliud interesse ipsi de-
bitum ob malam ipsius tutoris administratio-
nem in pupillaribus rebus alienandis conse-
quitur, *Montico de tacit. lib.* 4. *tit.* 6. *num.* 20.,
Merlinus cent. 2. *contr.* 76. *num.* 11., aliique apud
26 *Bersanum num.* 8., *&* 9.. Actio vero, quæ
adversus emptorem, aliumve quemcumque
possessorem datur realis est, quia bona alie-
nata ab emptore, aut possessore vindicantur,
per Rescriptum Imp. Gordiani in *l. Si contra*
2. *Cod. si quis ignor.*, *Merlinus loc. cit.*, *Ber-*
sanus num. 10.. Nam sicuti primus emptor
27 male acquirit, ita minus recte in secundum
emptorem eadem non transfert, per Te-
xtum Dioclet., & Maxim. in *l. Possessiones* 3.
Cod. eodem. Eapropter tam a primo empto-
28 re, quam a quocumque alio possessore, sive
universali, sive particulari res alienata vindi-
cabitur, *Simoncellus de decretis lib.* 3. *tit.* 7.
num. 21., una cum fructibus omnibus perce-
29 ptis. Pupillus autem, aut minor non tene-
bitur, nisi in quantum fuerit locupletior ef-
30 fectus, quod per emptorem probandum erit;
& tunc pretium una cum usuris compensa-
tivis restituere debebit, pariterque meliora-
tionum sumptus, si forsan extiterint. Etenim
31 qui adversus contractum venit, sicuti in da-
mno morari non debet, ita neque & in lu-
32 cro; alias doli mali exceptione repelleretur.
Verum si alienati fundi pretium fuerit in
arca otiosum retentum, ita quod pupillus, aut
minor nullum lucrum ex eo recepit, & tum
33 ad interesse, quod lucratus non fuit, nequa-
quam teneretur. Et secundus emptor, seu
possessor propter præsumptam bonam fidem,
& titulum habitum a primo emptore, fa-
34 cit fructus suos; pro meliorationibus vero,
quæ per pupillum, aut minorem erunt sol-
vendæ, nequit bona ipsa ope exceptionis
retinere, de quibus omnibus, aliisque scitu
necessariis vide in *cap.* 3. *num.* 18., *& seqq.*
35 Et si emptor, sive possessor fuerit in mala
fide, ut quia sciverit fundum esse pupillarem,
& nihilominus absque solemnitatibus emere
voluit, & tunc etiam ad fructus, qui percipi
86 potuissent, condemnandus erit, quoniam es-
set in dolo manifesto, *Sabellius tom.* 4. *resol.*
98. *num.* 33., *Bersanus cap.* 2. *q.* 6. *num.* 11..
Fructus vero ex meliorationibus percepti
37 restitui non debent, quia in consideratione
non habentur, *Sabell. num.* 34.. Mala fides
38 teneri præsumitur in eo, qui a pupillo, vel
minore sine solemnitatibus emit, ut tradit
Bersanus num. 14.
39 Et sicuti malæ fidei emptor fructus resti-
tuere debet, econverso emens bona fide
prædium pupillarem absque debitis solemnita-
tibus, putans non esse tale, ad fructuum re-
stitutionem ratione bonæ fidei non tenetur,
juxta responsum Pauli in *l. Bonæ fidei* 48. *ff.*
de acquir. rer. domin., *Bersanus num.* 15.. Et
quamquam *Grotianus cap.* 45. *num.* 29., *&*

40 *cap. 750. num. 22.*, aliique per Textum in *l.*
Si prædium Cod. de præd. minor., velint, ut
stante nullitate contractus teneatur emptor
ad restitutionem fructuum perceptorum a die
alienationis. Nihilominus tamen hoc proce-
dere firmat *Sabellius in tom. 4. resol. 98. n. 31.*
41 in notorio malæ fidei possessore, vel in spo-
lio violento, non jam ubi aliquis coloratus
titulus malæ fidei exclusivus appareret, &
refert *Merendam* late id probantem *tom. 2.*
contr. jur. lib. 7. cap. 7. num. 10., & *Rotam* post
Cencium de censibus ita pluries resolutum
42 testantem *in dec. 122. num. 4., & seqq.*. Ea-
propter dicendum est, deberi tantum fructus
a die motæ litis, quod regulare est in omni
judicio, ubi possessor in mala fide constitui-
tur, ut tradit *Sabellius num. 32.*. Et quate-
43 nus deberentur fructus a die alienationis, ab
eodem adhuc tempore deberetur lucrum
compensativum pro pretio soluto, & in uti-
litatem verso; cum non sit æquum habere
fructus suarum possessionum, & etiam pretii,
cum quo se exemit ipse minor ex gr. ab one-
re censuum, prout aliis relatis ita firmat *Sa-*
bellius num. 36.

44 Et quoad meliorationum sumptus, atque
expensas necessarias, aut utiles regula erit,
quod si plus fuerit impensum, quam melio-
ratum, & tunc meliorationum valor atten-
dendus erit. Si vero plus melioratum, quam
impensum, & tunc expensæ tantum erunt
45 exolvendæ. Et sic semper pupillus, aut mi-
nor, quod minus erit, reficiet; *Peregrinus*
de fideicom. art. 50. num. 70., & 71., *De Fran-*
chis in dec. 109. num. 2., *De Luca de feudis*
disc. 27. num. 2., *Bersanus de pupillis cap. 2.*
q. 6. num. 17.

46 Sumptus vero voluptuarios pupillus, aut
minor subire non tenetur; quamquam pos-
sessori liceat ipsos absque rei læsione abra-
dere, per sententiam Modestini in *l. Si sine*
33. §. interposito ff. de adm. tut.. Quod ta-
men suum locum obtinere ait *Bersanus n. 19.*
47 respectu possessoris bonæ fidei. Nam malæ
fidei possessor solummodo sumptus necessa-
rios repetet per retentionem, non vero per
actionem, *Bersanus num. 40.*, quia cum bona
ad ipsum pervenerunt cum vitio, non pote-
rit ea retinere ope exceptionis, sed necesse
habebit restituere, *Menochius recuper. rem. 11.*
num. 21. ver. declaratur nunc; *Simoncellus de*
decretis lib. 3. tit. 7. num. 23.. Utiles vero ex-
48 pensas recuperat per abrasionem absque fun-
di læsione, *Bersanus loc. cit.*, quemadmodum
rescripsit Imp. Gordianus in *l. Domum 5.*
Cod. de reivindic., in illis verbis: *Ejus autem*
quod impendit, rationem haberi non posse,
merito rescriptum est, cum malæ fidei posses-
sores ejus quod in rem alienam impendunt, non
eorum negotium gerentes, quorum res est, nul-
lam habeant repetitionem, nisi necessarios sum-
ptus fecerint. Sin autem utiles, licentia eis
permittitur sine læsione prioris status rei eos
auferre. Sumptus vero voluptuarios malæ fi-
49 dei possessor nullo modo consequi poterit,
nec per actionem, neque per retentionem,
neque per abrasionem, cum non dicatur
gessisse negotium illius, ad quem fundus per-
tinet, ita *Paulus de Castro in dicta l. Do-*
mum num. 2. ver. secundum, & sequitur *Ber-*
sanus loc. cit.

50 Quoad possessorem tamen bonæ fidei scien-
dum est, quod pro melioramentis necessariis,
& utilibus, quæ liquida sunt, habebit reten-
tionem. Pro illiquidis vero erit eidem præ-
51 standa cautio de ipsis restituendis juxta li-
quidationem faciendam, ut firmat *Sabellius*
tom. 4. resol. 98. num. 37.

52 Convento tutore a pupillo ad damni, &
interesse refectionem tenetur ipse pupillus
illi cedere omnia sua jura adversus empto-
rem, fundique possessorem; unde si tutor
prædium pupillare non justo pretio distraxit,
tunc si elegerit pupillus consequi damni æsti-
mationem, sive pretii residuum a tutore,
iste quidem postulare potest, ut sibi actio-
nes cedantur ad effectum agendi adversus
emptorem ad reintegrationem summæ pu-
pillo solutæ, ne ipse emptor rem possideat,
& tutor pecuniam solvat, *Olea de cess. jur.*
tit. 5. q. 11. num. 32., *Bersanus de pupillis*
53 *cap. 5. q. 19. num. 18.*. Immo tradit *Cyriac. lib. 2.*
contr. 321., quem refert *Olea loc. cit.*, quod
etiam sine cessione poterit conventus tutor
emptorem convenire.

54 Qua pretii æstimatione per pupillum a tu-
tore consequuta, merito ipsi pupillo prædii
reivindicatio inhibita inde erit, per senten-
tiam Ulp. in *l. Illicite 10. ff. de reb. eor.*,
55 *Simoncellus de decr. lib. 3. tit. 7. num. 24.* Nec-
minus poterit eamdem pretii æstimationem
a rei possessore petere, quoniam ita bis pre-
tium consequeretur, *Bersanus num. 15.*, *Od-*
56 *dus de restit. in integr. q. 22. art. 3. num. 19.*,
ubi tamen subdit, posse quidem ipso tempo-
pore contra utrumque, non tamen ad idem,
sed ad diversa agere, nempe ut ab adversa-
rio rem ipsam, & a tutore damna, & inte-
resse consequatur.

57 Pupillaris igitur contractus dum nullus est
ob solemnitates inobservatas, quia hujuscemodi
nullitas ad merum ipsius pupilli, aut minoris
favorem inducta esse, merito ab eodem pu-
pillo, aut minore allegari solummodo potest,
non ab altera parte contrahente. Hinc eve-
58 nit commune Doctorum dicterium, inquiens,
talem contractum claudicare, idest quod si
velit pupillus, aut minor, poterit eum nul-
lum dicere, per Textum Ulpiani in *l. Julia-*
nus 14. §. si quis ff. de act. empt., & Dioclet.,
& Maxim. in *l. Cum indirecta 6. Cod. arbitr.*
tutel.. & communiter tradunt *Gratianus cap.*
27. num. 30., *Jovius de solemnit. in contr. minor.*
Glos. 22. §. 22. num. 28., *Tuschi lit. C. concl.*
287. num. 14., *Merlinus contr. 21. num. 9.*, ubi
Scoppa num. 8., *Altimari de nullit. contract.*
tom.

tom. 1. rubr. 1. q. 1. num. 763., & tom. 6. rubr. 2.
q. 1. sect. 1. num. 593., *Bersanus de pupillis*
cap. 2. q. 32. num. 7., *Sanfelice dec. 307. num. 7.*,
Capyc. Latr. dec. 19. num. 9., *Surdus dec. 108.*
num. 2., *Card. de Luc. tom. 1. decis. Rotæ Rom.*
lib. 7. dec. 39. num. 5.
59 Si autem nullitas non favore pupilli, aut
minoris inducta est, benevero ex dispositio-
ne legis, vel statuti, ipso jure contractus
annullatur, ob solemnitates ab ipso statuto
præscriptas, & non observatas, prout est
Romæ in contractibus minorum non servata
forma statuti, ubi adest clausula, *& alias fa-*
cti, sunt nullius roboris, & momenti, & tunc,
quia lex, sive statutum expresse resistit con-
tractui, & ipso jure absque aliquo particulari
favore, & tantum publico inspecto, nullita-
tem inducit, non solum a pupillo, aut mi-
nore, sed etiam ab altera parte contrahente
contractus nullitas allegari, & proponi potest,
ut tradunt *Menochius de arbitrar. cas. 30. n.*
6., *Gratianus cap. 691. num. 2., & cap. 786.*
num. 15., *Tuschi lit. S. concl. 148. num. 39.*, *Ber-*
sanus num. 12., *Altimari de nullit. sentent.*
60 *tom. 1. rubr. 4. q. 1. num. 3. 14., & 34.*, *Scoppa*
ad Merlinum num. 14. Quamvis juramentum
intercesserit, *Gratianus dict. cap. 691. num. 8.*,
aliique apud *Scoppam num. 15.*
61 Immo tunc non solum pars cum minore
contrahens, benevero alter tertius prædictam
nullitatem allegare, & proponere potest,
Bersanus num. 12., *Scoppa num. 16.*, *Jovius*
de solemnit. in contr. minor. Glos. 22. §. 22. n.
53., *Card. de Luca de alienat. disc. 37. n. 6.*,
6 Tam si iste tertius jus aliquod haberet, ut
esset creditor pro parte sui debitoris; quam
si nullum jus haberet, sed solum respectu
juris publici, publicæque utilitatis vellet nul-
litatem proponere, ut tradunt *Scoppa n.*
17., *Bersanus num. 13.*, *Card. de Luca n. 8.*
63 Ea autem inter unum, alterumque casum
disparitatis ratio est, quia respectu primi ca-
sus, nequit dici contractus ipso jure nullus,
benevero annullandus, seu rescindendus ope
exceptionis, ac ipso minore opponente, qui
poterit adhuc non opponere, sed ratum ha-
bere. Eapropter dicitur, quod talis contra-
ctus habet implicitum statum validitatis, ut
plene tradit *Surdus in dec. 108.*, *Sabellius §.*
contractus num. 8., *Scoppa ad Merlinum*
cent. 1. contr. 21. num. 25., *Altimari de nullit.*
contr. tom. 1. rubr. 1. q. 1. num. 785., *Card. De*
Luca loc. cit.. Qui implicitus validitatis status
cum sit tantum respectu, & favore ipsius
minoris merito ipse, non jam altera pars
contrahens de nullitate dicere potest; ne id,
quod in ejus favorem fuit inductum, in odium
retorqueatur, plene *Scoppa num. 8. & seqq.*,
Gratianus cap. 27. num. 39., *De Marinis var.*
2. cap. 6. num. 15., ubi *Rodoerius num. 42.*, *&*
De Luca num. 7., *De Franchis in dec. 35.*
64 *n. 4.*, *Surdus dec. 79. num. 23., & seqq.* Quod
quidem dici nequit respectu alterius casus,
quia cum firmitas contractus ex neutra par-
te inveniri possit, ex eo quod neuter favor
in consideratione habetur, benevero publicus,
iccirco utraque pars de nullitate dicere pot-
est. Sed vide mox dicenda ex *num. 73.*
65 Adversus primi casus conclusionem obstare
videtur dictum *Papiniani in l. Si cum dies*
26. §. si arbiter, in fine, ff. de recept. arbitr.,
ubi absurdum fuit consideratum, ut aliquod
jussum in unius persona ratum sit, & valeat,
in alterius vero non; quod & pariter ait
Pomponius in l. 1. ff. de rescind. vendit.; vide
haud posse dici videtur, ut contractus, qui
favore minoris claudicat, in ipsius beneficium
valeat, in alterius vero non.
66 Quamvis prima fronte objectio isthæc gran-
dis videatur, nihilominus facilis solutionis est;
quemadmodum respectu illius *Papiniani* in-
nuit ibidem *Glos. lit. Q.*, diversum esse ca-
sum legis ab hoc, qui vertitur. Etenim illius
dispositio fundata fuit in æqualitate; quæ in
judiciis, & arbitriis servanda est, non jam in
contractibus. Pariterque respondetur, casum
legis haberi inter majorem, & majorem, non
autem inter majorem, & pupillum, cui favor
inest, eapropter non esse in proposito appli-
cabilem.
67 Ad *Pomponii* obstaculum respondetur, quod
illic agebatur de dissolvendis contractibus,
ubi claudicationi non detur locus, quemad-
modum & conceditur in obligationibus con-
trahendis, ut ibidem notat *Glos.*. Et est et-
iam responsum *Pauli in l. Si id, quod 7.*,
ff. de rescind. vendit., ubi ita habetur: *Si*
pupilli persona intervenit, quæ ante sine tuto-
ris auctoritate, deinde tutore auctore emit
quamvis venditor ei obligatus fuit, tamen quia
pupillus non tenebatur, renovata venditio effi-
cit, ut invicem obligati sint. Quod si ante
tutoris auctoritas intervenit, deinde sine tutore
auctore emit, nihil actum est posteriore emp-
tione. Item potest quæri. Et si sine tutoris
auctoritate pactum fuerit, ut discedatur ab
emptione, an perinde sit, atque si ab initio
sine tutoris auctoritate emisset, ut scilicet
ipse non teneatur, sed agente eo retentiones
competunt. Sed nec illud sine ratione dicetur,
quum initio recte emptio sit contracta, vix
bonæ fidei convenit, eo pacto stari, quod al-
teri captiosum sit, & maxime si justo errore
sit detentus..
68 Hinc videas, quod pupillus ab emptione
rite facta nequit discedere sine tutoris aucto-
ritate, & sic in dissolvendo contractum, non
habet implicitum validitatis statum, si velit,
vel ne stare dissolutioni, sed nullus penitus
est dissolutionis actus. Et sic resultat conclu-
sio, quod dum illegitime contrahit, implici-
tum validitatis statum quidem habet; unde
69 contrahendo claudicare facit contractum. In
eo tamen dissolvendo, & sic si ab emptione
legitime facta desilire vellet, taliter, ut sine
curatoris auctoritate cum altero contrahente

pacifcatur, ut difcedatur ab emptione, pactio
ifta illegitime peracta adverfus legitimam ef-
fectam venditionem ex parte utriufque tene-
re nequit; nec pupillus habet in hoc impli-
citum validitatis ftatum, cum quoad contra-
ctus diffolvendos bonæ fidei non conveniat,
eo pacto ftare, quod alteri fit captiofum.
70 Pupillus igitur, aut minor quia in obliga-
tionibus contrahendis implicitum validitatis
ftatum habet, fi contractus nullitatem in ju-
dicio propofuit, atque fententiam repoitavit
favorabilem, poterit inde, fi vellet, pœnitere,
adprobando contractum, invito etiam altero
contrahente, qui jam remanebit in eodem
ftatu, in quo erat de tempore contractus,
per fententiam Juliani in *l. Si Judex* 42. *ff.
de minor.*, & tradunt *Jovius de folemnit. in
contr. minor. Glof.* 22. § 20. *num.* 9., *&* 21.,
*Berfanus de pupillis cap.*2. *q.*32. *num.*4., *Capyc.
Latro dec.* 19. *num.* 13., *Altimari de nullit.
contr. tom* 1. *rubr.* 1. *q.* 1. *num.* 776.
71 Et fi uterque contrahens fuerit pupillus,
aut minor, tunc læfionem paffus audiendus
erit in refiliendo a contractu, opponendo
nullitatem, *Romanus conf.* 179. *num.* 16. *ver. quia
clarum*, aliique apud *Berfanum num.* 6.
72 Et non folum pupillus, aut minor, fed
etiam ejus heres contiactus nullitatem oppo-
nere poteft, *Jovius Glof.* 22. § 22. *num.* 41.,
Gratianus conf. 576. *num.* 45., *Cancerius ver.*3.
*cap.*2. *num.* 216., *Card. De Luca tom.* 1. *decif.
Rotæ* Rom. *lib.* 7. *dec.* 39. *num.* 6., *Altimari n.*
821., etiamfi per ejus principalem pupillum,
aut minorem numquam fuit conqueftum,
Jovius num. 42., *Altimari num.* 822., *Cancius
poft tract. de cenfib. dec.* 31. *num.* 10.
73 Immo etiam tertius. Hinc pro declaratio-
ne prædictorum dicendum eft, quod tertius
poteft etiam dicere de nullitate contractus
pupillaris, fi in bonorum poffeffione fuerit,
74 *Jovius num.* 53., *Gratianus cap.* 691. *num.* 12.
Dummodo per viam exceptionis deduceret
nullitatem ad tuendum forte fuum jus, vel
poffeffionem, *Jovius num.* 58., *Card. de Luca*
75 *num.* 7.. Quia fi ifte tertius fuerit actor, di-
ftinguendum eft, aut nullitas fuit præceden-
ter a minore contrahente oppofita, eo &
magis in judicio recognita, & tunc quidem
76 allegare eam poterit; fecus tamen fi oppo-
fita non fuit, quoniam per viam actionis ad-
verfus contractum venire nequit, *Card. De
Luca num.* 8., *&* 9.
77 Ceterum ifte tertius conventus poteft præ-
dictam nullitatem allegare, fi hujus nullitatis
exceptio fuerit exclufiva juris agentis, *Jovius
num.* 50., *Gratianus cap.* 700. *num.* 67., *Pari-*
78 *fius conf.* 40. *num.* 18. *lib.*4., *Surdus dec*, 108.
num. 10.. Aut fi tertius haberet intereffe in
caufa, *Jovius num.* 52., *Gratianus cap.* 100.
num. 66, *& cap.* 691. *num.* 15.. Aut fi habuif-
fet caufam a minore, *Jovius num.* 49., *Gra-
tianus dict. cap.* 691. *num.* 1.
79 Et minor etiamfi fe majorem juraffet, pot-
erit dicere de nullitate contractus, *Cancerius
var.* 3. *cap.* 15., *num.* 116., *Baronius eff.* 1. *circa
contract. num.* 150., aliique apud *Altimarem*
80 *num.* 823., quia tale juramentum non facit,
ut minor nequeat dicere de nullitate contra-
ctus, fed folum, ut non audiatur ad effectum
obtinendi in integrum reftitutionem, juxta
difpofitionem *l. Si alterius* 3. *Cod. fi minor fe
major.*, & tradunt *Gratianus cap.* 576. *n.* 39.,
Romanus conf. 12. *num.* 5., aliique.
81 Verum quod minor jurans fe majorem
quandoque privatur non folum beneficio re-
ftitutionis, fed etiam nullitatis, tunc breviter
demonftrabitur. Sciendum igitur eft, quod
minor dupliciter jurare poteft, & verbo tan-
tum, & tactis fcripturis; quando igitur con-
82 trahendo verbotenus juret fe majorem, ha-
bebit reftitutionis beneficium adverfus con-
tractum verbotenus juratum, fi fuam mino-
rem ætatem non teftibus, fed per inftrumen-
83 ta probaret. Quoties vero juramentum fue-
rit corporaliter, ideft tactis fcripturis præfti-
tum, & tunc quocumque modo, etiam per
inftrumentariam probationem volens minor
fibi profpicere ob caufam fuæ minoris ætatis,
nequaquam erit audiendus, quemadmodum
refcripferunt Impp. Diocletian., & Maxim.
in *l. Si alterius* 3. *Cod. fi minor fe ioajor.*,
in illis verbis: *Si tamen in inftrumento per
Sacramenti religionem te effe majorem affeve-
rafti, non ignorare debes, exclufum tibi effe
in integrum reftitutionis auxilium, nifi palam,
& evidenter ex inftrumentorum probatione, non
per teftium depofitiones te fuiffe minorem often-
deris: hujufcemodi autem Sacramento corpo-
raliter præftito, nullum tibi fupereffe auxilium
perfpicui juris eft.*
84 Quapropter dum quidam dicunt, quod
minor jurando fe majorem privatur reftitu-
tionis beneficio, non autem nullitatis, intel-
ligendi funt in cafu, quo minor ipfe verbo-
tenus juravit, nam tunc folum lex providet,
denegari reftitutionis beneficium, nifi per
85 inftrumenta minor ætas probaretur. Sed dum
minor corporaliter, feu tactis fcripturis fe
majorem effe cum juramento affeveravit,
non utique verum effe ajunt ipfi minori nul-
litatis beneficium competere, fed tam illud
reftitutionis, quam nullitatis eidem denegari,
prout & clare probare videntur illa verba
dictæ l. Si alterius, nempe: *Hujufcemodi au-
tem Sacramento corporaliter præftito, nullum,
tibi fupereffe auxilium perfpicui juris eft*; ly
86 *nullum auxilium* dubio procul & reftitutionis
& nullitatis beneficium excludere videtur;
alias fi ipforum aliquod competeret, illa verba
Textus non bene ftarent, prout ad faturita-
tem probat *Parifius lib.* 1. *conf.* 97. *num.* 35. *ad*
83., *&* in *num.* 37., ita notat: *Nec verifimile
eft, quod Imperator in fine illius legis, quan-
do juramentum eft corporaliter præftitum, fu-
ftuliffet omne auxilium, fi mentis fuæ non
fuiffet tollere remedium de omni auxilio com-*
pe-

*petens ; adversus contractum ratione minoris
ætatis ; esset enim delusoria dispositio dictæ
l. 3., si solam denegaretur restitutio , & con-
cederetur nullitas respectu minoris ætatis. Cum
utrumque dependeat ab ipsa ætate minori ; &
si concederetur auxilium nullitatis, dicta l. 3.
serviret de vento.*

87 Et adeo certa, & indubitata, atque ratio-
nabilis isthæc opinio visa fuit laudato *Parisio*,
qui in *num.* 64., Ita firmavit : *Et si aliquis
doctor reperitur , qui dicat , dictam l. 3. non
tollere etiam nullitatem causatam propter æta-
tem, istud dicit sine ratione , & lege ; & in
contrarium adsunt jura , rationes , & majores
auctoritates superius adductæ, expresse, & in
individuo volentes, minorem corporaliter juran-
tem se majorem excludi ab omni probatione
minoris ætatis, & sic a nullitate, quæ produ-
citur propter ipsam ætatem . Quibus conside-
ratis , proculdubio peritissimus Judex hanc
sententiam, & opinionem amplecti debet, cum
fulcita sit rationibus efficacissimis , & conclu-
dentibus, & majoribus auctoritatibus . Et pro
contraria opinione non adducitur , neque ad-
duci potest lex, seu ratio, quæ urgeat.* Et pro
hac sententia sunt etiam *Speculat. tit. de rest.
in integr.* §. 1. *num.* 14. , *Cornel. cons.* 121.
lib. 3.

88 Quibus omnibus prædictis nequaquam ob-
stantibus , contraria opinio verior est , &
communiter a Doctoribus adprobata, ut late
exponit *Oddus de restit. in integr. quæst.* 24.
art. 4. ; ubi plenissime, & magis rationabili-
ter firmat, minorem , qui corporaliter jura-
vit, nullitatis beneficium non amittere . Pa-
risius enim magnam vim facit in illis verbis
Textus, *nullum tibi superesse auxilium per-
spicui juris est*, ergo tam nullitatis, quam
restitutionis remedium ablatum esse videtur;
ad quod ita *Oddus* recte respondet , nempe
89 quod verba illa , *nullum superest auxilium*
referuntur ad diversitatem, & pluralitatem
casuum, quos Textus ipse exposuit, non ad
pluralitatem auxiliorum, quæ minori compe-
tunt, de quibus, excepto restitutionis auxilio,
neque in illo titulo , neque in ea lege ali-
quid dixerat . Eapropter sensus est , *nullum
superest auxilium*, idest neque in casu , quo
poterit per testes probari ætas , neque in
alio, quo poterit per instrumenta, restitutio-
nis auxilium concedendum est. Etenim Impp.
Diocletian. , & Maximian. loquentes in ea
lege de tollendo remedio restitutionis in in-
tegrum, & in aliquo casu dixerunt tolli , in
aliquo non . Postea vero in casu adversativo
sequenti dixerunt nullum superesse auxilium,
intelligi hoc debet, idest restitutionis auxilium
in nullo illorum casuum superesse, in quorum
altero supererat in casu præcedenti . Tum
90 etiam quia titulus ille collocatus est inter
alios tractantes materiam restitutionis in in-
tegrum , & non nullitatis. Et istum esse com-
munem intellectum illius Textus tradunt re-
lati per *Oddum num.* 29. , & *Jovium de so-
lemnit. in contr. minor. Glos.* 19. §. 7. *per
totum* , ubi in *num.* 33. testatur , hanc opi-
nionem esse in puncto juris veriorem, atque
in foro practicatam , & vide etiam *Cancerium
var.* 2. *cap.* 1. *num.* 31., *Gratianum cap.* 576.
num. 39.

91 Sed an majoris ætatis asseveratio nomina-
tim , & expresse corporaliter jurata esse de-
beat, aut sufficiens erit simplex majoris ætatis
asseveratio, si postmodum juretur corporali-
ter, omnia , & singula in instrumento con-
tenta vera esse ? vide in hac *p.* 3. *cap.* 25. *num.*
67. , & 158., & *seqq.*

92 In casu tamen, quo cum pupillo , aut mi-
nore contrahens de nullitate contractus op-
ponere nequit , potest tamen petere , ut
minor declaret, si velit , vel ne stare contra-
ctui , per sententiam Ulpiani in *l. Julianus* 14.
§. *si quis colludente ff. de action. empt.* , &
communiter tradunt *Gratianus cap.* 27. *n.* 42.,
& *cap.* 547. *num.* 7., *Cancerius var.* 1. *cap.* 13.
num 49., *Gomesius var.* 2. *cap.* 2. *num.* 21. *in
fine* , *Sabellius tom.* 4. *resol.* 98. *num.* 10. , *Mer-
linus cent.* 1. *contr.* 21. *num.* 9. , ubi *Scoppa
num.* 26., *Jovius Glos.* 22. §. 22. *num.* 4. , *De
Faria ad Covarruvias var.* 2. *cap.* 4. *num.* 6. ,
Bersanus de pupillis cap. 2. *q.* 32. *num.* 5. , *De
Franchis dec.* 35. *num.* 9. , *Capycius Latro dec.*
19. *num.* 15. , *Surdus dec.* 69. *num.* 13. , *Altimari*
93 *de nullit. contr. tom.* 1. *rubr.* 1. *q.* 1. *num.* 764. .
Ad quam declarationem peragendam minor
cogi potest, *Cancerius loc. cit.*, *Sabellius n.*
11., & §. *minor num.* 35., *Jovius num.* 3., &
15. , *Altimari num.* 767. , *Surdus dec.* 70. *n.* 23.,
Reg. de Ponte lib. 1. *cons.* 49. *num.* 6. . Et si
94 renuerit minor , non teneretur altera pars
contrahens stare contractui, benevero petere
poterit , ut contractus declaretur nullus , ut
aliis relatis firmat *Altimari num.* 792.

95 Et minore declarante, ipsius declaratio cum
iis solemnitatibus, quæ ab initio ad rite con-
trahendum necessariæ erant , peragenda erit,
Jovius num. 5., *Cancerius num.* 92., *Bersanus
loc. cit.* , *Scoppa ad Merlinum num.* 29. ,
Sabellius dicta resol. 98. *num.* 11., *Oddus de
restit. in integr. q.* 25. *art.* 2. *num.* 20. , *Gratia-
nus cap.* 714. *num.* 14., *Capyc. Latr. loc. cit.*,
ubi *Manfrella num.* 12. , *Altimari num.* 768.,
& 771.

96 Post quam declarationem legitime per-
actam, ex tunc , non ex nunc validitatem ac-
ciperet contractus ; ad differentiam quando
contractus ipso jure esset nullus , quoniam
97 tali casu valeret ex nunc , quia actus nullus
non retrotrahitur ad tempus contractus , ubi
nullum invenit principium conservabile, ple-
ne *Merlinus n.* 7., & 8 , *ubi Scoppa n.* 30., &
vide quæ plenius dicemus *n.* 117., & *seqq.*

98 Qua declaratione legitime jam sequuta, ne-
quit amplius minor de nullitate dicere, *Al-
timari n.* 773., & 793. , *Jovius n.* 9. , & 21. , *Sa-*
99 *bellius* §. *Contractus*, *n.* 8. *in fine*. Immo ne-
que

que poterit venire contra per viam restitu-
100 tionis in integrum, *Jovius n.26., & seqq.* Ve-
rum si de contractus nullitate dixit, poterit
quidem se inde pœnitere, & dicere, quod
velit stare contractui; licet sententiam pro
se favorabilem reportaverit, *Jovius n. 12.*

101 Hoc tamen certum est, quod in totum
adprobare, aut reprobare minor debet; non
autem utiliter gesta velle, inutiliter vero nol-
le, ut tradit *Ulpianus in l.cum quæreretur 17. ff. de adm. tutor., Jovius glos. 15. §.7. n. 78., & glos. 22. §. 20. n. 40., Covarruvias var. 2. cap. 16. n. 5., Salgadus labyr. credit. p. 1. cap. 34. n. 13., Tuschi tit. M. concl. 245. n. 1., Sabellius §. minor n. 36., & tom.4.resol.93.17., Altimari*
102 *n. 811.*. Contractus enim unicus, maxime
juratus, cum sit individuus, non recipit pro
parte acceptationem, & pro parte recusa-
tionem, cum ista duo contraria sint in exer-
citio; ideoque tamquam allegans contraria,
& incompatibilia audiendus non erit, etiam
respectu diversarum rerum ab eodem con-
tractu dependentium, *Salgadus d. n. 13. cum seqq., Sabellius § contractus n. 9.; Gratianus*
103 *cap. 301. n. 57., & 58.*, ubi subdit, quod per
partis receptionem extenditur consensus ad
totam rem, integrumque contractum; quam-
vis adversus hanc partis receptionem in in-
tegrum restitui possit.

104 Omnia tamen prædicta, quæ pro minore
declarante diximus in pupillo non procedunt;
Etenim pupillus, sua pupillari ætate durante,
ad præfatam declarationem peragendam ne-
quaquam cogi potest, ut tradunt *Jovius in d. §. 20. n. 1., Moman.de tutelis cap.33. n.458., Sabellius §. contractus n. 8.*, aliique apud *Altimarem de nullit.contract. tom. 1. rubr. 1. q. 1.*
105 *n. 765.*. Hinc inadvertenter ait *Bersanus de pupillis cap. 2. q. 32. n. 5.*, pupillum etiam
ad declarandum cogi posse, & quamplures
laudavit, qui revera de pupillo nullam men-
tionem fecerunt, sed tantum de minore, uti
ipsos observatos habui; eapropter ab illius
106 dicto cave; sed pubertatis tempus expe-
ctandum erit, ut tradunt *Jovius num. 2.*,
107 aliique apud *Altimarem num 766.*. Nullibi
enim statuerunt jura, posse pupillum com-
pelli ad declarationem efficiendam, benevero
ipsius favore claudicare contractum; iccirco
respectu pupilli esset novam legem condere,
non autem interpretari, ita *Jovius loc. cit.*

108 Sciendum tamen est, non defuisse, qui
opinati sunt, denegari audientiam contrahenti
cum minore, ut prædictam declarationem
petere possit; ipsos tamen expresse refellunt
Altimari de nullit. senten. tom. 1. rubr. 4. q. 1. n. 23., Scoppa ad Merlinum cent. 1. contr. 21. n.27., aliique ab istis relati; quia loquuti fuero
contra jura, & adversus communem Docto-
rum sententiam, prout & ita adhuc tradit
Surdus dec. 70. n. 24.

109 Pariterque alii voluerunt, minoris ele-
ctionis esse adprobare, vel revocare contra-
ctum, sed antequam cum ipso minore con-
trahens de nullitate dixisset; quia si præventa
fuerit nullitas, non esset amplius in illius
electione adprobare, vel reprobare contra-
ctum. Quod volitum tamen quantum a ve-
ritate distat late ostendit *Sperellus dec. 155. n.9., & seqq.*, quem cum aliis refert *Sabellius §. contractus n. 8. in fine*.

110 Usque ad quod tempus vero per pupil-
lum, aut minorem contractus nullitas alle-
gari possit, statutum fuit ab Imp. Justiniano
in l. fin. §. ideoque Cod. si major fact.alien. sine decr. rat. habuer., nempe per continuos
quinque annos post impletam minorem æta-
tem; & sic transacto quinquennio post deci-
mumoctavum annum de jure nostri Regni,
111 contractus nullitas per pupillum, aut mi-
norem factum majorem nequit amplius pro-
poni; cum adprobatus censeatur contractus;
quod commune est apud omnes, ut tradunt
Simoncellus de decretis lib. 3. tit. 9. n. 9. Oddus de restit. in integr. quæst.25. art. 5. n.44.

112 Scire tamen oportet, duos esse in Codice
titulos, unum sub rubrica *si major factus ratum habuerit*; alterum, *si major factus alienationem sine decreto ratum habuerit*.
Quos in eo differre existimarunt *Glos. in dicta l. fin.*, & ibidem *Salicet.*, & *Curt. jun. cons. 50. num. 8.*, ut titulus prioris ru-
bricæ intelligi debeat, quoties alienatio ob
solemnitatis defectum irrita, expresse aut
verbo, aut facto in ætate perfecta confir-
matur. Titulus vero posterioris rubricæ,
dum alienatio ex eadem causa irrita tacite
per quinquennii lapsum confirmatur.

113 Nihilominus tamen discrimen hoc non
tam puerile, quam Jureconsulto minime
dignum semper credidit *Menochius recuper. rem. 15. num. 105., & seqq.*. Etenim inquit,
quod ex titulo posterioris rubricæ satis aper-
te apparet in illis verbis *l.1.*, nempe, *consensum dedisse*, hominis factum denotare; &
sic de consensu expresso adhuc intelligendus
est. Prout & clarius patet ex verbis illis *l. 2.*, nempe, *speciali confirmatione*. Quæ verba
expressam confirmationem, non jam tacitam
ratihabitionem inducere quidem videntur, pro-
ut allata opinio dicere voluit. *Menochii* vero
sententia, quæ nobis magis arridet, pro sana
114 horum titulorum explicatione ea fuit, quod
titulus prioris rubricæ, *si major factus ratum habuerit*, loquitur, & intelligendus est in ca-
su, quo pupilli, vel minoris contractus in
se validus, & legitimus est ob servatas juris
solemnitates, sed tamen in aliquo læsivus,
itaut restitutioni locum præbeat; quod de-
monstrare videntur ea verba *l.2.* nempe, *frustra rescissionem eorum postulat*. Titulus vero
115 posterioris rubricæ, *si major factus alienationem sine decreto rat. habuer.*, loquitur, &
intelligendus est, dum minoris contractus
ex solemnitatis defectu fuit nullus, sed
a minore effecto majore, aut expresse per

ea

ea verba *l. 2. speciali confirmatione*, aut ta-
cite per quinquennii lapsum fuit ratificatus,
per ea verba ejusdem *l. 2. statuti temporis
excursu*, & plene habetur etiam *in l. 3.*.
Quam Menochii sententiam tamquam ve-
riorem, jurique consonam sequuntur *Simon-
cellus de decretis lib. 3. tit. 9. num. 1.*, *Tu-
schi lit. M. concl.* 254. *num.* 21., *& seqq.*, *Tas-
sonus super prag. de antefato ver.* 13. *obs.* 1.
num. 40., aliique communiter; quamquam
non lateat *Oddum de restit. in integr. q.* 25.
art. 3., quamplures alias opiniones in me-
dium adferre, & in *num.* 28. *in fine* hanc
Menochii sententiam magis communem, &
veriorem nominat, atque ipsi semper pla-
cuisse fatetur.

116 Quæ tamen ratihabitio tam tacita, quam
expressa non nuda, & simpliciter esse debet,
beneverò cum certa, & plena cognitione
actus nulliter celebrari, aliisque, de quibus
plene in *cap.* 20., ubi de ratihabitione agetur.

117 Et per hanc tacitam ratihabitionem per
quinquennii lapsum num contractus valide-
tur ut nunc, aut retrotrahatur ratihabitio ad
tempus contractus, etiam pro ratione damni,
interesse, atque hypothecæ aliis medio tem-
pore legitime quæsitæ? Distinctione casus
resolvitur. Aut contractus est ipso jure nul-
lus; aut aliquo modo tenet: primo casu
subsequens ratificatio ad contractus tempus
non retrotrahitur, sed eum prout ex nunc
valere facit, ut tradunt *Gratianus cap.* 124.
num. 22., *Merlinus cent.* 1. *contr.* 21. *num.* 8.,
Alex. conf. 78. *num.* 24. *lib.* 5., *Surdus dec.* 70.
num. 22., *Altimari de nullit. sentent. tom.* 1.
rubr. 4. *q.* 1. *num.* 46.. Et ideo recte *Gratia-*
118 *nus loc. cit.*, *& Surdus dec.* 245. *num.* 5.;
& 6. firmarunt, prædictam ratihabitionem
potius novum actum inducere, quam pri-
mum ratum habere; quod notandum monent
pro damnis, & interesse aliis medio tem-
pore quæsitis.

119 Secundo casu subdistingue: aut retrotra-
ctio in tertii præjudicium redundat, vel non;
primo casu non retrotrahitur ratihabitio in
præjudicium eorum, qui antea legitime con-
traxerunt, ut tradunt *Tiraquellius de retract.
consang.* §. 1. *Gl.* 10. *num.* 66., *Cacheranus dec.*
119. *num.* 28., *Surdus dec.* 245. *num.* 8., *Af-
flictus dec.* 335. *num.* 12., aliique; secundo
120 casu vero secus est, cum retrotrahatur
ratihabitio ad tempus contractus, *Tiraquell.
num.* 67., *Gratianus cap.* 124. *num.* 26., *Sur-
dus loc. cit.*, *Afflictus dec.* 286. *num.* 3., *Al-
timari num.* 45.

121 Sed an in casu, quo tertii præjudicium
non adest, tam ratihabitio tacita, quam ex-
pressa ad contractus tempus retrotrahatur?
Affirmat *Alex. conf.* 117. *num.* 2. *lib.* 5.. Rectius
122 tamen tradiderunt *Menochius recuper. rem.*
15. *num.* 153., *& seqq.*, *Gratianus num.* 22.,
& seqq., *Merlinus cent.* 2. *cap.* 100. *num.* 41.,
Surdus dec. 245. *num.* 10., aliique, nempe
tacitam legis ratificationem contractum mi-
noris validare ut tunc, atque retrotrahi,
tamquam ab initio contractus ipse, cum de-
creto fuisset peractus. Secus vero expressam
minoris ratihabitionem. Et quamquam ab-
surdum videatur, ut tacita ratihabitio magis
quam expressa operetur; cum regulare sit,
123 fortiorem esse expressi, quum taciti vir-
tutem: nihilosecius tamen in casu præsenti
in contrarium est veritas, quam *Alexander
in dict. conf.* 117. majori cogitatione oppres-
124 sus expendere desiit. Sciendum igitur est,
eam esse diversitatis rationem, quia lex
potest contractum nullum confirmare, quod
facere nequit homo, qui fingere non potest
validum, quod nullum foret, & sequuntur
Simoncellus de decretis lib. 3. *tit.* 9. *n.* 18.,
Baronius eff. 1. *circa contract. num.* 798., *Ber-
sanus de pupillis cap.* 2. *q.* 34. *num* 9.

125 Verum plures sunt casus, in quibus ta-
cita ratihabitio ex quinquennii lapsu nequa-
quam procedit. Primus est, quando in con-
tractu ex parte adversarii intercessit dolus
Simoncellus num. 3., *& 32.*, *Menochius n.*
177., *Oddus de restit. in integr. q.* 25. *art.* 5.
num. 56. *in fine*, *De Marinis var.* 2. *cap.* 18.
num. 51., *Bersanus num.* 21., *Sorge in jurispr.*
126 *tom.* 1. *cap.* 12. *num.* 10.. Quod suum locum
vindicat, etiamsi dolus fuerit præsumptus,
ut tradunt *Gratianus cap.* 513. *num.* 12., *Du-
ardus de societate lib.* 1. *cap.* 3. *q.* 2. *num.* 37.,
127 *& seqq.*, *Romanus conf.* 54. *num.* 3.. Sed
in hoc contrarium magis commune tradunt
Menochius recuper. rem. 15. *num.* 179., *Simon-
cellus num.* 34., *Parisius lib.* 1. *conf.* 49. *n.* 24.,
Jovius de solemnit. in contr. minor. Glos. 22.
§. 23. *num.* 120.

128 Et quamvis sint, qui existimant; non
procedere hanc tacitam ratihabitionem, et-
iamsi dolus fuerit cognitus minori facto ma-
jori, ut sunt relati per *Gabrielem tit. de mi-
norib. concl.* 4. *num.* 11.: nihilominus tamen
contrarium rectius docent *Menochius n.* 137.
Simoncellus num. 35., *Bersanus num.* 23., alii-
que. Etenim minor si major effectus non
ignoravit, sed novit dolum, eidem renun-
tiasse videtur. Cum dolus etiam verus de
præterito remitti possit, ut probat *Gratian.
cap.* 513. *num.* 27.

129 Immo nec si expresse minor factus ma-
jor ratificasset, ipsa ratificatio valeret, si de
dolo certam notitiam non habuisset, ut
plene tradit *Parisius lib.* 1. *conf.* 49. *n.* 44.

130 Secundus casus est, ut non habeat locum
tacita ratihabitio in contractu simulato, cum
contractus simulatus non sit contractus, ut
volunt Cajus in *l. Simulatæ ff. de rit. nupt.*,
& Paulus in l. Emptor 12. *ff. de aqu. pluv.
arc.*, & tradunt *Menochius num.* 182., *Tu-*
131 *schi lit. M. concl.* 254. *num.* 52.. Immo ma-
gis per simulationem, quam per dolum con-
tractus redditur nullus *Menochius num.* 183.,
Oddus num. 50., *Simoncellus num.* 40.

Ter-

132 Tertius casus est, ubi contractus fuit
nullus ob inobservatam solemnitatem, &
insimul læsivus. Etenim sublata nullitatis cau-
sa ex quinquennii cursu, remanet nihilomi-
nus causa læsionis, quæ per quinquennium
non tollitur; *Menochius num.* 184., *Tuschi*
num. 76., *Simoncellus num.* 44., *De Marinis*
num. 54., *Gratianus cap.* 513. *num.* 9.. Immo
133 etiamsi expresse minor factus major con-
tractum ratificasset, semper de læsione dice-
re poterit, *Ursillus ad Afflictum in dec.* 249.
num. 17., *Sorge in jurisprud. tom.* 1. *cap.* 20.
134 *num.* 44.. Intelligas tamen de læsione enor-
mi, & enormissima, quæ per triginta annorum
tempus tollitur, ut dicemus *cap. seq. n.*121.,
135 *& seqq.*. Non autem de modica læsione,
ea nempe, quæ Judicis arbitrio reposita est,
ut in eodem *cap. num.* 79., *& seqq.*, quia
hujuscemodi læsio quadriennii cursum exqui-
rit. quo elapso a die scientiæ, non erit
amplius restitutioni locus, ut tradit *Bersa-*
nus de pupillis cap. 2. *q.* 34. *num.* 25., *& seqq.*,
& vide in citato *cap. seq. num.* 107.
136 Quartus casus est, si minoris contractus
erit nullus non tantum ob decreti deficien-
tiam, sed pariter alterius sólemnitatis, ut
ob deficientiam curatoris &c., quoniam tunc
quia contractus diverso nullitatis vitio labo-
rat, decreti nempe, & curatoris, nequaquam
procedere potest dispositio *dicta l. fin.*, quæ
solummodo in casu deficientiæ decreti, de
quo loquitur, intelligenda est, ut tradunt
Parisius cons. 49. *num.* 11. *lib.* 1., *Tuschi lit. M.*
137 *concl.* 254. *num.* 32., *De Marinis var.* 2. *cap.*
18. *num.* 53.. Etenim dum contractus labo-
rat vitio decreti, & curatoris, respectu primi
resultat nullitas & toto *tit. Cod. de præd.*
minor. sine decr. non alien.; & respectu se-
cundi ex Text. *l. Si curatorem Cod. de in in-*
tegr. restit., unde quia dispositio *dicta l. fin.*,
fuit tantum in deficientia decreti considerata
sub illis verbis, *minime posse retractari eam*
occasione prætermissionis decreti, sequitur,
quod si nullitas altero, quam ex decreti
defectu provenit, nequaquam sub dispositio-
ne *l. fin.* cadere debet; eo magis, quia ejus
dispositio est destructiva privilegii minoris
ætatis, ideoque restringenda quantominus
ipsi minori lædere potest.
138 Contrarium tamen melius, & rectius
docuerunt *Menochius recup. rem.* 15. *n.*140.,
& seqq., *Cencius de censib. p.* 1. *cap.* 2. *q.* 1.
art. 2. *num.* 4., *Simoncellus de decretis lib.* 3.
tit. 9. *num.* 25.; aliique, ut nempe omne
nullitatis vitium ex quovis capite proveniens
per quinquennii lapsum tollatur. Et sic nulla
erit constituenda differentia in nullitatis spe-
cie. Quamplura erudita satis recensentur per
Menochium, & Simoncellum in cit. loc., quæ
integre referre, magnum foret tempus ne-
cessarium. Breviter igitur quæ magis optima,
& rationi, jurique congrua sunt expende-
demus. Hinc decretum in genere, & in
139 specie considerari potest. In specie acci-
pitur pro actu separato a causæ cognitione,
& a ceteris solemnitatibus, prout probari
videtur ex illis verbis *l.* 3. *Cod. si quis ignor.*
nempe, *sine cognitione causæ, & interpositione*
decreti; quia causæ cognitio, quæ in multis
versatur, ut in *cap.* 3. diximus, debet de-
cretum præcedere. In genere vero sumitur
decretum, quatenus capax est, & in se com-
plectitur causæ cognitionem, aliasque sole-
mnitates, quæ in hujusmodi alienationibus
exiguntur. Patet primo ex Inscriptione ti-
tulorum de hac materia tractantium. Etenim
titulus *ff. de reb. eor.*, inquit in genere,
bona minorum non esse alienanda sine de-
creto, quod decretum cum omnibus sole-
mnitatibus interpositum existimandum est;
alias absurdum erit dicere, solum decretum
sine præcedenti causæ cognitione interposi-
tum, minoris contractum convalidare posse.
Idem necnon deducitur ex titulo *Cod. de*
præd., & aliis *reb. minor.*. Hinc sequitur,
quod cum decreto licitum est alienare;
quod decretum non alias intelligi debet,
nisi illud cum interventu omnium solemni-
tatum; nam alias decretum simpliciter in-
140 terpositum nullam vim haberet. Unde dum
in recensita *l. fin. Cod. si major fact. alien.*
habetur, quod per quinquennii lapsum sa-
natur nullitas a decreti defectu proveniens,
ex illis verbis, *occasione prætermissionis decreti*,
decretum hoc nequaquam erit assumendum
pro singulari illo actu auctoritatis interpo-
nendæ, sed pro integro, perfectoque decre-
to, interposito cum causæ cognitione, &
ceteris solemnitatibus. Ponderando etiam
ea verba ejusdem *l. fin.*: *quasi ab initio le-*
gitimo decreto; & legitimum dici non pot-
erit, nisi cum omnibus solemnitatibus fuerit
interpositum. Epropter dum in *dicta l. fin.*
fit mentio de decreto, & de decreto legitimo
intelligendum idem est cum differentia sim-
plicis decreti, quod alias sine causæ cogni-
tione, ceterisque solemnitatibus interpositum
141 est. Regulare enim est, ut per Judicem
non interponatur decretum, nisi necessitas
solemnitates anteponere faciat. Atque lex
semper de iis, quæ regulariter occurrunt,
loqui videtur *l. Nam ad ea ff. de legib.*. Et
consequenter de legitimo decreto enunciata
l. fin. intelligenda est. Quapropter per quin-
quennii lapsum quævis nullitas ex quocum-
que capite proveniens tollitur, & sanatur,
& vide etiam *Staibanum tom.* 2. *obser. ad*
resol. 166. *num.* 77.
142 Quintus casus, ubi locum non habet ta-
cita ratihabitio ex quinquennii lapsu, est in
minore contractum ignorante. Etenim quin-
quennii tempus non præscriptionem, ut mox
dicemus, sed ratihabitionem inducit, quæ
in ignorantem cadere nequit, *Menochius*
recuper. rem. 15. *num.* 185., *Simoncellus de de-*
cretis lib. 3. *tit.* 9. *n.* 37., *Gratianus cap.* 513.

num.

num. 11., *Cacheranus dec.* 179. *num.* 13.
143 Sextus casus est in minore dubitante.
Dubitans enim ignoranti æquiparatur; hinc
non sufficit minorem habere notitiam in
genere venditionis factæ, nisi etiam tenor
ipsius in cunctis ejus partibus innotuerit, &
præsertim in deficientia solemnitatis. Alias
tacendo, non censetur consentire, & rati-
ficare, quia qui credit non posse recusare,
non existimatur habere velle, & ut dubitans
habendus est, ita *Simoncellus num.* 38., *&* 39.
144 Septimus casus est, ut non habeat locum
de jure canonico, quo attento nequaquam
procedit dispositio *l. fin.* propter malam fi-
dem illius, qui scit contractum non valere,
Parisius cons. 49. *num.* 24. *lib.* 1., *Sorge in
jurispr. tom.* 1. *cap.* 12. *num.* 11., *Riccius in
prax. civ. p.* 1. *tit.* 4. *cap.* 2. *num.* 11.. Contra-
rium nihilominus, & rectius docent *Meno-*
145 *chius recuper. rem.* 15. *num.* 188., *Simoncellus
de decretis lib.* 3. *tit.* 9. *num.* 43., *Tuschi lit.
M. concl.* 254. *num.* 41., *Gratianus cap.* 513.
num. 4., aliique, ut nempe etiam de jure
Pontificio sibi locum vindicat dispositio præ-
dictæ *l. fin.*, quia non præscriptionem, ut
adversarii male sentiunt, sed ratihabitionem
inducit, quasi quod novus contractus oria-
tur. Hinc est, quod in ætate perfecta si
huic alienationi non assistit lex, nec etiam
resistit, iccirco nullum subest malæ fidei im-
pedimentum. Et sic cessat regula *cap. qui*
146 *contra jura de reg. jur. in* 6., ubi habetur,
contrahentem cum minore sine solemnitati-
bus esse in dolo, & mala fide, quæ regula
procedit jam ubi contractui lex resistit, non
vero ubi si non assistit, nec minus resistit,
quemadmodum probant laudati auctores.
147 Octavus casus, ubi non habet locum di-
spositio *dicta l. fin.* secundum *Mauritium
de restit. in integr. cap.* 312. *in fine*, est quan-
do post paucos dies, quod major fuerit ef-
fectus, confirmaret, seu ratum haberet con-
tractum; ea ex ratione, quia minor in tali
statu adhuc juvenilem sapit fragilitatem,
ipsius tamen sententiam falsam existimavit *Si-*
148 *moncellus de decretis lib.* 3. *tit.* 9. *n.* 48., *&
Oddus de restit. in integr. quæst.* 25. *art.* 5. *n.*
55., ex eo quod in dicta *l. fin.* generaliter,
& indistincte fuit statutum, ut post minorem
ætatem valeat minor confirmare id, quod
in minori ætate fuit gestum. Et quoties ad
tempus est aliquid prohibitum, illico adve-
niente tempore, dicitur prohibitio remota,
per notata in *l. Pater filium* 56. *§. fundum*
149 *ff. de leg.* 3.. Et quamquam naturali cursu
non fiat iste saltus ab imprudentia ad pru-
dentiam, & ab imbecilli ad sanum consilium:
nihilominus lex ita credit, ut istæ præsum-
ptiones tollantur, quemadmodum & videtur
in transitu a pupillari ætate ad pubertatem,
ut si fiat testamentum in fine decimiquarti
anni non valet; si tamen fiat die sequenti,
valeret, quia lex vult, ut credamus illum
ea die, qua factus fuit pubes, aptum fuisse
effectum ad testandum, & non prius, ita
Oddus num. 56.
150 Nonus casus est, quando minor major
effectus ante quinquennii lapsum declarat se
nolle ratificare id, quod in ætate minori
gessit; quoniam *l. fin.* loquitur in casu, quo
minor expresse ratificat, vel per statutum
tempus tacet; quorum utrumque in prædicto
casu cessat, *Simoncellus num.* 49., *Oddus*
151 *num.* 52.. Unde ad tollendam hanc tacitam
ratihabitionem sufficiens erit extrajudicialis
querela, & conquestus ipsius minoris, *Jo-
vius de solemnit. in contr. min. Glos.* 22. *§.* 23.
num. 79., *De Marinis var.* 2. *cap.* 18. *num.* 87.,
Riccius in prax. civ. p. 1. *tit.* 4. *cap.* 2. *num.* 16.,
ver. & ad tollendam.
152 Decimo tandem quæritur; an hæc tacita
quinquennalis ratihabitio procedat tam in
contractu celebrato ab ipso minore, quam
a solo curatore, aut ab utroque? Pro sana
hujus quæsiti resolutione præmittendum est,
quod diversimode contractus iste accidere
potest. Primo ab ipso minore cum curatoris
consensu; secundo ab ipso minore tantum
curatorem habente, sed absque ejus aucto-
ritate contrahente; tertio ab ipso minore
curatore carente; quarto a curatore, præ-
sente, sciente, & consentiente minore;
quinto a solo curatore contrahente nomine
minoris; sexto a curatore minoris rem, ut
propriam, alienante; septimo a tutore, aut
curatore ante confectum inventarium, vel
susceptam administrationem; octavo a per-
sona non legitima. Quibus positis,
153 Resolvimus primo, quod in primo, se-
cundo, tertio, & quarto casu semper tacita
quinquennalis ratihabitio ex dispositione *l.
fin.* procedit, quoniam minor factus major
in taciturnitate quinquennii censetur adpro-
bare quicquid ipsemet in ætate minori quo-
cumque modo egit, ut tradunt *Corne. cons.*
207. *num.* 6. *lib.* 3., *Cariq. cons.* 63 *num.* 21.
lib. 1., *Menochius recuper. rem.* 15. *num.* 149.,
Simoncellus lib. 3. *tit.* 9. *num.* 10., *De Marinis
var.* 2. *cap.* 18. *num.* 50., *Capycius dec.* 92. *n.*
3., *Riccius num.* 16.
154 Resolvimus secundo respectu quinti casus
cum distinctione; etenim discordantes opi-
niones sunt. Prima tenet affirmative ea ex
ratione, quia minor scit, vel saltem scire
præsumitur gesta per tutorem, ita *Simon-
cellus, & Menochius loc. cit.*; plene *Domi-
nicus Tassonus sup. prag. de antefato ver.* 13.
obs. 1. *alleg.* 28., *Alex. cons.* 117. *num.* 2. *lib.* 5.,
Decius cons. 331. *num.* 3., aliique apud *Tuschi
lit. M. concl.* 254. *num.* 16., *&* 38.. Secunda
155 opinio tenet contrarium, quam amplexus
fuit *Staibanus Jun. cent.* 2. *resol.* 135. *n.* 2., ea
fallaci ratione, quia talis emptor, uti malæ
fidei possessor, nullo tempore præscribere
156 potest. Prima tamen opinio tamquam ve-
rior amplectenda est, dummodo minor per-

sectam habuit notitiam contractus nulliter
per curatorem gesti; secus autem non. Et-
enim idem est in tempore adesse, quam
postea scire, ita recte *Cancerius var. 2. cap.
1. num.* 40.
157 Fallacem Staibani rationem esse diximus,
quoniam quinquennii lapsus non præscripti-
onem, sed ratihabitionem inducit, ut modo
diximus; cui ratihabitioni mala fides obstare
nequit; quia in ætate perfecta si non assistit
lex contractui, nec etiam resistit, ideirco
nullum subest malæ fidei impedimentum, ut
firmat *Simoncellus num.* 43. . Præterea per
158 *Text. in l. 1. Cod. de fide instrum. lib.* 10. ha-
betur, causari malam fidem in contractu ob
non servatas solemnitates, prout & tradit
Menochius num. 179., & maxime in contra-
ctu minoris, ut tradit *Staibanus n.* 1., *&* 2.
Eapropter si quocumque modo cum minore
159 sine solemnitate contrahitur mala fides
inest, si eadem noceret, non daretur casus,
per quem quinquennalis ratihabitio procedere
posset. Melius igitur dicere poterat Staiba-
160 nus pro firmitate suæ opinionis, quod quo-
ties non apparet, minorem habuisse notitiam
defectuum contractus, præsumenda est igno-
rantia, quæ ratihabitionem non inducit
quemadmodum firmavimus in quinto casu.
161 Resolvimus tertio respectu sexti casus,
ut nequaquam erit locus dispositioni *l. fin.*,
ut plene per *Menochium num.* 163. *&* 175., *&*
162 *Simoncellum num.* 45.. Et idem pariter pro
septimo, & octavo casu, ut plene *Cravetta
cons.* 853. *num.* 5., *& seqq.*, quem laudat *Tu-
scht lit. M. concl.* 254. *num.* 67., *& in num.* 69.
subdit, quod si alienatio non fuit facta per
103 minorem, & ipse non intervenit, non
præsumitur ratificatio per lapsum quinquen-
nii, eo effecto majore, & citat *Parisium
cons.* 100. *num.* 36. *lib.* 1., *Ruinum cons.* 63. *n.*
21. *lib.* 1., & alios.
164 Nota hic, & perpetuo tene menti, quod
quoties dispositio *l. fin. Cod. si maj. fact. alien.*
suum locum obtinet, procedit in casu, quo
minor agit; secus vero, dum convenitur.
Quoniam tunc etiam elapso quinquennio
contractus nullitatem allegare, & opponere
potest, ut tradit *Cancerius var.* 2. *cap.* 1. *n.* 38.
cum *Malvesio cons.* 86. *n.* 21. *lib.* 1.
165 Tandem dubitatum apud quamplures au-
ctores invenit, num hic quinquennii lapsus
currat post majorem ætatem 25. annorum
secundum jus commune; aut post decimum-
octavum vigore Constitutionis Regni nostri
incip. *Minorum jura*? Pro certo habetur,
quod si statutum disponit ætatem annorum
166 decem, & octo intelligi perfectam, &
legitimam, non esse nihilominus legitimam
ad alienationem bonorum immobilium, ut
eadem sine decreto alienare possit, ut tra-
dunt *Simoncellus de decretis lib.* 3. *tit.* 8. *n.* 24.,
Cachera *s dec* 85. *n.* 13., aliique apud *De
Luca ad Franchis in dec.* 650. *n.* 1.. Pari-
167 terque si statutum dicat, existentem in
decimoctavo anno haberi pro majore viginti-
quinque annorum, non ideo intelligi habili-
tatum in alienandis bonis immobilibus, ut
tradunt *Cancerius var.* 1. *cap.* 7. *n.* 15. *in fine*,
Gratianus cap. 233. *n.* 23., *Decius cons.* 39.
n. 3. *in fine*, *Ayllon ad Gomesium var.* 2. *cap.*
14. *n.* 15. *in fine*. Ad cujus comprobationem
168 ajunt, quod statutum tribus in casibus ve-
rificari potest. Primo in contractibus, &
obligationibus, in quibus alienatio non con-
tinetur. Secundo in alienatione mobilium.
Et tertio in alienatione immobilium. Ea-
propter dum enunciatum statutum in uno
ex tribus casibus intelligi potest, interpretari
debet, ut de duobus tantummodo primis
casibus loqui videatur, non jam de tertio,
ad hoc ut jus commune quantominus læsum
appareat; quod probari videtur ex *Tex. Imp.
Aureliani in l.* 1. *Cod. de iis, qui ven. ætat.*,
169 ubi statutum fuit, quod impetrata per mi-
norem ætatis venia a Principe, tamquam
major erit reputandus, nec adversus male
gesta succurri poterit, ne secum contrahen-
tes principali auctoritate circumscripti esse
videantur. Et nihilominus, non obstante hac
ætatis venia, quæ minorem facit majorem,
nequit talis minor bona sua immobilia sine
Judicis decreto alienare, cum in hoc casu
similis sit conditio omnium minorum, sive
petita sit, sive non ætatis venia, quemad-
modum præscripsit *Imp. Justinianus in l. Eos
qui* 3. *Cod. eodem*. Hinc inferunt nonnulli,
170 quod si ætatis venia non extenditur quoad
potestatem alienandi, sed necessaria sunt,
quæ jus commune disposuit, pariter & idem
de statuto erit dicendum, vide *Gratianum*
171 *cap.* 233. *n.* 24. . Et ex prædictis deduxit
Moccia in resol. 64., quod ex eo quia con-
stitutio *Minorum jura* coarctavit tempus 25.
annorum a jure communi statutum, non
intelligitur coarctasse casum alienationis im-
mobilium, benevero exclusus judicandus erit;
& sic quinquennii tempus ad nullitatem
contractus proponendam post vigesimum
quintum incipere consuluisse refert.
172 Quamquam omnia prædicta magni pon-
deris esse videantur, nihilosecius tamen in
Regno nostro contrarium servatur, quem-
admodum testatur *De Luca ad Franchis in
dec.* 650. *n.* 2., ubi expresse Mocciam resel-
lit. Eapropter minoris ætatis tempus a jure
communi determinatum quoad omnia in
nostro Regno per Constit. *Minorum jura*
coarctatum est, prout universa Regni praxis
servat; & vide etiam *Duardum de societate
lib.* 1. *cap.* 3. *q.* 2. *num.* 22.

Dum igitur minor major factus intra quin-
quennii tempus de nullitate contractus ex-
periri velit, sequenti modo comparere poterit.
173 „ Nella Corte della Città N. comparisce
„ Francesco Franco, e dice, come nell'anno
„ 1770. fece vendita di un suo fondo chiama-

„ fo la Torre in beneficio di Pietro lo Nero „ per lo prezzo di docati duecento, in qual „ tempo esso Comparente era di minore età, „ e non intervenne in detto contratto di ven„ dita solennità veruna, motivo per cui si rese „ la medesima nulla, ed invalida; che perciò „ fa istanza dichiararsi tale, e reintegrarsi il „ Comparente nel possesso del predetto fondo „ insieme con tutti li frutti percepiti, *isto*, *&* „ *omni alio meliori modo &c.*

174 In cujus calce fit decretum, quod *intimetur parti*. Inde interponitur terminus ad probandum, in quo probari debet, ipsum minorem fuisse tempore contractus, quod patebit ex fide baptismatis. Insuper deductum fundum fuisse in bonis, & de bonis ejusdem tunc minoris, ipsi perventum ex hereditate paterna, aut alio modo; & venditionis, emptionisque titulo devenisse in manus Petri lo Nero, non servatis juris solemnitatibus; & in præsentiarum penes eumdem manere, atque omnes fructus semper percepisse, & tandem servatis servandis interponendum erit sequens decretum.

In causa nullitatis contractus petitæ per Franciscum Franco, ut ex actis interpositum est sequens diffinitivum decretum.

Die . . . .

175 Visis . . . Per Curiam . . . fuit provisum, & diffinitive decretum, venditionem factam per dictum Franciscum Franco de fundo nominato la Torre in beneficium Petri lo Nero pro summa ducatorum . . . . sub die . . . mensis . . . & anni . . . tempore quo ipse Franciscus erat ætatis annorum quindecim, & dierum sex, fuisse, & esse nullam, prout hoc nostro præsenti diffinitivo decreto nullam, & invalidam decernimus, & declaramus, utpote sine solemnitatibus a jure requisitis confectam. Quapropter supradictum Franciscum fore, & esse reintegrandum, prout ipsum reintegramus in veram, realem, & corporalem possessionem præfati fundi della Torre, & quodcumque mandatum de reintegrando necessarium, & opportunum fore, & esse decernendum, prout decernimus, & sententiamus. Atque amoveatur; prout amoveri jubemus prædictum Petrum lo Nero a detentione dicti fundi. Pariterque hoc nostro diffinitivo decreto mandamus, & declaramus, ipsum Petrum fore, & esse condemnandum, prout eum condemnamus in beneficium prædicti Francisci ad omnes fructus perceptos ex deducto fundo a die contractus initi, & injustæ detentionis, & percipiendos usque ad diem effectivæ reintegrationis. Pro qua liquidatione infra quatuor dies audiantur partes; victum denique victori ad expensas condemnando. Et ita per hoc suum diffinitive provisum, & decretum est.

176 Nota, quod in hoc decreto non fuit actor condemnatus ad restitutionem pretii, ejusque interesse, quia in ea suppositione fundatum est, quod non fuit in termino probatum per reum conventum, fuisse pretium in actoris utilitatem conversum; quoniam in hoc casu nullitatis contractus non minori, sed ejus adversario competit hujuscemodi probatio, prout diximus *cap. 3. n. 30.*, *& seqq.* Sed quoties fuerit hoc probatum,

177 tunc additur in decreto: *Verum condemnamus ipsum Franciscum ad restituendum, prout restituere habeat, & debeat dicto Petro ducatos . . . per eumdem receptos in pretium fundi prædicti, una cum suo legitimo interesse.*

178 Dummodo tamen hoc interesse per minorem perceptum fuisse constaret; alias ad illius restitutionem non tenebitur. Quoniam illud solum, quod ad meram minoris utilitatem conversum est, restitui debet, prout firmavimus in dicto *cap. 3. num. 23.*, *& seqq.*

C A P. VI.

De restitutione in integrum.

S U M M A R I U M.

Verbum restitutio *plures significationes habet*, *num.* 1.

Definitur restitutio, *num.* 2., *ejus etymologia*, *num.* 3.

Differentia inter restitutionem, *& in integrum restitutionem*, *num.* 4.

Restitutio in integrum de jure pretorio introducta est, *num.* 5. *Et quid de restitutione quæ majoribus conceditur*, *num.* 6.

Publica utilitas dupliciter consideratur, *num.* 7., *& seqq.*

Pupilli, *& minoris ætas fragilis*, *& infirma est*, *num.* 10.

Causa restitutionis in integrum exponitur, *n.* 11.

Restitutio stricti juris est, *num.* 12. *Et concessa super principali*, *non extenditur ad accessoria*; *num.* 13.

Causa concedendi restitutionem est favorabilis, *& ex æquitate introducta*, *num.* 14., *& 15.*

Statutum exclusivum fæminarum respectu exclusionis fæminarum est odiosum. *Respectu inclusionis masculorum est favorabile*, *n.* 16., *& 17.*

Restitutio in integrum beneficium extraordinarium est, *num.* 18.

Tam per viam actionis, quam exceptionis concedi potest, num. 19., Declaratur, num. 20.

Restitutio pupillo, vel minori læso conceditur, num. 21., & seqq., Sine læsione denegatur, num 25.

Læsio, & ætas a minore sunt probanda, n. 26.

Ad restitutionem obtinendam non est necessarius adversarii dolus, num. 27.

Læsio multipliciter accidere potest, num. 28., & seqq.

Læsus minor in pretio nequit per restitutionem precise avocare rem, num. 31.. Sed emptoris electionis erit, vel supplere justum pretium, vel a tota emptione recedere, num. 32.

Restitutio tantum restituit, quantum læsio abstulit, num. 33.

Quid de minore emente, & circumvento in pretio, num. 34.

Restitutio denegatur adversus pretium a Judice taxatum, num. 35., Limitatur, num. 36.

Enumerantur casus, in quibus læsio præsumitur, & probanda non est, num. 37. ad 74.

Læsio pro restitutione adversus fatalium tempora summarie, & semiplene constare debet, num. 75., & seqq.

Testes super restitutione recepti nullam fidem faciunt in causa principali, num. 78.

Læsio pro restitutione obtinenda quanta esse debeat, num. 79., & seqq.

Judicis arbitrium regulatum esse debet, n. 89.

Restitutio denegatur minori se gerenti tamquam prudenti patrisfamilias, num. 90., & 91.

Læsio ad obtinendam restitutionem in contractu jurato enormis esse debet, num. 92., & 93.

Restitutio conceditur adversus contractum, ubi tutoris auctoritas intercesserit, & Judicis decretum, num. 94.

Læsio de tempore contractus esse debet, n. 95.. Post contractum adveniens non attenditur, num. 96.

Restitutio non datur minori in rebus, quæ fortuitis casibus sunt subjectæ, num. 97.. Declaratur, num. 98., & seqq.

Intra quod tempus restitutio peti debeat? num. 103., & seqq.

Tempus restitutionis in integrum a die scientiæ currit, num. 107., & 108.

Ignorans, & dubitans æquiparantur, n. 109.

Adversus ignorantem non datur locus præscriptioni, num. 110., & 111.. Fallit, num. 112. 113. 116., & seqq.

Ignorantia non præsumitur, num. 114.

Præsumpta scientia sufficit ad decurrendum tempus quadriennii, num. 115.

Judex transacto quadriennio potest justis ex causis restitutionem concedere, num. 120.. Et quid in enormissima læsione? n. 121., & seqq.

Minoris reclamatio etiam extrajudicialis intra quadriennium facta sufficiens est, ut illius tempus non currat, num. 138.. Idem dicas de quinquennio; num. 139.

In supremis Tribunalibus quadriennii lapsus non attenditur, num. 140.

Læsionis tempus si fuerit minus tempore quadriennii, an etiam concedendum sit quadriennium, num. 141., & seqq.

Quadriennium datur non solum ad petendam, sed etiam finiendam restitutionis causam, n. 148., & 149.. Contrarium, n. 150., & seqq.

Quadriennium ob aliquod superveniens tempus retardatur, num. 154.

Alleganti quadriennium post minorem ætatem lapsum fuisse probandi onus incumbit, n. 155.

Restitutio in integrum quomodo sit petenda, num. 156., & 157.

Coram Judice rei, qui conveniendus est, peti debet, num. 158., & 159.

Judex intelligitur tam ille rei sitæ, quam loci contractus, aut domicilii, num. 160.

Judex etiam delegatus esse potest, non autem arbiter, num. 161.

Restitutionis causa pendente nihil innovatur, n. 162., Et alienatio sequuta erit nulla, n. 163.

Restitutio petita adversus instrumentum publicum ipsius executionem retardat, num. 164.. Fallit, num. 165., & 166.. Declaratur, num. 167., & 168.

Judex nequit ex officio restitutionem non petitam concedere, n. 169.. Fallit pro pupillo, n. 170.

Restitutio cum curatoris auctoritate petenda est, num. 171.

Minor in judicio sine curatore esse nequit, n. 172.

Restitutio per solum tutorem, aut curatorem speciale mandatum etiam non habentem peti potest, num. 173.

Sine speciali mandato per consanguineum minoris peti non potest, num. 174., & 175.. Declaratur, num. 176., & seqq.. Et quid respectu patris, num. 180., & seqq.

Per procuratorem peti potest, num. 183.. Dummodo cum tutoris, aut curatoris auctoritate fuerit constitutus, num. 184.. Declaratur, num. 185.. Et an speciale mandatum habere debeat, num. 186., & seqq.

Restitutio cum causæ cognitione peti debet, n. 198., & ordinarie tractatur, num. 199.

Parte non citata, concedi nequit, num. 200.. Et quid, si qui citandi erunt, sint incerti, num. 201., & seqq.

Restitutio an censeatur per Judicem denegata, si postquam fuerit petita, ad ulteriora ipse Judex processerit? num. 207., & seqq.

In concursu beneficii nullitatis, & restitutionis, quale concedendum erit, num. 211., cum seqq.

Minor utrumque remedium cumulare nequit, nisi ad diversos fines, num. 237.

Minor adversus peractum contractum an novas oblationes recipere possit per viam restitutionis in integrum, num. 238., & seqq.

Minor si contrahendo se majorem dicat, an possit inde in integrum restitui, num. 256., & seqq.

Minor in ætate minori nequit actum aliquem approbare, num. 271.. Neque restitutionis beneficio renunciare, num. 272.

Succurritur adversus non servatum pactum, vel con-

illius observantiam, num. 423.
Affertur praxis, num. 424., & seqq.

1 QUi plenam de restitutionis in integrum
beneficio materiam desiderat, eos qui
volumina ex professo ediderunt perle-
gere poterit. Nos enim quæ magis neces-
saria, utiliora, & frequentiora sunt hic di-
gerere putavimus. Verbum igitur *restitutio*,
prout & verbum *in integrum*, atque utra-
que verba simul juncta varias retinent signi-
ficationes, quæ tamen semper in pristinum
statum repositionem denotant, de quibus
vide plene *Oddum de restit. in integr. quæst.* 1.
2 *art.* 1. 2., & 3., hinc definitur, ut *sit in pri-
stinum statum repositio*, quemadmodum pro-
bare videtur Textus Pauli in *l. Quod si mi-
nor* 25. §. *restitutio ff. de minorib.*, & vide
Altimarem de nullit. contr. tom. 4. *rubr.* 1.
q. 38. *sect.* 2. *num.* 2., & *in num.* 3. subdit
3 *restitutionem dici a retro*, & *statuo*, quasi
retro statuere. Et verbum *in integrum* abun-
dare sentiunt nonnulli, taliter quod suffice-
ret tantummodo verbum *restituo*. Quibus
4 tamen opponitur *Oddus in dict. q.* 1. *art.* 5.,
ubi firmat, aliud esse *restitutionem*, aliud *in
integrum restitutionem*. Et quamquam resti-
tutio de sui natura plenariam importet re-
stitutionem, nihilominus in quamplurimis
evanescit casibus, de quibus apud *Oddum
num.* 57., & *seqq.*

5 De jure Prætorio in integrum restitutio
ex edicto minorum introducta est, quemad-
modum edicere videtur Ulp. in *l.* 1. *ff. de*
6 *minor.* Quamquam ea, quæ majoribus im-
partitur, partim jure prætorio, partim jure
civili introducta sit, ut plene *Oddus art.* XI.
Et licet nonnulli ob publicam utilitatem,
alii ob privatam introductam eam esse ve-
7 lint; attamen *Oddus num.* 88. consideravit,
publicam utilitatem dupliciter considerari,
principaliter nempe, & secundario; princi-
paliter, ut quando Civitas careat malis ho-
minibus, cum hoc respiciat publicam utili-
tatem, quia conservat statum, & quietem
Reipublicæ, & pariter in consequentiam
continet utilitatem privatam, quoniam qui-
libet privatus magnum commodum adhuc
8 reportat. Secundario vero dicitur publica,
quando principalis intentio Legislatoris fuit
privatorum commoda ampliare, ut nempe
ne bona dotalia a marito alienari possint.
Poterit enim Civitatis status conservari; sed
quia melius, quando ibi Cives commode ha-
bentur, conservatur; ideo in consequentiam
hoc dicitur etiam utile ipsi Civitatis statui,
non tamen necessarium, ut illud, quod Ci-
vitas malis hominibus careat; hinc firmat
9 *Oddus num.* 89., in integrum restitutionem
principaliter propter publicam utilitatem fore
introductam, sed non præcise, benevero
occasionaliter; quia si permitterentur impune
minores passim decipi, daretur occasio ma-
lis, & captiosis hominibus alienos, innocen-
10 tumque substantias potissime deprædari. O-
mnibus enim cognitum esse debet, pupillo-
rum, minorumve ætatem fragilem esse, &
infirmam, utpote multis captionibus suppo-
sitam, multorumque insidiis expositam, se-
cundum notata per Ulp. in *l.* 1. *ff. de minor.*
11 Eapropter recte ait *Bocer. clas. disp.* 10. *de
restit. in integr. th.* 53.; causam restitutionis
in integrum esse lubricum ætatis, idest in-
consultam facilitatem, animi simplicitatem,
consilii imbecillitatem, & infirmitatem, ex
qua læsio provenit.

12 Et quia contra multas regulas particula-
res juris scripti introducta est restitutio, me-
rito stricti juris dicitur; eapropter concessa
restitutione super principali, non extenditur
13 ad accessoria. Verum quoad causam con-
cedendi illam, vel denegandi, non stricte
14 facienda erit interpretatio, sed favorabilis,
cum non controveniat primis, & generalibus
regulis juris humani, sed tantum quibusdam
15 particularibus, ut plene *Oddus q.* 1. *art.* 13.
Et quamquam respectu eorum, quibus re-
stitutio adversatur, odiosa dici possit, nihi-
lominus attento minorum favore favorabilis
dicenda est, prout habetur in statuto exclu-
16 sivo feminarum, quod respectu exclusionis
ipsarum quamquam odiosum dici debeat,
attamen respectu inclusionis masculorum,
& propter bonorum conservationem in agna-
tione favorabile dicendum est, secundum
magis communem sententiam, quam copiose
tradit *Brun. in tract. statut. exclus. famin.
art.* 4. *num.* 6.. Quoniam principalis statuen-
17 tium intentio fuit favere masculis, & agna-
tioni, non autem nocere feminis, licet illis
in consequentiam noceat, plene *Oddus n.* 14.
18 Hec in integrum restitutio beneficium
appellatur *in cap. fin. de restit. in integr.*,
& *in Constit. Regni tit. de restit. Reipubl.*,
& beneficium extraordinarium est, ex tra-
19 ditis per Ulp. in *l. In causæ cognitione* 17.
ff. de minor. Et tam per viam actionis,
ut si petat minor in integrum restitui, quam
per viam exceptionis, ut cum eam actori
apponat, concedi potest, *Cancerius vdr.* 2.
cap. 3. *num.* 67., *Verde lib.* 1. *instit. civ. n.* 675.,
20 verum notat *Maradei in prax. præsent. in-
strum. cap.* 18. *num.* 5., quod in rei veritate
neque vera actio, neque vera exceptio dici
potest, cum pertineat ad nobile Judicis of-
ficium per sententiam Pauli in *l. Quod si
minor* 25. §. *fin. ff. de minor.*, & vide etiam
Oddum de restit. in integr. q. 35. *art.* 6. *n.* 34.
21 Ut igitur restitutio suum locum obtinere
possit, necesse est, ut pupillus, aut minor
fuerit aliquo modo in contractu læsus, ut
tradit Ulp. in *l. Non omnia* 45. *ff. de minor.*,
& *in l. Nam postea* 19. §. *si minor. ff. de jur.
jur.*, & rescripserunt Cæsares in *l. Minori-
bus* 5. *Cod. de in integr. restit.* Etenim si
ad minoris libitum, absque eo quod fuerit
ipse

ipſe damnificatus, reſtitutio concederetur,
non inveniretur qui cum eo contraheret;
22 eapropter Paulus in *l. Quod ſi minor* 25. §.
non ſemper ff. de minor. ait ſequenti modo:
*Non ſemper autem ea, quæ cum minoribus
geruntur, reſcindenda ſunt; ſed ad bonum,
& æquum redigenda, ne magno incommodo
hujus ætatis homines afficiantur, nemine cum
his contrahente, & quodammodo commercio
eis interdicatur; itaque niſi aut manifeſta
circumſcriptio ſit, aut tam negligenter in ea
cauſa ſint verſati, Prætor interponere ſe non*
23 *debet.* Hinc, ut reſtitutio obtineri poſſit,
duo concurrere debent, minor ætas, & læ-
ſio; prout repetit Ulp. in *l. Ait prætor* 5.
§. *non ſolum ff. de minor.*, & *in l. Verum* 12.
24 §. *ſciendum ff. eodem.* Etenim finis reſtitu-
tionis eſt, amiſſum reponere in priſtinum
ſtatum, quem non amiſiſſe dicitur jam, qui
læſus non eſt. Ideoque adverſus juſtam ſen-
tentiam denegatur reſtitutio, cum repugnet
ſententiam eſſe juſtam, & inſimul injuſte
lædere minorem, ut tradunt *Gomeſius var.* 2.
cap. 14. *num.* 5. *in fine*; *Oddus q.* 4. *art.* 1.
Verde lib. 1. *inſtit. civ. num.* 577. *& ſeqq.*;
Berſanus de pupillis cap. 1. *q.* 15. *num.* 19.;
Theſaurus dec. 99. *num.* 6.
25 Et de læſione non conſtito, reſtitutio me-
rito denegatur; *Gratianus cap.* 762. *num.* 1.,
Menochius de præſumpt. lib. 3. *præſ.* 82. *n.* 14.
Sabellius §. *minor. num.* 8., & §. *reſtitutio n.*
21., *De Marinis var.* 2. *cap.* 116. *num.* 10.,
Altimari de nullit. contr. tom. 4. *rubr.* 1. *ſect.*
2. *q.* 58. *num.* 29., & 176., *Sorge in juriſprud.
tom.* 1. *cap.* 21. *num.* 2., *Maradei poſt prax.
proceſſ. execut. in dec.* 17. *num.* 3.
26 Et tam ætas, quam læſio ab ipſo minore
probari debet, tamquam ſuæ intentionis fun-
damentum, *Oddus de reſtit. in integr. q.* 36.
art. 2., & *q.* 37. *art.* 1., *Berſanus de pupillis
cap.* 1. *q.* 15. *num.* 18., & *cap.* 2. *q.* 33., *Ba-
ronius eff.* 1. *circa contr. num.* 682.
27 Et quamquam velint nonnulli, quod tunc
reſtitutio concedenda erit, quando adverſa-
rii dolus in contractu intercеſſit, nihilomi-
nus iſtorum opinio juri contraria eſt, quo-
niam etiamſi adverſarii dolus non probetur,
ſemper reſtitutio minori competit, prout
reſcripſerunt Cæſares in *l. Minoribus Cod.
de in integr. reſtit.*, & tradunt *Menochius n.*
15., & *recuper. rem.* 15. *num.* 136.; *Altimari
dicto num.* 29. *ver. & dum adeſt*; *Oddus q.* 2.
art. 1. *num.* 4., & *q.* 4. *art.* 2., & 3.
28 Læſio autem tam quoad ipſum contractum,
quam quoad pretium evenire poteſt; quoad
contractum nempe, quando non expediebat
vendere, aut quocumque modo contrahere,
& tunc adverſus talem contractum, ut pro
non facto habeatur, reſtitutio conceditur,
Oddus q. 57. *art.* 4. *num.* 37., *Simoncellus de
decretis lib.* 3. *tit.* 7. *num.* 12.. Quod verum
29 eſt, & procedit non tantum quando eſt læ-
ſus in aliquo actu, & damnum recepit; ſed
adhuc ſi lucrum amiſit, per id, quod Ulp.
ait in *l. Ait prætor* 5. §. *fin. ff. de minor.*,
& *in l. Etſi ff. eodem*, *Gomeſius var.* 2. *cap.*
14. *num.* 14. *ver. tertio*. Quoad pretium vero,
quando in eo fuit læſus parvi vendendo, aut
magni emendo, ex traditis per Cajum in
30 *l. Patri* 28. §. *ſi pecuniam ff. de minor.*, &
licet *Menochius recuper. rem.* 15. *num.* 138.,
Covarruvias var. 1. *cap.* 3. *num.* 11. *ver. tertio*
31 *hinc*, aliique relati per *Simoncellum num.* 13.
in fine, volunt, quod ſi læſio fuerit tantum
in quantitate pretii, & tunc minor adhuc
per reſtitutionem poterit præciſe rem avo-
32 care, reſtituendo pretium. Nihilominus ta-
men adverſus ipſos verior, & magis com-
munis opinio eſt, quam tradit *Oddus in d.
art.* 4., ut nempe quando minor reſtitutio-
nem petat adverſus contractum, ex eo quod
fuit tantummodo læſus in quantitate pretii,
non jam quia rem vendidit, quæ revera
expediens erat, & tunc emptoris electionis
erit, aut ſupplere juſtum pretium læſionis
paſſæ, aut a tota emptione recedere, &
ſic rem reſtituere, ea ex ratione, quia re-
33 ſtitutio tantum reſtituit, quantum læſio ab-
ſtulit; atque læſio non abſtulit rem minori,
quia præſupponendum eſt, quod expedierit
ipſi minori rem vendere; ſed tantum abſtu-
lit partem aliquam juſti pretii, igitur pars
iſta tantum, non autem res erit reſtituenda,
ita *Oddus num.* 27.
34 Et idem erit in caſu, quo minor emit;
etenim ſi læſus fuit in pretio, quia plus
juſto valore expendit, & tunc quantitas læ-
ſiva ſoluta erit eidem reſtituenda. Si vero
fuit in ipſa emptione deceptus, quia eam
facere non erat expediens, & tunc a toto
emptionis contractu recedere poterit, ita
firmat *Oddus q.* 57. *art.* 1.
35 Verum nota, quod ſi pretium rei fuerit
a Judice taxatum, & tunc reſtitutio non
competit, atque tutor excuſatur per Text.
Imp. Zeno. in *l. fin. Cod. de magiſtrat. co-
mun.*, ubi Bartolus advertit, ne de hac no-
tabili declaratione in perpetuum obliviſca-
mur; & tradit etiam *Simoncellus de decre-
tis lib.* 3. *tit.* 7. *num.* 6., & 7., ubi ſubdit
36 non poſſe excuſari tutorem, ſi manifeſtum
erat æſtimationem illam eſſe injuſtam, vel
publicam famam in vicinia, lociſque circum-
ſtantibus adſtaſſe.
37 Sciendum tamen eſt, quod in caſibus, in
quibus læſionis præſumptio imminet, aut ex
actu geſto de læſione conſtat, læſio ipſa pro-
bari non debet. Hinc primo non eſt neceſ-
ſaria læſionis probatio, ſi eadem fuerit no-
toria, ut ſi nempe renunciavit minor bene-
ficio reſtitutionis, aut hæreditati, legato &c.
vide plene *Oddum q.* 36. *art.* 2. *num.* 22.
38 Secundo præſumitur læſio, & probari non
debet, ſi lite pendente petatur reſtitutio ad-
verſus peremptorias exceptiones probandas,
quas ante ſententiam per negligentiam pro-
bare

bare omisit, Gratianus cap.439. num.44., Caracerius var.2. cap.1. num. 244.
39 Tertio si sub usuris a fœneratore mutuum accepit, cum semper minor læsus præsumatur, nisi per creditorem ditior factus probetur, Oddus q.51.art.5. num. 47., Gomesius var. 2.cap.14. num.2. ver.quinto; ubi Ayllon num.3. ver. mutuo facto.
40 Quarto si fidejussit; nam semper ex fidejussione læditur, quia eo ipso, quod fidejubet minor, litibus se implicat, per id quod notat Ulp. in l. minoribus 6. ff. de minor., & melius in l. de die 8. §. qui mulierem ff. qui satisd. cog., Oddus q.54. art.2., & 3., Gratianus cap.513. num. 18., Bersanus de pupillis cap. 2. q.3. num. 10., Altimari de nullit. contr. tom. 4. rubr. 1. sect. 2. q.38. num. 439., & seqq. Etenim
41 fidejubens dicitur donare, & male sua uti substantia, quemadmodum post alios notat meus Germanus Blasius Ricucci in observat. ad prax. civ. comunis Domini Genitoris cap.
42 11. num. 6.. Hinc evenit proverbium, quod refert Gratianus num.19., quod nulla invenitur ars, quæ exercere volenti magis damnosa sit, quam pro aliis fidejubere.
43 Quinto si compromisit voluntarie in arbitrum, quia eo ipso videtur læsus, ut sensit Paulus in l. si minor 12. §. ff. de minor., Tuschi lit. M. concl. 250. num. 1., Altimari de nullit. contr. tom. 6. rubr. 2. q.1. sect. 1. num. 560. ver.
44 & minor. Etenim per compromissum amittit minor appellationis beneficium, Menochius de arbitr. lib.2. cas. 171. n.43., & de præ-
45 sumpt. lib.3. præs. 82. num.10.. Pariterque quia arbiter non facit litem suam, ut judex, Tu-
46 schi num.2., & 3.. Fallit tamen primo, si factum fuerit compromissum in arbitrum arbitratorem; Gomesius var.2. cap. 14. num. 1. in fine. Fallit secundo si oritur compromissum ex alio utili contractu. Et tertio si coram
47 Principe, aut eo auctore factum fuerit, vide Menochium in dicta præs. 82. num. 12.
48 Sexto si confessus fuit delictum; nam cum aliunde de delicto non constet, etiam læsione non probata, conceditur restitutio, Capone de pactis q. 40. n. 28., Verde lib. 1. instit. civ. num. 669., Reverterius dec. 90., & 523.. Idem dicas de debito, Gratianus cap. 109. num. 51., aliique apud Ayllon ad Gomesium num. 16. ver. Confessionem.
49 Septimo adversus omissam in judicio necessariam probationem; sat enim evidenter constat læsio, dum probationem necessariam minor omisit, Motillus de grad. publicationis num.49., De Luca ad Franchis in dec.473. num.4., Altimar. num.752. ver. Et dum restitu-
50 tio; Quod tamen verum putat Oddus de restit. in integr. q. 36 art. 8., dummodo aliqualiter doceretur de bono jure minoris, & haberetur aliquis fumus, quod probationes ejus relevassent.
51 Octavo si contra tutorem, aut curatorem eligitur pupillus, aut minor ad in integrum restituendum, Osascus dec.158. num.6., aliique apud Thesaurum in dec.99. num.36.
52 Nono si renunciavit appellationi ante sententiam, cum ita dicatur læsus absque alia læsionis probatione, Oddus de restit. in integr. q. 36. art. 5. num. 48., Bersanus de pupillis cap. 3. q. 12. num. 8.
53 Decimo tandem quæritur, si nulla læsione probata, poterit minor in integrum restitui adversus lapsum fatalium, ut quando a sententia non appellavit, aut appellationem non fuit prosequutus? Et currere minori fatalium tempus, taliter quod probata læsione, fore ei succurrendum tradunt Oddus q. 36. art. 5., Cacheranus dec. 157. num. 8., Guid. Pap. dec. 32. num. 5., De Franchis decisum testatur in dec.473., ubi Addent., & maxime De Luca num. 2., & seqq.
54 Contrarium defendunt Canonistæ in cap. auditis, de in integr. restit. Aretinus cons. 66., Gomesius var. 2. cap. 14. num. 5., ver. undecimo in fine.
55 Distinguit Fulgosius in l. fin. Cod. de in integr. restit., quem sequuntur Tuschi lit. M. concl. 259. num.14., Alex. cons. 115. num. 4. lib. 5., aliique, nempe aut minor est actor, & procedit prima opinio; secus si erit reus, nam quoties condemnatus est ad solvendum, dicitur læsus.
56 Joseph Sorge autem novissime in sua foren. jurisprud. tom. 1. cap. 21. num. 12. strenue secundam opinionem sectando, ac viribus omnibus defendendo, nimis alte insurgit contra dictam decis. 473. De Franchis, taliter quod dicere voluit, ipsum Franchum adversus infinita jura, & receptiorem Doctorum sententiam fuisse loquutum; subditque, neminem, pluribus nostrorum, exterorumque revolutis codicibus, invenire potuisse, qui exemplum hoc, nempe eum convinci, posteritati transmisisset. Et tandem suum sensum prædictæ decisioni tribuit, quam decisionem tanti viri lapsum nominat, ut necessario dici debeat, eam de jure Digestorum procedere posse.
57 Verumenimvero licet clausis oculis doctrinam præfati Sorge viri in jurisprudentia absoluti sequi, ac defendere deberem, nihilosecius tamen hac in quæstione Præsidentis decisioni inhærere sum coactus, quia majoribus auctoritatibus, evidentique legum auxilio prædita est. Et immerito laudatus Sorge prædictam parvifecit Præsidentis decisionem, quæ quam sit vera, tam a veritate Sorgi opinio distat.
58. Quod ut demonstremus, sciendum est primo, quod ipsius vis tota nititur Textui in l. fin. Cod. in quib. caus. restit., ubi Imp. Justinianus imperfectæ ætati consulere volens, vetera jura corrigendo, decrevit temporales præscriptiones adversus minorem ipso jure non currere, excepta illa triginta, vel quadraginta annorum. Hinc consequitur Sorge,
quod

quod quia temporales præscriptiones contra
minorem non currunt, atque appellationum
fatalia inter illas connumerantur, ideo nec
ope restitutionis, nec læsionis probatione
minor indiget, sed illæsus conservatur.

59 Non auderem certo ob tanti viri reve-
rentiam ipsum falsum arguere ex solo mei
satis tenui ingenio notare. Sed quia recens
ipse scriptor est, & nullus ad hanc usque
tempestatem adversus hanc suam propositio-
nem, & conclusionem adaptavit calamum,
ideo primus illam impugnando ita respondeo
ad allatum Textum *l. fin.*. Non enim infi-
cior, temporales præscriptiones adversus mi-
norem vigore *dictæ l.* ipso jure non curre-
re, eo modo tamen, quo exponemus *cap.*
21. *num.* 15., *& seqq.*. Inter prædictas vero
temporales præscriptiones fatalium tempora,
ut *Sorge* supponit, adnumerari, & compre-
60 hendi, salva sua pace, falsum est. Etenim
non omnes temporales præscriptiones præ-
fata lex complectitur; quæ autem sunt præ-
judiciales, & maxime favore judiciorum, ne
immortalentur jurgia, non equidem com-
prehenduntur; sed eo ipso etiam contra mi-
nores currunt, quemadmodum statuere vide-
tur Imp. Justinianus in *l. properandum* 12.
Cod. de judic., *ubi glos. ver. properandum, in
fine.*

61 Hinc recte *Abbas in cons.77. p.2.* pro ve-
ritate consultus ita respondit. *Circa primum
posset argui, quod tempus decem dierum non
currat minori, quia hodie temporales præ-
scriptiones non currunt ipso jure contra mi-
norem, ut in l. fin. Cod. in quib. caus., sed est
quædam præscriptio temporalis, & brevis, cum
sit decem dierum, ergo non debet currere mi-
nori, quantumcumque habeat curatorem. Sed
profecto in contrarium se habet veritas, pro
quo allego Textum apertum in jure novissimo
in auth. de appellat., & intra quæ temp. §. 1.,
tenet expresse Bart. in l. fin. Cod. in quib. caus.,
pro hoc facit, quod hoc tempus currit etiam
Ecclesiæ, ut in cap. beneficio, de in integr.
restitut., cap. cum inter, de re judic.. Non ob-
stat l. fin. præallegata, quæ non procedit in
præscriptionibus præjudicialibus; illæ enim
currunt indistincte favore judiciorum, ne lites
fiant immortales, probat l. properandum Cod.
de judic.*

Et *Oddus de restitut. in integr. q. 69. art. 2.
n. 10.* sic notat. *Quod speciale est in istis tem-
poribus appellandi; Et ratio specialitatis est
propter judiciorum reverentiam, & auctorita-
tem, ad quam firmandam currunt hæc tempo-
ra minori, quæ alias non currerent, l. prope-
randum, Cod. de judic.*, &. repetit *in q. 88. art. 3.*

Et, cæteris omissis, ita tradit *Bersanus de
pupillis cap. 3. q. 12. num. 1.*. *Quamvis in l. ul-
tima Cod. in quib. caus. rescripserit Imp., tem-
pora præscriptionum non decurrere adversus
pupillum, diversum tamen procedit in præ-
scriptionibus judicialibus, scilicet in tempori-
bus judiciorum, quæ ita appellantur per gl.
in l. auditis ver. restituimus, de restit. in integr.
Et siquidem adversus pupillum currant non
minus, quam contra quoscumque ætate majo-
res; atque in hoc solum pupillus a majoribus
distinguitur, quod adversus lapsum temporis
poterit impetrare auxilium restitutionis in in-
tegrum, quatenus ex eo læsus fuerit.*

62 Nulla igitur differentia constituenda est
inter minorem, & majorem quoad tempora
ad appellandum concessa, quæ æque mino-
ribus, sicuti & majoribus currunt, prout &
tradit adhuc *Cacheranus in decis. Pedemont.
157. num. 10.*, ubi ita notat. *Inferas ex hoc,
quod tempora data ad appellandum ita cur-
runt minoribus, sicuti majoribus, quia dila-
tiones legales pariter utrisque currunt.*

63 Aperte igitur constat, dictam *l. fin.* fata-
lium præscriptionem nequaquam includere,
cum præjudiciales sint, & judiciorum favo-
re, ne jurgia immortalentur, indistincte mi-
noribus, sicuti & majoribus currunt; & con-
sequenter restitutionis ope sunt succurrendi.

64 Comprobat ulterius suam opinionem præ-
fatus *Sorge* ex *Glosa in l. Si contra Cod.
de appellat.*. Casus autem legis est, ut si
contra majorem appellatio per lapsum fata-
lium deserta sit, sententia executioni de-
mandari debet, nisi appellatione pendente
de transactione actum fuisset. Glosa vero
ita notat: *Si contra majorem; alias ipsa ju-
re non valet, vel per restitutionem posset in-
fringi, ut & supra l. Cum & minores.* Ex
ly *alias ipso jure non valet*, vult Sorge, idem
esse, quam contra minorem ipso jure fata-
lium tempora non currant. Sed, bona sua
pace, longe diversus est sensus Glosæ, prout
65 nobis expendit Textus *in dict. l. cum &
minores*, nempe *alias*, idest si contra mi-
norem, & indefensum sententia lata sit, &
ipso jure non valet. Sed si fuerit justa de-
fensione lata, valebit, sed restitui poterit
minor, & procedunt reliqua verba Glosæ,
vel per restitutionem posset infringi; quemad-
modum explicat *dict. l. Cum & minores Cod.
de appellat.*; cujus verba sunt: *Cum & mi-
nores vos esse affirmetis, & indefensos, nullum
vobis præjudicium fieri Præses Provinciæ pro
sua gravitate curabit; nam si justa defensione
tutorum, vel curatorum vobis assistente aliquid
statutum est, intelligitis in integrum restitu-
tionis auxilium vobis esse necessarium.* Ma-
nifestum igitur satis est, non indistincte mi-
nori fatalium tempora non currere, sed
dum indefensus est, quia ipso jure tunc
66 sententia erit nulla. Quod mirum esse ne-
quit, quia adhuc contra majorem si senten-
tia fuisset nulliter lata, neque pariter fata-
lium tempora currerent, ut me docuit
67 *Dominus Genitor in prax. civ. cap. 23. n. 12.*
Quoties vero curatore assistente fuerit minor
in sententia læsus, & tunc non aliter, quam
per in integrum restitutionis auxilium suc-

curri poterit, ita *Altimari de nullit. contr. tom. 6 rubr. 2. q. 1. sect. 1. num. 754.*, plene *Bersanus de pupillis cap. 3. q. 12. num. 1., & seqq.*. Non parum igitur lapsus fuit laudatus *Sorge* in explanatione præfatæ Glosæ.
68 Et tandem, ceteris omissis, firmat idem
Sorge, minorem ipso jure læsum diei, dum passus fuit labi fatalium tempus, & consequenter nulla extrinseca læsionis probatione indigebit. Verum quamvis non desint, qui talem opinionem fuerunt amplexi, attamen contraria opinio, ut nempe solus fatalium lapsus læsionem non inducat, verior, & receptior est, atque in Regno observatur, ut testatur *Muscatellus in prax. S. C. p. 3.*
69 *Glos. fuerint num. 30.* Alias frustra restitu-
tio concederetur, si favorabilem sententiam non fuisset inde minor reportaturus; easpropter constare antea debet, quod si appellasset, & appellationem fuisset prosequutus, obtinuisset in causa, ita in specie concludit *Castrus in l. fin. num. 5. Cod. quib. in caus. in integr. restit.*, quem sequutus *Oddus de restit. in integr. q. 36. art. 5., & q. 69. art. 2. num. 15.*, *Gratianus cap. 762. num. 18.*, *Sabellius §. restitutio num. 4. ver. ad hoc autem*, *De Marinis var. 2. cap. 116. num. 21.*, *De Luca ad eumdem var. 2. cap. 200. in fine*; *Alex. cons. 55. num. 18. lib. 5.*, *Cacheranus dec. 157. n. 9.*, *De Luca ad Franchis in dec. 473. num. 2.*, *Altimari de nullit. contr. tom. 6. rubr. 2. q. 1. sect. 1. num. 752. ver. & licet*; *Bersanus num. 6.*
70 *& 7.*, ubi hanc adducit rationem, quod post
latam sententiam, a qua non fuit appellatum, præsumendum est pro illius justitia, quæ præsumptio læsionis præsumptionem vincit. Ex prædictis igitur aperte apparet, veriorem, communiorem, & receptiorem opinionem esse, minorem ex solo fatalium lapsu haud læsum dici, sed læsio probanda erit.
71 Et qua fallaci facilitate præfatus *Sorge*
asseruit, memoratum *De Franchis* adversus infinita jura fuisse loquutum, eadem quoque dicere voluit, istius opinionem de digestorum jure procedere posse. Etenim sicuti ipsamet verior, communior, & receptior est, ita novissimo Authenticæ juri est adhuc
72 conformis. Cum multum nota esse debeat
dispositio *Auth. hodie Cod. de appellation.*, ubi cuilibet indistincte decem dierum tempus ad appellandum conceditur; illius enim verba sunt: *Hodie autem cuilibet tribuitur spatium decem dierum a sententia recitatione numerandum*. Ex quibus verbis deducunt Doctores communiter, tale tempus dierum
73 decem etiam minori currere, læsus autem
restituitur, ut præ ceteris tradit *Altimari num. 121.*, ubi sic notat: *Sed tempus decem dierum ad appellandum currit minori, auth. hodie Cod. de appellat., sed læsus minor restituitur, l. 1. Cod. si sæp. in integr. restit.*, & repetit *in num. 170, & 712.*. Quapropter novissimo adhuc Authenticæ juri *De Franchis* decisio uniformis est. Et consequenter firmum remanet, adversus lapsum fatalium non
74 restitui minorem, nisi læsione probata. Quod
& procedere intelligas tam adversus omissam appellationem, quam adversus ipsam non prosecutam, *Oddus de restit. in integr. quæst. 36. art. 5. num. 49.*.
75 Hæc autem læsio pro restitutione adversus
lapsa tempora fatalium obtinenda summaria informatione cognosci poterit; cum sufficiat doceri de aliquali fumo boni juris, *Oddus num. 46. ver. aut loquimur; & q. 69. art. 2. n. 15.*, *Menochius de præsumpt. lib. 3. præs. 82. n. 9.*, *Muscatellus in prax. S. C. p. 3. Glos. fuerint*,
76 *num. 30.*, *Altimari de nullit. contr. tom. 4.*
rubr. 1. sect. 2. q. 38. num. 29. ver. plene. Et sic semiplene, ut declarat *Oddus q. 36. art. 10. num. 70.*, *De Luca ad De Marinis var. 2. cap. 200. in fine*.
77 Et si ex iisdem actis videri poterit, suffi-
ciens quidem erit; alias de novo testes, & scripturas poterit minor summatim producere ad iniquitatem sententiæ patefaciendam,
78 late *Muscatellus num. 32.*. Qui testes, &
scripturæ in principali causa nullam fidem faciunt, *Muscatell. loc. cit.*. Diximus jam, ad restitutionem obtinendam necessariam esse,
79 læsionem; ipsa autem quanta esse debeat
non est de jure statuta. Ubi enim in jure est quid specialiter expressum circa læsionem, erit inviolabiliter observandum. Et sic si læsio magna requireretur, modica non sufficeret, quemadmodum exemplum habemus
80 in *l. 1. Cod. si adver. vend. pign.*, ubi denega-
tur minori restitutio adversus pignus a creditoribus jure creditoris distractum, nisi propter magnum detrimentum, ea specialitatis ratione, quia cum pignus ut plurimum ipsius debitoris gratia contrahatur, ad hoc ut creditor ad pecuniam credendam facilius condescendat non reperiretur propterea, qui minori pecuniam cum pignore crederet, si propter quodlibet etiam leve, & modicum damnum minor restitutionem peteret, ut refert *Oddus q. 4. art. 12. num. 97.*. Et sic de ceteris casibus, qui nominatam in jure conservant læsionem.
81 Sed quia in jure expressum non est, quan-
ta sit necessaria læsio ad contractum pupillarem rescindendum, ideo Doctores ad eam firmandam non convenerunt; hinc *Pinellus in l. 2. Cod. de rescind. vendit.*, *Staibanus tom. 1. resol. 52. num. 3.*, aliique relati a *Riccio in prax. civ. p. 1. tit. 4. cap. 2. num. 4.* modicam, sive minimam læsionem desiderant. Quorum
82 opinioni adversantur *Verde lib. 1. instit. civ.*
num. 586., aliique apud *Manfrellam ad Capyc. Latr. dec. 149. num. 20.* per sententiam *Bartoli in l. Scio ff. de restit. in integr.*, ut nempe in iis, quæ contra jus commune conceduntur de minimis non curatur. Easpropter firmat *Verde loc. cit.*, ut læsio sit gravis;

aut

83 aut enormis, ut tradunt *Gomeſius var. 2. cap. 14. num. 20.*, *Sorge in juriſprud. cap. 21. num. 1. tom. 1.*
84 *Ludovіſ. concl.* 49. quem refert *Sabellius §. minor num. 8. ver. in practica* dicit de con-
ſuetudine, & practica ſervari, minorem ſo-
lummodo per ætatem, nulla leſione proba-
85 ta, reſtitui poſſe. Cui opinioni contradicunt *Muſcatellius in prax. S. C. p. 6. Gloſ. in integrum num. 4.*, *De Marinis var. 2. cap. 116. num. 21.*, aliique, quibus favet Ulpiani ſententia in *l. Nam poſtea §. minor, ver. ſed plerumque ff. de jur. jur.*
86 Bartolus in *l. Sine §. interpoſitio ff. de adm. tutor.*, quem laudat *Staibanus num. 41.*, tenet reſtitui poſſe minorem, ſi vendere non expediebat, juncto tamen dolo adverſarii, aut ſui facilitate, ut *Sabellius §. minor num. 8.*, *Gratianus dec. 130. num. 16.*
87 Quicquid autem de iſtis, ceteriſque opinionibus ſit, veriſſima omnium ea eſt, ut Judicis arbitrio remittatur, ut tradunt *Menochius de arbitrar. caſ. 74.*, *Oddus de reſtit. in integr. q. 4. art. 12. num. 106.*, *Covarruvias var. 1. cap. 3. num. 11.*, *Cancerius var. 2. cap. 1. num. 283.*, aliique apud meum germanum *Blaſium Ricucci in addit. ad prax. civ. communis Domini Genitoris cap. 1. num. 240.*
88 Quod Judicis arbitrium regulatum eſſe debet; etenim non ob minimam læſionem, attenta ſumma magni negotii, reſtitutio concedi debet; cum iniquiſſimum foret, ut propter quadrantem reſcindi deberent pacta, aut conventiones bona fide initæ. Hinc
89 ſumma decem ducatorum, aut circiter reſpectu ad mille ſatis exigua videtur; quæ parva læſio majoribus adhuc vigilantiſſimis hominibus ſæpeſæpius evenit. Et gerente ſe
90 minore, tamquam prudente patrefamilias, non erit dignus reſtitutione, dum modicam læſionem fuerit paſſus, ex traditis per Ulpianum in *l. Verum 12. §. ſciendum ff. de minor.*
91 Quoniam non ſemper quæ cum minoribus geruntur, reſcindenda ſunt, ſed ad bonum, & æquum redigenda, ne magno incommodo hujus ætatis homines afficiantur, nemine cum his contrahente, ſunt verba Pauli in *l. Quod ſi minor 25. §. non ſemper ff. eodem*, & tradunt *Oddus num. 102. ver. ego dico*; *Gomeſius in l. Tauri 52. num. 14.*, *De Faria ad Covarruviam var. 1. cap. 3. num. 54.*
92 Iſta tamen concluſio de ſimplici contractu intelligenda eſt. In contractu enim jurato læſio ſaltem enormis eſſe debet, ut in integrum reſtitutio ſuum locum vindicare poſſit, ut tradunt *Oddus num. 100.*, *Capone de pactis q. 60. num. 5.*, *Gomeſius var. 2. cap. 14. num. 20.*, *De Roſa conſult. 38. num. 42.*, *Baronius eſſect. 1. circa contract. num. 669.*, *Ber-*
93 *ſanus de pupill. cap. 1. q. 15. num. 23.*, *Theſaurus in dec. 66. num. 2.* Cum magis commune, & receptum ſit concedi reſtitutionem adverſus contractum juratum læſivum, ut teſtantur *Tuſchi lit. M. concl. 260. num. 7.*, & *concl. 253. num. 40.*, *Sabellius §. reſtitutio n. 18.*, *Verde lib. 1. inſtit. civ. num. 608.*, *De Luca ad Franchis in dec. 448. n. 4. in fine*.
94 Et læſione exiſtente, datur reſtitutio etiam in caſibus, in quibus tutoris, curatoris, aut patris auctoritas intervenerit, ac etiam Judicis decretum, per ſententiam Modeſtini in *l. Etiam 30. ff. de minor.*, & *per reſcriptum Impp. Diocletiani, & Maxim. in l. Si quidem 11. Cod. de præd. minor.*, *Verde num. 611.*, & *620.*, *Theſaurus loc. cit.*, *Simoncellus de decretis lib. 3. tit. 7. num. 3. 4.*, & *10.*, *Oddus de reſtit. in integr. quæſt. 22. per totam*; *De Luca ad Franchis in dec. 650. num. 4.*
95 Hæc autem læſio de tempore celebratæ venditionis eſſe debet, non jam ex poſt facto. Etenim læſio ſuperveniens, & maxime ea quæ fortuitis caſibus ſubjecta eſt,
96 nequaquam erit attendenda, ut docet Pomponius in *l. Et ſi ſine 8. §. quæſitum in fine ff. de minor.*, *Ulpianus in l. Verum 12. §. ſciendum*; *Paulus in l. Quod ſi minor 25. §. reſtitutio ff. eodem*, *Verde lib. 1. inſtit. civ. num. 586.*, *Menochius de arbitrar. lib. 2. caſ. 149.*
97 *num. 19.*, aliique apud *Oddum q. 57. art. 3. num. 19.* Niſi fuerit læſus minor ex poſt facto ex negligentia tamen tempore contractus adhibita, quoniam tunc reſtitutionis
98 beneficio non careret; ut quando minor vendiderit rem extra tempus, & quod tempore venditionis non valebat quidem plus, ſed ſi expectabat in aliquibus diebus, res valuiſſet plus ex uſu, & conſuetudine illius
99 rei, & mercis. Pariterque ſi vendidit cum pacto addictionis in diem, nempe ſi intra tantum tempus melior conditio non fuerit allata, res ſit tibi empta; ſed tamen tempus non fuerit adjectum ſufficiens, ut ex. gr. ſi fuerit dictum, ſi infra duos dies melior conditio non offeretur, & non jam fuit dictum intra duos menſes, quo tempore facilius
100 pervenire potuiſſent meliores oblationes; in quibus, ſimilibuſque caſibus dubio procul reſtitutio competit, cum læſio habeatur ex poſt facto ex negligentia tamen in ipſo facto adhibita, quia minor fragilitate ſua occaſionem dedit amiſſionis talis lucri; atque non fecit id, quod quilibet paterfamilias diligens feciſſet. Eapropter non fuit da-
101 mnum penitus fortuitum, ſed ex ipſius facto minoris cauſatum, recte *Oddus q. 4. art. 11.*, & plenius *in q. 57. art. 3.*, & *art. 6. num. 52.*
102 Idem necnon dicas in caſu, quo non unico momento perficeretur contractus, ſed tractum haberet ſucceſſivum; quoniam tunc læſio tractu temporis poſtea ſuperveniens reſtitutioni locum præbebit, *Cancerius var. 2. cap. 1. num. 274.*, *Theſaurus in dec. 226.*
103 Non ſemper tamen, & omni tempore iſta reſtitutio peti poteſt. Antiquitus enim intra annum utilem peti poterat., ut tradit Ul-

Ulpianus in *l. Interdum* 20. *ff. de minor.*, Sed
quia propter diversum morem, & stylum
feriarum hic annus utilis alicubi erat lon-
gior, alicubi vero brevior, & sic absurdum
erat, quod locorum varietas juris varieta-
tem induceret, eapropter merito Imp. Ju-
stinianus in *l. fin. Cod. de temp. in integr. restit.*
104 præscripsit dari quadriennium continuum
ad petendam restitutionem, de quo plene
Oddus de restit. in integr. q. 19. art. 3. num. 12. ad 27., *Verde lib. 1. instit. civ. num. 592.*, *Ber-
sanus de pupillis cap. 1. q. 19. num. 1., & 2.*

105 Quod quadriennium de jure communi
post vigesimum quintum annum currebat.
Hodie tamen de jure nostri Regni vigore
Constit. *minorum jura* post annum decimum-
octavum currere incipit *Verde num. 594.*,
Bersanus num. 18., *Altimari de nullit. contr.*
106 *tom. 4. rubr. 1. q. 58. sect. 2. num. 463.*. Ipso-
que elapso, non amplius conceditur restitu-
tio, *Oddus q. 19. art. 5.*, *Tuschi lit.* R. *concl.*
298. *num. 1., & 11.*, etiam per viam excep-
tionis, *Oddus num. 50.*, *Tuschi lit.* R. *concl.*
297. *num. 88.*, *Bersanus de pupillis cap. 1. q.
19. num. 12.*. Nam alias abiret res in infini-
tum, & nemo cum tanto onere contrahe-
ret, *Oddus num. 75.*, *Bersanus n. 8.*, *Verde
lib. 1. instit. civ. num. 596.*

107 Dummodo tamen sciverit minor se fuisse
læsum; nam si læsionem ignoraverit, nequa-
quam quadriennii tempus ei curreret, ut
tradunt *Menochius de præsumpt. lib. 1. præs.
71. num. 2.*, *Tuschi lit. M. concl. 276. num. 18.*,
Cancerius var. 2. cap. 1. num. 233., *Simoncellus
de decretis lib. 3. tit. 9. num. 6.*, *Oddus quæst.
20. art. 4., & q. 25. num. 81.*, *Sabellius §. re-
stitutio num. 10. vers. item non attenditur*, *Gra-
tianus cap. 403. num. 35.*, *Capone contr. 33.
num. 32.*, aliique apud *Altimarem num. 472.*,
& rationem tradit *Paulus de Castro cons. 299.*
108 *num. 3. lib. 1.*, quem refert *Oddus in dicto
art. 4.*, nempe quod si curreret interim hoc
quadriennium, opus esset dari restitutionem
ex clausula generali propter justam ignoran-
tiam adversus lapsum hujus quadriennii, &
sic daretur restitutio ad restitutionem peten-
dam, quæ esse nequit.

109 Immo si minor major factus esset dubi-
tans de jure restitutionis sibi competente,
neque quadriennium eidem curreret, quia
dubius, & ignorans æquiparantur, *Oddus in
dicta q. 25. num. 81.*

110 Et ne ista suspensio ex capite ignoran-
tiæ immortalis sit, sed quandoque præscri-
batur huic juri, & facultati petendi restitu-
tionem, volunt nonnulli, quod ad summum
præscribatur ista facultas spatio quadraginta
annorum. Magis communiter tamen alii
tenent, quod etiamsi centum anni a læsio-
nis die lapsi fuerint, neque quadriennium
pro decurso haberetur. Et quamquam cui-
que actioni, jurique competenti detur præ-
111 scriptio triginta, vel quadraginta annorum;
nihilominus tamen hoc verum est, quando
tempus currit. Nulla enim præscriptio cur-
rit, si tempus non currit, ne reincidatur in
hoc, quod deberet dari restitutio ad restitu-
tionem petendam, plene *Oddus num. 38.,
& seqq.*, *Simoncellus loc. cit.*, *Capone n. 32.,
& 35.*, *Boerius dec. 39. num. 3.*, *Thesaurus dec.
133. num. 4.*, & plene *in dec. 134.*, ubi pro,
& contra notat.

112 Verum currere quadriennium etiam con-
tra ignorantem, si adesset tutor, vel cura-
tor, adversus quem dari poterit regressus,
volunt nonnulli, quos laudat *Oddus n. 42.*.
113 Item quando ignorantia foret supina, &
crassa, *Oddus num. 45.*, *Tuschi lit.* R. *concl. 298.*
114 *num. 95.*, *Bersanus de pupillis cap. 1. q. 19.
num. 6.*. Et quia ignorantia non præsumitur,
nisi clare probetur ab eo, qui in illa se fun-
dat, dicitur propterea supina, & inverisimi-
115 lis, & non creditur; quia quoad quadrien-
nii cursum præsumpta scientia erit sufficiens,
ut illud currat, *Capone n. 36.*, *Oddus n. 47.*

116 Non curreret vero prædictum quadrien-
nium, si aliquod adesset impedimentum, per
quod restitutio peti non poterit, ut si læsus
117 fuerit absens causa Reipublicæ; aut si co-
pia Judicis haberi non poterit; aut si dolo
118 adversarii impediretur læsus petere restitu-
tionem, cum non currat tempus, donec
durat causa ab adversario commissa; aut si
119 adversarius talis erit, ut ob justum ejus
timorem non potuerit peti restitutio; du-
rante enim justa timoris causa, quadriennium
non currit, quos cum similibus aliis casibus
120 notat *Oddus q. 20. art. 5.*. Immo Judex
justis ex arbitrio suo causis potest transacto
quadriennio restitutionem concedere, ut quan-
do minor major factus impedimento deten-
tus non potuit in quadriennio restitutionem
petere, nempe ob infirmitatem, furorem,
paupertatem, justum dolorem, aliasque cau-
sas, de quibus plene *Oddus q. 11. per totam,
& q. 19. art. 10.*

121 Neque curreret quadriennium adversus
minorem, si enormem passus fuerit læsio-
nem, cum etiam post quadriennium com-
petat tunc ei in integrum restitutio adhuc
122 contra alterum minorem, *Capone contr. 33.
num. 35.*, *Tuschi lit. R. concl. 298. num. 71.*,
123 attamen *Oddus in dicta q. 19. art. 7.* con-
trarium firmat. Ibi enim casus est de Eccle-
sia, quæ enormissime læsa fuit, & secundum
communem sententiam etiam post lapsum
quadriennium conservatur eidem in integrum
restitutio, ea ex ratione, ut impossibile sit,
quod in læsione enormissima adversarii do-
lus non contineatur, qui quidem dolus ad-
124 versarii lapsu temporis adjuvari non debet;
quod respectu minoris nequaquam procedere
posse firmat *Oddus num. 72.*. Etenim ait,
quod quamquam minor, & Ecclesia in re-
stitutionis materia æquiparentur, fallit tamen
in eo, quod attinet ad quadriennii lapsum;

& dif-

125 & differentiæ rationem assignat; quia qua-
driennium currit minori postquam major
effectus est, unde videtur compensanda ne-
gligentia ipsius læsi jam majoris facti cum
dolo præsumpto sui adversarii; quod in Ec-
clesia non ita procedit, quia numquam fit
major, sed semper fingitur minor, ideoque
facilius excusatur a tali negligentia, & qua-
driennium in illa perpetuatur, cum eadem
perpetuo eodem modo sit minor, quo fuit
quando contraxit, & læsa fuit. Quæ ratio
quamquam subtilis sit, nihilominus mihi con-
cludens esse videtur in sensu suo. Eapropter
utraque opinio sequenti modo salvari potest.
Pro cujus tamen intelligentia,
126 Sciendum est primo, quod etiam pri-
vatis enormiter læsis triginta annorum spa-
tium ad actionem experiundam concessum
est, ut ex *Gratiano*, *Mastrillo*, *Staibano*,
& aliis docet *Dominus Genitor in prax. civ.
cap. 1. num. 71.*. Et fortius in enormissime
127 læsis procedit, quemadmodum tradunt *Fe-
licianus de censib. tom. 1. lib. 2. cap. 1. n. 40.*,
De Faria ad Covarruvias var. 2. cap. 3. n. 93.,
aliique congesti per meum Germanum *Bla-
sium Ricucci in addit. ad prax. civ. Domini*
128 *Genitoris in* . Hinc dum minor,
durante sua minori ætate enormiter, aut
enormissime in contrahendo læsus fuit, non
minori illius temporis spatio, ut actionem
experiatur, frui debebit, prout & cum aliis
advertit *Bersanus de pupillis cap. 1. q. 19. n.
10.* Quod trigenarium tempus a die læsio-
129 nis in ætate minori posse currere debere
nequaquam dubitandum erit, cum ex no-
vissimo Justiniani jure in *l. Sancimus 3. Cod.
in quib. caus. in integr. restit.* statutum sit,
temporales præscriptiones triginta, vel qua-
draginta annorum ipso jure adversus mino-
rem currere, quod secus erit de ceteris
brevioribus præscriptionibus, quæ ipsis mi-
noribus jure ipso non currunt, quemadmo-
130 dum & in pupillo, seu pupillari ætate du-
rante, nulla præscriptio currit, prout & di-
sposuerunt adhuc Cæsares in *l. Sicut in
rem. 3. Cod. de præscript. triginta, vel quadra-
ginta annor.*, & plene tradit *Oddus de restit.
in integr. q. 90. art. 1., & 2.*, *Narbona de ætate
anni 25. q. 23. num. 9., & seqq.*, *Bersanus de
pupillis cap. 2. q. 31.*, atque dicemus *cap. 41.
num. 8.*
131 Hinc si aliqua trigenaria præscriptio con-
tra pupillum incipere deberet, non posset,
nisi pubertate adveniente, quia tunc ipso
jure curreret. Meritoque quadriennium ju-
xta Oddi sententiam adhuc currere deberet,
quia si ex. gr. inceperit trigenaria præscrip-
tio in anno decimoquinto, ad ipsam finien-
dam, tempus quadragintaquinque annorum
elabi deberet, & sic quadriennium, utpote
temporis intermedium cum ipso tempore
132 currere deberet. Salvatur adhuc & prima
opinio, quia etiam ultra quadriennium per-
durat præscriptionis tempus, non autem
quandocumque, & per omne tempus, sed
usquequo præscriptionis tempus fuerit diffi-
nitum, quo elapso, nulla deberet restitutio
concedi, uti notat *Narbona num. 13.*, quam-
quam ex quadam æquitate velit *Thesaurus*
133 *in dec. 134 num. 14.*, quem laudat *Bersanus
num. 4. in fine*, ut saltem adversus trigena-
riam præscriptionem danda sit restitutio,
attenta quadam justa, probabilique ignorantia.
134 Eapropter dicas, currere quadriennium,
tamquam præscriptionis intermedium. Non
currere vero, ex eo quod post ejus lapsum
remanet adhuc aliud tempus præscriptionis
finiendæ, in quo minor venire potest tam-
quam per remedium ordinarium læsionis
vigore *l. 2. Cod. de rescind. vend.*, ad actio-
nem experiundam. Alias si curreret solum-
135 modo quadriennium, post cujus lapsum
nullum aliud tempus competeret, eveniret
quod minor haberetur inferioris conditionis
alterius majoris, qui majus tempus ad læ-
sionis actionem experiundam haberet, quam
minor ipse, prout in specie notat *Cancerius
var. 2. cap. 1. num. 39.*, quem laudat *Bersa-
nus de pupillis cap. 2. q. 34. num. 14., & 15.*
136 Et si curreret quandocumque, & per omne
tempus, eveniret, quod elapsa trigenaria
præscriptione, præsupposita jam scientia ip-
sius minoris inde majoris facti, cum stante
ignorantia, nullo modo quadriennium cur-
rat, ut diximus modo, negligentia ipsius
minoris jam majoris facti, qui compa-
rere haud curavit, nullimode ei nocebit;
137 quando negligentia in se est mala, & pu-
nibilis secundum tradita per *Tuschi lit. N.
concl. 33.*. Eapropter compensanda cum dolo
præsumpto adversarii, juxta id, quod ad-
vertit *Oddus loc. cit.*
138 Scias tamen, & tene menti, quod si in-
tra quadriennium extrajudicialiter reclama-
verit minor major factus adversus contractum,
nequaquam illius lapsus nocebit, sed etiam
post quadriennium comparere poterit; quia
illa extrajudicialis reclamatio facit, ut inde
quadriennii lapsus non noceat, quasi quod
ab eadem extrajudicialis reclamationis die
139 actio intentata censeatur. Prout & idem
dicas adhuc de quinquennio, *Cancerius var.
2. cap. 1. num. 33.*, *Bersanus de pupillis cap. 2.
q. 34. num. 32.*
140 In supremis tamen Tribunalibus quadrien-
nii lapsus non attenditur, ut tradit *Ridolphi-
nus p. 3. cap. 13. num. 469.*, *Verde lib. 1. instit.
civ. num. 603.*. Nam cum in illis ex æquitate
procedatur, merito lapsum prædictum atten-
dendum non curant.
141 Quæritur, si læsionis tempus erit minus
tempore quadriennii, an adhuc quadriennium
minori, ut restitutionem petere possit, con-
cedi debeat? Exemplum tradunt Doctores
in usucapione, ut si triennio quis læsus fue-
rit in minori ætate, quod intra biennium

tan-

tantum petenda erit restitutio, non autem
ultra. Sed quantum ad exemplum attinet,
142 idem erroneum est, quemadmodum co-
gnovit *Oddus de restit. in integr. q. 19. art.*
4. num. 46., quia hodie ex novello præscripto
Imp. Justiniani in *l. Sancimus 5. Cod. in quib.*
143 *caus.*, temporales præscriptiones minoribus
ipso jure non currunt, exceptis illis trigin-
ta, vel quadraginta annorum, prout annui-
mus *num.* 58., *& seqq.*. Et sic triennalis usu-
capio in minori ætate non currit, de quo
vide in *cap.* 21.. Tantummodo vindicare lo-
144 cum suum poterit exemplum in præscrip-
tionibus judicialibus, quæ judiciorum favore
in minori ætate currunt, ut firmavimus *n.*
60.. Eapropter dicas; si minor infra decem
dies appellare omisit, an effecto majore,
debeat tantum infra alios decem dies appel-
lare, aut quadriennium habebit? Et quod
145 solummodo aliorum decem dierum tempus
habeat, tenent nonnulli, inter quos *Oddus*
q. 19. art. 4. num. 46., *Reverterius in dec.* 21.
146 Nihilominus contrarium verius tradunt *De*
Marinis var. 1. cap. 299. num. 10., *Verde lib. 1.*
instit. civ. num. 601., *Bersanus de pupillis cap.*
1. q. 19. num. 14., *Gomesius var. 2. cap. 14. n.*
7. ver. quod intellige; atque expresse decisum
refert *Afflictus in dec.* 175., *& Surdus in*
dec. 136., & *De Marinis ad dictam dec.* 71.,
Reverterii num. 10. decisum ita testatur in
147 causa Universitatis Paulæ cum Ill. Marchio-
ne. Et cum primæ opinionis fautore dicunt,
inter dies decem appellare debere, intelli-
gas debere procedere a die, quo intra qua-
driennium petita, & concessa fuerit in in-
tegrum restitutio ad appellationem omissam
proponendam; non jam vero, quod soli
dies decem post majorem ætatem erunt con-
cedendi. Et sic danda erit restitutio ad il-
lud solum tempus, in quo læsus minor fuit,
incipiendum tamen a die concessæ restitu-
tionis intra quadriennium, ut declarat *Ber-*
sanus num. 15.

148 Sed an hoc quadriennium detur solum-
modo ad petendam in integrum restitutio-
nem, an etiam ad finiendam adhuc ipsius
restitutionis causam? Et per Textum Imp.
Constantini in *l. Petendæ 6. Cod. de temp. in*
integr. restit., ac Justiniani in *l. Supervacuum*
7. C. eodem, aperte statutum apparet, præ-
dictum quadriennium ad finiendam pariter
litem fuisse concessum. Eapropter si elapso
149 quadriennio fuerit lata sententia super re-
stitutionis causa, ipso jure illa erit nulla, ut
post alios tradit *Oddus q. 19. art. 12. num.* 95..
150 Limitatur tamen ista conclusio, ut ne-
quaquam procedat in casu, quo per Judi-
cem, vel adversarium steterit, quin læsus
minor prosequeretur. *Oddus num.* 96., quem
151 sequitur *Bersanus loc. cit.*. Et revera ho-
die impossibile hoc expertum est, ut intra
quadriennium aliqua terminari lis poterit,
maxime in supremis Tribunalibus, ubi intra
prædictum tempus vix halitus pro infinitate
causarum ab ipsarum Patronis proferri potest.
152 Tum quia, ut in specie animadvertit *Ver-*
de lib. 1. instit. civil. num. 599., prædictum
quadriennium in minorum favorem inductum
fuisse, eapropter latam habere debet signi-
153 ficationem. Idemque dicas, si decursum
fuerit quadriennium, ex eo quod ex lon-
ginquis partibus vocari testes debuissent;
aut si aliquod justum adfuerit impedimentum,
Oddus num. 98., *& seq.*

154 Sed si prædictum quadriennium currere
incepit, an dari possit, quod ob aliquod su-
perveniens impedimentum suspendatur, &
retardetur? Et resolutio est communiter
adfirmative. Etenim iis in casibus, quibus
quadriennium ab initio currere impedimento
est, iisdem necnon ejus cursus retardatur,
Oddus q. 20. art. 7.

155 Qui restitutionem petit, probare non
tenetur lapsum esse quadriennium; cum pro-
bare satis erit, contractum in minori ætate
cum læsione initum fuisse. Qui vero allegat
quadriennium post minorem ætatem lapsum
fuisse, probare debet, *Menochius de præsumpt.*
lib. 3. præs. 82. num. 14., *Gratianus cap. 797.*
num. 1., *Subellius §. restitutio num. 10.*, *Verde*
lib. 1. instit. civil. num. 602., *Surdus in dec. 136.*
num. 2.

156 Ad petendam restitutionem, non est ne-
cesse, ut expresse minor eam postulet; suf-
ficiens erit benevero fieri petitionem cum
clausula *omni meliori modo*, cui inest clau-
sula *si qua mihi justa causa*, ex qua omne
jus competens deductum censetur, *Tuschi*
lit. R. concl. 292. num. 8., *Altimari de nullit.*
contract. tom. 4. rubr. 1. q. 38. sect. 2. num. 15.
ver. imo.

157 Neque necessarius erit solemnis libellus,
sed qualisqualis petitio ad Judicis instructio-
158 nem, *Oddus q. 35. art. 1. num.* 6.. Petique
debet coram Judice rei, qui conveniendus
erit, per Rescriptum Impp. Diocletiani, &
Maxim. in *l. Quoniam ea 2. Cod. ubi, & apud*
159 *quem*. Eapropter si Clericus læsus erit in
contractu rerum patrimonialium ab aliquo
laico, istum coram suo Judice laico conve-
nire deberet, *Altimari num. 174. ver. sic si*
persona, *Covarruvias var. 1. cap. 4. num.* 3.,
160 *ubi De Faria num.* 7.. Qui Judex dici pot-
est tam ille rei sitæ; quam loci contractus,
aut domicilli rei, *Altimari loc. cit.*, *De Fa-*
ria num. 3., *& seqq.*

161 Hic restitutionis Judex esse potest tam
ordinarius, quam delegatus, aut specialiter,
aut ad universitates causarum; non autem
arbiter, qui propriam non habet jurisdictio-
nem, quemadmodum deducitur ex nova
Justiniani sanctione in *l. Cum scimus 3. Cod.*
ubi & apud quem; & plenissime tractat *Od-*
dus q. 32.

162 Qua in integrum petita restitutione pen-
dente, nihil erit innovandum, *Oddus q.* 42.
art.

art. 1.. Et sic non poterit aliquid interim
163 alienari; alias ipso jure nulla erit alienatio,
Oddus art. 2.. Et si fuerit petita adversus
instrumentum, ipsius executionem retardaret,
etiamsi instrumentum fuerit publicum, &
164 quarentigiatum, *Oddus art.* 6., nisi alias
fuisset effecta executio, & creditor esset in
165 quasi possessione exequendi; *Oddus n.* 25.
166 Et si adversus rem judicatam fuerit petita, ejus executionem impediret, plene *Oddus q.* 43. *art.* 1., nisi ageretur de decreto
affirmativo, quod vocamus assistentiam, quia
tunc ejus executio quoad adjudicationem non
167 impeditur, ut contra *Oddum num.* 26. firmat *Muscatellius in prax. S. C. p.* 3. *Glos.*
fuerint num. 43., quam laudat *De Rosa in*
168 *prax. civ. p.* 2. *in* 2. *instat. cap.* 2. *num.* 45. Prout non impediretur illius executio; si jam
fuerit cœpta, expedito mandato de parendo,
De Rosa num. 47.
169 Et quamquam Judex regulariter ex officio in integrum restitutionem concedere non
possit, nisi petatur, ut tradit *Oddus q.* 31.
170 *art.* 1. *num.* 3.. Nihilominus respectu pupilli,
adhuc ipso non petente, a quolibet Judice
concedi potest, ut ex *Rebuffa de restit. in*
integr. art. 2. *Glos.* 4. *n.* 3.. notat *Oddus n.* 10.
171 Ad restitutionem tamen petendam necesse est, ut minor cum curatoris auctoritate
veniat; ea ex ratione, qui in judicio minor
sine curatore esse nequit, *Oddus q.* 31. *art.* 5.
172 Immo solus tutor, aut curator petere eam
potest, etiamsi speciale mandatum non ha-
173 buerit, *Oddus art.* 6., & 10, *num.* 41., *Covarruvias var.* 1. *cap.* 6. *num.* 6.
174 Sed an sine speciali mandato consanguineus minoris eam petere possit? Negative
respondit Cajus in *l. Patri pro filia* 28. *ff.*
de minor., & tradunt *Covarruvias var.* 1.
cap. 6. *num.* 5., ubi *De Faria num.* 96., &
seqq., *Ayllon ad Gomesium var.* 2. *cap.* 14.
175 *num.* 9. *ver. dupliciter*; *Verde lib.* 1. *instit. civ.*
num. 634.. Nisi ipse minor esset talis ut ei
bonis interdici deberet, *dict. l. Patri*, *ver.*
nec aliter, *Oddus q.* 31. *art.* 9. *num.* 97. Vel
176 si ipse consanguineus ex tali restitutione
interesse prætenderet propter rem communem, vel quid simile; quoniam tunc absque
mandato audiri poterit, prout & quilibet
alius conjunctus, imo etiam extraneus, *Od-*
177 *dus num.* 38., & 39.. Et sic ratione causæ
individuæ; secus vero erit in causa mere
dividua, *Salgadus labyr. credit. p.* 2. *cap.* 2.
num. 40., *Cancerius var.* 2. *cap.* 1. *num.* 231.,
Muscatellius in prax. S. C. p. 6. *Glos. in inte-*
178 *grum num.* 8.. Et quamquam velit *Gomesius var.* 2. *cap.* 14. *num.* 10. tam in causa dividua, quam individua restitutionem minori
concessam majori colligitanti non prodesse;
nihilominus hæc sua opinio est contra communem omnium Doctorum sententiam, prout ibidem ait Ayllon *num.* 11., quia in causa
dividua non prodest; in causa vero individua quidem prodest majori collitiganti restitutio, ut late tradunt *Oddus q.* 46. *art.* 3., &
4., *Salgadus p.* 2. *cap.* 11. *num.* 63., *Surdus*
de aliment. tit. 9. *quæst.* 14. *num.* 1., *Cancerius*
num. 232., *Verde num.* 625.
179 Verum admitteretur conjunctus in qualibet causa absque mandato, si de rato satisdaret; qua ratihabitione non sequuta, quidquid actum fuit, corruit, *Surdus de aliment.*
tit. 3. *q.* 8. *num.* 10., aliique apud *De Fariam*
ad Covarruvias var. 1. *cap.* 6. *num.* 98.
180 Pater vero nullum speciale mandatum
habere debet *dicta l. Patri*, dummodo tamen aut filius tantum, aut filius, & pater
simul commodum servirent; quoniam si in
181 patris commodum solummodo erit, &
tunc neque consentiente, & mandante filio
poterit pater restitutionem petere, ut tradit *Oddus q.* 31. *art.* 10., quia ita restituere-
182 tur pater, non filius, & sic major non
minor, contra Textum Ulpiani in *l. Denique* 3. *§. sed utrum ff. de minor.*
183 Sed an per Procuratorem peti possit?
Affirmative statuit Imp. Alex. *in l. unica Cod.*
etiam per Procurat.; qui tamen Procurator
184 cum auctoritate tutoris, aut curatoris constitutus esse debet per Rescriptum ejusdem
Imp. Alex. *in l. neque* 11. *Cod. de procurator.*
185 Intelligas hoc tamen procedere in civilibus, non autem in criminalibus, quia restitutio cum primæ causæ naturam retineat, &
in causa principali procurator in criminalibus intervenire nequit, ita neque pariter in
restitutione, *Oddus q.* 31. *art.* 11.
186 Quæstio solummodo est, an speciale mandatum requiratur? Et in jure diffinitum est
per Textum Caj *in l. illud* 26. *ff. de minorib.*,
ut speciale mandatum necessarium sit, cum
non sufficiat generale, & comuniter tradunt
DD. apud *Oddum art.* 12. *num.* 48., *Mauritium*
de restit. in integr. cap. 23., *Gratianum cap.* 762.
187 *num.* 9.. Et quamquam dicat *Oddus n.* 56.,
istam conclusionem non procedere in nostro
Regno Neapolitano, ubi sufficiens erit mandatum generale secundum *Grammatic. super*
Constit. Reg. tit. de restit. Reipubl. num. 1.. Ni-
188 hilominus contrarium practicari in Regno
tradit Capone *contr.* 4. *num.* 24., ubi miratur
de citato Oddo, qui dixit in Regno non requiri speciale mandatum, cum contrarium
per Doctores Regni traditum sit, ut *Golinus de procurator. p.* 2. *cap.* 5. *num.* 16., *Verde*
lib. 1. *instit. Civ. num.* 634., *Altimare de nullit.*
contr. tom. 4. *rubr.* 1. *q.* 38. *sect.* 2. *num.* 16. *in fine*;
189 *De Franchis in dec.* 17. *num.* 21.. Dummodo
tamen principaliter restitutio peteretur; Secus si incidenter, quia tunc quidem sufficeret generale mandatum, ut tradunt *Tuschi*
lit. R. concl. 279. *num.* 3., *Covarruvias var.* 1.
cap. 6. *num.* 1., ubi *De Faria cum innumeris*
num. 8., *Oddus art.* 12., *Verde*, & *De Franchis*
loc. cit.
190 Sufficeret necnon generale mandatum, si
in

in eo adessent hæc verba, *ad agendum, defendendum, supplicandum &c.* quia specialis
mandati vim habere videntur, *Covarruvias*
191 *num: 3., Oddus art.12. num. 51.*. Pariterque
si adessent hæc verba, ut possit facere omnia
quæ possent speciale mandatum habentes;
aut si generale mandatum fuerit expeditum
192 *cum libera*, nempe cum libera administratione; vel si data fuerit procuratori libera
facultas gerendi ea omnia, quæ ipsemet dominus minor agere posset, *Covarruvias dict.
num.3., ubi De Faria 20., & 21., Oddus n.52.,*
193 *& 53., Altimari loc.cit.*. Verum si in tali
mandato *cum libera* expressatæ fuerint causæ, ad ipsas tantum, & similes, non autem
graviores mandatum extenditur, *De Faria
num.32.*

194 Erit pariter sufficiens generale mandatum in procuratore rei, quia tunc per viam
exceptionis restitutionem peteret, *Oddus
num. 62., & 63.*

195 Et quamquam nonnulli velint, esse pariter sufficiens generale mandatum in procuratore, qui de rato promitteret, nullatenus
contrarium verius existimavit *Covarruvias*
196 *num. 4*. Et dum dubitatur de speciali mandato, potest tunc peti in integrum restitutio per procuratorem, præstita cautione rati,
ut respondit Paulus *in l. quod si. de speciali
27. ff. de minor., Covarruv. loc. cit., ubi De Faria num. 35.*

197 Et dum speciale mandatum requiritur,
non est necesse fieri specifice pro tali causa,
& contra talem personam. Cum erit sufficiens dicere; constituo procuratorem, &
dum opus fuerit, tale auxilium imploret;
De Faria ad Covarruvias var. 1. cap. 6. n.13., Gratianus cap. 105. num. 25.

198 Semper tamen cum cognitione causæ prædicta restitutio erit concedenda juxta normam, quam tradit Ulpianus in *l. in causæ
14. §. causa ff. de minor.*; Et sic tale restitutionis judicium ordinarie cognoscendum erit,
199 ut plene tradit *Oddus q. 34. art. 5.* Meritoque *Castrus cons.363.lib.2.* quemdam Judicem fatuum nominavit, quia contrarium
200 judicavit; Et ideo parte non citata, nequaquam erit concedenda, quia nulla foret concessio, *Oddus art. 8., Baronius de citatione
q. 17. num. 86., Capone contr.4. num. 22., Bersanus de pupillis cap. 1. q. 16. num. 6., & seqq., Altimari de nullit. contr. tom. 6. rubr. 2. q. 1.
sect. 1. num.547. ver. restitutio non prodest.*

201 Et si qui citandi erunt suot incerti, expedienda erit citatio per generale proclama,
seu per citationem per edictum, *Oddus art.*
202 *10.* Etenim cum adversarii sint incerti,
non erit necesse litem contestari, quoniam
tunc absque litis contestatione in hoc restitutionis judicio procedi poterit, *Oddus quæst.*
203 *35. art.10.*. Cum alias regula sit, contestari
litem in hujuscemodi judicio, dummodo principaliter fuerit petita, non autem incidenter;
204 *Oddus art.8., & 9.*. Incidenter autem dicitur petita per modum exceptionis, vel replicationis, ut quando minor bona sua petat,
eidemque opposita est præscriptio, & tunc
incidenter de restitutione replicari poterit.
205 *Tuschi lit.R. concl.285.n.5.*. Dicitur necnon
incidenter peti adversus aliquod omissum,
vel male actitatum in judicio, etiam post
sententiam, ante tamen rei judicationem,
plene *Oddus art.4.,* & præsertim *n. 25., & 26.*
206 Et restitutio incidenter petita habetur ac
si ab initio petita fuisset, ideoque una cum
causa principali cognosci potest, *Oddus n.28.*
207 Sed quæres; An censeatur per Judicem
denegata restitutio, si postquam fuerit petita,
ad ulteriora in causa processerit? Et quod
non erit necesse aliqua speciali pronunciatione diffiniri, itaut per processum ad ulteriora, denegata censeatur restitutio, tenent
*Gratianus cap. 762. num.1., Sabellius §. restitutio num. 24. in fine; Staibanus resol. 142.
num. 33.*, aliique apud *Riccium ad Rosam in
prax. Civ. p.2. in 2. instan. cap.2. dist.4. num. 9.*
208 Melius tamen distinquit *De Marinis var.
2. cap. 199. num.1., & 2.*, sequiturque *De Luca
n. 2.*, nempe aut de petita restitutione fuerit
coram Judice inter partes discussum, discussioneque facta, ad ulteriora Judex, non alias
super restitutione provisum, processerit, &
tunc tacite denegata censetur restitutio: Aut
209 Judex nulla facta discussione processerit, &
tunc per processum ad ulteriora tacite super
210 restitutione pronunciatum non censetur; ita
quod omnia post processum peracta nulla
sunt.

211 Quærunt Doctores; si minor tam nullitatis, quam restitutionis remedium habet,
quale eidem competere primum debeat?
Præmittendum est, nullitatis remedium dici
ordinarium; restitutionis vero extraordinarium; Quibus stantibus, quæsiti decisionem
evidenter demonstrare videtur Ulpianus in
l. in causæ cognitione ff. de minor., in illis verbis: *Nam si communi auxilio, & mero jure munitus sit, non debet ei tribui auxilium extraordinarium.*

212 Qua Textus dispositione non obstante,
conati sunt Doctores casus casibus addere, &
dubia dubiis adformare, ut post alios tradit
meus Germanus *Blasius Ricucci in addit. ad
prax. Civ. comunis Domini Genitoris in cap. 1.
num. 242., & seqq.*, ubi ex *Cancerio var. 2. cap.
1. num. 289.*, & aliis tres opiniones notat.
Prima est, quod remedium extraordinarium,
ordinario non obstante, concedi potest. Secunda tenet contrarium. Tertia, quæ meo
Germano magis amica est, cum distinctione
resolvit; nempe aut minor est læsus circa
rem, & pretium simul; aut circa rem tantum;
aut circa pretium tantum. Primo, & secundo
casu conceditur beneficium extraordinarium,
ex eo quod pinguius providet; quod negatur
in tertio casu, quia per ordinarium remedium

dium nullitatis jam subvenitur.
213 Quamquam distinctio respectu primi, & secundi casus verissima sit, nihilominus alio ex respectu, quam ob quem illius Fautores exponunt. Hinc conceditur in primo, & secundo casu extraordinarium remedium, non jam quia pinguius providet, sed quia est unicum remedium ipsi pupillo, minorive com-
214 petens. Eapropter sciendum est, modicam pretii læsionem contractus nullitatem non inducere, cum permittatur modica læsio a
215 *l. 2. Cod. de rescind. vendit.*; Nec quia prædicta læsio minorem ferit, ideo contractus debebit esse nullus, quoniam tunc adhuc remedio restitutionis erit minor succurrendus,
216 ut tradit *Staibanus lib. 1. resol. 30. num. 10.* Cum alias non restitueretur minor sine læsione. Et consequenter rescinditur contractus a minore peractus per beneficium restitutionis in integrum, non quia per dictam restitutionem pinguius minor providetur, sed quia ipsa restitutio est unicum remedium in
217 tali casu competens. Nullitatis enim remedium procedit in contractu, in quo decretum, aut alia solemnitas deficit, ut in *cap.*
218 *antecedenti* exposuimus. Restitutionis vero beneficium locum suum vindicat ubi pupillus, aut minor contrahendo læsus fuit, ut diximus *hic num. 21., & seqq.*
219 Neque læsio circa rem facit, ut minor remedium nullitatis simul, & restitutionis habere possit. Ponamus enim, quod pupillus, aut minor rem vendidit, quam vendere non expediebat, quale beneficium illi competat, nullitatis, aut restitutionis? Et certum est illud restitutionis tantummodo competere per doctrinam Bartoli *in l. si fine §. interpositio ff. de adm. tut.*, & tradunt *Oddus q. 53. art. 2. num. 10., & q. 57. art. 4. num. 36., Sardus de aliment. tit. 9. q. 32. num. 43., Gomesius var. 2. cap. 14. num. 1. ver. ex quo primo; De Marinis var. 2. cap. 18. num. 20. in fine; Gratianus dec.*
220 *130. num. 15.* Eapropter competit pupillo, & minori tali in casu in integrum restitutio, non quia pinguius providet, sed quia aliud remedium non erit competens, ut contractum ad pristinum statum reducere posset.
221 Idemque dicas quando unasimul concurreret læsio quoad rem, & quoad modicum pretium; cum non sit ratio, ut utraque læsio conjuncta propriam naturam mutare
222 possit. Et si in prædicto casu minor pretium amisit, non debet allegare pro causa petitæ restitutionis, quod pretium amisit, sed tantummodo quod non erat eidem vendere expediens; & exinde dum agit de pretio emptori refundendo, debet petere in integrum restitutionem adversus solutionem illius pretii sibi male factam, & allegare pro causa, quod illud inconsulte dissipavit, & perdidit; ita enim millies practicasse tradit Bartolus in *l. si quidem Cod. de præd. min.*, quem laudat *Oddus in dict. art. 4. num. 37.*

223 Distinctio vero respectu tertii casus, ut quando læsio erit tantummodo circa pretium, quod tunc remedio *l. 2.* succurrendus sit minor, cum per illud jam provideatur, mihi videtur, ut non bene stare possit. Quod ut manifestum fiat, oportet in primis notare, præsentem læsionem considerari enormem, seu ultra medietatem, ad differentiam primæ læsionis, quæ considerari debet intra medietatem, & sic modica, ut distinctionis diffe-
224 rentia habeatur. Eapropter dicendum est, non quia minor ordinario remedio *l. 2.* succurri potest, eidem extraordinarium restitutionis denegandum est; quamquam enim certum sit, concurrente ordinario cum ex-
225 traordinario remedio, ordinarium præferendum esse, per dictam *l. in causæ cognitione*, & est regula ab omnibus adprobata, ut
226 refert *Oddus q. 17. art. 2. num. 13.* Nihilominus quando extraordinarium utilius est, ac plenius providet, præfertur ordinario, ita omnes communiter limitant, uti tradunt *Oddus num. 33., De Marinis var. 2. cap. 200. num. 12., Simoncellus de decretis lib. 3. tit. 7. num 5., Alex. conf. 207. n. 10. lib. 7., De Franchis in dec. 248. num. 4., Capyc. dec. 97. in fine; Sorge in jurisprud. tom. 1. cap. 21. num. 54.*
227 Atqui in casu *l. 2.* restitutionis remedium pinguius providet illo ipsius *l. 2.*, ergo minor ad extraordinarium restitutionis remedium recurrere potest, ordinario *l. 2.* penitus relicto. Quod per restitutionem pinguius providetur minor, certum est. Etenim minori in integrum restituto restituenda res est una cum fructibus a die contractus per Tex. Ulp. in *l. quod si minor §. restitutio; & in l. patri §. pecuniam ff. de minor.*, & late tradunt *Covarruvias var. 1. cap. 3. num. 1.*, ubi *De Faria num. 1., & seqq., Merlinus cent. 2. contr. 96.*
228 *num. 16.*, aliique; qui minor econtra nisi locupletior fuerit effectus, ad interesse solvendum cogi nequit, immo neque ad receptum
229 pretium, si dissipatum, & non in ejus utilitatem versum fuisse videretur, ut tradunt *Oddus q. 47. art. 4., Gratianus cap. 101. num. 4., & cap. 422. num. 4., Staibanus resol. 159. n. 50.*, aliique apud *Riccium in prax. Civ. p. 1. tit. 4.*
230 *cap. 2. num. 18.* Condemnatus vero ex judicio *l. 2.* non tenetur ad fructuum restitutionem, nisi a die litis contestatæ, ut communiter docent *Cancerius var. 1. cap. 15. num. 48., Gomesius var. 2. cap. 2. num. 24., Fontanella de pact. nuptial. tom. 2. clauf. 7. gl. 2. p. 5. num. 10., De Faria num. 71.*, atque decisum testatur *De*
231 *Franchis in dec. 495. num. 4.* Et si lædens pretium supplere selegit, adhuc a die litis contestatæ interesse dare tenetur, secundum decisa apud eumdem *De Franchis in dec. 496.*, ubi *Addentes*.
232 Item pinguius, & utilius providet, quia per restitutionem sufficiens erit probatio læsionis infra dimidium, Et in judicio *l. 2.* deberet læsio probari ultra dimidium, ut tradit

Oddus q. 27. art. 14. num. 113.

233 Etiam pinguius providet, quia per restitutionem præcise restitui res debet; & in judicio *l. 2.* erit in electione lædentis enormiter vel rem, aut justum pretium supplere, ut animadvertunt *De Franchis in dec. 248. num. 4., & seqq., De Faria ad Covarruvias var. 1. cap. 3. num. 68., Verde lib. 1. instit. Civ. num. 584.*

234 Hinc sequitur, quod quia restitutionis remedium pinguius minori providet, quam remedium *l. 2.*, ideo minor restitutionis beneficium implorare potest, remedio *l. 2.* penitus relicto. Eapropter inconsiderate distinctionis fautores, alias viri doctissimi, in hoc judicio *l. 2.* restitutionem minori denegarunt, ex eo quod per judicium *l. 2.* provideri possit; nam quia per restitutionem pinguius succurritur minor, merito eidem non erit illa deneganda, ut tradit *De Luca ad Franchis in dec. 248. num. 3.*, quem laudat *Altimare de nullit. contr. tom. 4. rubr. 1. sect. 2. q. 38. num. 505. in fine.*

235 Aliæ adsunt nihilominus nonnullæ limi-
tationes adversus regulam, quod remedium
ordinarium cessare facit extraordinarium, ut
nempe primo limitatur, quando utrumque
remedium competeret contra eumdem, sed
tamen ad diversa, aut principaliter, aut in
consequentiam, *Oddus de restit. in integr.
q. 17. art. 2. num. 20.* Secundo limitatur, quan-
do ordinarium remedium esset inane propter
debitoris inopiam, *Oddus num. 26.* Tertio
limitatur regula prædicta, ut non procedat,
quando remedium ordinarium esset facti,
236 extraordinarium vero juris; quæ tamen li-
mitatio non procedit in casu, quando qui
læsus est, potest de facto sibi providere,
quoniam tunc non datur ei restitutio, tam-
quam frustratoria, ut si ex. gr. peteretur in
integrum restitutio adversus testamentum a
se factum, quod ad libitum revocari poterit,
quo casu deneganda quidem erit restitutio,
Bartol. in *l. Verba contraxerunt ff. de verb.
signif. Oddus num. 23.* Quarto limitatur, si
remedium ordinarium esset generale, extra-
ordinarium vero speciale, quia tunc non
tollitur speciale per generale, eo quod per
speciem derogatur generi, *l. In toto ff. de
reg.* [illegible], *Oddus num. 24., & 25.* Quinto
limitatur si remedium extraordinarium esset
mere extraordinarium, de quo vide pleno
Oddum num. 27., & seqq. Sexto limitatur
si remedium extraordinarium tenderet ad
coadjuvandum remedium ordinarium, ut la-
te apud *Oddum num. 31., & seqq.* Septimo
limitatur regula, ut non procedat in excep-
tionibus ordinariis, quoniam ipsæ non tol-
lunt remedia extraordinaria, *Oddus num. 36.*
Aliasque limitationes, & declarationes vide
apud eumdem *Oddum*. Verum utrumque
remedium nequit minor cumulare, nisi ad
237 diversos fines, *Oddus num. 38., & 39.*

238 Adversus peractum contractum an per
minorem novæ oblationes per viam restitu-
tionis in integrum recipi possint? Et præ-
sciendum est, quod secundum *De Marinis
var. 1. cap. 46. num. 4., & 5.*, quando contra-
ctus fit sine scriptura, tunc dicitur perfectus,
dum statim de pretio fuit conventum, quam-
vis aliquid non fuerit solutum, aut arthæ
239 loco datum. Scriptura vero intercedente,
dicitur perfectus contractus, postquam ipsa
240 scriptura confecta fuit. In contractu au-
tem per subhastationem celebrato dicitur
perfectus contractus dum res in subhastatio-
ne posita liberatur, quamvis instrumentum
non fuerit confectum.

241 Ad quæstionem affirmant *De Marinis n. 7., & tom. 4. alleg. 65. num. 7., & 9., Salgadus labyr. credit. p. 2. cap. 2. num. 7., Sabellius §. subhastatio num. 11., Staibanus resol. 20. num. 14.*, aliique ab ipsis laudati.

242 Verum *Alexius ad De Marinis in dicta alleg. 65. num. 16.*, ubi citat *Amatum lib. 1. resol. 39. num. 19., Mastrillum dec. 84.*, & alios; atque ceteri quamplures relati a *Manfrella ad Capyc. Latro obser. 158. num. 24.*, tenent nullo modo novas oblationes recipi posse, quoties justo pretio absque dolo, & fraude venditio peracta fuit; alias minorum privilegia iniquitatem saperent, si oblationes supra justum pretium admitterent.

243 Nihilominus ipsemet *Alexius in num. 41.* cogitato melius negotio primam opinionem amplexus est, quam antea late defendit *Muscatellius in prax. S. C. p. 3. Glos. venduntur num. 55., & seqq.*, & revera pro hujus primæ opinionis fundamento adest Pomponii Textus in *l. Et si sine 8. §. quæsitum est ff. de minor.*, ubi ita J. C. respondit: *Quæsitum est ex eo, quod in lucro quoque minoribus subveniendum dicitur, si res ejus venierit, & existat, qui plus liceatur, an in integrum propter lucrum subveniendus sit? Et quotidie Prætores eos restituunt, ut rursus admittatur licitatio.*

244 Nec interest si talis oblatio fuerit supra
justum pretium, quia tunc adhuc erit ad-
mittenda, quemadmodum & ab ipsa Eccle-
sia admittitur; cui non obstat ratio inhone-
sti lucri, cessante æmulatione, atque novi
oblatoris plena scientia habeatur. Tali enim
in casu poterit quidem adhuc Ecclesia supra
pretium supremum aliquid, quod a mera
voluntate, sublata prorsus circumventione,
devenit, recipere; cum juri, ac rationi non
245 repugnet, ut quis scienter supra pretium
supremum aliquid offerat, *Alexius, Staiba-
nus, & Manfrella loc. cit.*

246 Immo iterata licitatio, etiamsi antea nulla
minima læsio interfuerit, adhuc erit admit-
tenda, plene *Muscatellius num. 63.*, cum et-
iam ad lucrum restituatur minor per Text.
247 Ulp. in *l. Ait prætor 7. §. fin., & Pompo-
nii in l. Etsi 8. ver. quæsitum ff. de minor.*

Sed

248 Sed an iterum, atque iterum restituatur
minor ad novam oblationem recipiendam?
Et in persona Fisci pluries, atque pluries
in praxi novam oblationem, sive additionem
admitti posse tradit *Alexius num.* 8. In spe-
249 cie tamen *Mascatellius num.* 64, *& seqq.*
ad infinitatem evitandam, Judicis officium
multum in hoc operari debere putat; ma-
xime quia licitationes istae pluries animosae,
& ad emptorum invidiam esse assolent, pro-
ut animadvertit *De Franchis in dec.* 54. *n.* 11.
250 Indubio autem vult, quod cum haec licita-
tionis reiteratio ex restitutionis capite fiat,
quae bis in Regno ex stylo S. C. concedi-
tur, ita pariter ultra binum actum praedicta
licitationis reiteratio procedere nequit.
251 Nihilominus cum non sit utique verum
bis hodie in Regno concedi posse restitu-
tionis beneficium in una, eademque causa,
sed semel tantum per novellam *Regalem*
Constitutionem de die 14 *Martii* 1738. §. *10.*
num. 24, & vide etiam *Altimarem de nullit.*
contr. tom. 4. *rubr.* 1. *sect.* 2. *q.* 38. *num.* 26.
Eapropter in praesenti casu veritas meo ju-
dicio esse potest in distinguendo casum a
252 casu; nempe si minor post primam licita-
tionem in justo pretio deceptus adhuc ma-
net, & quidem restitui queit ad secundam,
& iterum ad tertiam, si pariter justi pretii
deceptio existeret, cum semper subsit nova
laesionis causa ad restitutionem petendam.
253 Reducto tandem contractu ad justum pre-
tium, vel si ab initio nulla justi pretii laesio
extitisset, & tunc semel restitutionem ad
novam oblationem puto concedendam, cum
ad lucrum adhuc minor restitui possit. Ne-
que dicas, quod si secundo, & tertio ad-
huc concedatur, semper ad majus lucrum
minor restitueretur, quia respondetur, quod
254 tali modo res in continuo foret motu, at-
que ad infinitum tenderet, & nemo tali o-
nere contrahere reperiretur. Eapropter Pom-
ponius in *l. Etsi sine* 8. §. *quaesitum*, & Pau-
lus in *l. Quod si minor* 25. §. *non semper ff.*
de minor. existimarunt, quod non semper
255 ea, quae cum minoribus geruntur rescin-
denda sunt, sed ad bonum, & aequum re-
digenda, ne magno incommodo hujus aeta-
tis homines afficiantur, nemine cum his con-
trahente: Tum etiam quia per laudatam
Regalem Constitutionem restitutio semel con-
cedenda erit.
256 Si contrahendo minor se majorem sim-
pliciter asseveravit, minori aetate probata,
in integrum restitui potest, per Rescriptum
Imp. Alexandri in *l.* 1. *Cod. si min. se major.*
257 Verum si non per errorem, sed dolose,
& fallaci majoris aetatis mendacio se majo-
rem asseveravit, quia jura errantibus, & non
decipientibus subveniunt, merito tali minori
restitutio denegatur, per Rescriptum Impp.
Diocletiani, & Maxim. in *l. Si is, qui* 2.
Cod. eodem, & tradunt *Sabellius* §. *minor n.*
14. & §. *restitutio num.* 18., plene *Oddus q.*
24. *art.* 1., & 6., *Card. De Luca in suo tract.*
conflict. legis, & rationis observ. 9., *Sorge*
in jurispr. tom. 1. *cap.* 21. *num.* 53.
258 Si vero adversarii dolo dumtaxat fuerit
inductus minor ad se majorem asseverandum,
& tunc restitutionem ipse minor habebit,
quemadmodum rescripserunt iidem Impp.
259 Dioclet., & Maxim. in *l. Si alterius* 3.
Cod. eodem. Etiamsi juramentum intercesse-
rit; etenim juramentum adversarii dolum
purgare non debet, plene *Oddus art.* 5.,
Card. De Luca de alienat. disc. 29. *num.*
22. *ad* 26.
260 Sed quid dicendum in casu, quo tam
minor, quam ejus adversarius fuerunt in
dolo, ex eo quia minorem aetatem uterque
261 sciebat? Et quamvis non desint, qui ve-
lint denegari ipsi minori restitutionem; ni-
hilominus contraria opinio verior, & magis
262 communis est, ut plene tradit *Oddus art.*
7., cum in re pari magis minori, quam ad-
versario sit succurrendum, *Jovius de solemnit.*
in contr. minor. Glos. 19. §. 7. *num.* 43., *Affli-*
263 *ctus dec.* 393. *num.* 2. Quod & verum est,
etiamsi minor jurasset, cum nequeat adver-
sarius minoris propriam turpitudinem ipsi
minori objicere, quasi contra juramentum
veniat, dum culparet seipsum, qui sciebat
minorem falsum jurare, quando jurando se
majorem asserebat, *Oddus num.* 55., *Card.*
De Luca loc. cit.
264 In dubio autem quis fuerit in dolo, an
minor, an adversarius, pro minore erit ju-
dicandum, & sic restitutio non impeditur,
265 *Oddus art.* 8. *num.* 56., *De Luca loc. cit.*
Eapropter onus probandi spectat ad eum,
qui asserit, minorem asseruisse dolo se fuisse
majorem, *Oddus loc. cit.*, *Jovius num.* 45.
266 Si vero cum juramento minor se majo-
rem asseveravit, quamquam neutrius adhuc
dolus intervenerit, ut post alios firmat *Od-*
267 *dus q.* 24 *art.* 2. *num.* 8., restitutionem mi-
nor non habebit, hac tamen differentia,
quod si juramentum fuit simpliciter, seu
verbis praestitum, & tunc restitutionem non
habebit, si suam minorem aetatem vellet
268 testibus probare; secus vero si per instru-
menta. Dum autem fuerit juramentum cor-
poraliter praestitum, hoc est, tactis scripturis,
& tunc quocumque modo sive per testes,
sive per instrumenta volens minor se resti-
tuere ad suam minorem aetatem probandam,
nequaquam erit audiendus, prout rescriptum
fuit in dicta *l. Si alterius Cod. si min. se*
major., in illis verbis: *Si tamen in instru-*
mento per Sacramenti religionem majorem te
esse asseverasti, non ignorare debes exclusum
tibi esse in integrum restitutionis beneficium,
nisi palam, & evidenter ex instrumentorum pro-
batione, non per testium depositiones te fuisse
minorem ostenderis. Hujusmodi autem Sacra-
mento corporaliter praestito, nullum tibi su-

pereſſo auxilium perſpicui juris eſt, vide late
Oddum dict. art. 2., *Pariſium lib. 1. conſ. 97.*
per totum, & præſertim ex *num.* 33., *ex n.*
41., *& in num.* 66.
269 Jurans enim quis minor ſe majorem ta-
ctis ſcripturis, juramentum taliter præſtitum
dicitur probatio juris, & de jure pro majori
ætate, quæ probationem in contrarium non
admittit, *Pariſius num.* 46., *&* 47., *Alexius*
ad Capyc. Latr. conſult. 155. *num.* 23. Quod
probari evidenter videtur ex deſcriptione
ipſius tituli *Cod. ſi minor ſe majorem dixerit*,
270 *vel probatum fuerit*. Etenim hic titulus
continet duo capita, quando nempe minor
dixerit ſe majorem, & procedit juramentum
verbotenus præſtitum; & quando probatum
fuerit, & procedit juramentum corporaliter
acceptum, quia tale juramentum facit, ut
major ætas tamquam probata habeatur, &
in contrarium non admittit probationem.
271 Adprobans in eadem minori ætate minor
actum a ſe factum, nulla erit adprobatio,
& reſtitutioni erit locus, plene *Oddus q.* 25.
art. 1. Prout & pariter renuncians minor
272 reſtitutionis beneficio in ætate minori,
nulla erit renunciatio, late *Oddus q.* 26. *art.* 4.
273 Prout & ſuccurritur ipſi minori adverſus
non ſervatum pactum, vel conventionem,
274 *Oddus q.* 84. *art.* 1., aut adverſus non adim-
pletam conditionem, *Oddus art.* 2., & et-
275 iam adverſus opus non factum, ſeu perfe-
ctum, *Oddus art.* 3.
276 Et reſtituitur non ſolum dum in re, aut
in pretio læſus fuit contrahendo, ſed adhuc
ſi emendo, permutando, aut quomodolibet
contrahendo in malum vicinum inciderit,
Oddus q. 4. *art.* 10. *num.* 85., *Menochius de*
præſumpt. lib. 3. *præſ.* 83. *num.* 9., *&* 10., ubi
refert Catonem in libris de agricult. ita a-
jentem; *Malum vicinum æque, ac morbum*
nocere: atque Plutarchum in vita Themiſto-
clis, qui prædium vendere volens, procla-
mari juſſit, bonum etiam vicinum habere.
Et bonus teſtis ſit nobis ipſemet *Menochius*,
qui in *num.* 12., ait, ita ſe affectum fuiſſe
mala vicini duritie, ejuſque canum latran-
tium moleſtia, ut vix ſtudiis interdum
ſatisfactus redderetur; qui vicinus adeo in-
humanus fuit, ut omnium amicorum preces
fuerint illi penitus inanes. Et idem dicas,
ſi inciderit in malum locum, veluti in ma-
277 lam aeris temperiem, *Oddus num.* 87.,
Menochius num. 13.
278 Reſtitutionem habebit etiam minor ad-
verſus venditionem rerum ſuorum majorum
ob affectionem in illis; eapropter ſi vendi-
dit, aut etiam emere omiſerit locum, in
quo erant ſepulchra majorum ſuorum, vel
imagines in ædibus ejus fundi depictæ; aut
ſi emerit prædium incurſionibus hoſtium,
vel latronum expoſitum, & ſimilia, quæ
prudens Judex optime noverit, & tunc re-
ſtitutio quidem locum habebit, plene *Oddus*
279 *num.* 88., *& ſeqq.* Vendens enim minor
res ſuorum majorum cenſetur enormiter
læſus, *Menochius num.* 4.
280 Adverſus mutuum, quod minor accepit,
& diſſipavit, datur quidem reſtitutio per
Textum Caj in *l. Patri* 28. *§. ſi pecuniam*
281 *ff. de minor*; *Verde lib.* 1. *inſtit. civ. num.* 652.
Etiamſi alter minor credidit, quia inter duos
minores melior eſt conditio conſumentis,
niſi locupletior fuerit effectus, ut reſpondit
Paulus in *l. Si minor* 35. *ff. eodem*. Alia de
mutuo vide in *cap.* XV.
282 Reſtituitur necnon minor adverſus debi-
tum per ipſum minorem confeſſum, ſi alias
non conſtiterit, nec probatum fuerit; et-
iamſi de alia læſione non appareret, cum
confitendo læſus cenſeatur, *Oddus q.* 65. *art.*
8. *num.* 33., *Narbona de ætate ann.* 25. *q.* 37.
num. 19., *Ayllon ad Gomeſium var.* 2. *cap.* 14.
num. 16.
283 Et ſi chirographum, ſeu privatam ſcrip-
turam minor recognovit ſine ſui curatoris
auctoritate, adverſus talem recognitionem
reſtitui poteſt, plene *Narbona de ætate ann.*
284 25. *q.* 83. *num.* 1., *& ſeqq.*, ubi ſubdit, quod
tamquam nulla recognitio non indiget re-
ſciſſione, ſeu reſtitutione, quod & probat
Ayllon loc. cit., ubi etiam firmat, quod ſi
285 cum curatoris auctoritate peracta fuit re-
cognitio ſive in judicio, ſive extra, quam-
quam valida ſit, nihilominus reſtitutioni ob-
noxia manet.
286 Reſtitutionem habebit etiam minor, ſi
peritiores conſuluit, & ſecundum ipſorum
conſilium fecit, *Tuſchi lit. M. concl.* 259. *n.*
287 24., *Alex. conſ.* 103. *num.* 13. *lib.* 1. Pariterque
ſi in optione legata rem elegit deteriorem;
vel ſi de duabus rebus, quas minor promi-
288 ſit, pretioſiorem inde dederit, deteriori
detenta, per Textum Pomponii in *l. Et ſi*
fine 8. *ff. de minorib.*, *Verde lib.* 1. *inſtit. civ.*
num. 662. *in fine*.
289 Annuimus ſupra *num.* 247., quod mino-
ribus etiam in lucro ſuccurritur, quod &
procedit, etiamſi fuerit in præjudicium ter-
tii, *Theſaurus dec.* 99. *num.* 15. Et etiamſi
290 vellet reſtitui ad lucrum omiſſum, quod
mero ejus favore conſtitutum eſt, ut ex. gr.
adverſus omiſſam hereditatem; adverſus re-
nunciationem, vel remiſſionem fideicommiſſi,
aut legati; quamquam heredi, vel ſubſtitu-
291 to, aut collegatario accreverit, & non ſine
eorum damno reſtitutio veniret facienda.
292 Non attamen procedit in caſu, quo vellet
minor reſtitui ad lucrum, quod mero ad-
verſarii odio, & ad ejus pœnam ac damnum
conſtitutum eſt, quia tunc ſuccurrendus non
293 erit minor, ut exemplo demonſtrat *Tri-*
phoninus in *l. Auxilium* 38. *ff. de minor*,
nempe non reſtitui minorem adverſus omiſ-
ſam pœnæ proſecutionem, vel adverſus actio-
nem injuriarum omiſſam, plene *Oddus q.* 4.
art. 9., *Surdus dec.* 99. *num.* 20.

Re-

294 Restituitur etiam adversus Officialem Syndicaturum, si querelam proponere, aut ipsam in termino justificare desiit, *Cancerius var. 3. cap. 12. num. 29.*, *De Marinis tom. 3. alleg. 4. num. 5.*, *& 6.*
295 Item restituitur adversus filiumfamilias majorem, quia ætatis favor potior est illo Senatusconsulti, per sententiam Ulpiani in *l. Verum 12. §. plane ff. de minor*. Verum si
296 filiosfamilias minori pecuniam minor credidit, & tunc adversus consumentem nulla datur actio, nisi locupletior fuerit effectus,
297 ut docet Paulus in *l. Si minor 35. ff. eodem.* Si autem a majore pecuniam minor accepit, & dissipavit, nulla actio adversus ipsum minorem creditori competit, per responsum Caj in *l. Patri 28. §. si pecuniam ff. eodem.*
298 Restituitur necnon adversus cessionem in potentiorem factam, per quam causæ jacturam passus fuit. Pro cujus intelligentia sciendum est, quod per Impp. Dioclet., & Maxim. in *l. 1.*, & per Impp. Arcad., Honor.,
299 & Theodos. in *l. 2. Cod. ne liceat potent.* vetitum fuit fieri cessionem potentiori ratione officii. Et per eosdem Impp. Dioclet.,
300 & Maxim. in *l. 1. Cod. de alien. mutan. judic.* statutum fuit, ne fiat cessio potentiori ratione privilegii, prout late notat *Olea de cess. jur. tit. 2. q. 4. num. 14.*, ut ex. gr. in favorem pupilli, & minoris, ne deterior fiat adversarii conditio, cui per cessionem objicitur persona magis privilegiata, quam esset cedens, *Olea num. 27. in fine*, *Narbona de ætate ann. 25. q. 25. num. 6.*, *Bersanus de pupillis cap. 2. q. 28. num. 25.*, Et tali cedenti imposita fuit pæna jacturæ causæ, & actionis, quamquam potentiores nulla pæna sint
301 affecti, sed Judicis arbitrio mulctantur, ut refert *Olea num. 18.*; quæ tamen cessio ut pænam producat, dolum continere debet, nempe ob causam opprimendi adversarium.
302 Ac proinde facta per minorem cessione in potentiorem, adversus eam restituitur, ne causæ jacturam patiatur, plene *Cancerius var. 2. cap. 12. num. 74.* Immo *Olea num. 30.*,
303 cogitato melius negotio, putat, neque restitutione talem minorem indigere, quia per dictam cessionem causæ jacturam non patitur, cum dolus, aut fraus in minore considerari nequeat. Proindeque sub legis dispositione prædicta cessio cadere non potest.
304 Quæritur, an restitutionem habebit minor adversus omissas probationes, si per procuratorem a se cum juramento constitutum litigaret? Et prima facie videtur respondendum negative per doctrinam Bartoli in *l. Minor 25. ante num. 1. ff. de minor.*, quam mirabilem, & menti tenendam dicit Jason *in auth. Sacramenta puberum*, & tradunt *Cancerius var. 2. cap. 1. num. 228.*, *Alex. conf. 222. num. 2. lib. 2.*, *Boerius dec. 93.*, *Cacheranus dec. 157. num. 14.*
305 Verum Rebuff. in *tit. de restitut.*, *& de*
rel.

relevam. art. 1. Glos. 2. num. 4. dictam Bartoli doctrinam non servari tradit, sed semper minorem restitui; & quamquam *Cacheranus loc. cit.* ipsum Rebuffum falsum existimare voluit. Nihilominus juxta opinionem Rebuffi, & contra Bartolum testatur in S. C. decisum *Ursillus ad Afflictum in dec. 114.*, & etiam *De Franchis in dec. 448.*, ubi nominatim opinio Rebuffi contra Cacheranum adprobatur, & sequitur *ibidem De Luca n. 4. cum Reverterio in dec. 476.*, & aliis. Et secundum decisionem relatam ab Ursillo, & De Franchis iterum decisum testatur *Thorus in comp. decis. ver. beneficium primum*. Et late tradit *Capone de pactis quæst. 40. n. 29.*, ubi refert, hanc opinionem in omnibus Re-
306 gni Tribunalibus semper in usu, & observantia fuisse, sive per se, sive per ejus procuratorem cum juramento constitutum litigaret. Pariterque de quotidiana praxi testatur *Follerius ad Marantam p. 6. ver. & quandoque appellatur sub num. 107.*, & comprobat *Riccius in prax. civ. p. 3. lib. 1. cap. 21. n. 22.*
307 Nec obstat adversariorum ratio, quod minor per juramentum fit major; nam respondet *Ursillus num. 2.* sequentibus verbis. *Quod licet ratione juramenti minor major efficiatur, tamen hoc non est perpetuum; nam minor in causa possessorii pro majore habetur, & tamen non negantur beneficia.*
308 Sed melius responderi poterit, quod prædicta ratio procedere nequit in casu præsenti, quia minoris juramentum ejus personam in judicio non legitimat, ut tradunt *De Marinis ad Reverterium in dicta dec. 476.*, *Ca-*
309 *pone loc. cit.*, aliique. Insuper respondeas, juramentum, quod minor in mandatis, & procurationibus præstat, solummodo vim habere de non veniendo contra factum procuratoris, adversus quod jam minor non venit, sed tantum adversus omissum, & non allegatum, *Tuschi lit. R. concl. 295. num. 19.*, *Capone de pactis quæst. 61. num. 6.*, quod fortius & procedit in procuratore sine juramento constituto, *Oddus de restit. in integr. q. 22. art. 5. num. 38.*
310 Excedente vero procuratore mandati fines, aliter rem gerendo, quam a minore fuerit eidem mandatum, tunc restitutionem adversus læsionem passam minor obtinebit, si demum procurator non erit solvendo, ita per Pauli Textum in *l. Cum mandato 24. ff. de minor.* tenent communiter DD., ut notat *Oddus in dicta art. 5. n. 38.*, *& 39.*,
311 ubi disparitatis rationem assignat, quod dum læsio processit ab eo, quod fecit minor, sive ex facto ejus, consentaneum est dari restitutionem, quam nequaquam procedere posse, quoties minor culpa, & imprudentia propria læsus non est.
312 Diversum vero est in tutore, aut curatore, qui si in agendo pupillum, aut minorem circumvenit, ipsius pupilli, aut mino-
ris

ris electionis erit, aut tutorem, sive curato-
rem, aut tertium possessorem convenire,
per Rescriptum Impp. Dioclotiani, & Maxim.
in *l. Etiam in iis 3. Cod. si tut., vel cur.*.
Etenim cum id, quod faciunt tutor, aut
313 curator auctorizantes actum pupilli, vel mi-
noris fiat principaliter ab ipso minore, si
male agitur, ab ipso minore male agi dici-
tur, quia persona tutoris, vel curatoris tam-
quam ex necessitate officii adhibita non con-
sideratur ut principalis, sed ut auctoritatem
præstans actui ipsius minoris; eapropter cum
eodem mitius agendum erit. Persona vero
procuratoris principalis quidem est in agen-
do, & voluntarie facit ea, quæ facit. Mi-
nor vero dominus ut ratificans postmodum
actum ab ejus procuratore gestum conside-
ratur, & consequenter mitius agendum erit
cum tutore, aut curatore, quam cum pro-
curatore.
314 Adversus contractum minor restitutus,
una cum fructibus erit eidem res restituenda,
plene *Oddus de restit. in integr. q.45. art.2.*.
Limitatur primo quando possessor fecit uti-
315 les, aut necessarias impensas in ipsa re;
qnoniam tum ad circuitum evitandnm, es-
sent proportionabiliter cum fructibus com-
pensandæ, *Oddus num. 17.*: Limitatur se-
316 cundo quando Judex in sententia illos spe-
cialiter restituendos non expresserit, quia
alias tacite in condemnatione non venirent,
317 *Oddus num. 25.*, sed vide *num. 455.*, li-
mitatur tertio, si restitueretur minor ad la-
psum tempus redimendi; quia tunc licet pos-
sit ope restitutionis in integrum redimere,
non attamen fructus interim perceptos con-
318 sequi poterit, *Oddus num. 27.* Limitatur
quarto, quando rescinderetur venditio ra-
tione non justi pretii, quoniam tunc fru-
ctus non erunt restituendi. Sed quoniam
nonnulli contrarium tenuere, ideo recte
319 distinguit *Oddus num. 29.*, nempe aut agi-
tur de fructibus ejus partis, & ratæ, pro
qua justum pretium solutum non fuit, &
tunc quidem erunt restituendi, ne emptor
320 fructibus & pretii lucro gauderet. Aut
agatur de fructibus ejus partis, pro qua pre-
tium legitime solutum fuit, & tunc rescissa
venditione ope restitutionis, non erunt fru-
321 ctus restituendi, cum minor pecunia, emp-
tor re gaudebit. Limitatur quinto, ut non
procedat, quando ex speciali privilegio pe-
teretur restitutio post transactum quadrien-
322 nium, *Oddus num.33.*. Et in *num. 34.* de-
clarat hoc procedere quando ex gratia pe-
nitus speciali concederetur restitutio, non
autem quando justis de causis.
323 Pro declaratione tamen primæ limitatio-
nis dicimus, quod dum minor adversus rem
venditam restituitur, omnes expensas ab
emptore bona fide factas restituere debet,
ut tradit Scævola in *l. Intra utile 40. §. ven-
dentibus ff. de minor*, *Oddus q. 47. art. 6. n. 26.*
324 Intelligas tamen de expensis utilibus, &
necessariis; expensæ enim voluptuosæ ne-
quaquam sunt restituendæ, quamquam lici-
tum erit emptori illas auferre, pristina pro-
prietatis facie nequaquam mutata, per Tex.
Modestini in *l. si fine 33. §. interposito, ver.
item respondit ff. de adm., & per tut.*, *Od-
dus num. 27.*
325 Immo expensæ adhuc ntiles necminus
erunt restituendæ, si nimis gravosæ essent
minori, & factæ a possessore forte non sine
dolo; ut minorem ad rem venditam recu-
perandam exanimaret, utputa magnæ vineæ
plantatio in loco difficili, *Oddus num. 28.*
326 Et dum expensæ erunt reficiendæ, sem-
per id, quod magis minori erit expediens
refici debebit. Hinc si erit plus melioratum,
quam expensum, istud erit reficiendum, &
327 sic econtra, *Oddus art. 7.*. Quicquid vero
non arte, & laboribus emptoris, & posses-
soris melioratum est, nequaquam erit per
minorem reficiendum, *Oddus num. 34.*
328 Ad minoris heredes, & successores etiam
majores transitorium necnon erit restitutio-
nis beneficium per sententiam Ulpiani in *l.
Non solum 6. ff. de in integr. restit.*, & *in l. Mi-
nor 19. §. non solum ff. de minor.*, & rescrip-
serunt Impp. Dioclet., & Maxim. in *l. Ex
persona 4. Cod. de temp. in integr. restit.*,
atque Imp. Alexandr. in *l. Unica Cod. si
advers. dot.*, plene *Oddus q. 50. art. 1.*, *Tu-
schi lit. R. concl. 288.*, *Gomesius var. 2. cap. 14.
num. 6.*, ubi *Ayllon num. 7.*, *Baronius de
effect. minor. ætat. circa judicial. eff. 39. n. 38.*:
329 Et tam ad heredes ex testamento, quam
ab intestato, *Oddus num. 14.* Immo transit
etiam ad heredem heredis, *Oddus num. 15.*
330 Sicuti econtra datur restitutio contra he-
331 redem, *Oddus q. 31. art. 15.*, *Ayllon loc.
cit.*, & contra heredem heredis, *Verde lib.*
332 *1. instit. civ. num. 650. in fine.*
333 Quæ restitutio minoris heredi adhuc da-
tur, si læsio hereditate jacente contigerit,
Alex. cons. 45. num. 8. lib. 5, *Oddus q. 50.
art. 1. num. 16.*
334 Limitantur tamen prædicta si per here-
dem pro rato habitum fuit quicquid a mi-
nore fuerit gestum, ut si receperit pensio-
nem rei a minore locatæ, *Oddus n. 18.*, & *19.*
335 An vero ad heredem infantis transitorium
sit restitutionis beneficium, vide *cap. 30.
num. 39.*, & *seqq.*
336 Sed an transeat prædicta restitutio in
quemlibet singularem successorem? *Oddus
q. 50. art. 3.* firmat, quod minor vendendo,
cedendo, donando, vel legando rem suam,
intelligitur ex dispositione juris vendidisse,
cessisse &c. omne jus quod habebat ad i-
psam rem, etiamsi speciali jure ad illam sibi
competeret; unde si minor perperam obli-
gasset, vel servitutem rei suæ imposuisset,
exindeque ipsam rem vendit, vel donat,
poterit tum emptor, vel donator in inte-
grum

grum restitutionem adversus illam obligatio-
nem, vel servitutem impositam petere; quod
tamen in contractibus onorosis de necessita-
te procedere dicit, in lucrativis vero de
æquitate.
337 Et econverso adhuc contra tertium pos-
sessorem transit prædicta restitutio. Eaprop-
ter minor perperàm vendens Titio fundum,
quem inde Cajo Titius vendidit, poterit
quidem minor adversus Cajum tertium pos-
sessorem ope restitutionis in integrum veni-
re ad fundum recuperandum, dummodo ta-
men iste tertius possessor rem scienter ac-
338 quisivit; nam si ignoranter, non aliter con-
tra eum datur recursus, nisi primus emptor
solvendo non fuerit per sententiam Ulpiani
in *l. In causa 14. §. interdum ff. de minor.*,
& Pauli in l. Plene 15. ff. eodem, *Simoncel-
lus de decret. lib. 3. tit. 7. num. 21.*, *Od-
dus q. 31. art. 17. num. 86.*, *& seqq.*, ubi
rationem assignat, quia in integrum restitu-
tio in rem scripta esse dicitur.
339 Attamen recte advertit *Gomesius var. 2.
cap. 14. num. 6. in fine*, dispositionem dicto-
rum jurium veram esse, & procedere, quo-
ties minor fuerit læsus in pretio, ut quia
viliori pretio vendidit. Dum autem in ipso
340 contractu fuit læsus, ut quia vendere non
erat sibi expediens, & tunc indistincte con-
tra tertium possessorem, tam si fuerit sciens,
quam ignorans, & tam si primus emptor
fuerit solvendo, vel ne, semper danda erit
restitutio; & hunc esse verum, & realem
sensum dictorum jurium dicit, atque sequi-
tur *Ayllon. num. 7.*
341 Et in casu, quo contra tertium posses-
sorem dabitur restitutio, habebit idem re-
gressum contra suum auctorem; etiamsi ad
plures successores devenerit fundus, cum
semper postremus auctorem suum recogno-
scat, ut tradit Cajus in *l. Sed ubi 16. ff.
de minor.*, *Verde lib. 1. instit. civ. num. 650.*
342 Expensæ tamen huic tertio possessori
erunt per minorem reficiendæ, ut tradit
Oddus num. 95., *& 96.*
343 Quæritur, an restitutionis beneficium ali-
cui cedi possit? Et quamquam prima facie
negative respondendum videatur, ex eo
potissimum, cum nonnulli velint, restitutio-
nem dari ex beneficio ætatis, & jus ætatis
cedi nequit. Nihilominus tamen contraria
opinio verior, & communis est, ut tradunt
Oddus q. 49. art. 2., *Tiraquellius de retract.
344 consang. §. 26. Glosa 3. num. 13.*, *& 14.*
Etenim quicquid ad heredes transmittitur
cedi potest. Sed restitutionis beneficium ad
heredem est transmissibile, ergo, & cessi-
bile, ita *Oddus num. 18.*. Et jus ætatis mi-
345 noris cessibile quidem est, ut ostendit *Ti-
raquellius in tract. primog. q. 30.*, quem
laudat *Oddus num. 20.*. Etiamsi hoc restitu-
tionis beneficium speciali jure minori com-
346 peteret, ut tradit *Boronius de effect. minor.
ætat. circa judic. eff. 39. num. 33.*, quoniam
in integrum restitutio non est beneficium
mere personale, quia morte non extingui-
tur, sed ad heredes transit. Jus vero ætatis,
quod mere personale est, cedi quidem non
potest, & privilegiati morte extinguitur.
347 Immo hoc jus, seu beneficium restitu-
tionis in integrum vendi potest, ita post
alios firmat *Oddus q. 49. art. 3.*
348 Quæritur etiam, an restitutio per mino-
rem petita, & obtenta ejus fidejussori ad-
huc prosit? Et affirmare prima opinio vi-
detur, nam alias fidejussores eorum liberа-
litate frauderentur, si tenerentur in casu,
quo ipsi principales non tenerentur, contra
349 dispositionem *l. Divus Pius ff. de reg. jur.*.
Pariterque quia in duriorem causam esset
obligatus, & sic teneretur fidejussor plus-
quam principalis, contra dispositionem *l.
Græce §. fin. ff. de fidejuss.*
350 Nihilominus contraria opinio amplecten-
da est, prout ipsam rescripserunt Impp.
Severus, & Antonin. in *l. 1. Cod. de fide-
juss. minor.*, atque Dioclet., & Maxim. in
l. 2. Cod. eodem; & fuit adhuc sententia
Ulpiani in *l. In causæ 14. ff. de minor.*.
351 Etenim ratio ea est, quia creditor, rema-
nere in damno non debet, quando sine da-
mno minoris fieri hoc potest. Pariterque
352 quia quando minoris promissioni adversa-
rius fidejussorem requirit, ex eo creditur
facere, quia dubitat, ne minor in integrum
restitutionem petat; quod fidejussor scire
debet, ideoque excusari non potest, quia
tacite in hunc casum restitutionis petendæ
353 ipsum adversarium assecurare voluit, vide
plene *Oddum q. 48. art. 1.*. Nisi tamen ipse-
met fidejussor adhuc minor esset, quia resti-
tutionem habebit, *Oddus num. 18.*, *& in n.
19.*, declarat, quod aut minor fidejussor re-
354 stitui velit adversus suam fidejussionem, &
tunc indigebit propria particulari restitutione,
& quæri debebit, an læsus fuerit fidejuben-
do, ut toto *tit. Cod. si advers. fidejus.*. Aut
355 velit, ut restitutio minoris principalis sibi
prosit, & tunc ad circuitum evitandum suf-
ficiens erit restitutio ipsius principalis mino-
ris.
356 Juvaret necnon fidejussori restitutio sui
principalis, si ob adversarii dolum fuerit mi-
nor ipse restitutus, ut statuerunt Impp. Dio-
clet., & Maxim. in *l. Si ea quæ 2. Cod. de
fidejus. min.*, plene *Oddus q. 48. art. 2.*. Pa-
riterque si fidejussor fuerit heres sui princi-
357 palis minoris, quoniam tunc non uti fide-
jussor, sed tamquam minoris heres restitu-
tionem habebit per sententiam Pauli in *l.
Sthicum 95. §. quod vulgo ff. de solution.*.
358 Quod tamen verum est, & procedit in
casu, quo minor restitutionem in vita non
petiit, quia tunc ejus obligatio remansit ef-
ficax usque ad mortem, & in hereditate
efficax reperitur. In casu autem, quo mi-
nor

359 non petiit, & obtinuit in integrum restitu-
tionem, tunc obligatio principalis eo viven-
te extincta fuit, & remansit fidejussoria; &
consequenter nequit fidejussor ex persona
minoris amplius restitui, quia jam dum vi-
vebat fuit liberatus. Neque etiam ex perso-
na sua, quia ut fidejussor restitutionem non
habet, & ita intelligendum esse prædictum
Textum ait ibidem *Paulus de Castro*, quem
laudat *Oddus art.*3., aliosque casus vide apud
eumdem *Oddum art.* 4., *& seqq.*
360 Sed an prosit prædicta restitutio litis con-
sortibus, quando ipsi quoque sunt minores,
& res indivisibilis erit? Et pro affirmativa
opinione nulla est difficultas, ut videndus
Oddus q. 46. *art.* 1., *& in art.* 2., idem
firmat etiamsi res fuerit divisibilis.
361 Si vero litis consortes fuerint majores,
& tunc aut res erit dividua, & omnes con-
cordant, minoris restitutionem illis non pro-
desse per Rescriptum Impp. Dioclet., &
Maxim. in *l. Unica Cod. si in com. ead. caus.*
Nam, ut ait Ulpianus in *l. Denique* 3. §.
362 *sed utrum ff. de minor.*, intentio Prætoris
fuit, ut minoribus, non majoribus restitu-
tionis auxilium præstetur, plene *Oddus art.*
3., *Bersanus de pupillis cap.* 1. *q.* 21. *num.* 6.
363 Aut res erit individua, & magis commu-
nior erit sententia, ut majoribus adhuc li-
tis consortibus restitutio prosit; ut tradunt
Mauritius de restit. in integr. cap. 185.,
Menochius recuper. remed. 15. *num.* 131.,
Cancerius var. 2. *cap.* 2. *num.* 28., *Parisius*
lib. 1. *cons.* 100. *num.* 73., *Afflictus dec.* 213.
364 *Bersanus loc. cit.*. Vult tamen *Oddus art.*
4. *num.* 12., ut hoc verum sit, & procedat,
quoties res, vel causa erit taliter commu-
nis connexa, & indivisibilis, ut si restitutio
non prosit litis consortibus majoribus, neque
etiam ipsi minori in integrum restituto pro-
desse possit; quia si ipse minor satis jus suum
365 integre recipiat, etiamsi litis consortes ma-
jores beneficium suæ restitutionis non sen-
tiant, ad eosdem beneficium istud nequa-
quam erit porrigendum.
366 Quæ res vero, aut causa erit dividua, &
quæ individua, vide late apud *Caballinum*
in tract. de dividuis, & individ., *& Gome-*
sium var. resol. tit. de individuis; sed *Ber-*
sanus de pupillis cap. 1. *q.* 21. *num.* 8. ex
mente *Baldi in l. Si plures num.* 12. *ver.*
367 *individuum autem est Cod. de condit. insert.*
refert, illud individuum dici, cujus essentia
unica, & impartiabilis est. itaut una pars si-
ne altera stare non possit; eapropter dicitur,
quod in individuis utile per inutile vitiatur.
Dividuum vero illud dici, cujus essentia par-
tiabilis est, itaut una pars sine altera stare
possit, cum contrariorum eadem sit scientia.
368 Quærit tamen *Oddus art.* 7., an in casu,
quo litis consorti restitutionis beneficium
competat, ab alio obtentæ, eidem prosit abs-
que alia nova petitione? Et concludit no-
vam restitutionem nequaquam fore necessa-
riam. Verum obtenta restitutio non dicitur
ita competere, ut ipso jure restitutus dicatur,
cum revera non fuerit restitutus, neque ejus-
dem nomine fuit actum; sed exceptionis ope
tueri debet casu, quo ea actione convenia-
tur, qua minor restitutus, antequam resti-
tueretur, conveniebatur. Eapropter litis
consortes absque nova restitutionis petitione
tuti sunt ope exceptionis, virtute restitutio-
nis obtentæ per litis consortem minorem.
369 Sciendum tamen est, quod hodie per
novellam Regalem Constitutionem de die
14. Martii 1738. §. 1. *num.* 10. statutum
habetur, quod persona non privilegiata si
beneficio a privilegiata persona petito in
communi judicio adhærere velit, facere de-
bebit in termino dierum decem decurren-
dorum a die productionis gravaminis, non
obstante quacumque ignorantia; quo termi-
no elapso, adhærere amplius non poterit.
Eapropter, attenta hac novella Regali Con-
stitutione, debet litis consors infra decem
dies a die petitionis restitutionis in integrum
eidem inhærere.
370 Per legem, aut statutum in integrum re-
stitutio tolli potest, plene *Oddus q.*15.*art.*1.,
Altimari de nullit. contr. tom. 4. *rubr.* 1. *sect.*2.
*q.*38. *num.*17., *Tassonus super prag. de antefato*
*ver.*2.*obs.*2. *n.*46., ubi refert adesse pragmaticam
editam per Comitem de Lemos Proregem
sub die 3. Novembris 1611. in 9. cap., &
per Card. Zappate sub die 27. Maj 1621.
371 Legis autem generalitas nequaquam erit
sufficiens; cum, nisi de ea expressa mentio
facta fuerit, nequaquam exclusa videatur,
Altimari ver. nec sufficit; *Gratianus cap.* 74.
num. 9., *&* 10., *De Franchis in dec.* 431.
num. 4., ubi *De Luca num.* 1.
372 Denegatur minori restitutio adversus de-
negatam restitutionem. Hinc si restitutionem
minor petiit, & Judex eam denegavit, non
amplius adversus hoc restitui poterit, sed
appellationis beneficium habebit, prout re-
scripserunt Impp. Severus, & Antonin. in
373 *l.* 1. *Cod. si sæpe in integr. restit.*. Poterit
tamen restitui adversus lapsum appellationis
tempus *dicta l.* 1. *ver. sed si*, plene *Oddus*
q. 16. *art.* 1., *&* 2.
374 Neque restitutio conceditur adversus pa-
trem, vel Patriam, vel Patronum, ut Justi-
nianus statuit in *l. fin. Cod. qui, & advers.*
quos, *Oddus q.* 18. *art.* 1., *De Faria ad*
Covarruvias var. 1. *cap.* 5. *num.* 8.. Attamen
post alios declarat *Oddus art.* 2. hoc verum
575 esse, & procedere, quando concurrant ista
duo copulative, nempe quod restitutio ve-
niat concedenda contra personam Patris,
vel Patroni, & simul contra eorum factum.
Non autem si contra personas tantum, &
non contra ipsorum factum, aut econtra,
quia tunc non erit deneganda restitutio, ut
ex. gr. si vellet minor restitui adversus adi-
tio-

tionem factam a patre, quia in hoc casu minor dicitur restitui non contra Patrem; sed contra factum Patris, idest contra creditores, & interesse prætendentes propter aditionem a patre factam.

376 Adversus opus pium, aut votum neque restitutio conceditur; nam qui saluti animæ consulit, læsus dici nequit; quia adversus Deum restitutio non datur, *Sarge in jurispr.*

377 *tom. 1. cap. 21. num. 28.*. Et idem erit, quando prudenter se gessit minor faciendo actum laudabilem, & pium. Etenim faciens minor tamquam quilibet, & prudens vir, quamquam ex hoc sui patrimonii diminutio sequatur, non tamen concedenda erit resti-

378 tutio, per ea, quæ notat Ulp. in *l. Verum 12. §. sciendum ff. de minor.*, quoniam tunc neque dolus adversarii, neque propria minoris imprudentia considerari potest, *Oddus q. 23. art. 12.*

379 Minor adversus alterum minorem non restituitur, cum melior sit causa consumentis, nisi locupletior fuerit effectus, per sententiam Pauli in *l. Minor 35. ff. de minor.*, plene *Oddus q. 18. art. 5.*

380 Servo minori, qui non sibi, sed domino acquirit merito restitutio denegatur, cum sibi dominus imputet, illum ad sua negotia constituisse, ut tradit Ulp. in *l. Denique 3. §. servus ff. de minor.*, *Oddus q. 23. art. 1.*, *Verde lib. 1. instit. civ. num. 622.*

381 Adversus mandatum, aut voluntatem testatoris, neque datur restitutio, quia pro lege erit eadem observanda, *Ayllon ad Gomesium var. 2. cap. 14. num. 49.*, *Parisius conf. 19. num. 83. lib. 2.*, *Ursillus ad Afflictum in dec. 287. num. 9.*. Et idem erit si legis præ-

382 ceptum non adimpleat, *Cancerius var. 1. cap. 13. num. 58.*. Et si cum hac conditione,

383 *si cum certo personarum genere contraxerit*, fuerit minor institutus heres, proindeque cum aliis personis contraxit, eo ipso hereditate privatur, neque restitutio juvat, cum amplius testatori parere non possit, *Tuschi litt. M. concl. 759. num. 8.*

384 Minori Doctori restitutio denegatur, cum suæ professioni repugnet, sibique imputet, si lædere se fecit. Etenim turpe erit, ut quis ignorasse dicat jus, in quo versatur, ut ait Pomponius in *l. Necessarium 2. ver. namque ff. de orig. jur.*, *Oddus q. 23. art. 7.*, *Riccius coll. 2276.*, *Ammend. ad Franchis in dec. 421. num. 14*, *De Rosa in prax. civ. p. 1. in 1. inst. ord. jud. cap. 6. num. 30.*.

385 Intelligas tamen de iis, quæ ad juris peritiam pertinent, ut quando erravit in allegando jure, aut in legum renunciatione, & similibus, in quibus jurisprudentia versatur; nam tunc vere turpe erit, ut juris Doctor ignorantiam juris, quod scire tenetur, alleget,

386 *Gomesius ver. 2. cap. 14. num. 5. ver. decimo, in fine*, *Sabellius §. restitutio num. 20.*. In ceteris vero negotiis, quæ factum respiciunt, bene restitui potest; cum Doctor in jure excellentior, ut plurimum, in reliquis, quæ factum respiciunt, & jurisprudentiam non concernunt, ineptior videatur, *Oddus num. 31.*, late *Vinnius selectar. quæstion. cap. 13.*, *Card. De Luca de alienat. disc. 30.*

387 Idem dicas respectu Notarii, *Oddus de restit. in integr. artic. 6. num. 23. q. 23.*

388 Denegatur necnon minori restitutio, dum malitia eidem ætatem supplet, per id, quod statuerunt Cæsares in *l. Si alterius 3. Cod. si min. se major.*, *Oddus q. 23. art. 2.*, idem-

389 que dicas ob industriam minoris publice in actis redactam, ut quando nempe minor fuit in matricula alicujus artis adscriptus, & in qua nunc se læsum sui facilitate prætendit; maxime ne quis deceptus maneat auctoritate publica propter ejus publicam professio-

390 nem; plene *Oddus art. 4.*. Industria autem simplex, aut peritia minoris in aliqua arte restitutionis auxilium nequaquam tollit, *Oddus art. 2.*, *& 5.*

391 Neque restitutioni subest fortunæ, seu sortis judicium, aut sententia, etiam respectu minoris. Etenim quicquid ex forte contingit, cuique diligentissimo patrifamilias accidere potest, ideoque nequit imbecillitati intellectus attribui, *Gomesius var. 2. cap. 14. num. 4. in fine*, *Merlinus cent. 1. controv. 57. num. 28.*, ubi *Scoppa num. 11.*, aliique apud *Altimarem de nullit. sentent. tom. 1. rubr. 5.*

392 *q. 32. num. 1.*, *& 5.*, ubi subdit, quod dum partes judicio fortunæ se supponunt, ipsam fortunam pro divina voluntate assumunt, quæ superiorem nequaquam agnoscit. Hinc

393 est, quod qui judicio fortunæ se supponit, jure communi, & consueto uti videtur, ut

394 tradit *Gomesius loc. cit.*, quod solitum, & consuetum facit actum de voluntario ne-

395 cessarium, ut probat *Merlinus cent. 1. contr. 6. num. 15.*. Easpropter qui facit id, quod consuetum, & commune est, nequaquam lædi dicitur, per id, quod statuit Imp. Zeno in *l. fin. Cod. de in integr. restit. min.*. Pro-

396 ut neque læsus dici poterit minor, qui in venditione promisit duplum juxta regionis morem, *Merlinus num. 16.*

397 Limitatur tamen si in sortis judicio enormis læsio occurrerit, quoniam tunc vel Judicis officium imploratur; vel petitur, ut sententia in melius reformetur, vel tandem

398 restitui minorem tradunt *Merlinus loc. cit.*, *Altimari num. 6.*

399 Quæres, an restitui possit minor in casu quo ipse minor major factus ratum habuit, & adprobavit, quæ in minori ætate confecit? Plures casus pro sana quæsiti resolutione distinguendi sunt. Primus est, quando minor tacite ratum habuit, scilicet per lapsum quadriennii vigore *l. fin. Cod. de temp. in integr. restit.*, nam tunc per lapsum quadriennii post minorem ætatem completam denegatur exinde restitutio. Intelligas ta-

men procedere prout dicemus *cap.* 20. *n.*
400 Secundus casus est, quando expresse, & specialiter minor major factus ratum habuit; quoniam tunc restitutio penitus evanescit, prout statuit Imp. Gordianus in *l. Si sine decreto* 2. *Cod. si min. maj. fact. alienat.*, & clarius præscripserunt Diocletian., & Maxim. in *l. Qui post Cod. si maj. fact. rat. hab.*, & tradunt *Simoncellus de decret. lib.* 3. *tit.* 9. *num.* 2., *Menochius recuper. rem.* 59. *num.* 106., & 119., *Sabellius* §. *minor n.* 13. *in fine*, *Sorge in jurisprud. tom.* 1. *cap.* 21. *num.* 35.
401 Necesse est tamen, ut talis minor plenam notitiam habeat substantiæ contractus, ejusque qualitatuum, ac doli in contractu forsan interventi, atque omnium vitiorum, & defectuum interventorum, *Gratianus cap.* 824. *num.* 52., *Ursillus ad Afflictum in dec.* 249. *num.* 9.. Nec sufficiens erit notitia præ-
402 sumpta, sed certa esse debet, *Ayllon ad Gomesium var.* 2. *cap.* 14. *num.* 12., *Sorge in jurisprud. tom.* 1. *cap.* 12. *num.* 5.. Immo ultra
403 certam notitiam, & scientiam prædictorum necesse est etiam, ut fiat ratihabitio cognitis, & inspectis scripturis, & toto contractus tenore, taliter ut instrumenti ratificatio cum expressione anni, diei, & Notarii, qui stipulavit non sufficiat, sed requiritur, ut omnia instrumenti verba legantur, & perpendantur, *Gratianus cap.* 162. *num.* 3., *Sorge num.* 7.. Quod procedit etiam in he-
404 rede ipsius minoris, qui si scienter ratificat id, quod minor ejus auctor gessit, nequit inde minoris nomine restitutionem postulare, *Oddus num.* 47., *Simoncellus n.* 19.
405 Quæ expressa ratihabitio ex nunc contractum validat, ad differentiam tacitæ ratihabitionis, quæ ex tunc illum validat, ut firmavimus *cap. anteced. num.* 117., & *seqq.*
406 Tertius casus est, quando ratihabitio tam tacita, quam expressa esse videtur, ut nempe quando facto aliquo sit inducta, ut cum *Salicete* in *l.* 1. *Cod. si maj. fact. rat. hab.*, notat *Simoncellus de decret. lib.* 3. *tit.* 9. *n.* 6.,
407 Et sic si pupillus, aut minor se debitorem constituit per propriam conventionem; aut per conventionem tutoris, aut curatoris nomine pupilli, aut minoris, exindeque major factus in causam ejusmodi contractus præcise solvit, inducta videtur ratihabitio, ut tradunt *Mascardus de probat. conclus.* 1261. *num.* 37., *Menochius recuper. rem.* 15. *n.* 119., aliique apud *Bersanum de pupillis cap.* 2. *q.* 35. *num.* 8.
408 Et idem erit, si prædium emerit, habita fide de pretio; & post superventam majorem ætatem pretium venditori promissum solverit, quoniam ita emtionis contractum ratificare voluisse censetur, *Bersanus n.* 6., *Capyc. Latro dec.* 57. *num.* 17.. Pariterque
409 si dilationem ad solvendum impetravit, *Bersanus num.* 7., *Mascardus num.* 41., *Menochius num.* 12., *Cancerius var.* 2. *cap.* 6. *n.* 107., aut si locavit fundum, vel domum, &
410 postea major factus pensionem recepit, quia tunc ratihabitionem inducere videtur, ideoque restitutionis beneficium amittit, *Menochius num.* 118., aliique apud *Oddum q.* 25. *num.* 65.
411 Prædicta tamen locum suum vindicant, dum certa interfuerit scientia, ut diximus *num.* 401.. Etenim quamquam ratificata censeatur emptio per minorem facta, si major factus fructus rei emptæ percipiat, ut
412 tradunt *Mascardus num.* 44., *Bersanus n.* 8. Prout & pariter per fructuum solutionem;
413 attamen ut talis voluntas ex fructuum solutione induci possit, atque ex ea desumi, quod actus gestus fuit ad explendam ratificationem; requiritur, quod minor scientiam habuerit tam in jure, quam in facto, contractum esse nullum. Alias quia solutionis actus referri potest ad credulitatem ejus validæ obligationis, nequit propterea ex tali solutionis actu deduci ratificatio, quæ ad
414 ignorata non trahitur. Et nequit probari, nisi ex probationibus univocis, & ad aliud non referibilibus, ita *Card. de Luca*, cum aliis longa serie citatis in *tom.* 1. *decis. Rot. Rom. lib.* 7. *dec.* 38. *num.* 22.
415 Opponi tamen poterit, quod quamquam in minore effecto majore scientia juris, & facti requiritur, nihilominus tamen scientia facti probatur ex quo contractus fuit ab ipso stipulatus. Scientia autem juris in re adeo vulgari nullitatis contractus ex capite minoris ætatis inducta dicitur ex temporis diuturnitate, recensitis actibus tam judicialiter, quam extrajudicialiter expletis, & commoditate consulendi juris interpretes, ut *Rota dec.* 321. *num.* 9. *p.* 4. *tom.* 2. *recen.*
416 Verum respondet *De Luca num.* 24., & *seqq.*, præsumptionem fuisse peritiores consultos nequaquam sufficere ad ratihabitionem inducendam; cum exigatur probatio scientiæ claræ, & non præsumptæ. Multa namque in casu decisionis Rotæ intervenerunt, quæ Judicem ad credendam ratificationem, & contractus adprobationem suaserunt. Etenim ibi minor per 40., & plures annos fructus exsolvit, atque ratam census per eumdem impositi extinxit; in cujus extinctionis occasione necessario impositionis qualitatem vidisse præsumitur. Et tandem ipsum contractum in judicio contra obligatum produxit, quo usus fuit; & ex his circumstantiis censuit Rota rejicere allegationem ignorantiæ nullitatis facti, & juris. Facti, ex eo quod probabatur scientia qualitatis contractus ex census productione, illius productione, & judicio moto in vim ejusdem adversus obligatos. Juris, ex præcisa consultatione facta cum peritioribus, ob litem in vim illius motam, in qua pernecesse Defensor legendo contractum, præsumitur quod cer-

tio-

tioravit minorem factum majorem, de illius nullitate, ac de ratificatione, quæ ex lite promanabat. Quibus, similibusve deficienti-
417 bus circumstantiis, nuda præsumptio, quod peritiores consuluit, nequaquam sufficiens erit ad ratificationem inducendam, cum exigatur probatio scientiæ claræ. Et quoties trahi possit actus, qui pro ratificatione alle-
418 gatur, ad aliam intentionem, quam ratificandi contractum, ratificatio nequaquam induci videtur; cum semper maneat animadversio, solutionis actum ad ignorantiam fore referibilem; quia ex generali notitia contractus, non inducitur notitia qualitatis ejusdem, ut notat *Rota dec.* 523. *num.* 13. *p.* 4. *tom.* 3., & *dec.* 735. *num.* 20. *p.* 18' *recent.*. Et conse-
419 quenter nuda temporis diuturnitas, quamquam præsumere faciat fuisse peritiores consultos, attamen, ut firmat *De Luca loc.cit.*, non erit hæc præsumptio efficax ad inducendam ratificationem, sed magis clara, aliisque evidentissimis circumstantiis vestita esse
420 debet. Verum qualibet occasio, aut causa sufficiens erit ad ratihabitionem excludendam; prout etiam & omnis modica præsumptio, *Menochius lib.* 4. *præsumpt.* 101. *num.* 34., *Merlinus cent.* 1. *contr.* 79. *num.* 10.. Immo etiam extrajudicialis querela, *De Marinis var.* 2. *cap.* 18. *num.* 57.

421 Regula igitur ita esse debet; nempe aut factum subsequutum erit quædam executio voluntaria actus facti in minori ætate, ut in relatis exemplis. Pariterque si minor minus perfecte hereditatem adiit, effectus major hereditaria credita exegit, aut debita solvit, tum dicitur actum voluntarium efficere, atque aditionem tacite ratificare ex nunc, atque hereditatem denuo adire tempore habili, quia cogi nequibat credita, aut debita exigere, aut solvere, ex eo quod aditionis actus minus perfecte fuit, & consequenter, quia voluntarie ratificavit, immo denuo videtur tempore habili hereditatem adiisse, nequit propterea adversus illum aditionis actum restitutionis auxilium implorare, quamvis se læsum proponat; quia non primus actus, sed secundus voluntarie expletus, at-
422 tenditur. Si vero factum subsequutum erit quædam executio necessaria actus effecti in minori ætate, ut quando aditionis actus ab initio perfectus fuit, & tunc in ætate majori venit in consequentiam creditorum exactio & debitorum solutio, tamquam necessario pertinens ad ipsius hereditatis legitime aditæ administrationem. Et minor factus major exigendo credita, vel solvendo debita nihil prorsus addit, vel detrahit perfectioni contractus, cum id geri videatur ex necessitate aditionis præcedentis. Et sic faciens aliquid, quod veniat necessario faciendum, etiamsi ipse nollet, sed jure cogente propter id, ad quod se legitime obligavit in minori ætate, nequit hoc in casu dici, quod velit propter-

ea adprobare id, quod in minori ætate egit, quia non sponte hoc facit, sed jure cogente; quod non ita erit, quando voluntarie facit, ut quando recipit pensionem, vel pretium rei nulliter locatæ, aut venditæ, & similium, quia ad hoc nemo eum cogere potest. Et si recipit, facit, quia ita vult, & consequenter sponte adprobat quicquid in minori ætate gessit, plene *Oddus de restit. in integr. q.* 25. *art.* 6., *Merlinus cent.* 1. *contr.* 79. *num.* 10., *Verde lib.* 1. *instit. civ. num.* 613., *& seqq.*, *Bersanus de pupill. cap.* 2. *q.* 36., *Sorge in jurisprud. tom.* 1. *cap.* 12. *num.* 8., per Textum Ulpiani in *l. Denique* 3. §. *scio ff. de minorib.*

423 Quia igitur restitutio coram Judice rei peti debet, tam si agatur ad contractus rescissionem, quam ad illius observantiam, ut tradit *Oddus q.* 32. *art.* 13. *num.* 112. *in fine*. Eapropter dum per pupillum, aut minorem adhuc majorem effectum restitutio petenda erit, in foro Rei sequenti modo comparere poterit.

424 „ Nella Corte comparisce N., e dice, „ come nell'anno 1770., tempo in cui era in „ età minore vendè a Francesco Franco una „ sua possessione chiamata il Salineto per do„ cati cento, che così si disse valutata da Gio„ vanni Serra publico esperto. In quale ven„ dita abbenchè ci fosse intervenuta l'autorità „ del Curatore, e 'l decreto del Giudice, „ pure esso comparente restò gravemente le„ so nel prezzo di detta possessione, mentre „ valeva in quel tempo docati centoquaranta, „ e più, e così venne leso nella somma di „ docati quaranta, motivo per cui comparisce „ in essa Corte, & *nobile Judicis officium* im„ plorando sa istanza, che sia *in integrum* re„ stituito nel sudetto contratto lesivo, per „ essere tra 'l tempo delle leggi permesso; „ con ordinarsi al menzionato Francesco, „ che voglia risondere in beneficio di esso „ comparente li sopradetti docati quaranta in„ sieme col suo legitimo interesse, o pure „ restituirli la cennata possessione, essendo „ pronto rimborzarli li docati cento ricevuti. „ E così dice &c. *omni modo meliori &c.*

In cujus calce interponendum erit sequens decretum.

Die . . .

425 „ Per Curiam . . . fuit provisum, & decretum, quod omnia, & singula in supradicta „ compatitione contenta intimentur, & noti„ ficentur parti ex adverso ad finem &c. Et „ ita &c.

426 Debet pars citari, quia restitutionis judicium principaliter petitum ordinarium est, & cum causæ cognitione expleri debet, ut diximus *num.* 198., *& seqq.*. Immo etiam erit pars citanda, si summarie de restitutione cognoscendum erit, ut tradit *Oddus de restit. in*
427 *integr. q.* 34. *art.* 8. *num.* 40.. Alias sine partis citatione nulla erit restitutionis concessio,

Oddus num.39. Bersanus de pupillis cap.1.q.
16. num. 8.
428 Et dum judicium erit ordinarium, conte-
standa erit lis; secus si summarie erit pro-
429 cedendum, *Oddus q.* 35. *art.* 8.. Aut si
incidenter fuerit petita restitutio, *Oddus*
art. 9.
430 Lite igitur contestata, duo per actorem
erunt probanda, nempe quod contractus
tempore fuit pupillus, aut minor; & quod
in pretio læsus fuit in tanta summa; quæ
læsio erit plene probanda, tamquam ipsius
actoris fundamentum, quemadmodum & ætas,
de qua ætatis probatione vide p.1.cap.
& *Oddum q.* 37. *per totam*.
431 Econtra vero si adversarius opponat, tem-
pora restitutionis lapsa fuisse, ipsemet adver-
sarius probare debet, utpote suæ intentionis
fundamentum, plene *Oddus q.* 39. *art.* 1.
432 Quo termino expleto, publicationis actus
fieri debet; indeque monitio ad sententiam;
& tandem ferenda erit sententia, quæ diffi-
nitiva erit, ut tradit *Oddus q.* 40 *art*, 1. *n.* 3.
433 Et supposito quod actor jus bonum foveat,
debebit judex sententiam ferre libello con-
formem; & sic pronunciare tam super reme-
dio rescindente, quam super remedio rescis-
434 sorio; Pro cujus intelligentia sciendum est,
quod remedium rescindens est ipsamet in in-
tegrum restitutio; & ideo rescindens Docto-
res vocant, quia rescindit contractum, præ-
scriptionem, aliumve actum præjudicialem,
435 seu obstaculum recuperationis rei suæ. Re-
scissorium autem remedium est ipsamet actio
jam renata, & resuscitata, cujus actionis vi-
gore læsus rem suam recuperat, vide plene
436 *Oddum q.* 33 *art.* 1.. Hinc quia in suprapo-
sita comparitione utrumque remedium inten-
tatum videtur, quod unasimul intentari potest,
dicendo, *peto me in integrum restitui*, & erit
remedium rescindens; *Et rem meam mihi*
restitui, & adjudicari; & erit remedium re-
scissorium, ut plene *Oddus art.* 5.. Eapropter
Judex super utroque remedio sequenti, simi-
live modo pronunciare debet.

In causa restitutionis in integrum petitæ
per N., ut ex actis interpositum fuit sequens
diffinitivum decretum.

Die . . .

437 *Visis . . . Per Curiam . . fuit provisum,*
atque diffinitive decretum, esse deferendum in
integrum restitutioni petitæ per dictum N.
Eapropter supradictus Franciscus Franco sol-
vat in beneficium ipsius N. summam ducato-
rum quadraginta in supplementum justi pretii
possessionis in actis deductæ, una cum suo le-
gitimo interesse compensativo; Aut restituat
dicto N. ipsam possessionem una cum fructibus
per hanc Curiam liquidandis a die contractus;
solutis prius per eumdem N. ducatis centum
cum suo legitimo interesse in beneficium dicti
Francisci. Victum victori ab actu publicatio-
nis exclusive ad expensas condemnando. Et
ita per hoc suum provisum, & diffinitive de-
cretum est.
438 Quoties vero remedium rescindens tan-
tum intentatum fuit, & tali in casu solum-
modo super ipso ferendum erit decretum,
nempe *esse deferendum petitæ in integrum re-*
stitutioni. Exinde novum judicium inchoan-
dum erit, teste *De Rosa in prax.civ.p.* 2. *in*
439 2. *inst.cap.* 2. *num.* 48, ubi refert, praxim in-
valuisse, ut novus libellus conficiatur, quo
alteri parti notificato, impartiendus erit ter-
minus utrique parti communis ad probandum
incumbentia; examinandi erunt testes super
articulis de novo præsentandis, atque ad ul-
teriora erit procedendum, prout in quovis
ordinario judicio.
440 Dum autem sententia in contrarium fe-
renda erit, dicitur, *non esse deferendum petitæ*
in integrum restitutioni.
441 Nota tamen, quod prædicta procedunt,
quando non dubitatur de persona minoris,
sed solum de læsione, si intervenerit in con-
tractu, vel ne. Quoties tamen de minoris
persona erit quæstio, & declarari deberet ei-
dem competere in integrum restitutionem,
tunc aliter erit dicendum, nempe *esse locum*
442 *restitutioni*; & in contrarium, *non esse lo-*
cum restitutioni.
443 Et si dubitatur an restitutionem petens
sit persona privilegiata, & insimul an læsio
intercessit, vel ne, constito quod nec privi-
legiata persona sit, & nec læsio intercessit,
dicendum tunc erit, *non esse locum, & non*
esse deferendum petitæ in integrum restitutioni;
444 Et in contrarium, *esse locum, & esse deferen-*
dum ut docet *De Rosa num* 44., ubi adhuc
subdit esse casum debere pronunciari, *esse*
locum, sed non esse deferendum, ut quando
declaretur, aliquem esse personam privilegia-
tam, sed eidem restitutionis auxilium non
competere, ob læsionis defectum, aliamve
causam.
445 Diversa tamen erit praxis, quando qui
convenienti erunt, essent incerti; idcirco se-
quenti modo instandum erit.

„ Nella Corte . . . comparisce il minore N.
„ coll' autorità, e consenso del di lui curatore
„ N., e dice, come essendo passato a miglior
„ vita il quondam Angelo Rossi di lui Padre,
„ nel suo ultimo testamento nuncupativo se-
„ gnato coi di . . mese . . , ed anno . . istituì
„ esso comparente suo erede universale, e par-
„ ticolare, quale sotto il dì . . di detto mese
„ fece l' adizione di tale eredità. Ma avendo
„ indi conosciuto essere la medesima caricata
„ di molti debiti, e legati, li creditori de' quali
„ sono incogniti, ed incerti; ed essendoli l'adi-
„ zione sudetta di molto danno, e pregiudizio,
„ intende perciò essere *in integrum* restituito
„ avverso la medesima; a qual motivo implo-
„ rando il nobile officio del Giudice, fa istan-
„ za, che sia restituito *ad pristinum*, omni
„ modo meliori.

In

In cujus calce debet fieri sequens decretum.

Die . .

446 Per Curiam . . . visa supradicta comparitione fuit provisum, & decretum, quod citentur, & notificentur omnes creditores, & legatarii enunciatæ hereditatis; pro cujus effectu expediatur citatio per edictum; hoc suum.

De mandato &c.

Servientibus, & Alguzetiis nostræ Curiæ, sive &c. vobis insolidum significamus, qualiter per minorem N. fuit in hac Curia præsentatus libellus tenoris sequentis. *Et hic inseri debet suprapositus libellus*; In cujus calce fuit per ipsam Curiam interpositum sequens decretum; *Et scribitur decretum in calce dicti libelli expeditum*. Et in eodem instanti instati fuimus pro præsentium expeditione. Nos enim &c. Ideo vobis, ut supra jam dictis dicimus, & committimus, & mandamus, quatenus receptis præsentibus, ad omnem instantiam, & requisitionem prædicti N. citentur infrascripti creditores, & legatarii interesse habentes in enunciata hæreditate, si certi, personaliter, vel domi; si incerti per proclama voce præconis, ut moris est, per loca solita, & consueta hujus Civitatis, ut de deductis, & prætensis in præsata comparitione plenam notitiam habeant; eisdemque mandando, quod in termino dierum octo post præsentium affixionem cum effectu, præcise, & peremptorie legitime comparere habeant, & debeant coram nobis in hac Curia ad dicendum, opponendum quicquid &c. adversus petita per dictum N, & quare &c. Alias dicto termino elapso, & ipsis non comparentibus, ad ulteriora in contumaciam procedatur, iisdem amplius non citatis, neque monitis. Et ut omnibus innotescat, affigatur præsens citatio in locis solitis hujus Curiæ, & Civitatis, prout affigi mandatur. Dantes &c. mandantes &c. quoniam &c. Et ita &c. Datum . . .

Nomina citandorum certorum sunt v3.

N. N. legatario in docati . . .

N. N. legatario in docati . . .

Cæteri creditores incerti per publicum proclama.

447 Debet fieri actus relationis. Et transacto termino, si nemo comparuerit, accusandæ erunt contumaciæ; quibus incusatis, & constito de ætate minoris per fidem baptismatis, interponendum erit sequens decretum.

In causa restitutionis in integrum petitæ per N.

448 Visis . . . Per Curiam . . . fuit provisum, & decretum esse locum, & esse deferendum restitutioni in integrum petitæ per prædictum N. minorem. Eapropter ipsum restituimus in integrum adversus aditionem hereditatis in actis deductæ, atque in pristinum statum reponimus; salvis juribus adversus ipsam hereditatem omnibus creditoribus, & legatariis. Hoc suum.

449 Sciendum vero est, quod si agendum solummodo erit adversus creditores incertos, nulla erit necessaria litis contestatio. Adversus vero creditores certos erit lis contestanda, nisi in contumaciam contra ipsos processum fuerit, ut in suprapositro exemplo. Qui certi creditores cum comparuerint, si opponent aliquid adversus petita per actorem, erit per Judicem cognoscendum. Et dum fuerit compertum aditionem fuisse damnosam, concedenda erit restitutio. Immo

450 non solum si aditio fuerit damnosa, sed adhuc si hereditas fuerit litibus, incommodis, aliisque similibus molestiis implicita deberet restitutio concedi.. Etenim pupillo, aut minori multum interest litibus non vexari, ut advertit Ulp. in *l. Minoribus 6. ff. de minorib.*, *Sardus de alim. tit. 9. quæst. 25. num. 92.*, *Bersanus de pupillis cap. 1. q. 16. num. 11.*

451 Et restituto minore adversus hereditatis aditionem, non tenetur ex propria substantia reficere hereditati legata, quæ tamquam heres solvit, cum omnia gesta titulo hereditario firma manere debeant, per sententiam Ulp. in *l. In integrum 23. ff. de minorib.*

452 Prout & idem dicas de solutionibus factis creditoribus hereditariis, quæ numquam retractari possunt, ut tradit Papinianus in *l. Si mulier 32. ff. eadem*, *Bersanus n. 13.*

453 Et quia effectus restitutionis est, omnia in pristinum statum reponere. Et sic non plus, neque minus restitui, nisi quod læsio abstulit, per Tex Pauli in *l. Quod si minor 25. §. restitutio ff. de minorib.*, *& Pomponii in l. fin. ff. eodem*. Iccirco quæritur, si aliquis minoris debitor fuit a quodam Judice absolutus, qui revera absolvendus non erat, per quod minor adversus decretationem istam petiit restitutionem, & obtinuit, taliter quod restitutionis Judex illam sententiam revocavit, an tali in casu possit minor agere adversus talem suum debitorem tam pro debiti recuperatione, quam pro omnibus expensis a litis principio peractis? Et ex traditis per *Cynum in l. 1. Cod. si adv. lib.*, *& per Castr. in l. 1. num. 7. Cod. si adv. rem. judic.* firmat *Oddus de restit. in integr. q. 44. art. 2. num. 8.*, quod expensæ præ-

454 dictæ nequaquam in minoris beneficium condemnandæ erunt, quia ita esset restituere plus, quam læsio abstulisset; cum aute læsionem prædictæ sententiæ non fuit debitor ad illas condemnatus. Hinc ait *Cuman. in l. Quoties ff. de acquir. hered.*, quem laudat *Oddus num. 9.*, quod restitutus in

455 integrum dicitur repositus in pristino statu, quantum ad eum actum, qui principaliter agitur, non quoad alia.

456 Intelligas hoc tamen procedere, quando in integrum restitutio veniret facienda a Judice

dice vivo per suam sententiam, quia tunc si in sententia restitutionis aliquid de accessoriis non fuit dictum, ad eadem non erit sententia porrigenda. Quod secus erit, si
457 restitutio procederet a lege absque hominis ministerio; quoniam tunc quamquam in sententia non fuerit de iis aliquid dictum, comprehensa quidem intelliguntur, plene *Oddus q. 45. art. 1. num. 5., & 6.*
458 In casu tamen, quo non erunt accessoria comprehensa in restitutione in integrum de re principali sequuta, poterunt exinde novo judicio peti, ut post alios tradit *Oddus num. 8.*

C A P. VII.

De permutatione.

SUMMARIUM.

Pecunia priscis temporibus insitata erat, num. 1.
Permutationis contractus vicem emptionis, & venditionis gerebat, num. 2.
Pecunia ad contractus facilitandos adinventa fuit, num. 3.
Permutatio species alienationis est, num. 4., & 5.. Venditioni æquiparatur, n. 6., & 10.
Prohibita alienatione, permutatio quoque prohibita censetur, num. 7.
Permutatio prohibita est minori, num. 8.. Fallit, num. 9.
Permutatio pupillo adhuc utilis sine decreto non sustinetur, n. 11., & 12.. Fallit n. 13.
Praxis, num. 14., & seqq.

1 Pecunia quam hodie usualis, & amabilis est, tam retroelapsis temporibus insitata erat, & incognita. Taliter ut permutationis contractus vicem adhuc emptio-
2 nis, & venditionis gerebat, quæ jam ob pecuniæ deficientiam, cum non erat tunc denarii species, absolvi non poterat. Sed quia aliquoties contingebat, ut quod uni deerat, alter non habebat, & sic non reperiebatur
3 frequens, & facilis conveniendi modus, adinventa inde fuit materia, quæ ob rerum deficientiam in ipsarum æstimationem successit, ad facilitandam contrahendi naturam, quæ materia proprie dicitur pecunia, qua hodie in emendo utimur, ut late exponit J. C. *in l. 1. ff. de contrah. empt.*. Jure igitur merito Ulp. *in l. Sciendum 19. ver. sed*
4 *si quis ff. de ædilit. edict.* permutantes tamquam emptores & venditores habendos esse tradit in illis verbis: *Sed si quis permutaverit, dicendum est, utrumque emptoris, & venditoris loco haberi*. Hinc communiter
5 Doctores firmant, permutationem alienationis speciem esse, ut videndus *Altimari de nullit. contr. tom. 2. q. 16. num. 1.*, per Rescriptum Dioclet., & Maxim. *in l. Permutationem 2. Cod. de rer. permutat.*. Immo ven-
6 ditioni æquiparari tradunt *Narbona de ætate ann. 25. q. 7. num. 2.*, *Oddus de restit. in integr. q. 56. art. 5. num. 31.*, *Simoncellus de decret. lib. 2. tit. 6. num. 120.*, *Gomesius var. 2. cap. 14. num. 14.*, *Bersanus de pupillis cap. 2. q. 4. num. 13.*. Taliter quod inhibita alienatione censetur quoque prohibita permutatio,
7 quia alienationis appellatione permutatio adhuc comprehenditur, *Narbona num. 3.*, plene *Baronius de effect. minor. ætat. circa contract. eff. 7. num. 2., & seqq.*
8 Hinc infertur, quod sicuti minor bona sua immobilia vendere nequit, pariter & nec permutare, quod & rescripserunt Cæsares *in l. Non solum 4. Cod. de præd. minor.*, *Narbona, & Simoncellus loc. cit.*, *Altimari n. 9.*
9 *ver. sic sicut*; *Bersanus num. 12.*, *Baronius n. 1.*, *Sabellius §. permutatio num. 5.*. Sed ut valide fieri possit permutatio, necessarium erit Judicis decretum cum causæ cognitione interpositum, *Narbona, & Simoncellus loc. cit.*.
10 Merito igitur *Oddus num. 32.* firmavit, ut ea omnia, quæ dici possent circa restitutionem in integrum adversus emptionem, & venditionem, dicenda adhuc erunt in permutatione.
11 Quod decretum necessarium erit, etiamsi permutatio fuerit utilis pupillo, aut minori, ut tradit *Simoncellus num. 120.*, quem lau-
12 dat *Narbona num. 8.*. Etenim sola utilitatis causa nequaquam sufficiens est ad validandam alienationem rerum pupilli, aut minoris, ut plene diximus *cap. 3. num. 131., & seqq.*
13 Advertit tamen *Narbona num. 10.*, quod si permutatio fuerit minori summe utilis, & quasi necessaria, ut si aliqua bona tradidit pro bobus ad laborandum necessariis, ne cetera prædia inculta manerent, & tunc sine decreto sustineri poterit; & vide plene *Baronium de effect. minor. ætat. circa contract. eff. 7. num. 9., & seqq.*

Formula comparitionis.

14 „ Nella Corte . . . comparisce N. pupil-
„ lo col consenso, ed autorità del suo tutore
„ N., mediante decreto di tutela interposto
„ da essa Corte, nella quale esso tutore ave
„ adempiuto tutte le sue solennità, siccome
„ dagl'

„ dagli atti di tale tutela, che presenta, e di-
„ ce, come attrovandosi senza propria casa
„ di abitazione, deve in ogni anno andare a
„ casa di affitto, locchè ridonda ad indecenza
„ del suo stato, e ad un positivo incomodo,
„ ed interesse. E comecchè tra gl' altri ani-
„ mali vaccini *c. r.* tiene diece vacche a se
„ non necessarie, intende le medesime cam-
„ biare con uno casamento di N. consistente
„ in tre membri dentro il ristretto di detta
„ terra nel luogo, ove si dice il *Piano*; quale
„ N. non intende effettuire tal cambio senza
„ il decreto di *expedit* di essa Corte. A qual
„ motivo fa il Comparente istanza interponersi
„ detto decreto nel sudetto cambio cotanto
„ necessario, con stipolarsi indi le cautele,
„ *omni modo meliori &c.*

In cujus calce interponendum erit sequens decretum.

Die . . .

15 Per Curiam . . . visa prædicta comparitione fuit provisum, & decretum, quod facto appretio bonorum, & constito de necessitate cambii, providebitur; quapropter eligantur, prout præsenti decreto eliguntur N. N. magistri muratores, & N. N. bubularii hujus prædictæ terræ, qui valeant respective deductam domum, & exposita animalia appretiare, & recognoscere, exindeque nobis referant; atque super expositis in eadem comparitione cum veritate adhuc deponant ad finem &c. caveant de contrario sub pœna . . . Hoc suum.

Notificandi sunt appretiatores, & bubularii, qui partibus requisitis devenient ad conficiendum prædictum appretium; quo completo, examinandi erunt sequenti modo.

Die . . .

16 „ N. di questa Città . . . di anni . . . .
„ in circa" ut dixit, testis, & magister murator citatus, relatus, & cum juramento examinatus super præsenti informatione, & primo interrogatus super tenore retroscriptæ comparitionis &c.

Respondit. „ Signore in esecuzione del
„ decreto interposto da questa sua Corte, mi
„ sono jeri appunto, che si contavano li . . .
„ del corrente mese insieme con N. similmen-
„ te mastro fabricatore conferito nella casa di
„ N. sita nel luogo, ove si dice il *Piano*, con-
„ sistente in una sala, e due camere colli loro
„ fondaci di sotto, e suppigni di sopra, con
„ esservi parimente il cortile; e colà ritrovam-
„ mo N. N.. Ed avendo detto casamento
„ minutamente caminato, ed osservato colla
„ perizia della nostra arte, l' ho valutato uni-
„ tamente col sudetto N. in docati 200., quali
„ vengono composti della seguente maniera.
„ Fabrica canne . . . che alla ragione di car-
„ lini . . . la canna, vengono docati . . . .
„ Travi num. . . . che a carlini . . . l' uno
„ vengono . . . (e così si numerano l' altre
„ cose per maggior chiarezza dell' apprezzo).
„ E comecchè una tale casa la pretende per
„ cambio il pupillo N. con alcuni suoi animali
„ vaccini, io stimo, e giudico, che un tal
„ cambio sia molto espediente al medesimo,
„ giacchè gli animali sudetti stanno esposti a
„ continui pericoli di perire maggiormente,
„ che la casa, quale è di fabrica quasi nuova,
„ e situata in buono luogo del Paese; come
„ ancora la stimo molto necessaria allo stesso
„ pupillo, per non tenere propria casa di
„ abitazione; ma quasi in ogni anno l' ho ve-
„ duto andare in casa di affitto, locchè li è
„ di poco onore, e di molto incommodo,
„ ed interesse. E questa è la verità.

Interrogatus de contestibus. *Respondit* „ quan-
„ to lo ho deposto si puol deporre da N. ma-
„ stro muratore, che unitamente con me si è
„ portato a fare il sudetto apprezzo.

Interrogatus de causa scientiæ. *Respondit*
„ saperlo come mastro muratore, paesano, e
„ conoscente.

Simili modo examinatur alter magister murator; pariterque examinandi erunt duo bubularii; exindeque sequens interponendum erit decretum.

Die . . .

17 Visis . . . Per Curiam . . . provisum, & decretum est, quod liceat, & expediens sit prædicto pupillo N. cum consensu, & auctoritate sui tutoris permutare sua animalia in actis deducta cum N., a quo recipiat in iscambium deductam domum in tribus membris consistentem, sitam in loco dicto lo *Piano* juxta suos confines, prout præsenti decreto ipsa permutatio permittitur, ac eamet Curia suum interpouit decretum, quod expedit, ac judiciariam præstat auctoritatem, super qua permutatione debitæ stipulentur cautelæ cum clausulis ad consilium sapientis. Hoc suum.

18 Aliquoties non habet pupillus, aut minor tutorem, aut curatorem generalem, & ideo in eadem comparitione, qua de permutatione instat, nominat aliquem in suum tutorem, aut curatorem, cum quo ipsa permutatio expleri possit. In calce cujus comparitionis fit decretum, capiatur summaria informatio, habitis testibus pro legitime citatis; qua informatione capta super necessitate, & expedientia permutationis, ac de idoneitate tutoris, vel curatoris, impertiendum erit decretum tenoris sequentis.

Die . . .

19 Visis . . . Per Curiam . . . provisum, & decretum est, quod N. nominatus curator per dictum N. minorem confirmetur, prout præsenti decreto confirmatur; cum cujus præsentia, & consensu liceat ipsi minori suam possessionem nominatam N. in actis deductam permutare cum domo N. juxta suos confines, prout præsenti decreto permutari permittitur, ac Curia ipsa interponit &c.

CAP.

C A P. VIII.

De censibus.

SUMMARIUM.

ADnotantur qui census materiam scripsere, num. 1.

Census a censendo; seu æstimando venit, num. 2.

Census divisio, num. 3.

In censu consignativo neq. utile, neque directum dominium transfertur, num. 4.. Sed solum commoditas perceptionis fructuum, num. 5.. Contrarium, num. 6.

Census solvi debet tam si adessent fructus, quam non, num. 7.

Fundus ad producendos fructus habilis esse debet, num. 8.

Bulla Pii V. non est recepta in Regno Neapolitano, benevero Bulla Nicolai V. num. 9.

Quæcumque bona mobilia dari possunt pro pretio, num. 10.

Pecunia respectu dantis, seu creditoris irrepetibilis est. Redemibilis quandocumque respectu accipientis, seu debitoris, n. 11., & 12.

Pactum, quod ob defectum solutionis tertiarum sors repeti potest, in Regno licitum est, n. 13., & 14.. Et si in instrumento non fuerit appositum, pro apposito habetur, num. 15.

Affertur dispositio Novellæ Regalis Constitutionis de anno 1738., num. 16.

Census reservativus quid, num. 17., ortum habuit ex testamento, num. 18.. Potest fieri cum pacto, ut valeat, aut non censuarius redimere, num. 19.

Census emphyteuticus quid? num. 20.

Emphyteuta nequit fundum irrequisito domino alienare, num. 21., alias incidit in commissum, num. 22.

Emphyteuta non solvens tertias per tres annos in laica, & per duos in Ecclesiastica emphyteusi incidit in commissum, num. 23.

In alienatione emphyteusis solvendum erit laudemium, quod est quinquagesima pars pretii, quamquam de consuetudine possit esse plus, aut minus, num. 24.

Hodie aliter servatur, num. 25.

Census vitalitius quid, num. 26.. Licitus est tam de jure civili, quam canonico, num. 27.. Et ad rationem quatuordecim pro centenario constitui potest, num. 28.

Per non solutionem tertiarum nequit deveniri ad instrumenti liquidationem, num. 29.

Tam ad vitam emptoris, quam venditoris fieri potest, num. 30., & etiam extranei, n. 31.. Pariterque super pluribus personis, nec per unius mortem dividenda erit pensio, n. 32.

Pactum, ut liceat vitam in personam æqualis ætatis, & salutis mutare, validum est, n. 33.

Affertur regula pro æstimatione census vitalitii, num. 34., & 35.

Minor annuos census, ac redditus alienare nequit, num. 36.

Annui census inter immobilia connumerantur, num. 37., eisdemque solemnitatibus, quæ immobilia distrahuntur, alienari debent, n. 38., tam si census fuerit redimibilis, num. 39., quam perpetuus, num. 40., quam ad longum tempus, num. 41.

Decretum an sit necessarium, dum census pupillo, aut minori affrancatur, n. 42., & seqq.

Mala administratio tutoris non debet tertio, qui jam rite solvit, nocere, num. 46.

Debitor solvens capitale, aut interesse soli pupillo, aut minori sine auctoritate tutoris, aut curatoris nullam consequitur liberationem, n. 47., & 48.. Et idem erit pro ceteris solutionibus, num. 49.

Census in bonis immobilibus per minorem sine auctoritate curatoris imponi nequit, n. 52.

Minor curatore carens super bonis suis immobilibus sine Judicis decreto nequit censum imponere, num. 51.

Census dum est nulliter constitutus, minor exemptus est a reddenda sorte, num. 52.. Et creditori incumbit probare in minoris utilitatem fuisse pretium conversum, num. 53.

Adversus contractum censualem restituitur minor absque læsionis probatione, num. 54.

Quoties probatum fuerit sortem in minoris utilitatem versam fuisse, erit restituenda una cum interesse, num. 55., etiamsi ageretur inter minorem, & minorem, num. 56.. Declaratur, num. 57.

Minor si nulliter imposuit censum super rebus suis, atque plures annualitates solvit, veniendo adversus talem contractum, an possit repetere sortem male consumptam una cum annualitatibus solutis? num. 56., & seqq.

Minor an possit restitui adversus census emptionem? num. 60.

Minor rem suam ad emphyteusim dare nequit sine debitis solemnitatibus, num. 61.. Nec minus eam recipere, num. 62.

Emphyteuta cessans a solutione canonis per triennium in laicali, & per biennium in Ecclesiastica emphyteusi cadit a jure suo, num. 63.. Et an tempus istud currat contra pupillum, vel minorem? num. 64., & seqq., tam in emphyteusi rite recepta, quam invalide, num. 70., & seqq.

Canon emphyteuticus si culpa tutoris non fuit solutus, an possit agere pupillus adversus tutorem solvendo existentem ad damni refectionem absque eo quod adversus dominum directum restituatur pro retinendo, vel recuperando prædio? num. 74., & seqq.

Pupillus quomodo in mora constituatur ex facto

cto fui tutoris in omittendo canonis solutionem pro emphyteusi a defuncto proveniente? num. 78.

Ignorantia regulariter præsumitur in eo, qui in alterius jure succedit, num. 79. Declaratur, num. 80., & 81.

Quicquid dispositum est in censu emphyteutico currit adhuc in censu reservativo, num. 82.

Census vitalitius declaratur, num. 83.

1 QUi plenam de hac involuta censuali
materia, quam nos, in quantum no-
strum fert institutum, aggredimur cum
possibiliori brevitate, & claritate expenden-
dam, notitiam peroptet, revolutis codicibus
super eam integrum sermonem constituen-
tibus, ut Martinus, Avendanus, Felicianus,
Duardus, Cencius, Leotardus, ceterique
passim, se informatum efficiat. Hoc in lo-
co tantum pro pauco gustabis, benigne Le-
ctor, si, vel ne super personis, & bonis
pupillorum, aut minorum census valide con-
stitui possit. Et si pupillus, aut minor an-
nuos census, ac redditus sibi debitos alie-
nare valeat.

2 Et pro materiei intelligentia præmittitur,
censum, quam Græci *usiam* appellant, a
censendo venire, seu æstimando. Cum cen-
sus erat tributum solvendum a Civibus juxta
suorum bonorum valorem, ut patet ex to-
to *tit. Cod. de censib. lib. 10.* Et constat
ex illo Ciceronis de legib., *censores populi,
Civitatis soboles, familias, pecuniasque cen-
sento*; quod quæ ceteris exornat Felicianus
de solis in proœmio sui tractatus de censib.

3 Diversa est census species. Communis ta-
men, & frequentior dividitur in consignati-
vum, reservativum, & emphyteuticum. Con-
signativus, qui in frequentiori usu est, dicitur,
quando quis accepta aliqua quantitate, retentis
apud se bonis suis, certam pensionem con-
signat super iisdem bonis reddendam nume-
ranti singulis in annis, *Felicianus lib. 1 cap. 4.
n. 15., Scoppa ad Merlinum p. 1. contr. 44.
num. 23., Menochius lib. 3. præs. 107. n. 5.,
Verde lib. 3. inst. civ. num. 2249., Altimari
de nullit. contr. tom. 2. q. 23. num. 33.*

4 Et in hac specie census non transfertur
utile, nec directum dominium, etiamsi No-
tarius in instrumento dixerit *cum rata do-
minii*, quia talis clausula de stylo Notariorum
nequit mutare substantiam contractus, *Verde
lib. 3. instit. civ. num. 2250., Gratianus cap.*
5 *420. num. 9.*, ubi post *Menochium num. 6.*,
tradit, quod emptor talis census consignativi,
seu constitutivi dicitur solum acquirere com-
moditatem perceptionis fructuum, & emere
quantitatem illorum sibi quotannis præstan-
dam, non autem bona, seu prædia, super
quibus constituitur census; cui tamen con-
tradicit *Altimari num. 284.*, ubi cum *Feli-*
6 *ciano de censib. lib. 1. cap. 4. num. 7.* fir-
mat nequaquam dici impositum censum su-
per commoditate perceptionis fructuum,
seu fructibus ipsius fundi, benevero super
ipso fundo; cum non vendatur jus ad fru-
ctus, sed tantum jus ad rem, idest ad con-
stitutam census pensionem ratione rei cen-
sitæ exigendam in pecunia. Proindeque cum
res existat, semper integer census erit sol-
7 vendus, sive adessent fructus, sive non, tam
ex casu fortuito, quam ex culpa domini,
Altimari cum aliis num. 285. Nec fundus
ita fructiferus esse debet, ut semper realiter
8 fructus faciat, sed erit sufficiens, ut ad pro-
ducendum fructum aptus esset, *Cencius de
censib. q. 36.*, aliique apud *Altimarem num.
286., & 302.*

9 Et quamquam vigore Bullæ Pii V., ista
pecuniæ quantitas in pecunia numerata de
validitate census necessario esse debeat. Ni-
hilominus Bulla isthæc in nostro Regno
Neapolitano numquam recepta fuit, beneve-
ro illa Nicolai V., per quam amplissime sta-
tutum fuit valide constitui censum etiam ex
confessione de recepto, vel si ex alia causa
fuerit censuarius debitor, ut tradunt *De Ma-
rinis var. 2. cap. 20. num. 9., & 10., Sa-
bellius §. census num 6., Maradei sing. 110.,
Scoppa ad Gratianum in dec. 224. n. 26.,
Verde lib. 3. instit. civ. num. 2256.*, aliique
apud *Altimarem num. 361., & 564.*

10 Immo sufficeret dari loco pretii bona mo-
bilia, equos, gemmas, nomina debitorum,
& similia, dummodo essent talia bona per
expertos communiter electos appretiata,
Altimari num. 367.

11 Quæ pecuniæ quantitas, seu sors respe-
ctu ipsam dantis, seu creditoris irrepetibilis
est, & vulgo dicitur *mortua*; *Altimari n. 104.,
& 107.* Redimibilis vero quandocumque
12 respectu accipientis, sive debitoris, *Alti-
mari num. 442., Verde lib. 3. instit. civ. n. 2313.*

13 Potest tamen respectu creditoris fieri re-
petibilis in casu non solutionis tertiarum,
dum pactum fuit, quod ob defectum solu-
tionis tertiarum sors repeti possit; quod pa-
ctum in Regno nostro in viridi est obser-
vantia, ut notat *De Marinis var. 2. cap.
163. num. 2.*, cum licitum sit, ut tradunt
14 *Mastrilli dec. 95. num. 5.*, aliique apud *Ver-
dem num. 2302.* Immo etiamsi tale pactum
15 in instrumento non fuerit appositum, pro
apposito, & descripto habetur, ut probat
De Marinis num. 3., aliique apud *Verdem*
16 *loc. cit.* Et hodie in nostro Regno non
erit amplius hæsitandum, quoniam per Re-
galem Costitutionem de die 14. *Martii* 1738.
§. 1. *num.* 16. statutum est, ut non solvens
debitor statutis temporibus tertias ex censu
decursas, poterit creditor petere solutionem
capitalis, & tertiarum; Et Judex debebit
tali debitori decernere, ut infra dies 20.
solvat tam capitale, quam tertias; cum hac
clausula, quod si infra eundem terminum
20. dierum solverit tertias, supersedeatur

a solutione capitalis. Alias termino elapso exequatur decretum tam pro capitali, quam pro tertiis, quam praxim plene docet *Dominus Genitor Christophorus Ricucci in prax. civ. cap. 33. per totum*, ubi *Blasius meus Germanus* exornat.

17 Altera census reservativi species est, cum quis rem suam alteri tradat, in ipsum transferendo omne dominium directum, & utile cum onere solvendi tradenti singulis annis certum quid pro censu, *Covarruvias var. 3. cap. 7. num. 1.*, *Gratianus cap. 420. n. 8.*, *Felicianus de censib. lib. 1. cap. 4. num. 15.*, *Scoppa ad Merlinum tom. 1. contr. 44. n. 23.*, *Ursillus ad Afflictum in dec. 80. num. 5.*, aliique apud *Altimarem de nullit. contr. tom. 2. q. 23. num. 34, & 55.*

18 Et hæc census species ortum habuit ex
testamento, ut cum quis alicui bona sua
relinquit cum reservatione annuæ pensionis,
19 ad Tex. in *l. Hujusmodi §. stichum ff. de
ann. leg.*, *Altimari num. 37*. Et potest fie-
ri cum pacto, ut valeat, aut non censuarius
redimere, cum nullis Pontificum constitu-
tionibus subjaceat, dum ipsæ de consignati-
vo tantum redemibili loquuti fuere, ut re-
lati per *Altimarem num. 34, & 35.*

20 Emphyteuticus vero census est, cum quis tradat alicui rem suam meliorandam, in ipsum transferendo tantum utile dominium, & naturalem possessionem, non autem dominium directum, & possessionem civilem. *Felicianus de censibus in proœm. num. 11.*, *Verde lib. 3. instit. civ. num. 2248., & 2397.* de quo est Tex. in *l. 1.*, *& toto tit. Cod. de jur. emphyt.*

21 Quod dominium directum creditoris em-
phyteuticarii facit, ut debitor emphyteuta
nequeat fundum illo irrequisito alienare, qui
per duos menses expectandus erit, ut san-
xit Imp. Justinianus in *l. Cum dubitabatur
3. Cod. eodem*, *Verde num. 2438.*, *Clarus §.
emphyteuta q. 13. num. 2.*, Alias emphyteu-
ta incideret in commissum, nempe omne
22 jus, quod in prædio emphyteutico habebit
una cum melioramentis amitteret, *Verde
num. 2439.*

23 Prout & in commissum incideret emphyteuta, si determinatam annualem solutionem domino directo, seu emphyteuticario in dominii directi recognitionem non solverit per tres annos in laica, & per duos in Ecclesiastica emphyteusi secundum præscriptum Imp. Justiniani in *l. In emphyteuticariis 2. Cod. de jur. emphyt.*, *& in auth. qui rem Cod. de sacros. Eccles.*, *Verde num. 2453.*

24 In cujus rei alienatione ultra dominii di-
recti consensum erit eidem solvendum lau-
demium per novum emphyteutam; quod
laudemium est quinquagesima pars pretii,
sive rei emphyteuticæ alienatæ, ut in dicta
l. Cum dubitabatur. Quamquam de consue-
tudine poterit esse plus, vel minus, ut tra-
25 dit *Verde num. 2454., & seqq.* Hodie ve-
ro adest Regale diploma de die 17. Octobris
1772. quo statutum est, laudemium solven-
dum esse ad rationem duorum pro quolibet
centenario. Et ubi minus solvere fuit soli-
tum, servandum idem erit; & ubi nihil,
erit etiam servandum. Et si forte supra
quinquagesimam solvere alicubi fuit solitum,
reducendum erit ad solam quinquagesimam.
Quod in contingentia nota.

26. Habetur necnon species census vitalitii,
qui constituitur super persona tantum, &
sub ejus vitæ periculo, absque eo quod im-
poneretur super re aliqua fructifera; quæ
census species licita est, & justa, immo aliis
justior; ut tradunt *Verde lib. 3. instit. civ. n. 2227.*,
Altimari de nullit. contr. tom. 2. q. 23. n. 76.,
27 *& seqq.*, aliique; tam de jure civili, quam
Canonico, *Maradei sing. 73.*, *Altimari n.
80.* Qui census in Regno constituitur ad ra-
tionem quatuordecim pro quolibet centena-
rio vigore *prag. 2. de censib.*, *Altimari n. 8.,*
28 *& 88.*, *De Luca ad De Mariinis var. 2.
cap. 306. num. 3.* Et per non solutionem
tertiarum nequit deveniri ad instrumenti li-
29 quidationem; quoniam hujusmodi sors a leo
est demortua, ut nullo adsit recuperandi
spes. Nulloque modo sustinetur pactum, ut
aliquo casu sors, seu capitale restituatur,
quia tale pactum usurarium erit, *De Luca
num. 5., & seqq.*, *Altimari num. 81.*, *Ma-
radei obser. ad sing. 73. num. 1.*, *Verde n. 2229.*

30 Et tam ad vitam emptoris, quam vendi-
toris permissum esse tradunt *Maradei dicto
sing. 73. in fine*, *Altimari num. 80.*, *Salga-
dus labyr. credit. p. 1. cap. 20.*, *Olea de cess.
jur. tit. 6. q. 10. num. 15., & seqq.* Immo
adhuc ad vitam cujuscumque alterius extra-
31 nei. Pariterque insolidum super duabus,
pluribusque personis constitui poterit pensio,
una quarum perdurante erit pensio solvenda,
Altimari num. 82.: Nec per alicujus mor-
32 tem erit inde dividenda pensio, sed tota
semper erit solvenda, maxime si dictum fue-
rit, durante vita N. N., & utriusque ipso-
rum, *De Luca ad De Marinis num. 8.*,
33 *Altimari num. 83.* Immo valebit pactum,
ut liceat vitam mutare in personam æqua-
lis ætatis, & salutis, *Verde lib. 3. instit. civ.
num. 2230.*

34 Ad regulandam autem æstimationem hujus census vitalitii post *Afflictum in dec. 34.* exponit *Verde num. 2231.*, ut nempe in contractu prædicto inter vivos celebrato fieri debeat æstimatio juxta regulam Tex. in *l. Si quis urgentum 35. §. fin autem Cod. de donat.*, ut scilicet fiat ad quindecim annos, præstita cautione de supplendo pro rata, si superviveret venditor; & de restituendo, si antea decesserit. Si vero fuerit contractus in ultima voluntate dispositus, & regulanda erit æstimatio juxta notam formam, quam tradit Maximus in *l. Hereditatum 68. ff. ad*

leg.

leg. falcid., ubi videas.
36 Quibus pro censualis materiei intelligen-
tia sic præmissis, videndum modo super-
est, si pupillus, vel minor annuos census,
ac redditus sibi debitos alienare; aut se, vel
bona sua censui submittere possit, & alia ad
materiam. Et quoad primum indubitatum
est, quod sicuti pupillus, aut minor immo-
bilia alienare nequit, ita neque annuos cen-
sus, ac redditus, *Rodericus de ann. reddit.*
lib. 1. q. 14. num. 2., *Tiraquellius de retract.*
lignag. §. 1. Gl. 6. num. 6., *De Marinis var. 1.*
cap. 11. num. 6., ubi *Rodoerius num. 6.*, *&*
De Luca num. 2., *Card. De Luca de dote*
disc. 21. num. 3., *Surdus dec. 204. num. 4.*,
ea ex ratione, quia annui census inter im-
37 mobilia connumerantur, ut in Clem. *Exivi,*
ver. cumque annui de V. S., *& in auth. ut*
ii qui, §. si vero, ubi *Glos. in ver. redditus*,
& tradunt *Gratianus cap. 29. num. 1.*, *Surdus*
de aliment. tit. 9. q. 40. num. 36., *Simoncellus*
de decret. lib. 3. tit. 8. insp. 7. num. 57., *Meno-*
chius recuper. rem. 1. num. 45., *Covarruvias*
var. 3. cap. 7. num. 2. ver. secundo, *Felicianus*
de censibus lib. 2. cap. 3. num. 33., *De Mari-*
nis var. 1. cap. 11. num. 1., ubi *Rodoer. num. 1.*,
38 *Rovitus lib. 2. cons. 51. num. 19.* Eapropter
iisdem solemnitatibus, quæ immobilia di-
strahuntur, alienari sors censualis debet, *Ti-*
raquellius, *& Surdus loc. cit.*, *Simoncellus*
lib. 3. tit. 8. insp. 16. num. 118., ubi subdit,
quod ex tali pecunia censuali fructus non-
minus quam ex possessionibus, & prædiis
percipiuntur, icciro sine tutore, aut cura-
tore, & Judicis decreto alienari nequit. Et
tam si census fuerit redimibilis, ut *Gratia-*
39 *nus cap. 420. num. 13.*, *Surdus num. 10.*, *Al-*
timari de nullit. contr. tom. 6. rubr. 2. q. 1. sect.
1. num. 218., quam perpetuus, & irredimibi-
40 lis, ut *Menochius num. 45.*, *Altimari n. 217.*,
Cencius de censib. q. 30. num. 18., *Olea de cess.*
41 *jur. tit. 2. q. 1. num. 32.* Et idem dicas de
annuis redditibus ad longum tempus, *Olea*
num. 78., *Altimari num. 218. in fine*, *Jovius*
de solemnit. in contr. minor. Gl. 17. §. 7. num. 99.,
De Franchis dec. 362. num. 7.
42 Sed num adhuc Judicis decretum neces-
sarium erit, quando non jam census vendi-
tur, sed dum idem, seu nummus ad cen-
sum præstitus a debitore ipsi pupillo, aut
minori restituatur? Et nonnulli relati per
Bersanum de pupillis cap. 2. q. 11. num. 10.,
& seqq. tenent, quod debitor census solven-
do sortem pupillo, aut minori absque Judi-
cis decreto plenissimam liberationem non
consequitur, quamquam fuerit effecta solutio
cum tutoris, aut curatoris auctoritate. Ta-
liter quod si fuerit consumpta, inutiliterque
expensa pecunia soluta, adversus debitorem
poterit in integrum restitui minor, ut ite-
rum censum solvat.
43 Nihilominus magis arridet sententia *Simon-*
celli de decret. lib. 3. tit. 8. insp. 16. n. 119.
quem cum *Cencio de censib. p. 2. cap. 2. q. 3.*
art. 7. num. 10., *Capyc. Galeot. contr. fori*
lib. 1. contr. 33. num. 16., & aliis laudat
Bersanus num. 18., nempe quod si sortis so-
lutio fuerit facta pupillo, aut minori cum
auctoritate sui tutoris, aut curatoris, plenis-
simam liberationem pareret debitori census,
taliter quod si pecunia soluta fuerit male
consumpta, non erit restitutio dirigenda ad-
versus ipsum debitorem ad iterum solvendam
sortem, benevero adversus illum tutorem,
44 aut curatorem. Et quamvis *Bersanus sub*
num. 19. aliquorum opinionem sectando di-
xerit, quod etiamsi pecunia soluta fuerit
male consumpta a tutore, adhuc adversus
debitorem census ad iterum solvendum re-
stitui pupillus poterit, & refert *Roderic. de*
ann. reddit. lib. 2. q. 15. num. 83., ubi sub-
dit cavendum esse a *Simoncello in loc. cit.*,
45 nihilosecius veriorem, atque humaniorem
existimo *Simoncelli* opinionem; veriorem,
quia census solutio facta pupillo simul & tu-
tori tamquam ex mera necessitate, ut exi-
git natura talis census, quæ impediri nequit,
liberationem quidem consequitur, ut cum
magna discussione decisum fuit in Senatu
Regni Aragoniæ, teste *Martin. Monter. in*
dec. 1., quem refert *Felician. de censib. lib. 4.*
46 *cap. unic. num. 8.* Humaniorem, quia æqui-
tati non convenit, immo juri repugnat, quod
debitor census iterum pecuniam rite solutam,
& quam tutor male consumpsit, solvere de-
beat. Mala enim tutoris administratio tertio,
qui jam rite solvit, nocere non debet, &
faciunt per nos dicta *cap. 5. num.* Meri-
toque adversus ipsum tutorem dirigendam
esse actionem firmavit *Simoncellus loc. cit.*
47 In casu vero, quo fuit effecta solutio soli
pupillo, aut minori, neglecta tutoris, aut
curatoris auctoritate, & tunc nulla nascitur
solventi liberatio, *Cencius de censibus p. 3.*
cap. 1. q. 3. art. 7. num. 5., *Bersanus num. 19.*
48 Fortius & Judicis decretum non requiri-
tur in annuis decursis solvendis, qui cum
sola tutoris, aut curatoris auctoritate plenis-
simam recipiunt liberationem, ut statuit Imp.
Justinianus in *l. Sancimus 25. Cod. de adm.*
tut., *Bersan. num. 23.* Ceterum in quacum-
49 que alia solutione Judicis decretum erit ne-
cessarium, ut *dict. l. Sancimus*, & dicemus
cap. 23.
50 Quærendum sequitur, num liceat pupillo,
aut minori censum in bonis suis imponere?
Et respectu bonorum immobilium, aut mo-
bilium, quæ servando servari possunt nulla
est difficultas, ut census imponi nequeat,
nisi cum tutoris auctoritate, & Judicis de-
creto, causa cognita, *Roderic. de ann. reddit.*
lib. 1. q. 14. num. 9., *Cencius de censib. p. 1.*
cap. 3. q. 1. art. 2. num. 16., *Felicianus de*
censib. lib. 2. cap. 2. num. 11., *Simoncellus de*
decret. lib. 2. tit. 6. insp. 3. num. 33., aliique
apud *Bersanum de pupillis cap. 1. q. 11. n. 1.*

51 Immo neque minor curatore carens super
bonis suis immobilibus sine Judicis decreto
censum imponere potest, *Felicianus n. 10.*
52 Et dum talis census fuerit nulliter con-
stitutus, exemptus erit minor a reddenda
sorte, nec eidem interesset probare in sui
53 utilitatem non fuisse versum pretium, cum
id creditori incumbat, *Felicianus num. 6.*
Et absque eo, quod probet ipse, ex censua-
li contractu læsum evasisse, adversus ipsum
absque ulla læsionis probatione restitui pot-
54 est, *Felicianus num. 11. vers. rursus infero*,
Oddus q. 56. art. 6. num. 46. Verum si pro-
55 batum fuerit, sortem in minoris utilitatem
fuisse versam, tunc eadem una cum interesse
usque ad realem restitutionem erit solvenda,
Salgadus labyr. credit. p. 2. cap. 9. n. 141.,
Altimari de nullit. contr. tom. 2. rubr. 1. q.
23. num. 376., *Bersanus num.*
56 Quod verum est, & procedit, etiamsi age-
retur inter pupillum, & pupillum, aut mi-
norem, & minorem, cum inter ipsos adhuc
juris solemnia sint adhibenda, *Bersanus n. 6.*
Attamen qui de damno vitando ageret, de
nullitate agere poterit, *Bersanus num. 7.*
57 Quæres, si minor minus recte censum re-
bus suis imposuit, atque per plures annos
annualitates exolvit, an implorata in inte-
grum restitutione adversus sortem, quæ jam
male consumpsit, possit adhuc repetere an-
nualitates decursas, & solutas? Negative re-
solvit *Oddus de restit. in integr. q. 56. art. 6.*
58 *num. 47.* Quoad annualitates decursas, &
non solutas ita firmat *num. 48.*, aut minor
ex pecunia minus recte censita locupletatus
est, etiam quoad fructus, quia illam honesto
lucro exposuit, atque cum ea quoque lu-
cratus est, & veniendo adversus talem con-
tractum, nequaquam erit audiendus, ne
solvat annualitates decursas, & non solutas,
quia in aliquo læsus non habetur. Aut lo-
59 cupletatus non fuit, quia pecuniam male
perdidit, vel mortuam detinuit, & ope re-
stitutionis audiendus erit, ne solvat; etenim
si jam male perdidit, sicuti non tenetur re-
stituere sortem, ita neque & fructus. Si
mortuam detinuit, nequit restituere quod
non fuit lucratus.
60 Quid autem dicendum in casu, quo mi-
nor jam emit censum, & sic alteri pecu-
niam ad censum dedit, an adversus hanc
census emptionem possit in integrum resti-
tui? Et singulariter respondet *Oddus n. 49.*,
quod si minori non interfuit emere, exem-
plo ceterarum emptionum, & quidem re-
stitui poterit, ut quando venditor census
non fuerit solvendo, vel duræ exactionis;
aut fundus, super quo census fuit impositus,
alteri prius obligatus reperiretur, per quod
aderit periculum futuræ litis; pariterque si
emerit carius, quam sit solitum, & pro vi-
liori annuo proventu.
61 De emphyteusi, seu contractu emphyteu-
tico dicendum est, quod minor rem suam
ad emphyteusim sine debitis solemnitatibus
dare nequit. Et si in ea concedenda fuit
læsus, puta quia non erat fundus sterilis,
sed fructuosus; vel sterilis, sed erat negli-
gentia ipsius minoris, ex eo quod poterat
de facili redigi fundus ad culturam, & cum
levi expensa, prout ab emphyteuta redactus
fuit, in his, similibusque casibus erit resti-
tuendus adversus emphyteusim, *Oddus de*
restit. in integr. quæst. 56. art. 6. n. 38., *& 39.*
62 Et sicuti emphyteusim dare nequit, spre-
tis juris solemnitatibus, ita nec eam reci-
pere potest. Verum dum valide eam rece-
pit, an remanebit sicut major obligatus mi-
nor erga dominum directum quoad pacta,
& conditiones huic contractui adjectas? Et
63 prima facie videtur dicendum negative; hinc
si minor emphyteuta cessaret a solutione
canonis per triennium in laicali, & per bien-
nium in Ecclesiastica, non caderet a jure
suo ea ex ratione, quia temporales præ-
scriptiones pupillo, & minori nequaquam
currunt, prout dicemus *cap. 21. n. 5.*, *& seqq.*
hancque opinionem defendunt *Seraphin. de*
privileg. juram. privileg. 84. sub num. 19.,
Bursat. cons. 293. num. 12. lib. 3, aliique re-
64 lati per *Bersanum de pupillis cap. 1. q. 18.*
num. 5. Nihilominus in *num. 6.* contrariam
opinionem veriorem existimat cum Saliceto
in *l. Si tutoris num. 4. Cod. de adm. tut.*,
Fulgin. de jur. emphyt. tit. de solut. canon.
q. 1. num. 201., *Bajardo ad Clarum §. emphy-*
teusis q. 8. num. 8., & aliis. Etenim emphy-
teusis resolutio ob non solutum canonem
provenit ex natura ipsius contractus insita
65 per dispositionem legis. Et sic pupillus,
aut minor emphyteuta ligatur omnibus pa-
ctis, & conditionibus, qu e huic contractui
sunt intrinsice, & per legis operationem
incurrit caducitatem ob non solutum cano-
nem, & privatur emphyteusi; eo magis quan-
66 do pervenit ex contractu patris, aliusve per-
sonæ, cui successit, quia cessando a solutio-
ne, incurrit caducitatem cum defuncto con-
ventam.
67 Certum tamen est, quod adversus hanc
caducitatem in integrum restitutio tam pu-
pillo, quam minori conceditur, ut tradunt
Mantica de tacit. lib. 22. tit. 27. num. 42.,
Baronius de effect. inimicitiæ eff. 157. n. 22.,
68 *Bersanus num. 8.*; hac tamen differentia,
quod respectu propriæ emphyteusis compe-
tit restitutio ex privilegio ætatis, sive ex
69 edicto minorum. Respectu vero emphy-
teusis, quam a patre, aliave persona rece-
pit, quia nihil cum pupillo, aut minore
fuit gestum, dumtaxat ob justam ignoran-
tiam ex clausula *si qua mihi justa causa* ei-
dem restitutio competit, & sic juvatur jure
communi, ut quilibet ætate major, plene
Bersanus num. 9., *& seqq.*
70 Sed an pupillus, aut minor incurrat ca-
du-

ducitatem propriæ emphyteusis ob non solutum canonem, tam si rite emphyteusim recepit, quam si invalide? Et *Fulgin. de jure emphyt. tit. de solut. canon. q. 1. n. 206.* tenet, quod si invalide contraxerit pupillus, aut minor, eidem non currat tempus ad solvendum canonem, sicque non erit subjectus caducitati; ex regula quod pupillus, aut minor nulliter contrahens obligat sibi contrahentem, ipse vero non obligatur.

71 Attamen expresse contradicit *Bersanus n. 13.*, & *14.*, ut nempe incurratur adhuc caducitas, etiamsi nulliter pupillus, aut minor contraxit, ea ex ratione quod quamquam sit vera juris conclusio claudicare pupilli contractum invalide gestum, itaut in illius arbitrio sit adprobare utilem, & reprobare damnosum, nihilominus tamen, postquam elegit adprobare contractum favorabilem,

72 ipse quoque erga contrahentem ad pactionum observantiam in commodum ejusdem contrahentis adjectarum obligatus remanebit; sicque universum contractum cum omnibus suis pactis adprobare, vel reprobare tenetur. Eapropter dum pupillo, aut minori placuit stare contractui emphyteutico absq. tutoris auctoritate gesto, merito tenetur ad præstationem canonis secundum naturam, & legem contractus; & per non solutionem caducitatem non evitabit, quam-

73 quam restitutionis auxilio juvari poterit. Ipse vero Bersani sententiam non tutam existimo: Etenim pupillus, vel minor durante pupillari, vel minori ætate nequit contractum a se gestum adprobare, nisi cum debitis juris solemnitatibus, quæ ab initio intervenire debuissent, ut suis locis fuse exposuimus. Eapropter simplex contractus adprobatio nullam vim ipsi contractui infert, ut majorem obligationem contra pupillum, vel minorem pariat; consequenter contractus nullitate in sua primæva natura permanente, contractus semper nullus judicandus erit, qui nullum effectum parere poterit; sicque nulla erit in integrum restitutionis impetratio necessaria.

74 Quid autem dicendum in casu, quo canon emphyteuticus dolo, aut culpa tutoris scientis in bonis pupilli adesse prædium emphyteuticum solutus non fuerit, an teneatur ipse pupillus agere adversus tutorem solvendo existentem ad damni refectionem, antequam adversus dominum directum pro retinendo, aut recuperando prædio emphyteutico restitutionis remedio utatur? Et quamquam nonnulli velint, pupillum compelli non posse, ut agat adversus tutorem, omisso restitutionis auxilio, sed ab ejus electione pendere aut tutorem, aut dominum directum convenire; nihilominus tamen rectior videtur illorum senten-

75 tia, quam tradit *Bersanus de pupillis cap. 1. q. 18. num. 20.*, nempe quod quia damnum prædictum patitur pupillus ex facto tutoris in omittendo, tenetur propterea actionem dirigere solummodo contra tutorem solvendo existentem, sublata prorsus ipsi pupillo electione; quoniam tutoris culpa in omittendo cessare facit pupillo electionem, quod non procedit, quando commissa fuerit in agendo. Eapropter omittendo tutor canonis præstationem in debito tempore, merito adversus ipsum erit actio per pupillum

76 dirigenda. Et huic sententiæ favet Præscriptum Imp. Constantini in *l. Si tutoris 33. Cod. de adm. tut.*, ubi expresse habetur, quod si culpa, vel dolo tutoris, aut curatoris emphyteuticum prædium fuerit amissum, omne damnum, quod pupillo, aut minori contigerit, ex substantia ipsius tutoris, aut curatoris resarciendum erit.

77 Caducitatem vero ad hoc ut pupillus incurrat ex negligentia tutoris in omittendo canonis solutionem pro emphyteusi a defuncto provenientem necessarium est, ut ipse tutor de prædii qualitate fuerit certior effectus, quoniam tunc pupillus legitime in mora constituitur ex facto sui tutoris, ut tradunt *Mantica de tacit. lib. 22. tit. 27. n. 41.*, *Fulgin. de jure emphyt. tit. de solut. canon.*

78 *q. 1. num. 212.*, aliique apud *Bersanum n. 23.* Ignorantia enim regulariter præsumitur in eo, qui in alterius jure succedit per sententiam Caj in *l. Qui in alterius ff. de reg. jur.*,

79 præsertim ubi agitur de damno vitando, aut de pœna effugienda non solum in pupillo, aut minore, sed etiam in majore, quotiescumque per ignorantiam a canonis solutione cessaverit, sicque omnes juvari possunt auxilio restitutionis in integrum ex clausula generali *si qua mihi justa causa*,

80 *Bersanus num. 24.*, & *25.* Quod quidem ex æquitate procedit, quoniam de juris rigore cadit heres ab emphyteusi, quamvis ignoranter non solverit, dummodo heres

81 non fuerit pupillus, ut tradit Paulus in *l. Cum filiusfamilias 49. §. in. hac ff. de verb. oblig.*, *Bajard. ad Clerum §. emphyteusis q. 8. num. 32.*, *Bersanus num. 26.*

82 Quicquid de emphyteusi dictum est, idem & fortius de censu reservativo intelligas; cum in hoc utile, ac dominium directum transferatur, ut annuimus *num. 17.*, & *seqq.*

83 Quoad id, quod ad censum vitalitium pertinet scire oportet, penitus contrariam supradictis conclusionibus esse suam resolutionem. Hinc valida erit pupilli, aut minoris subjectio tali censui absque ulla solemnitate, nec adversus eum datur restitutio, cum nulla possit considerari læsio, stante vitæ incertitudine, quæ contractum ad lucrum, & damnum reponit. Sicque nullum attendendum erit præjudicium, quod contingere posset, utpote ab eventu, & casu proventum; cum poterit esse casus aut in damnum dantis, aut accipientis, & sic timor amissionis cum spe lu-

lucri compensatur, quæ læsionem excludit, ita in specie firmat *Gratianus. cap. 756. n. 8., & seqq.*, quem cum aliis refert *Altimari de nullit. contr. tom. 2. rubr. 1. q. 23. num. 89.*

Quando igitur existimabit Judex imponi censum super bonis pupilli, aut minoris, decretum tenoris sequentis esse poterit.

84 Visis . . . Per Curiam . . . fuit provisum, & decretum licere, licitum, atque expediens esse dicto pupillo, aut minori cum auctoritate sui tutoris, aut curatoris N. bona sua stabilia in actis deducta nominata A. B. C. censui consignativo submittere pro summa ducatorum centum in beneficium N., ad hoc ut cum ipsis exolvantur (& exponitur causa solutionis). Eapropter debitæ stipulentur cautelæ cum clausulis ad consilium sapientis. Et Curia ipsa ex nunc pro tunc suum interponit decretum, quod expedit, atque judiciariam præstat auctoritatem; hoc suum,

85 Animadvertas vero, quod ex informatione constare debet, ut ex fructibus sui patrimonii deductæ expensæ satisfieri non possint, & sic de necessitate aut ad venditionem, aut ad censuationem erit deveniendum, & quæ magis Judici videbitur erit attendenda.

C A P. IX.

De hypothesis.

SUMMARIUM.

Hypotheca unde dicitur, num. 1.

Dictio super quid significat, num. 2.

Hypotheca quibuscumque verbis obligationem denotantibus induci potest, num. 3.

Pupillis, & minoribus inhibito est, num. 4., & 8. Fallit, num. 9.

Est actus alienationi præambulus, num. 5.

Alienatione prohibita adhuc hypotheca inhibita censetur, num. 6., & 7.

Minor rem, quam emit, & pretium non solvit an possit pro ipsius rei pretio hypothecare, num. 10., & seqq.

Res empta ex aliena pecunia non est hypothecata illi, qui pecuniæ dominus est, num. 29. Fallit in extraneo emente cum pecunia pupilli, num. 30., & 31.. Fallit, num. 32., & seqq.. Declaratur, num. 36., & 37.

Et quid si pupillus ex alia pecunia pupillari prædium emerit, num. 38.

Minor dotem recipiendo an pro ejus restitutione bona sua sine Judicis decreto obligata censeantur, num. 39., & seqq.

Uxor minor dotem sibi constituendo nullam contrahit quoad bona promissa obligationem, n. 46.

Dos sine decreto constitui nequit, num. 47.

Affertur differentia inter virum minorem dotem recipientem, & mulierem minorem dotem sibi constituentem, num. 48. 49.

Minor domum conducendo, an pro illius conductione erunt bona inducta tacite obligata, num. 50., & seqq.

Minorum bona pro pensione conducta sine solemnitatibus vendi possunt, num. 61.

Pupillus, & minor in bonis tutoris, & curatoris pro rationibus reddendis hypothecæ privilegium habet, num. 62.. Prælationis privilegium non habet, num. 63.. Fallit in actione personali, n. 64., & 65.. Declaratur, n. 66.

Tacita hypotheca realis, quam habet pupillus super bonis tutoris præfertur cuicumque hypothecæ posteriori aliorum creditorum sive tacitæ, sive expressæ, num. 67.

Hypothecæ anterioritas regulatur a die susceptæ tutelæ, non inchoatæ administrationis, n. 68.

Pupillus, aut minor habet privilegium tacitæ hypothecæ in bonis matris, vel aviæ, quæ tutelam, vel curam administravit, num. 69.. Et etiam adversus tutorem, qui non solemniter tutelam susceperit, num. 70.. Fallit in eo, qui non tamquam tutor; sed ut amicus simpliciter administravit, num. 71.

Si plures tutores fuerint constituti, quilibet ipsorum insolidum tenetur, num. 72.. Declaratur, num. 73.

Hypotheca contrahitur etiam super bonis post susceptam tutelæ administrationem quæsitis, num. 74.. Declaratur, num. 75.

Hypotheca contrahitur super bonis tutoris, etiam pro neglectis ab eodem tutore, n. 76.

Hypotheca transit ad heredes, num. 77.

Contrahitur super bonis procuratoris, curatoris ad lites, fidejussoris, & actoris, num. 78.. Declaratur, num. 79.

Hypotheca an contrahatur super bonis pupilli, aut minoris in favorem tutoris, aut curatoris, num. 80., & seqq.

Tutori, vel curatori creditori competit retentio bonorum pupilli, vel minoris debitoris, n. 88.

Tutela finita per pupilli mortem, vel per pubertatis adventum competit tutori manutentio bonorum usquedum rationes reddiderit, & curator datus fuerit pupillo adulto, n. 89.

1 Hypotheca nomen græcum est, dictum ab *hypo*, quod est *sub*, & *thesis*. Et significat quamdam suppositionem pro contractus securitate, *Borbotus super prag. de assistent. Glos. 12. num. 1.*. Induci-tur-

turque quoties aliquid super bonis suis quis
præstari promittat, quia dictio *super* signifi-
2 cat jus in re, atque hypothecam in qua-
cumque dispositione favorabili, vel odiosa,
tam in contractibus, quam in ultimis volun-
tatibus tribuit *Sabellius §. hypotheca num. 3.*,
Gratianus cap. 683. num. 1., & seqq., *Af-
flictus dec. 162. num. 6.*. Ceterum hypothe-
ca quibuscumque verbis consensum, & obli-
3 gandi voluntatem denotantibus induci pot-
est, cum præscriptam a lege formam non
habeat, benevero a contrahentium volunta-
te dependet, *Sabellius num. 2., & 3.*
4 Grave pondus existimatur adhuc hypothe-
ca, taliter ut pupillis & minoribus ad alie-
nationis instar inhibita fuit *toto tit. ff. de
reb. eor.*, *& in l. Ex si præses Cod. de præd.*
5 *minor.*, cum sit actus alienationi præambu-
lus, *Bersanus de pupillis cap. 2. q. 8. num. 1.*
6 Hinc evenit, quod alienatione prohibita,
etiam hypotheca prohibita censetur, *Gra-
tianus cap. 580. num. 7.*, *Bersanus num. 2.*,
*Altimari de nullit. contr. tom. 6. rubr. 2. q. 1.
num. 560. ver. quod non possit*; *Surdus dec.*
7 *254. num. 14.*. Cujus prohibitionis rationem
consideravit Ulpianus in *l. Magis puto § si
pupillus ff. de reb. eor.*, ut nempe alias ad-
inventus foret modus, ut minor bona sua
distrahere, & dilapidare posset. Dum op-
pressus ære alieno, ipsoque in bonis suis
hypothecato, ad alienationem denique de-
venire opus esset, ut tradunt *Menochius de
arbitr. cent. 2. cas. 171. num. 30.*, *Gratianus
cap. 242. num. 4.*, *Tuschi lit. M. concl. 249.
num. 30.*, *Barbatus super prag. de assisten.
Glos. 5. num. 79.*, *Bersanus num. 1.*
8 Quod & procedit etiam respectu tutoris,
vel curatoris, qui absque justa causa, & Ju-
dicis decreto nequit bona suorum pupillo-
rum, vel minorum hypothecæ submittere,
ut toto *tit. ff. de reb. eor.*, *& in dicta l.
Ex si Præses*. Licebit tamen vel curatori
9 propria bona pro debito, aut contractu pu-
pilli, seu minoris obligare; & obligatio ista
erit valida per Rescriptum Impp. Dioclet.,
& Maxim. in *l. Et si is 9. Cod. de præd.,
& aliis reb. minor.*, *Merlinus de pignor. lib.
2. tit. 2. q. 77. num. 3.*, *Bersanus num. 6.*
10 Immo neque minori conceditur, ut rem
quam emit, sed pretium non solvit pro ipsius
rei pretio hypothecare potest, per *Ulpiani*
11 Tex. in *l. 1.*, *& Pauli in l. 2. ff. de reb. eor.*.
Etiamsi incontinenti pactum pignoris, & hy-
pothecæ adjectum fuit, ut post alios tradunt
Menochius num. 31.. *Tiraquellius de retract.
convent. ad finem num. 13.*, ubi subdit non
posse sibi dare pacem, quod in *dict. l. 1.*,
12 *& 2.*, aliquod mendum non adsit. Ipsum
tamen reprehendit *Menochius loc. cit.*, di-
cens non videre quod aliquod mandum ibi-
dem esse possit, cum illud contra commu-
nes juris regulas favore pupilli factum sit.
13 Alii vero cum distinctione firmant, nem-
pe quando ex intervallo pignoris pactum
fuit appositum, & erit nullum, prout sonant
verba *dict. l. 1.* nempe, *nam ubi dominium
quæsitum est minori, cœpit non posse obliga-*
14 *ri*. Quando vero in eodem contractu fuit
appositum, & tunc tamquam ipsius contra-
ctus pars valebit, quemadmodum demon-
strare videntur verba illa *dict. l. 2.* nempe,
quod *cum dominio pignus quæsitum est, &
ab initio obligatio inhæsit*. Alias fraudaretur
venditor, qui nisi hypothecam super re ven-
dita habuisset, equidem non vendidisset, &
tradunt *Gratianus cap. 242. num. 7.*, *Salga-
dus labyr. credit. p. 2 cap. 14. num. 113.*, late
Olea de cess. jur. tit. 2. q. 2. num. 14, & seqq.
15 Quidam alii tenent, prædictos Textus *l.
1., & 2.* uti varios intellectus habentes ad
causarum decisionem allegari non posse, ut
videre est apud *De Franchis in dec. 369.
n. 8., & 9.*, & refert *Gratianus n. 16., & 17.*
16 Allata tamen distinguens opinio verior, &
receptior est ideoque tenenda, & sequenda
erit sequentibus ex rationibus. Prima est,
quod minor dum sine decreto emit, potest
incontinenti pactum addictionis in diem adji-
cere, per Tex. Hermogen. in *l. Si in emp-
tione 36. ff. de minor.*, *Gratianus num. 19.*,
Olea num. 3., *Tiraquellius de retract. convent.
ad finem num. 2.*, *Surdus dec. 344. num. 25.*
Secunda est, quia quoties pars cum minore
17 contrahens retrocessionis pactum, aliudve
simile adjecit, unica conventio censenda est,
ideoque aut totum adprobare, aut reproba-
re, minor debet, cum in individuis pro par-
18 te consensus, & pro parte dissensus dari
penitus nequeat, *Olea num. 4.*, *Surdus n. 25.*,
Cyriac. lib. 1. contr. 90. num. 16., *Simoncellus
de decret. lib. 2. tit. 6. num. 11., & seqq.*. Ter-
19 tia est, quia quilibet in traditione rei suæ
potest libere quamcumque conditionem, quæ
contractui dat legem, apponere, quoniam
contractus ex conventione legem accipit,
ut Ulp. tradit in *l. 1. §. si convenit ff. depositi*,
Pomponius in l. Cum dos 7. ff. de pact. dotal.,
*Papinianus in l. Cajus Sejus 2. ff. de manu-
mis.*, *Surdus num. 26.*. Et in traditione rei
20 valet pactum, quod alias non valeret, ut
notat Ulp. in *l. Venditor 14. ff. communia
prædior.*. Cum quodlibet pactum pars pre-
tii censeri debeat, ex notatis per Javolenum
21 in *l. Fundi partem 79. ff. de contrah. empt.*,
*& per Paulum in l. Si sterilis 21. §. si tibi
ff. de act. empt.*. Ne deceptus maneat, qui
nisi cum tali pacto contracturus non fuisset,
ut aliis relatis tradit *Olea num. 11.*. Quarta
est, ut nempe pupillus dum aliquid emit,
22 datam in contractu fidem adimplere tenea-
tur, si non ei læsio, aut damnum aliquod in-
tervenit, per doctrinam Ulp. in *l. Is qui 4.
§. sed et si ff. de manumiss.*. Et consequenter
juri, & æquitati convenit, ut minor fidem
adimpleat; atque pacta, ex quibus nihil de suo
patrimonio diminuit, servet, plene *Olea n. 13.*
Ex

23 Ex prædictis igitur evidenter apparet, pa-
ctum pignoris incontinenti per minorem ap-
positum pro pretio rei, quam emit, vali-
dum esse. Non negatur tamen, articulum
hunc adeo inextricabilem per Doctores ef-
fectum fuisse, *Olea in num.* 43. suum ju-
dicium interponere libenter omisisse notat,
nisi necessarium proferre existimasset. Et in
num. 41. pro constanti firmat, tam Ulpianum
in *dicta l.* 1., quam Paulum in *dicta l.* 2.
recte sensisse, pactum pignoris a minore in-
continenti appositum in ipsa venditione va-
lidum esse; secus vero si ex intervallo, post-
quam dominium rei venditæ in minorem
transit. Et hanc opinionem tenendum esse
tradunt *Gratianus cap.* 242, *num.* 19., *Valesc.
de jur. emphyt. q.* 35. *num.* 5., *Covarruvias
var.* 1. *cap.* 14. *num.* 6., *Surdus dec.* 344. *n.* 25.,
aliique apud *Solgadum labyr. credit. q.* 2. *cap.*
113., *&* 114. Immo *Olea num* 43. *in fine*
24 subdit, nullo modo amplecti sententiam
negantem pacti validitatem incontinenti per
minorem in contractu appositi. Potiusque
mendosam textus literam diceret, quam in
judicando, & consulendo ab hac, quam de-
fendit, opinione recedere.
25 Post hæc scripta reperi *Barbatum super
prag. de assistentia Glos.* 5. *num.* 83., *& seqq.*,
ubi plenissime usque ad nauseam articulum
istum pertractavit, quem in occasione videas.
26 Valeret & fortius prædicta hypotheca, si
a principio expresse fuerit dictum, quod
nisi pro parte pretii obligatum maneret pre-
tium, contractus foret nullus, ita quod ei
non consentiret, *Altimari de nullit. contr.
tom.* 6. *rubr.* 2. *q.* 1. *sect.* 1. *num.* 560. *ver. quæ
conclusio*; *Bersanus de pupillis cap.* 2. *q.* 9.
27 *num.* 4., *& seqq.*. Pariterque si a Fisco eme-
rit minor prædium, idem absque ulla con-
ventione maneret obligatum, & hypotheca-
tum per sententiam *Pauli in l. Sed hic* 2. *ff.
de reb. cor.*, *Barbatus num.* 97., *Altimari ver.
limitatur secundo*; *Menochius adipisc. rem.* 3.
28 *num.* 82.. Maxime si expressa obligatio in-
tercesserit, *Simoncellus de decretis lib.* 2.
tit. 5. *num.* 54.
29 Et quamquam regula sit, ut res empta
ex aliena pecunia non sit hypothecata illi,
qui pecuniæ Dominus est, ex Rescripto Imp.
Gordiani in *l. Si ex ea pecunia* 6. *Cod. de rei
vindic.*, *Merlinus de pignor. lib.* 3. *tit.* 1. *q.* 23.
num. 5. *ver. & in his terminis*, *Gait. de credit.
cap.* 4. *q.* 11. *num.* 1198.. Fallit nihilominus
30 regula isthæc in fundo empto ab extraneo
ex pecunia pupilli, quia ex privilegio pu-
pillari fundus remanet eidem pupillo tacite
hypothecatus pro pecuniæ recuperatione
per id, quod Ulp. tradit in *l.* 7. *ff. qui potior*
31 *in pign.*, *Bersanus de pupillis cap.* 1. *q.* 24. *n.*
3.. Immo prælationis privilegium habebit
pupillus etiam respectu omnium creditorum
emptoris expressam hypothecam anteriorem
in bonis ejus habentium, *Mantica de tacit.
lib.* 11. *tit.* 14. *num.* 2., *Gratianus cap.* 955. *n.*
12., aliique apud *Bersanum num.* 4., *&* 16.
32 Et si emptor aliunde non habebit, ex quo
pecuniam in fundi emptionem conversam
persolvat, tunc in subsidium fundus emptus
ex pecunia pupillari ipsi pupillo acquiritur.
Mantica de tacit. lib. 16. *tit.* 16. *num.* 20.,
33 *Bersanus num.* 5., & hoc in casu perseque-
retur fundum utili actione vendicatoria, *Sal-
gadus labyr. p.* 2. *cap.* 24. *num.* 13., *Ber-
sanus num.* 6.
34 Verum si non ab extraneo, sed a tutore,
vel curatore emptum fuerit prædium nomi-
ne proprio, sed ex pecunia pupilli, aut mi-
noris, & tunc ipsi pupillo, aut minori con-
sultum est, vel rem emptam ex sua pecu-
nia petere actione vendicatoria, vel pecu-
niam ipsam cum usuris, per Rescriptum Imp.
Antonini in *l. Si curator* 3. *Cod. arbitr. tu-
tel.*, *Gomesius in l. Taur.* 53. *num.* 36., *Gut-
tier. de tutel. p.* 3. *cap.* 1. *num.* 82., aliique
apud *Bersanum num.* 9.. Et si fundum ven-
35 dicare selegit, fructus adhuc a die emptio-
nis proventos ratione dominii avocabit; *Ro-
deric. de ann. reddit. lib.* 3. *q.* 10. *num.* 6.,
Bersanus num. 9.
36 Si tamen plura prædia, quorum aliqua fru-
ctifera, & alia infructifera essent, tutor, vel
curator emerit, non licebit pupillo, aut mi-
nori fructifera eligere, & pro residuo suæ
pecuniæ hypothecariam actionem adversus
bona tutoris, aut curatoris intentare. Et-
enim tenetur vel totum acceptare, vel to-
tum tutori ementi dimittere, per sententiam
Pauli in *l. Cum quæreretur* 17. *ff. de adm.*
37 *tutor.*, *Guttier. de tutel. p.* 3. *cap.* 1. *num.* 84.,
Bersanus de pupillis cap. 1. *q.* 24. *n.* 3., quod
tamen fallit, si dolo malo tutor, vel cura-
tor ita emerit ad pupillum, vel minorem
decipiendum, quia tunc cum æquitas cesset,
merito pupillo non erit deneganda electio,
sed fructifera prædia acceptare, infructifera
vero dimittere poterit, *Roderic. de ann.
reddit. lib.* 3. *q.* 10. *num.* 8., *Bersanus n.* 11.
38 Quid autem dicendum in casu, quo ex
pecunia pupillari, comparatum fuit præ-
dium ab altero pupillo, an intret tunc ra-
tio conquassandi privilegia, aut obligatum
remanebit prædium illi pupillo, ex cujus
pecunia emptum fuit? Et pro pupillo, qui
dominus est pecuniæ recte respondet Ulp.
in *l. Sed si pecunia* 3. *ff. de reb. cor.*. Cum
magis sit, ut salvum habeatur jus pignoris
ei pupillo, cujus pecunia comparatus est fun-
dus, *Bersanus num.* 12., *Menochius adipisc.
rem.* 3. *num.* 82., *Simoncellus de decret. lib.* 2.
tit. 5. *num.* 56., *Altimari de nullit. contr. tom.
6. rubr.* 2. *q.* 1. *sect.* 1. *num.* 560. *ver. limitatur
tertio.*
39 Num minor dotem restituendo, pro ejus
restitutione bona sua sine ullo Judicis decre-
to obligata censeantur? Pro negativa opi-
nione antesignanus fuit *Bartolus in l. Item
quia*

quia, circa finem, ff. de pactis, quam mul-
40 ti fuerunt sequuti, quos refert *Simoncellus*
de decret. lib. 2. tit. 5. insp. 1. num. 1.. Affir-
mativam vero opinionem magis receptam
esse communiter omnes fere scribentes te-
stantur, quemadmodum ipsos longa serie
tradit *Simoncellus num. 2.*, *Bersanus de pu-*
pillis cap. 2. q. 10 num. 6., *Altimari num. 289.*
41 *ver. minor.*; præsertim si expressa obligatio
intervenerit, ut tradit *Gratianus cap. 68. n.*
7., *& cap. 583. num. 3.*, *Bersanus num. 7.*
42 Et quamquam *Simoncellus* affirmativam
hanc opinionem pro communi habeat, ni-
hilominus *Bartoli* auctoritatem magnifacien-
do, qualem ex prædictis opinionibus firma-
re velit, prorsus ignorare fatetur. Tandem
in *num. 4.* ut neque *Bartolo*, neque com-
muni opinioni contradiceret; tres cogitavit
43 considerandos esse casus. Primus est, quan-
do minori in dotem traditæ sunt res æsti-
matæ, vel ex dote comperatæ; tunc res
istæ pro dotis restitutione tacite obligatæ
sunt, quoniam transeunt cum sua obligatio-
44 ne. Secundus casus est, quando res in do-
tem traditæ fuerunt per minorem in sua
minori ætate consumptæ, & tunc propria
minoris bona non sunt tacite pro illarum
45 restitutione obligata. Tertius est, quando
minor dotem, quam accepit, consumpsit in
ætate majori, tunc ejus bona recte pro il-
lius restitutione manebunt obligata, quia
tempore consumptionis erat quidem ad obli-
gandum habilis effectus. Et ita *Simoncellus*
ait decidendam esse quæstionem istam, quam
deinde distinctionem adprobavit *Narbona de*
ætate ann. 25. q. 4. num. 9.
46 Respectu vero uxoris minoris dotem sibi
constituentis nulla oritur quoad bona pro-
missa obligatio, aut hypotheca, *Surdus de*
aliment. tit. 9. quæst. 44. num. 58.. Etenim
quia dos sine decreto constitui nequit, ut
dicemus *cap. 11. num. 15.*, *& seqq.*, meri-
to super tali nulla promissione, & obliga-
47 tione non inducitur a lege hypotheca, *Sur-*
dus num. 15., *& 58.*, *Gratianus cap. 367.*
num. 7., *& cap. 583. num. 4.*, *Sabellius §.*
hypotheca num. 12.
48 Quæ autem sit differentia, ut vir minor
dotem recipiendo, pro ejus restitutione se-
cundum communiorem opinionem valide
bona sua hypothecat, immo tacite hypo-
thecata censentur; & econverso mulier mi-
nor dotem constituendo, se obligationi, &
hypothecæ submittere nequeat, nisi cum
decreto? Differentiæ rationem exponit *Bar-*
bosa in l. si constante num. 128. ff. solut.
matrim., quem laudat *Gratianus dict. cap.*
367. num. 8., nempe quod maritus minor
49 recipiendo dotem non diminuit patrimo-
nium, benevero auget, suamque conditio-
nem meliorem facit. Mulier vero sibi do-
tem constituendo diminuit, non auget suam
conditionem; e apropter non mirum, si in
primo casu decretum non erit necessarium,
& quidem in secundo.
50 Dissentiunt necnon Doctores, si minor
conducendo domum, erunt pro ipsius con-
ductione quæcumque bona in ea inducta,
& illata tacite obligata, & hypothecata?
Negant *Pacian. de locat.*, *& conduct. cap.*
40. num. 63., *& 74.*, *Menochius adipisc. rem.*
3. num. 81., *Simoncellus de decret. lib. 2.*
tit. 5. num. 18., aliique, ea moti ratione,
quia sicuti minoris bona expresse obligari
non possunt sine decreto, ita nec tacite
obligari queunt, nisi in illis casibus, in qui-
bus lex expresse de tacita hypotheca pro-
vidit.
51 Contrarium nihilominus verius testantur
communiter Doctores, ut tradunt *Gratia-*
nus cap. 68. num. 5., *Surdus de alim. tit. 9.*
q. 44. num. 48., *Sabellius §. hypotheca n. 12.*,
aliique apud *Bersanum de pupillis cap. 2. q.*
10. num. 11. ea ex ratione, quia dum con-
ductionis contractus validus est, & solemni-
tatibus servatis fuit a minore peractus, sicut
contractus valet, ita pariter subsistere debet
in illius bona hypotheca, uti accessoria, &
52 a lege tacite inducta. Lex enim disponens,
ut bona invecta sint pro pensione tacite
obligata, *l. Certi juris 5.*, *& l. Legem qui-*
dem 16. Cod. locat., *l. Item quia ff. de pa&.*
53 merito dum legis decretum intervenit, nul-
lum aliud Judicis necessarium est, *Gratianus*
54 *num. 6.*, quia leges de tacita hypotheca lo-
quentes indistincte bona tam majorum, quam
minorum, & pupillorum comprehendunt,
Bersanus num. 8., *& 9.*. Et ex legali obli-
55 gatione læsus minor dici nequit, *Gratianus*
cap. 27. num. 45., *Pacific. de salvia. interd.*
insp. 3. cap. 5. num. 132., *Bersanus num. 3.*.
Immo etiamsi sine solemnitatibus fuerit a
minore facta conductio, si domus conducta
fuerit decens, conveniens, & necessaria ipsi
minori, videtur fecisse sicut quilibet diligens
paterfamilias fecisset; e apropter læsus dici
56 nequit, cum sit usus jure communi, per
Rescriptum Imp. Zeno. in *l. fin. Cod. de in*
integr. restit. minor., in illis verbis: *Non vi-*
detur circumscriptus esse minor, qui jure sit
usus communi, & tradunt *Trentacinq. var.*
resol. lib. 3. tit. de locat. resol. 5. num. 5.
ver. quarto, *Narbona de ætate ann. 25. q. 4.*
num. 8., *Oddus de restit. in integr. quæst. 4.*
art. 7., *& quæst. 52. art. 5. num. 19.*, *Ber-*
sanus num. 4.
57 Prima tamen opinio vera esse poterit eo
in casu, quo principalis contractus locatio-
nis, & conductionis omnino fuerit nullus.
Etenim sicuti lex illum non adprobat, ne-
que tacitam inducit hypothecam, quia ac-
cessorium sequitur naturam sui principalis,
58 *Bersanus num. 5.*. Pariterque si conduxit
minor domum statui suo non convenientem,
ut si esset superflua, & amplissimæ habita-
tionis, *Narbona dict. num. 8. in med.*

59 Ceterum etiamsi continuaverit minor habitare domum conductam a patre, si tamen
ipsius qualitati erat domus condecens, bona
illata etiam tacite obligata remanebant, *Narbona dict. num. 8. in fine*.
60 Et prædicta procedunt tam pro conductione fundi urbani, quam rustici, pa iie que
pro ejus deterioratione, ita *Altimari de nullit. contr. tom. 6. rubr. 2. q. 1. sect. 1. num. 425.*
61 *ver. pupillo*. Et sublit *ver. sic illius*, quod
pupillorum, & minorum bona pro tali pensione absque solemnitatibus vendi possunt.
62 Tacitæ hypothecæ privilegium habebit pupillus, & minor in bonis tutoris, & curatoris pro rationibus ab eodem reddendis, &
tam pro gestis, quam ab eo non administratis per Rescriptum Imp. Constantini in *l. Pro officio 20 Cod. de adm. tut.*, & Imp *Justiniani in l. Unica §. & ut plenius Cod. de rei uxor. a.* , *Surdus de alim. tit. 9. quæst. 44. num. 5.*, *Gratianus cap. 935. num. 5.*, aliique
apud *Bersanum de pupillis cap. 5. q. 12. num. 1.*, *& 24.*
63 Prælationis tamen privilegium non habebit. Eapropter non præfertur anteriori
hypothecæ aliorum creditorum, cum non reperiatur in jure cautum, ut tradunt *Merlinus de pignor. lib. 3. tit. 1. q. 2. num. 68.*, *Gait. de credit. cap. 4. q. 11. num. 2027.*, aliique apud *Bersanum num. 2.*
64 Diversum vero est in actione personali, in
qua pupillus, aut minor prælationis privilegium habebit adversus quoscumque alios tutoris creditores, prout desumi videtur ex *l. Pluribus ff. de adm. tut.*, ubi *Glos. ver. privil.*, *Gutier. de tutel. p. 2. cap. 16. num. 10.*, *Bersan.*
65 *num. 3.*. Prout etiam adversus ipsum tutorem, vel curatorem, *Bersanus num. 30.*,
quod tamen privilegium ad heredem non
66 erit transitorium, cum personalissimum sit,
& cum privilegiati persona extinguitur, *Gutier. num. 19.*, *Bersan. num. 30.*
67 Tacita hæc tamen hypotheca realis præfertur cuicumque hypothecæ poste iori aliorum creditorum sive tacitæ, sive expressæ,
quia per id, quod attinet ad temporis gradum, eadem est virtus hypothecæ tacitæ,
sicuti expressæ, *Gratianus cap. 935. num. 9., & 10.*, *Mantica de tacit. lib. 11. tit. 11. n. 9.*,
Bersanus num. 4.. Et etiam contra Fiscum
per Tex in *l. Unica Cod. rem alien. gerent.*,
Merlinus num. 69., *Bersanus num. 5.*
68 Et a die susceptæ tutelæ, non jam inchoatæ malæ administrationis anterioritas hujus
hypothecæ regulanda erit, *Gutier. num. 31.*,
De Marinis tom. 1. cap. 148. num. 2., aliique
apud *Bersanum num. 6.*
69 Et hucusque dicta procedunt etiam in
bonis matris, vel aviæ, quæ tutelam, vel
curam filiorum, aut nepotum administravit,
70 *Gutier. num. 14.*, *Bersanus num. 10.*. Pariterque adversus tutorem, qui minus solemniter tutelam susceperit, ne melioris conditionis fuerit, quam is, qui solemniter administrationem suscepit, *Gutier num. 2.*,
71 *Mantica de tacit. lib. 11. tit. 16. num. 4.*, *Bersanus num. 12.*. Non tamen est extendenda
in bonis illius, qui non tamquam tutor, vel
curator, sed ut amicus simpliciter administravit, dummodo sine dolo fecerit, *Bersanus num. 14., & 15.*
72 Et si plures tutores fuerint pupillo constituti, non erit hypotheca inter ipsos dividenda, quia neque actio tutelæ dividi potest, sed contra quemlibet insolidum competit per Tex. Triphon. in *l. Tres tutores 56. ff. de adm. tutor.*, *Bersanus de pupillis cap. 5. q. 12. num. 20.*, quamquam ipsorum aliquis
non administraverit; hac tamen differentia,
73 ut prius a pupillo conveniantur ii, qui tutelam gesserant; quibus non solvendo repertis, ceteri non administrantes in subsidium convenienti erunt, *Bersanus num. 19. & 20.*, &. vide *cap. ix. num. 44. & seqq.*
74 Et non solum in bonis, quæ de tempore
susceptæ administrationis tutor habebat, contrahitur hypotheca, sed etiam in ceteris
postea quæsitis, *Surdus dec. 67. num. 2.*, aliique apud *Bersanum num. 21.*, dummodo tutelæ administratio duraret, alias non contraheretur super bonis post depositam tutelam quæsitis, *Bersanus num. 22.*
76 Immo non tantum pro gestis a tutore,
sed adhuc pro neglectis contrahitur hypotheca, *Surdus de alim. tit. 9. quæst. 44. n. 6.*,
Bersanus num. 24.
77 Quæ hypotheca transit adversus heredes
tutoris, vel curatoris, cum sit onus reale,
Bersanus num. 23., *Olea de cess. jur. tit. 6. q. 2. num. 12.*
78 Et quicquid de tutore dictum est, procedit etiam in procuratore, curatore ad lites, fidejuss e, atque actore, vulgo dicto
Fattore, dummodo a tutore, vel curatore
fuerit constitutus; secus vero si a Judice fuit
79 depatar is, quoniam tunc illius bona non
fiunt tacite pupillo obligata pro rationum
redditione, *Bersanus num. 17.*, *Sabellius §. hypotheca num. 18.*
80 Et sicuti pupillis, & minoribus tacita conceditur hypotheca super bonis tutorum, vel
curatorum pro male administratis, & neglectis, ita ad favorem tutorum, vel curatorum super bonis pupilli, & minoris pro
repetitione illorum, in quibus ipsi pupilli,
& minores post redditas rationes debitores
remanserint tam pro expensis factis, quam
pro eorum salario tacita pariter inducitur
hypotheca; *Mantica de tacit. lib. 11. tit. 16. num. 17.*, *Merlin. de pign. lib. 3. tit. 1. q. 22.*, *Salgadus labyr. p. 3. cap. 9. n. 11. & seqq.*, ubi testatur de praxi omnium Tribunalium.
81 Contrarium tamen pro veriori tradunt
Surdus de alim. tit. 9 quæst. 44. num. 60., *Gratianus cap. 68. num. 9.*, *Sabellius §. hypotheca*

eo num. 18. in fine, *Bersanus de pupillis cap. 8. q. 16. num. 4.*, *Altimari de nullit. contr. tom. 6. rubr. 2. q. 1. sect. 1. num. 560. ver. verum dif-*
82 *ficultas est*. Et ea potissimum est ratio,
quod tacita hypotheca non habet locum,
nisi in casibus in jure expressis, inter quos
cautum non reperitur, ut bona pupilli, aut
minoris sint tacite tutori, vel curatori obli-
gata. Tandummodo in variis juris locis, ut
in *l. 1. ff. de contr.*, *& util. act. tut.*, *in l. Si*
83 *quis absentis §. tutela ff. de act.*, *& oblig.*,
in l. Sumptus Cod. de adm. tut. fit mentio
de sumptibus pro pupillo a tutore factis,
pro quibus sola personalis actio conceditur,
prætermissa penitus actione hypothecaria,
vide *Bersanum num. 6.*
84 Si igitur jura solam personalem actionem
tutori concesserint, dicendum quidem est,
hypothecariam consulto omittere voluisse,
ut demonstrarent, non esse eamdem condi-
85 tionem pupilli, & tutoris. Nec Glossæ, &
Doctores auctoritatem habent inducendi ta-
citam hypothecam, ubi lex eam inducere
noluit, ita *Bersanus num. 7.*
86 Et non obstat contrariorum ratio, quod
par esse debeat conditio tutoris, & pupilli.
Nam respondetur, quod in aliis contracti-
bus jam vidimus plerumque ad imparia ju-
dicari pupillum, & cum eo contrahentem,
ut demonstravimus *cap. 3.*, quod contractus
pupilli sustinetur quatenus ipsius pupilli utili-
tatem respicit; non vero si in illius detri-
87 mentum. Eapropter non erit novum judi-
candum, quod in casu præsenti inæqualis re-
sultet conditio tutoris, & pupilli, ita *Surdus de alim. tit. 9. quæst. 44. num. 30.*, quem lau-
dat *Bersanus num. 10.*
88 Verum scias, quod quamquam non habeat
tutor tacitam hypothecam in bonis pupilli
pro credito resultante ex administratione tu-
telæ, nihilominus competit eidem retentio
bonorum, donec de suo credito satisfiat,
Cravetta cons. 175. num. 13., *Guttier. de tutel. p. 2. cap. 16. num. 21.*, aliique apud *Bersanum num. 12.*

Hinc expleta tutela vel per pupilli mortem, vel per pubertatis adventum competit tutori manutentio in detentione, & custodia bonorum usquequo rationes reddiderit, & curator pupillo adulto datus fuerit, quoniam interim periculum bonorum cedit damno ejusdem tutoris. Quod manutenendæ remedium petere adhuc poterit tutor, donec satisfiat de suis creditis, *Posthius de manuten. possess. obs. 52. num. 27.*, aliique apud *Bersanum num. 13.*

C A P. X.

De cessione.

SUMMARIUM.

Cessio dupliciter esse potest, num. 1. Definitur, num. 2.
Cedere, & vendere idem est, num. 3.
Quicquid de mobilium, & immobilium alienatione dicitur, in eorum cessione procedit, n. 4.
Cessio, & actiones an inter immobilia connumerantur? num. 5., & seqq.
In cessione immobilium justa causa, & Judicis decretum intervenire debet, num. 9., & seqq.
Tutor a pupillo petere potest jurium cessionem contra alium contutorem ad prosequendum id, quod pro eo solvit, num. 15., & seqq. Fallit, num. 30., & 31.
Pupillus recusando actionem cedere, a judicio cedendarum actionum repellendus est, n. 26. Declaratur, num. 27.
Cessio conceditur, etiamsi fuerit inops, qui cogendus erit, num. 28., & 29.
Cessio facta pupillo, vel minori invalida est, num. 32.
Cessio facta tutori, vel curatori contra pupillum, vel minorem, durante tempore tutelæ, vel curæ nulla est, num. 33.
Pupillus, vel minor ratione privilegii dicitur potentior, num. 32., & 33.
Tutor, vel curator ratione officii dicitur potentior in conveniendo pupillum, num. 35.
Bonorum cessio beneficium miserabile est, num. 36. In solatium debitorum, ut carcerem evitent, inducta est, num. 37.
Minor cessionis beneficium habet, num. 38.
Decretum an in minoris cessione necessarium est, num. 39., & seqq.
Consuetudo eum, qui de jure inhabilis est, habilem reddit, num. 45.
Pupillus nequit bonis cedere, num. 46.
Pupillus contumax esse nequit, num. 47.

1 BOnorum cessio dupliciter intelligi potest; & pro cessione alicujus rei a minore in alicujus favorem peracta. Et pro cessione bonorum, quam ære alieno oppressi in suorum creditorum favorem efficere assolent. De hac dicemus inferius ex
2 *num. 36. ad 47.* De prima igitur sit nunc sermo; & definitur apud *Oleam de cess. jur. tit. 1. q. 1. num. 101.*, *ut sit quasi traditio juris, & actiapis ex aliquo titulo in alium*
3 *facta translatio*. Et quia cedere, & vendere idem sunt, ut firmat *Olea q. 2. num. 9.*

4 idcirco quicquid de mobilium, & immobilium alienatione dictum est *cap.* 3., idem & pro eorumdem cessione firmandum esse oportet, vide *Oleam num.* 32., *ubi De Luca in spicilegio q.* 94. *num.* 1.

5 Et quod cessionem jurium, & actionum non parum moratus fuit *Olea num.* 16., *& seqq.* in opinionum varietates exponendo, si jura nempe, & actiones inter immobilia, aut mobilia bona connumerentur. Et quam-
6 quam diversæ sint opiniones, nihilominus illa distinguens verior est; nempe aut jus, seu actio ad rem mobilem competat, & sub ejusdem lege, & natura contineri debet. Eapropter sicuti mobilia sine decreto alienari possunt, ita etiam jus, seu actio ad ipsa. Si vero actio ad rem immobilem competat, & tam-
7 quam immobilis consideranda erit, plene *Olea tit.* 1. *q.* 2. *n.* 31., *& seqq.*, *Simoncellus de decretis lib.* 1. *tit.* 3., *Narbona de ætate ann.* 25. *q.* 25., *Gomesius var.* 2. *cap.* 14. *num.* 15. *ver. quarto extende*, *Tuschi lit. A. concl.* 621. *num.* 12., *Bersanus de pupillis cap.* 2. *q.* 28. *num.* 4., *&*
8 *seqq.*. Etenim de actione ad rem idem est judicium, quod ejusdem rei, *Bersanus n.* 5.
9 Idcirco duo cumulative in immobilium cessione sunt necessaria, nempe justa causa, & Judicis decretum, *Baronius de effectib. minor. ætat. circa judicial. eff.* 28. *num.* 2.

10 Difficultas vero erit in casu, quo actio minori competat alternative ad rem mobilem, & immobilem. Et tunc communiter Doctores distinguunt, aut electio erit minoris, aut sui debitoris. Primo casu alternativa obligatio sine solemnitatibus cedi nequit, quia cum tali cessione res illa immobilis, quam eligendo minor consequeretur, alienare quidem videtur. Secundo casu cessionis validitas pendet ex eventu, ut nempe si debitor rem mobilem solvere eligat, & ejus cessio erit valida, secus vero si rem immobilem, ut plene per *Oleam num.* 38., *& seqq.*, *Bersanus num.* 13., ubi *Simoncellum*, *& Narbonam* expresse refellit.

11 Quod verum est, etiamsi cessio fiat minori per alterum minorem, *Bersanus num.* 18., *Mantica de tacit. lib.* 4. *tit.* 6. *num.* 37.

12 Sed quid dicendum de cessione annuorum reddituum; & *De Luca in suo spicilegio ad Oleam de cess. jur. q.* 94. *num.* 2. firmat diversos esse annuos redditus conventionales ab annuo reddituo censuali. Etenim primi dicuntur, quando pecunia traditur alicui privatæ personæ, aut etiam Banco, seu Monti, ut pro pecunia usu quoddam annuum lucrum conventum correspondeat, quæ conventio quia vere non est census, cum desit certi fundi constitutio, neque sors sit demortua, ideo tales annui redditus sine
13 decreto cedi possunt; Secundi vero sunt, quando sors, durante interesse solutione, est irrepetibilis; aut si pecunia fuerit posita super Montibus Florentiæ, & Venetiarum, quia talia investimenta pro stabilibus habentur, & his in casibus erunt solemnitates ad-
14 hibendæ. Prout etiam idem dicendum erit in casu, quo sors fuerit repetibilis, sed creditum erit magnæ quantitatis, quoniam tunc sine solemnitate cessio nequaquam subsisteret; vide *De Lucam loc. cit.*

15 Jurium cessionem potest tutor a pupillo, ac curator a minore adversus alium tutorem, aut curatorem prosequi de eo, quod pro ipso solvit, ut ab eodem repetat, juxta notata a Ulp. in *l.* 1. §. *nunc tractemus ff. de tutel.*, a Papiniano in *l. Alterius* 20., *& in l. Cum pupillus* 21. *ff. eodem*, & clarius rescripserunt Impp. Carin., & Numerian. in *l. Si divisio* 2. *Cod. de divid. tut.*

16 Pro cujus plena tamen quæsiti intelligentia scire oportet, quod quamvis unum tutorem magis, quam duos habere proficuum, atque expediens sit pupillo, ut consideravit Ulp. in *l. Si plures* 3. §. *apparet ff. de adm. tut.*, Nihilosecius cum pupillus sit dives, solet testator, aut Judex plures eidem
17 tutores dare. Quam tutelam, seu administrationem nisi Judex, aut Testator diviserit, omnes insolidum pupillo tenentur, sive omnes administraverint, sive nullus, *l. Tres tutores* 56. *ff. de adm. tut.*

18 Quia igitur tales tutores ex legis dispositione remanent insolidum obligati, per legis etiam concessionem quatuor eisdem beneficia ex æquitate indulgentur, scilicet ordinis, divisionis, utilis actionis, & cessionis.
19 Pro quorum intelligentia notandum est, ordinis beneficium esse, dum pupillus, aut minor convenit tutorem, qui non administravit, hic tutor potest petere, ut ille, qui administravit, conveniatur, & excutiatur in totum; quo non solvendo reperto, deveniri ad ipsum tutorem non administrantem conventum, per id, quod statuit Imp. Alex. in *l. Qui se* 2. *Cod. si tut.*, *vel cur.*, *Olea de cess. jur. tit.* 5. *q.* 7. *num.* 6., *Cancerius var.* 1. *cap.* 7. *num.* 35., *De Luca ad Franchis in dec.* 662. *num.* 3.

20 Divisionis beneficium est, ut tutor conventus opponere valeat, ut alter tutor, qui insimul administravit, & erit pariter solvendo, etiam conveniatur, & pro parte excutiatur ut tradit Ulp. in *l.* 1. §. *nunc tractemus ff. de rat.*, *& rat.*, *Olea num.* 9., *Cancer.*, *& De Luca loc. cit.*

21 Utilis actionis beneficium est, quod competit tutori, qui pro aliis, qui non sunt solvendo, solvit, & actionem a pupillo contra contutores cedere non fecit; tunc utilis actio ipsi tutori contra contutores competit, quandocumque fiant solvendo, ex traditis per Ulp. in *dict. l.* 1. §. *si pupillis ver. & si forte*, *Olea num.* 18., *Cancer. num.* 35., *De Luca num.* 2.

22 Cessionis tandem beneficium est, ubi tutor, qui insolidum a pupillo, aut curator a mi-

minore conventus est, nolens opponere ex-
ceptionem ordinis, & divisionis, judicatum
solvit, sed petit ab adultu jurium cessionem
adversus contutores, ut exinde quicquid pro
eis solvit, repetat, per Tex. in *l. Si divi-
sio 2. Cod. de divid. tutel.*, *Olea num. 11.*,
Cancer., *& De Luca loc. cit.*

23 Quibus habitis, quicquid de primis duo-
bus beneficiis sit, nutanda erit tantum dif-
ferentia inter tertium, & quartum; nempe
ut beneficium utilis actiunis prucedat, quan-
do tutor judicatum sulvit, dum fuit insoli-
24 dum conventus, & actionem cuntra con-
tutores ab adulto sibi cedere haud fecit.
Cessionis vero beneficium cumpetit, quan-
do tutor insolidum conventus judicatum sol-
vit, & insimul jurium cessionem ab adulto
contra contutores petiit. Et sic in eodem
25 solutionis actu cessio hæc petenda erit,
nam post solutionem tutor eam petendo,
nequaquam erit audiendus, per Tex. in *l.
1.*, *& 2. Cod. de contr. judic.*

26 Quam actionem si pupillus, aut minor
cedere recuset, cedendarum actione a judi-
cio erit repellendus, *Gratianus cap. 409.
num. 14*, aliique apud *Oleam de cess. jur.
tit. 5. q. 7. num. 13.*. Nisi ageretur de tu-
27 toribus dolosis, quibus cessionis beneficium
denegatur. Dolosus enim dicitur tutor,
quando non administravit, etiamsi Judicis
præceptum non intercesserit; cum idem sit
Prætorio judicio, aut legi præcipienti con-
trovenire. Hoc tamen in casu utilis actiu-
nis beneficio talis tutor solummodu uti pot-
erit, *Gratianus num. 15.*, *& seqq.*

28 Et quoties tutor erit in tempore petendæ
cessionis, concedenda erit, etiamsi fuerit
inops is, adversus quem erit cessio facienda
De Franchis dec. 662. num. 5, *Olea n. 14*
Nam cum cessio sit juris, non intereit, quod
29 modo facultates non suppetant, quoniam
in futurum potest inops fieri solvendo, *De
Franchis num. 6.*, ubi *De Luca num. 4.*

30 Notandum tamen erit, quod si ex dolo
communi, aut contumacia in non admini-
strando alter tutor solidum præstet, tunc
neque utilem actionem, neque jus petendæ
cessionis contra ceteros contutores habebit,
per responsum Papiniani in *l. Si plures 39.
ff. de adm. tut.*, *& Ulp. in l. 1. §. plane ff.
31 de tut.*, *De Luca num. 5.*. Benevero divi-
siunis beneficium tantum præsato tutori com-
peteret, *De Luca num. 6.*

32 Quid autem erit de passiva pupilli, vel mino-
ris cessione, nempe num cessio pupillo, vel
minori ab aliquo peracta sit valida, aut ju-
ris regulis adversetur? Et pro intelligentia
sciendum est, pupillum, & minorem ratio-
ne privilegiorum potentiorem dici respectu
adversarii ætate majoris. Eapropter quia
Imperator in *l. 1.*, *& 2. Cod. ne lic. in po-
tent.* sanxit, quod causæ in potentiores ne-
quaquam transferantur, ne judiciorum exi-
tus a recta via declinent, iccirco deduxe-
runt Doctores, legis menti non convenire,
valere cessionem jurium, vel actionum, aut
causarum pupillis, vel minoribus factam, ne
deterior adversarii conditio fiat: nam per
cessiunem objiceretur persona magis privile-
giata, quam esset cedens, ut tradunt *Nar-
bona de ætat. ann. 25. q. 25. num. 6.*, *Olea
de cess. jur. tit. 2. q. 4. num. 47. in fine*;
Bersanus de pupillis cap. 2. q. 28. n. 25., *& 26.*

33 Intelligas tamen procedere quatenus pu-
pillus, aut minor uti vellet contra adversa-
rium juribus, & privilegiis sibi specialiter a
lege ratione ætatis concessis, non autem si
diverso jure, quam eo, quod cedens habe-
bat, quoniam tum firma erit cessio, pruut
ex mente Cujacii tradit *Olea num. 48.*, *Ber-
sanus num. 28.*

34 Nulla quoque erit cessio facta tutori, aut
curatori contra pupillum, aut minorem,
durante tempore tutelæ, vel curæ; ita quod
neque post curam depositam permissum erit
tutori, vel curatori actiones sibi cessas ex-
periri. Neque ille, qui cessit admittitur ad
agendum contra minorem; sed ipse minor
haberet commodum juris cessi, cum erit
idem factum contra expressam legis sanctio-
nem in *auth. minoris §. sed etsi Cod. qui
35 dare tutor.*, ubi tutor, & curator ratione
officii dicitur potentior in conveniendo pupil-
lum, vel minorem, vide *Bersanum n. 26.*, *& 27.*

36 Secunda species cessionis est, quando ære
alieno oppressi in suorum creditorum favo-
rem sua bona cedunt, concursus judicio in-
ter creditores formato. Et hæc cessio be-
neficium miserabile, & subsidiarium est; in-
ductum ex eo, ut quis carcerem evitet, ut
in *l. 1. Cod. de cess. bonor.*. Etenim ante
leges duodecim Tabularum observabatur, ut
demonstrat *Quintilian. lib. 8. orat. instit.
cap. 4.*, ut quamdiu creditoribus debitores
satisfacerent, eisdem servire tenebantur,
pruut de observantia Hispanorum tradit *Co-
varruvias var. 2. cap. 1. num. 5.*, *& Me-
nochius de arbitr. lib. 2. cas. 183. num. 3.*.
37 Quo onere ut debitores liberarentur, in-
ductum fuit hoc cessionis beneficium, quod
miserabile nominavit Justinianus in *l. fin. Cod.
qui bon. ceder. poss.*. Eam tamen vim habet,
ut debitores etiam condemnati in carcerem
non detrudantur, sed libertatem reassumant
per id, quod rescripsit Imp. Alex. in *l. 1.
Cod. eodem*; plene *Menochius n. 8.*, *& seqq.*

38 Et hoc beneficium etiam minor retinet,
ne inferioris conditionis, quam major habea-
tur, ut post alios tradit *Salgadus labyr. p.
1. cap. 1. §. 2. num. 1.*, *& 4.*

39 Difficultas vero erit, an concursus judi-
cium inter suos creditores sine decreto for-
mare possit? Et *Salgadus num. 6.*, *& seqq.*
pro affirmativa opinione quatuor adducit
fundamenta. Primum est, quod minor per
hanc bonorum cessionem sua bona alienare
non

non videtur, cum eorum dominium, & poſſeſſionem non amittat, ſed retineat actiones activas, & paſſivas, quas movere, & pati poteſt. Secundum eſt, quod licet per hanc ceſſionem ad alienationem perveniatur, erit tamen alienatio neceſſaria pro ſatisfactione creditorum inſtantium. Tertium, quod bona minoris cum ſint a principio hypothecæ ſubjecta pro ære alieno præcedente Judicis decreto, exinde pro illorum diſtractione novum decretum non requiritur. Quartum, quod talis ceſſio minori utilis eſt, ut a creditorum moleſtiis liberetur; & ut evitet decimam judici exequutionem ordinanti ſolvendam.

40 Nihilominus ipſemet *Salgadus n. 16., & ſeqq.* pro contraria opinione tamquam veriore late diſſeruit, non poſſe nempe minorem abſque decreto ad hanc bonorum ceſſionem devenire. Nam quamvis ea non ſit proprie alienatio, aut diſtractio effectiva, eſt tamen actus quidem voluntarius, ad quem debitor non cogitur, nec juris beneficio uti adſtringitur. Eapropter recte tradiderunt *Brunus de ceſſ. bonor. q. 3., & 4., Cavalcan. de tutor. num. 317.*, aliique apud *Salgadum num. 26., & ſeqq.*, ut ad validitatem hujus
41 ceſſionis duo requirantur, nempe inſtantia, ſeu moleſtia creditorum, & Judicis decretum.

42 Fallit hoc tamen primo, ut nempe in actu hujus ceſſionis non ſit neceſſarium decretum, quando pro ſatisfaciendis creditoribus inſtantibus præceſſit Judicis decretum, ſive res judicata. Tunc enim quia ſit ceſſio in exequutionem rei judicatæ, aliud decretum neceſſarium non erit per ea, quæ tradit Ulp. in *l. Sed ſi 3. ver. pignori tamen ff. de reb. eor., & Imp. Antoninus in l. 1. Cod. de præd. minor., Salgadus num. 22.*, & hoc in caſu procedunt dicta per *Baronium eſſ. 29. circa judicial. num. 3., & 4.*

43 Secundo fallit in rebus mobilibus, quæ ſine decreto cedi poſſunt, *Salgadus n. 31.*

44 Tertio fallit ſi ex conſuetudine fuerit introductum, ut in hoc concurſus judicio ſolemnitates non ſerventur, ut ſervatur in Hiſpania teſte *Salgado num. 45., & ſeqq.*, quia conſuetudo eum, qui de jure inhabilis
45 eſt, habilem reddere poteſt, ac minorem majorem facere, prout & licitum, quod alias erat illicitum; atque minuere ſolemnitates a jure in actu requiſitas, ut plene tradit *Salgadus num. 49., & ſeqq.*

46 Reſpectu vero pupilli dicendum eſt, ipſum nequaquam bonis cedere poſſe. Etenim bonorum hæc ceſſio adinventa fuit, ne debitor in carcere detineatur. Et ſic pupillus quia carcerari nequit, cum carceratio fieri non poſſit, niſi in contumacem, & contu-
47 macia in pupillo eſſe nequit, *l. Contra pupillum ff. de re judic.*, merito neque bonis cedere cogitur, *Simoncellus de decretis lib. 2. tit. 6. num. 127., & 128.*

C A P. XI.

De dotatione.

SUMMARIUM.

Dotis vocabulum varias ſignificationes habet, num. 1.. Definitur, num. 2.

Dotis ſpecies multiplex, num. 3., & ſeqq.. Dividitur, num 6., & 7.

Dotis æſtimatæ vis eſt, ut vir debitor pretii efficiatur, num. 8.

Ipſius incrementum, decrementum, & periculum ad maritum pertinet, num. 9., etiamſi in mulieris uſum fuerit conſumpta, num. 10.

Dotis inæſtimatæ dominium apud mulierem remanet, num. 11.. Declaratur, n. 12., & ſeqq.

Dotis inæſtimatæ periculum mulieris eſt, n. 14.

Dos per mulierem minorem ſibi conſtitui poteſt in actu contrahendi matrimonii, non autem poſtea, etiam ſine Judicis decreto, num. 15. 16. 19. 21. 22., & ſeqq.. Exiſtente tamen curatore, ejus auctoritas neceſſaria erit, num. 17. 26. 27.

Dos exceſſive conſtituta poteſt per minorem, obtenta reſtitutione, ad quantitatem congruæ dotis reduci, num. 20. 24. 25.

Mulier minor etiam ſine decreto poteſt dotare ſororem, vel aliam, ad quam ex neceſſitate tenetur, num. 28.

Dos in teſtamento relicta poteſt per heredem minorem conſtitui, num. 29.

Dos ſemel a minore cum ſolemnitatibus conſtituta, ſine aliis ſolemnitatibus ſemper conſtitui poteſt, num. 30.

Dos per minorem in ultima voluntate ſine ſolemnitatibus conſtitui poteſt, num. 31.

Minor in ultima voluntate cenſetur major, ibid.

Dos voluntarie per minorem ſine Judicis decreto promitti nequit, num. 32.

Dotatio quando dicitur voluntaria, num. 33.

Minor poteſt cogi ad ratificandam cum juris ſolemnitatibus dotis conſtitutionem juſte promiſſam, num. 34.

Decretum neceſſarium eſt, quando a muliere fuerit in pecunia dos conſtituta, pro qua vellet bona immobilia obligare, num. 35., aut ſi vellet vendere bona, ut dotem in pecunia

tunia constituat, num. 36.

Pecunia ad emptionem stabilium destinata pro re immobili censenda est, num. 37.

Pecunia simpliciter considerata sine decreto in dotem constitui potest, num. 38.

Ex nulla constitutione dotali nulla oritur obligatio, num. 39.

Nam minor possit sine decreto obligare se, & bona sua pro restituenda dote recepta? num. 40. 42.

Obligatio personalis facilior est illa bonorum, num. 41.

Bona minoris censentur tacite obligata pro restitutione dotis, num. 43.

Minor dotem recipiendo non minuit, sed auget patrimonium, num. 44.

1 DOtis vocabulum latius excurrere, quam vulgariter credi assolet, ait *Verde lib. 4. instit. civ. num. 745.* Etenim accipitur pro dotibus animi, ut est doctrina. Item pro instrumentis prædiorum, ut notat Papinianus in *l. Cum pater 2. ff. de fund. inst.*, & *Scævola in l. Seja 20. §. liberto ff. eodem*. Item pro dote Ecclesiæ; & tandem pro re data in dotem in contractu nuptiali. De ista erit hic sermo, & defini-
2 tur apud *Verdem num. 747.*, & *Tuschi lit. D. concl. 717. num. 1.*: *ut sit contractus societatis, quo ex parte uxoris aliquid marito confertur, eum onerans ad onera matrimonii*.
3 Dos alia dicitur naturalis, quando scilicet intervenit numeratio sine stipulatione, *Tuschi num. 9.*. Alia dicitur naturalis, & ci-
4 vilis, ut quando stipulatio, & numeratio intervenerunt, *Tuschi num. 10.*. Alia dicitur civilis tantum, seu confessata, & est quan-
5 do sola dotis confessio absq. numeratione intervenit, *Tuschi num. 11.*, *Verde n. 1122.*
6 Dividitur in æstimatam, & inæstimatam. Prima est, quando quantitas promittitur in dotem, ut mille, & pro his datur fundus.
7 Secunda est, quando res fuerit promissa sine aliqua æstimatione, ut do tibi fundum B. in dotem, plene *Verde num. 1132.*, *& seqq.* Et in eo differunt, quod dos æstimata,
8 quamvis aliquando imperfecte fiat æstimatio, ut rei valor sciatur, nullatenus plerumque ita æstimatur, ut marito censeatur vendita; & tantum pretii debitor efficitur, ut in *l. Quoties 5. Cod. de jur. dot.*, *& in l. Cum dotem 10. Cod. eodem*, *& in l. Ex conventione 11. Cod. de pact.*, *& in l. Plerumque 11. §. si ante, in fine ff. de jur. dot.*. Ac proinde incrementum, decrementum, &
9 periculum ad ipsum maritum pertinet, per Rescriptum Justiniani in *l. Unica §. cumque*
10 *ex stipulatu in fine Cod. de rei uxor. act.*, etiamsi in mulieris usum fuerit dotalis res consumpta, & deteriorata, *l. Æstimatæ 52. ff. solut. matrim.*
11 Quoad inæstimata vero bona directum dominium apud ipsam mulierem manet per Rescriptum Justiniani in *l. In rebus 30. Cod. de jur. dot.*. Et quamquam non defuere, qui contrarium senserint per Tex. in *l. Doce ancillam 9. Cod. de rei vindic.*. Nihilominus mihi arridet distinctio, & conciliatio, quam adducit *Verde lib. 4. instit. civ. num. 902.*, ut nempe aliud sit dominium in
12 se, aliud sit dominium quoad effectum ipsius dominii. Primo modo dominium est uxoris. Secundo modo est mariti, cui interest rem dotalem administrare, custodire, tueri, excipere in judicio, & extra. Hinc optime facit sententia Tryphonini in *l. Quamvis 75. ff. de jur. dot.* in illis verbis: *quamvis in bonis mariti dos sit, mulieris tamen*
13 *est*. Ex quibus verbis deducit *Verde n. 904.*, aliud esse dici in bonis suis, ac esse suum. Aliud dici esse in hereditate, ac esse hereditarium; ac dotem esse in bonis mariti, sed non esse mariti, quemadmodum demonstrare videatur illa verba Justiniani in *dict. l. In rebus*, ubi: *Cum eadem res & ab initio uxoris fuerint, & naturaliter in ejus permanserint dominio. Non enim quod legum subtilitate transitus earum in patrimonium mariti videatur fieri, ideo rei veritas deleta, vel confusa est*. Ex quibus verbis deducitur, quod dominium bonorum mulieris non delétur, aut confunditur, cum eadem in dotem deatur, sed tantum subtilitate juris transeunt in patrimonium mariti, quoad effectus dominii, qui distinctus est a causa dominii, plene *Verde loc. cit.*
14 Quia igitur causa dominii, sive dominium in re rei dotalis inæstimatæ penes mulierem remanet, merito dum eadem petit, in ipsius mulieris perit damnum ex traditis per Ulp. in *l. Plerumque 11. in princ. ff. de jur. dot.* & tradunt *De Faria*, & ab ipso relati ad *Covarruvias pract. quæst. cap. 28. num. 53.*
15 Quibus pro intelligentia positis, videndum modo est, an per minorem constitui dos possit? Et quoad mulierem minorem sibi dotem constituentem dicimus, posse sibi dotem constituere sine solemnitatibus in actu contrahendi matrimonii, non autem constante jam matrimonio, ita *Jovius de solemnit. in contr. minor. Glos. 16. §. 7. n. 353. 366.* Et quamquam non desint qui velint, nullo
16 modo posse mulierem sibi dotem constituere absque solemnitatibus, ut videndus *Narbona de ætate ann. 25. q. 14. num. 9.*, *& seqq.*, & post alios *Baronius eff. 8. circa contractus num. 7.*. Nihilominus tamen adversus ipsos certius, & magis juridicum, ac receptum, & in Tribunalibus practicatum testatur *Jovius num. 368.* Verum tamen si curatorem
17 habebit, cum ejusdem auctoritate dotare se debebit, alias dotis constitutionem ipso jure fore nullam firmat *Baronius num. 82.*, si vero de mobilibus bonis ageretur, aut de iis,
18 quæ a minore sine Judicis decreto alienari possent, & tunc nec Judicis decretum, nec

cura-

curatoris auctoritas requireretur, *Simoncel-*
lus de decretis lib. 3. tit. 8. num. 88., Gra-
tianus cap. 27. num. 24., Altimari de nullit.
contr. tom. 6. rubr. 2. q. 1. num. 285., Sur-
dus dec. 287. num. 14., Jovius num. 317.
364., & 365., Baronius num. 65., & 85.
19 Hinc valida erit dotis constitutio in aliqua
pecuniarum quantitate absque ulla solemni-
tate, cum sit pecunia de rebus, quæ serva-
ri nequeunt, *Simoncellus loc. cit. in fine*;
20 verum si super bonis mobilibus fuerit dos
excessive constituta, poterit tunc minor re-
stitui, ut reducatur promissio, & dotatio ad
quantitatem congruæ dotis, *Cyriacus con-*
trov. 508. num. 42., quem refert *Baronius*
num. 85.
21 Neque solemnitates erunt necessariæ in
constituenda sibi dote super immobilibus, si
eadem data fuerint inæstimata; nam cum
dominium rerum dotalium inæstimatarum
apud ipsam mulierem remaneat, ut modo
diximus, non videtur propterea, quod ali-
qua alienationis species inesse possit: *Gait de*
credit. cap. 4. q. 7. num. 535., Merlin. de
pignor. lib. 3. q. 83. num. 18., aliique apud
De Fariam apud *Covarruvias practic. quæst.*
cap. 28. num. 53., Surdus num. 21., Simon-
cellus num. 96.
22 Quæ autem sit differentia, ut mulier mi-
nor in actu contrahendi matrimonii possit
sine decreto sibi dotem constituere, non
autem constante matrimonio? Et dicimus
eam esse, quod primo casu dotis constitu-
tio extra actus necessitatis; nam quamvis ma-
trimonium sine dote iniri queat, expertum
tamen est, neminem sine dote inire matrimo-
nium velle, & mulieres dotem non haben-
tes nunquam, aut raro visæ sunt collocatæ,
& cum magna ipsarum perditione. Eapropter
ter ut mulier secundum ejus statum, & con-
ditionem inire matrimonium possit, necessa-
23 rium quippe est, ut congruam ferat dotem.
Secundo autem casu dotis constitutio est
voluntaria, cum jam nuptiæ sint sequutæ.
Idcirco Judex causam pro justificanda dotis
constitutione inquirere debet; quoniam tunc
actua erit prorsus præjudicialis, quia priva-
retur mulier dominio, & administratione
suorum bonorum, *Gratianus cap. 27. n. 22.*,
aliique apud *Altimarem num. 587. ver. nec*
fœmina minor.
24 Quod autem mulieris dotatio in actu con-
trahendi matrimonii absque solemnitatibus
sit valida, indicare videtur Tex. in *l. Unica*
Cod. si advers. dot., ubi fuit casus, quod
mulier minor se excessive dotaverat, eidem-
que Prætor restitutionem quoad excessum
concessit. Sicque sequitur, validam esse præ-
dictam dotis constitutionem, sed in ex-
cessu tantum rescindi posse, ita Jovius *de*
25 *solemnit. in contr. minor. Glos. 16 §. 7. n.*
354., qui autem excessus probandus erit,
Jovius num. 374. ver. habes. Immo hoc ex-
presse statutum fuit ab Imp. Zenone in *l.*
Mulier 28. Cod. de jur. dot., in illis verbis:
Mulier in minori ætate constituta dotem ma-
rito consentiente curatore recte dare, & exi-
26 *gere potest*. Si igitur cum sola curatoris au-
ctoritate per mulierem minorem dos sibi
recte constituitur, idcirco Judicis decretum
nequaquam necessarium erit; quod & do-
cuit pariter Terentius in *l. Sive generalis*
62. ff. de jur. dot.. Et quamquam contra-
rium decidere videatur Constantini Textus
27 in *l. Lex quæ 22. §. præcipimus Cod. de adm.*
tut., ut nempe Judicis decretum necessa-
rium sit. Nihilominus tamen hæc juris dispo-
sitio procedit, & intelligenda est, quando
minor alteri dotem constituit, ut sonant
illa verba *in dotem dare*, non autem quan-
do alteri non dat, sed sibi constituit, quia
isto in casu procedit altera præposita juris
dispositio, quæ decretum non requirit.
28 Neque decretum requiritur pro dotanda
sorore, aliave, ad quam ex necessitate te-
neretur, quoniam talis dos dicitur necessa-
29 rie, plene *Jovius n. 338., & 340. cum seqq.*
Pariterque si e patre minoris fuerit filiæ in
testamento relicta, *Jovius num. 322., & seqq.*,
Gratianus cap. 233. sub num. 15., & cap. 357.
30 *num. 13., Baronius eff. 8. circa contract.*
num. 20.. Et si semel cum solemnitatibus
fuerit dos a minore constituta, potest exin-
de ob mortem primi viri fieri per minorem
secunda promissio sine aliis novis solemni-
tatibus, *Jovius num. 339., Baronius n. 63.*,
31 *Simoncellus de decretis lib. 3. tit. 8. n. 93.*
Nec etiam solemnitates requirerentur, quan-
do per minorem in ultima voluntate dos
constitueretur, quoniam minor in ultima vo-
luntate censetur major, *l. Aurelio §. gajus*
ff. de liberat. leg., *Jovius num. 314., Baro-*
nius num. 66., Simoncellus num. 94.
32 Etenim solemnitates tunc sunt necessariæ,
quando voluntarie dos super immobilia per
minorem constituitur per Rescriptum Imp.
Constantini in *l. Lex quæ 22. §. præcipimus*
Cod. de adm. tut., aut si immobilia vendere
vellet, ut dotem in pecunia, prout vir vel-
let, constitueret; per doctrinam Terentii in
l. Sive generalis 62. ff. de jur. dot.. Eaprop-
ter extra casum necessitatis, seu necessariæ
dotationis nequit minor absque solemnitati-
bus etiam in causam dotis obligari. Et vo-
33 luntaria dotatio dicitur, dum extranea per-
sona dotatur. Et extraneus dicitur omnis
persona citra ascendentes virilis sexus, &
in sui potestate mulierem dotatam non ha-
bens, *Jovius de solemnit. in contr. minor.*
Gloss. 16. §. 7. num. 310., Simoncellus n. 89.
& 90., Baronius num. 3., & 81.
34 Verum si minoris promissio non fuerit læ-
siva, & maritus dignus foret dote promissa,
poterit tunc minor promittens cogi ad va-
lide, & juris solemnitatibus renovandam,
vel ratificandam dotis constitutionem, &

pro-

promissionem, *Jovius num.* 374. *ver. & non dato*; *Baronius num.* 15., & 80.
35 Et si dos in pecunia constitueretur, erit necessarium decretum, si pro eadem vellet minor bona immobilia obligare, *Gratianus*
36 *cap.* 583. *num.* 4. Pariterque si foret pecunia ad stabilium emptionem destinata, & licit *Mantica de conject. ultim. vol. lib. 9. tit. 2. num.* 2. firmavit, pecunias ad stabilium emptiones destinatas pro rebus mobilibus simpliciter haberi. Nihilominus contrarium exi-
37 stimavit *Gratianus cap.* 27. *num.* 24., ut nempe talis pecunia pro re immobili censenda sit, eapropter sine decreto constitui nequit. Si vero pecunia pro illis rebus ha-
38 betur, quæ servando servari nequeunt, & tunc sine decreto constitui in dotem potest, *Jovius num.* 317., *Baronius num.* 18., & 68.
39 Habita igitur pro nulla dotis constitutione, & promissione ob solemnitatis defectum, nulla adhuc oritur illius obligatio, & hypotheca, *Surdus de aliment. tit. 9. quæst.* 44. *num.* 58., *Gratianus cap.* 367. *num.* 7., & *cap.* 583. *num.* 4., *Sabellius §. hypotheca num.* 12.
40 Sed quid dicendum pro restitutione dotis receptæ, num minor possit sine decreto obligare se, & bona sua pro restituenda dote recepta? *Narbona de ætat. ann.* 14. *q.* 13. in ea resedit opinione, posse minorem sine decreto personaliter obligari pro reddenda dote, non autem obligare bona sua, nisi cum decreto, & ex ratione, nempe quod in primò casu minor capax est civilis obligationis, iccirco potest pro dote restituenda citra omnem solemnitatem obligari; sed in secundo quia minor obligationis bonorum incapax est, ideo sine solemnitate bona sua
41 obligare nequit; hinc tradit Baldus in *L. Certi juris Cod. locati*, quod obligatio personalis facilior est illa bonorum, ideoque minori facilius est obligare personam, quam bona.
42 Verum quod minor pro dote restituenda adhuc bona sua sine decreto obligare potest magis communis opinio est, ut tradunt Jovius *num.* 362., *Baronius effect.* 8. *circa contra.* 8. *num.* 25., & 52., *Surdus de aliment. tit. 9. quæst.* 44. *num.* 15., & 58., *Gratianus cap.* 367. *num.* 7., aliique apud *Altimarum de nullit. contr. tom. 6. rub. 2. q.* 1. *num.* 587, *ver.*
43 *sed minor*. Immo adhuc tacite pro tali restitutione minoris bona censeri obligata, & hypothecata tradunt *Surdus loc. cit.*, *Altimari ver. & remanet*; *Sabellius § hypotheca*
44 *num.* 12. Etenim minor dotem recipiendo non minuit patrimonium, sed auget, & sic meliorem facit suam conditionem; iccirco solemnitates non requiruntur, dum pro illius restitutione bona sua expresse, vel tacite obligantur, *Baronius num.* 53., *Gratianus num.* 8., *Gait. de credit. cap. 4. q. 7. n.* 531.

C A P. XII.

De donatione.

S U M M A R I U M.

Donatio a dono dicitur, num. 1. *Definitur, num.* 2. *Declaratur, n.* 3., *& seqq.*
Donatio propriè dicitur, quando a mera liberalitate dependet, num. 6.
Donare est perdere, num. 7.
Donatio est contractus lætivus, num. 8.
Donare non potest pupillus, aut minor, n. 9., *etiam cum Judicis decreto, & tutoris auctoritate, num.* 10.
Nulla justa causa subest in donatione, num. 11. *&* 13.
Judex super donatione decretum concedere nequit, num. 12.
Actus dum est minori præjudicialis, nec Judicis decretum, nec curatoris auctoritas prodest, num. 14.
Paria sunt non habere mandatum, & habere tale, quod non se extendit ad causam, de qua agitur, num. 15.
Tutoris, vel curatoris officio repugnat auctorizare donationem, num. 16., *&* 17.
Tutor, vel curator ad donandum constitui nequit, num. 18., *etiam pro re minima, n.* 19.
Minor habilitatus ad omnes contractus faciendos donationem efficere nequit, num. 20.
Minor etiam Principis Rescripto factus major donare non potest, num. 21.
Donatio non cadit sub generali administratione, etiam cum libera, num. 22.
Minor habilitatus per statutum pro legitima persona neque potest donare, num. 23.
Minor donare nequit etiam ei; a quo bona ipsi minori obvenerant, num. 24., *neque cum Judicis decreto, & curatoris auctoritate, n.* 25. *Fallit, num.* 26.
Minor neque piæ causa donare potest ob liberalitatis causam, num. 27. *Fallit pietatis intuitu, num.* 28., *adversus quam donationem non datur restitutio, num.* 29.
Minor mercator quoad ea, quæ mercaturam non respiciunt, donationum efficere nequit, num. 30.
Refutationes, quas faciunt feminæ, cum nuptui traduntur, in favorem fratrum etiam cum

auctoritate curatoris, & Judicis decreto, quatenus donationem involvunt, non valent, n. 31.
Minor neque in beneficium patris, in cujus potestate est, donare potest, num. 32., & seqq.
Patris consensus principaliter accedere debet ad integrandam personam filii, num. 35.
Filius cum Judicis decreto potest patri valide donare, num. 36.
Donatio prohibetur inter virum, & uxorem, num. 37., & 38.
Mulier minor rem suam dotalem donare nequit, num. 39., & seqq.
Donatio per minorem facta etiam per ejus heredem revocari potest, num. 42., & etiam per singularem successorem, num. 43., & pariter per tertiam, cujus interest, num. 44.
Intra quod tempus minor de nullitatis donatione dicere potest, num. 45., & seqq. Declaratur, num. 48. Et quid de donatione remuneratoria, num. 49., & de donatione propter nuptias, num. 50.
Temporis residuum ad minoris heredem transit, num. 51.
Minor in ætate minori decedens, non currunt heredi tempora, nisi postquam minor defunctus majorem ætatem impleverit, num. 52.
Heres in jus defuncti succedit, num. 53.
Ratio differentiæ inter præsentem, & absentem, num. 54.
Minor multis in casibus donare potest, num. 55., & seqq.

1 DOnatio a dono dicitur, quasi dici velit
doni datio; cujus originem traxerunt
Græci, teste J. C. in *l. Senatus* 35.
§. donatio ff. de donat. caus. mort., quo
doni datio eadem res est, ac dominii trans-
latio, *Tuschi lit. D. concl.* 622. *num.* 2.,
2 & definitur a *Verde lib. 2. instit. civ. num.*
501., *ut sit actus liberalis, quo res profici-*
3 *scitur a volente in acceptantem*. Dicitur *li-*
beralis, quia a volente, & a libera homi-
nis voluntate fit, cum nemo donare coga-
tur, ex traditis per Papinianum in *l. Do-*
4 *nari* 29. *ff. eodem*. Pariterque ut fiat *de re*
propria, quia donans aliena, quæ dari non
possunt, liberalis dici nequit, ut ait Pom-
ponius in *l. Ædibus* 9. *§. donari ff. eodem*,
& Ulpianus in l. Nemo plus 55. *ff. de reg.*
jur. Dicitur *in acceptantem*, cum nolenti
5 liberalitas non acquiratur, per sententiam
Ulp. in *l. Hoc jure* 19. *§. non potest ff. de*
6 *donat.* Proprie igitur donatio ea dicitur,
quæ a mera liberalitate, & munificentia
provenit, & ob nullam causam, ut docet
7 Ulp. in *l. 1. ff. eodem*: hinc est quod dona-
re dicitur *perdere*, ut tradit idem Ulp. in
l. 7. ff. eodem, *Berjanus de pupillis cap.* 2.
§. 13. *num.* 1., *Javius de solemnitat. in contr.*
minor. Gl. 16. *§.* 4. *num.* 5., *Simoncellus de*
decret. lib. 1. *tit.* 2. *num.* 3., *Baronius eff.*
35. *circa contract. num.* 4.
8 Ex prædictis sequitur, donantem semper
dici læsum, *Javius num.* 11., qui ex *Glos.*
de contr. minor insp. 3. *q.* 1. *num.* 15. sub-
9 dit donationem dici contractum ex sui na-
tura lesivum; ideoque ipsam pupillus, &
minor efficere nequit per Tex. in *l.* 1. *ff.*
de tutel., *& rat. distrah.*, *& in l. Si quan-*
10 *do* 8. *Cod. si major fact. alienat.* Etiamsi
Judicis decretum intercesserit cum tutoris,
aut curatoris auctoritate, *Narbona de ætat.*
ann. 25. *q.* 11. *num.* 1., *Simoncellus de decr.*
lib. 1. *tit.* 2. *insp.* 1., *Gratianus cap.* 233.
num. 85., *Menochius de arbitrar. cas.* 171.
num. 43., *& recuper. rem.* 15. *num.* 162.,
Jovius Glos. 16. *§.* 4. *num.* 14., *Mantica de*
tacit. lib. 21. *tit.* 8. *num.* 15., *Baronius eff.*
35. *circa contr. num.* 1., *Tuschi lit. D. concl.*
682. *num.* 1., *& lit. M. concl.* 247., *Ottdus*
de restit. in integr. q. 38. *art.* 1. *num.* 2.,
De Marinis var. 1. *cap.* 136. *num.* 4., alii-
que apud *Altimarem de nullit. contr. tom.* 6.
11 *rubr.* 2. *q.* 1. *sect.* 4. *num.* 444. Etenim
decretum ut a Judice interponi possit, justa
causa subesse debet, ut firmavimus *cap.* 3.,
& in donatione celebranda, utpote a dona-
toris liberalitate dependente, nulla justa so-
let subesse causa, *Javius num.* 16., *Narbona*
12 *num.* 2., *Baronius num.* 4., *Berjanus n.* 7.
Eapropter Judicis decretum ad minoris do-
nationem confirmandam concedi nequit;
cum semper ad minoris favorem interpo-
nendum sit, non contra minorem, ut quan-
do donat, *Narbona num.* 3., *Baronius num.*
17., *Tuschi num.* 2., *Verde lib.* 2. *instit.*
civ. num. 514.
13 Et sicuti Judex in alienatione rei minoris
justam causam pro illius validitate inquirere
debet, ita pariter in donatione per mino-
rem facienda, quam tamen causam nullo
modo inveniri posse tradunt *Menochius re-*
cuperat. rem. 15. *num.* 162., *Gratianus cap.*
14 233. *num.* 2., *De Marinis var.* 1. *cap.* 136.
num. 3., *Bersanus num.* 13. Hæc firmant
communiter DD. relati a *Gratiano num.* 10.,
quod actus minori præjudiciales uti ex me-
ra liberalitate provenientes, arbitrio ipsius
minoris, cum tempus legitimum habuerit,
reservantur. Sicque quando in ejus utilita-
tem solemnitates non tendunt, neque Ju-
dicis decretum, neque curatoris auctoritas
15 prosunt. Etenim curatoris auctoritas dum
in actu minoris inutilis est, tamquam si ipse
minor curatore caruisset habendus est; cum
paria sint non habere mandatum, vel habe-
re tale, quod non se extendit ad causam,
de qua agitur; & minoris donatio excedit
terminos juris administrandi solummodo cu-
ratori competentis, quia donatio ad bono-
rum administrationem non pertinet, *Narbo-*
na num. 4., *Gratianus num.* 11., *& seqq.*,
Baronius num. 18., *Tuschi lit. M. concl.* 247.
16 *num.* 4. Ideoque repugnat tutoris, & cu-
ratoris officio donationem prædictam aucto-
rizare, *Javius Gl.* 16. *§.* 4. *num.* 18., *De*

Luca

Luca ad de Marinis var. 1. cap. 144. n. 2.,
aliique apud *Altimarem de nullit. contr. tom.
6. rubr. 2. q. 1. sect. 1. num.* 451.. Et tutor,
17 aut curator, qui minori donare volenti au-
ctorizat, recte tenetur judicio tutelæ, vel
curæ damnum minori resarcire, *Jovius num.*
20., *Baronius num.* 24.

18 Merito igitur evenit, tutorem, aut cura-
torem ad donandum constitui non posse,
cum nulla considerari possit justa causa ad
ipsum constituendum, ut donet, prout tra-
dunt *Narbona num.* 4., *Simoncellus lib.* 1.
tit. 2. *num.* 4., *De Marinis var.* 1. *cap.* 136.
19 *num.* 5., *Altimari num.* 452., etiamsi de do-
natione minimæ rei ageretur, *Narbona num.*
5., *Baronius eff.* 15. *circa contract. num.* 17.
20 Immo neque minori donare permittitur,
quamvis fuerit habilitatus ad omnes contra-
ctus faciendos; aut Principis rescripto fue-
21 rit major effectus, *Jovius num.* 22., & 23.,
Baronius num. 20., & 42.. Etenim donare
22 non cadit sub generali administratione, et-
iam cum libera, *Tuschi lit. M. concl.* 247.
23 *num.* 1.. Ideoque per statutum habilitatus
minor pro legitima persona, licet per di-
ctum statutum ad contrahendum habilitatus
censeatur, nihilominus tamen ad donandum
extendi non debet; quoniam absurdum erit
dicere, majoris auctoritatis, & efficaciæ es-
se statutum, quam Judicis decretum, &
curatoris auctoritas. Epropter tale statutum
in iis tantum casibus operabitur, in quibus
de jure communi tutoris auctoritas ad obli-
gandum prodesset; ut in specie concludit
Castius *conf.* 102. *lib.* 2., quem cum aliis
refert *Gratianus cap.* 253. *num.* 21., plene
Simoncellus de decretis lib. 1. *tit.* 2. *insp.* 3.

24 Neque valebit minoris donatio, etiamsi
donare vellet ei, a quo bona ipsi minori
obvenerunt, prout statuerunt Cæsares in *l.*
2. *Cod. si advers. donat.*, & *in l. Si ad re-
solvendum* 7. *Cod. de præd. minor. Jovius n.*
26., *Simoncellus num.* 7., *Baronius n.* 28.,
25 etiamsi Judicis decretum, & curatoris au-
ctoritas intervenerint, *Jovius Glos.* 15. §. 7.
num. 34., nisi talis retrodonatio fieret ex
26 necessitate præambulæ conventionis in ipso
actu donationis adjectæ, quoniam tunc ta-
lis retrodonatio absque ulla solemnitate per
minorem fieri poterit, *Baronius num.* 29.,
vide *Oleam de cess. jur. tit.* 2. *q.* 2. *num.* 17.

27 Pront neque valebit, quamvis piæ causæ
fuerit donatum, non jam pietatis intuitu;
sed tantum ob liberalitatis causam, vel ob
desperationem, aut in odium conjunctorum:
si vero pietatis intuitu donaretur, valeret
cum decreto donatio, *Narbona de ætate
ann.* 25. *q.* 11. *num.* 20., *Simoncellus lib.* 1.
tit. 2. *num.* 19., *Baronius num.* 80., *Alti-
mari de nullit. contr. tom.* 6. *rubr.* 3. *q.* 1.
27 *sect.* 1. *num.* 465.. Et dum pietatis intuitu
fieret donatio, valida erit, & adversus ipsam
non haberet locum restitutio, quia lex non
impugnat actum minoris ab ipso laudabili-
ter gestum, licet postea minorem pœniteat
de actu laudabili; nam dum talem actum
explicavit, prudenter, & non juveniliter se
gessit. Dum autem vult restitui, impruden-
ter, & vitiose se gerit, *Jovius num.* 29.,
Oddus de restit. q. 58. *art.* 3.

30 Et si minor fuerit mercator neque vale-
bit donatio quoad ea, quæ mercaturam
non respiciunt, *Jovius Glos.* 16. §. 4. *n.* 33.,
Narbona num. 8., *Simoncellus num.* 25.

31 Quæ minoris donatio nulla est, tam si
fuerit masculus, quam femina; hinc refuta-
tiones, quas faciunt feminæ, cum nuptui
traduntur, in favorem fratrum, vel aliorum
etiam cum auctoritate tutoris, aut curato-
ris, & Judicis decreto, quatenus donatio-
nem involvant, nequaquam valent, *Narbo-
na de ætate ann.* 25. *q.* 11. *num.* 10., *Si-
moncellus num.* 5., *Baronius eff.* 15. *circa
contract. num.* 34.

32 Et si in patris favorem fuerit per mino-
rem facta donatio etiam nulla erit, dummo-
do in illius potestate reperiretur, *Jovius n.*
46.; cum talis donatio plures defectus con-
33 tineat, ut tradit *Tuschi lit. M. concl.* 247.
num. 6.. Principalis tamen est, nam cum
34 filius existat in potestate patris, cujus con-
sensus, & auctoritas in illius donatione ne-
cessaria est; iccirco nequit pater auctoriza-
ri in donatione sibi a filio suo peracta, ut
communiter tradunt *Parisius consf.* 97. *n.* 21.
lib. 3., *Clarus* §. *donatio q.* 6. *num.* 7.,
Tuschi lit. D. concl. 678. *num.* 6., & 7.,
De Marinis var. 1. *cap.* 144. *num.* 15., *Ste-
phanus resol.* 70. *num.* 4., *De Franchis dec.*
14. *num.* 1., & 4., *Ursillus ad Afflictum in
dec.* 308. *num.* 22., aliique apud *Altimarem
de nullit. contr. tom.* 6. *rubr.* 2. *q.* 1. *sect.* 1.
35 *num.* 480. *ver.* & *filiusfamilias*. Immo com-
munior opinio est, ut patris consensus ad
ipsius filii personam integrandam principa-
liter accedere debet, ut *Clarus num.* 5.,
Tuschi num. 8., *Covarruvias* 3. *p. rubr. de
testam. num.* 6. *in fine*, & *num.* 8.

36 Ut filius tamen valide patri donare pos-
sit, cautela erit, ut Judicis decretum loco
paterni consensus interponatur, *Covarruvias
num.* 7., *De Marinis num.* 17., & 18., ubi
Rodoerius *num.* 14., *Rovitus conf.* 68. *n.* 3.
lib. 2.

37 Idem dicas de donatione inter virum, &
uxorem, cum inter ipsos nulla sit dona-
tio ipso jure, *l.* 1. *ff. de donat. int. vir.*,
& *uxor.*, *l. Hæc ratio* 3. *ff. eodem*, *l. Do-
nationes* 25. *Cod. de donat. inter vir.*, & *uxor.*
Et si per mulierem minorem de sua re do-
tali effecta fuit, erit triplici modo nulla;
primo quia donans erit minor. Secundo, quia
38 mulier constante matrimonio dotem suam
donare nequit, de qua maritus aut est ab-
39 solutus dominus, ut in dote æstimata, aut
erit dominus usufructuarius, ut in dote ine-

40 ſtimata; etiamſi poſt ſolutum matrimonium
fuerit donatio collata, *Sorge tom. 2. cap. 4.*
num. 9., & in juriſprudent. tom. 2. cap. 8.
41 *num. 43.* Tertio quia in dotis donatione
Regia diſpenſatio erit neceſſaria, *Sorge d.*
cap. 4. num. 10. ver. tertio.
42 Quomodocumque autem erit nulla donatio
per minorem facta, adhuc per ejus heredem
revocari poterit, cum ſit regula, quod heres
ejuſdem juris eſt, cujus erat defunctus,
ex ſententia *Ulpiani* in *l. heredem 60. ff. de*
reg. jur., *Gratianus cap. 576. num. 40., &*
cap. 853. num. 25., aliique apud *Altimarem*
de nullit. contr. tom. 6. rubr. 2. q. 1. ſect. 1. n.
43 *439.* Et pariter per ſingularem ſucceſſorem
ab ipſo minore cauſam habente, etiamſi
minor vivens non fuerit conqueſtus, *Groſſus
de contr. minor. inſp. 3. q. 8. num. 29.*, aliique
44 apud *Jovium Gloſ. 16. §. 4. num. 45.* Imo
etiam a tertio, cujus intereſt; licet ille,
in cujus favorem erit nulla, ratificare poſſet,
ut in puncto *Ruinus conſ. 40. lib. 5.*,
Baronius conſ. 95. num. 36. lib. 1., aliique apud
Baronium eff. 15. circa contract. num. 26.
45 Intra quod tempus tamen minor de donationis
nullitate dicere poſſit diffinitum
fuit per Imp. Juſtinianum in *l. fin. §. fin. Cod.*
ſi maj. fact. alien. ſine decr., ut nempe inter
præſentes intra decennium, inter abſentes
intra vicennium poſt completam minorem
ætatem, plene *Simoncellus de decretis lib.*
3. tit. 9. inſp. 2. caſ. 2. num. 14., *Narbona de*
ætate ann. 25. q. 11. num. 32., *Berſanus de*
46 *pupillis cap. 2. q. 34. num. 16.*, & poſt dictum
tempus ratificata cenſetur donatio ex nunc;
ſicque non de novo convalidatur contractus,
ſed præſumitur, & fingitur ab initio valuiſſe,
47 *Simoncellus num. 16.* Quod tempus jam incipit
currere a die inceptæ majoris ætatis
ſecundum juris communis computationem,
quoties per ſtatutum non reputaretur quis
major minori tempore, quam ſit præfinitum
de jure communi, quoniam tali in caſu a
tempore ſtatutario initium ſumit tempus,
Menochius recuper. rem. 15. num. 152.; *Montanar.
de tutor. cap. 33. num. 563.*, aliique apud
48 *Berſanum num. 19.* Intelligas tamen prædicta
procedere, dummodo minor factus major
plenam habuiſſet notitiam tam facti,
quam juris circa nullitatem actus, *Berſanus*
num. 20.
49 Sed quæres, num tempus decennii, &
vicennii adhuc locum habeat in donatione
remuneratoria? Negant *Menochius num. 161.*,
aliique apud *Simoncellum num. 27.*, *Berſanus*
num. 17., benevero quinquennii tantum lapſus
attendendus erit, ea ex ratione, quia talis
donatio a contractu oneroſo nequaquam diſtinguitur.
Non deſunt tamen contrarium
tenentes, ut videndus *Simoncellus num. 29.*
50 *& 30.* Et ob eamdem rationem etiam in
donatione propter nuptias quinquennii lapſum
attendi debere tradunt, *Simoncellus n.*
31., *Berſanus num. 18.*, *add. ad Capyc. dec.*
92. in princ.
51 Decedente vero minore facto majore poſt
cœptum decennium, vel vicennium, tunc
reſiduum temporis ad ſuum heredem tranſit.
Et ſi in minori ætate deceſſerit minor,
52 tunc heredi non currerent tempora, niſi
poſtquam minor defunctus majorem ætatem
impleverit, *dict. l. fin. §. fin. Cod. ſi maj. fact.*
alien. ſin. decr., *Jovius de ſolemn. in contr. mi-*
53 *nor. Gloſ. 16. §. 4. num. 45. ver. heres.* Etenim
heres in jus defuncti ſuccedit, idcirco non
intereſt, ſi ipſe heres major fuerit per Tex.
Ulp. in *l. minor 19. §. fin. ff. de minor.*, *Jovius*
loc. cit.
54 Quæ autem ſit differentiæ ratio inter præſentem,
cui competit tempus decennii, &
abſentem, cui vicennii tempus ſpectat, ipſam
exponit, *Simoncellus lib. 3. tit. 9. num. 15.*,
nempe quia in abſente magis de facili cadit
oblivio, *l. Peregre ff. de acquir. poſſeſ.*,
pariterque quia magis difficilis eſt probatio
dictæ proteſtationis, & declarationis ſuæ
voluntatis ſi longe abeſſet, quam ſi eſſet
præſens.
55 Verum quamplures adſunt caſus, in quibus
minori nequaquam donare prohibetur.
Et primo quando donaret bona mobilia,
quæ ſervando ſervari non poſſunt; nam
tunc, etiam ſine decreto, & aliis ſolemnitatibus
donare poterit, tam ſi curatorem
habuerit, quam ſi non, *Simoncellus lib. 1. tit. 2.*
num. 10., & 32., ver. limitatur modo, *Tuſchi*
lit. M. concl. 347. num. 17., *Jovius Gloſ. 16.*
§. 4. num. 52., *Narbona de ætate ann. 25. q. 11.*
num. 12., *Baronius eff. 15. circa contract. n.*
46.; *Altimari de nullit. contr. tom. 6. rubr. 2.*
q. 1. ſect. 1. num. 454. Curatore tamen exi-
56 ſtente, ipſius conſenſus neceſſarius erit,
Narbona num. 12. in fine, *Berſanus cap. 2. q.*
67 *13. num. 14.* Adverſus quam donationem
non habebit locum reſtitutio, niſi liberalitatis
modum ipſa donatio exceſſerit, aut ratione
quantitatis, aut perſonarum, *Oddus*
de reſtit. in integr. q. 58. art. 6. num. 36., *Jovius
loc. cit.*, *Altimari dict. num. 454.*
58 Secundo valebit donatio peracta a minore
nobili, aut ab ejus curatore in prærogativam
ſuæ nobilitatis, niſi fuerit exceſſiva,
Simoncellus num. 11., *Oddus num. 35.*, *Jovius*
num. 53., *Baronius num. 85.* Et quamquam
Pinellus in *l. 1. p. 3. ſub num. 57. ver. ego autem
Cod. de bon. matern.*, quem refert *Simoncellus*
num. 11. contrarium velit, cum non ſit diverſa
ratio conſideranda in minore ignobili,
59 quam nobili: nihilominus ipſemet *Simoncellus
num. 12. in fine*, attenta ſupradicta communi
opinione firmat eam procedere judicis
decreto mediante, quia nobilitas loco
cauſæ deſerviret.
60 Tertio valebit ſi fuerit propter nuptias,
ſed cum decreto Judicis, quemadmodum
ſtatuit Imp. Juſtin. in *l. fin. §. fin. Cod. ſi ma-*

jor

jor fact. alienat., & *Constantin. in l. Lex quæ*
22. §. præcipimus Cod. de adm. tutor., & tra-
dunt *Simoncellus lib. 1. tit. 2. num. 15.*, *Baro-*
nius eff. 15. circa contract. num. 78., *Gomesius*
var. 2. cap. 14. num. 1. in fine, *Bersunus de pu-*
pillis cap. 2. q. 13. num. 14., *Altimari de nul-*
lit. contr. tom. 6. rubr. 2. q. 1. sect. 1. num. 453.
Neque adversus ipsam datur restitutio, nisi
61 pro excessu, plene *Oddus de restit. in integr.*
q. 58. art. 5. per Tex. in *l. 1. Cod. si advers.*
donat.
62 Quarto valebit ob mortis causam, etiamsi
curatoris auctoritas non intervenerit, *Nar-*
bona de ætat. ann. 14. q. 50. num. 6., *Baronius*
eff. 15. circa contract. num. 87., *Gratianus cap.*
233. num. 19., aliique apud *Altimarem n. 480.*
63 *ver. minor pubes*. Etenim si pubes citra cu-
ratoris consensum condere testamentum pot-
est, ut dicemus *cap. 29.*, ita etiam mortis
causa donare potest; nam mortis causa do-
natio instar legatorum, & ultimæ voluntatis
habetur, *l. 2. ff. de public. in rem act.*, *l. 1.*
§. 1. ff. si quid in fraud., *l. Marcellus 15.*, *l.*
Si debitor 17., *l. Illud 37. ff. mortis caus.*
64 *donat.*, *l. fin. Cod. eodem*. Immo minus læ-
ditur minor donando causa mortis, quam
testando, quia donationem sola pœnitentia
dissolvit, *l. Non omnis ff. si cert. petat.*, *l.*
Seja ff. de donat. caus. mort.. Testamentum
vero aliud æque perfectum requirit, *§. ex*
65 *eo autem, instit. quib. mod. testam. infirm.*, ve-
rum si dolo fuerit minor inductus ad do-
nandum causa mortis, tunc per ejus here-
dem poterit actione de dolo, & ex crimi-
ne stellionatus dicta donatio revocari, *Gra-*
66 *tianus cap. 233. num. 20.*, & quoties minor
adversus talem donationem venire vellet,
non erit necessaria in integrum restitutio,
cum ea ad libitum revocari possit, *Oddus*
q. 58. art. 7 num. 37., *Altimari num. 480. ver.*
sic adversus; *Cacheranus dec. 120. num. 13.*.
Nisi aliqua de causa revocandi facultatem
non haberet minor, quoniam tunc restitu-
tionis beneficium implorare poterit, *Oddus*
num. 38.
67 Quinto valebit ob causam remunerationis,
quia ad eam naturali jure unusquisque tene-
tur, *l. Sed etsi lege 25. §. consuluit ff. de*
hered. petit., *Narbona de ætate ann. 25. q.*
11. num. 16., *Tuschi lit. D. concl. 682. num. 3.*,
Baronius eff. 15. circa contract. num. 47., *Sa-*
bellius §. minor. num. 21. ver. item, *Simoncel-*
lus lib. 1. tit. 2. insp. 4, ubi contrarios re-
fellit. Hoc enim in casu minor quasi debi-
tum solvere videtur, & se ut prudentem
gerere, *Oddus q. 58. art. 4. num. 29.*. Dum-
68 modo tamen merita fuerint æqualia, & con-
digna, *Mantica de tacit. lib. 13. tit. 15. n. 28.*,
aliique apud *Altimarem num. 455.*, *Sorge in*
jurisprud. tom. 2. cap. 12. num. 2.. Quia do-
natio remuneratoria in eo, quod merita
excedit est simplex, & consequenter nulla,
69 *Surdus de aliment. tit. 6. q. 11. num. 35.*, *Ma-*
scardus de probat. concl. 186., *Gratianus cap.*
70 *386. num. 4.*, *Altimari num. 457. ver. donatio*.
Excessus vero non debet esse adeo mini-
mus, sed saltem ultra quartam partem sum-
mæ pro meritis donatæ, *Mantica n. 34.*,
aliique apud *Altimarem ver. excessus*; ea-
propter evenit, ut merita in specie sint
71 probanda, non autem in genere, quæ pro-
batio per donatarium erit perficienda, *Al-*
timari num. 455., & *457. ver. donatarius*; *Ma-*
72 *scardus concl. 184. num. 3.*. Nam inter per-
sonas donare prohibitas sola meritorum as-
sertio non sufficit, ut merita dicantur pro-
bata; sed aliunde probanda erunt, *Sabellius*
§. minor num. 21. in fine, *Altimari ver. sic*
sola, sicque arbitrio, & Judicis decreto sub-
mittenda sunt, *Altimari ver. imo debent*;
Menochius conf. 29. num. 3.
73 Sexto valebit ad pias causas ex zelo pie-
tatis, non vero ex causa liberalitatis; vide
supra *num. 27.*, & *seqq.*
74 Septimo valebit si ie decreto, si donare-
tur ei, ex quo processit donatio in vim
præambulæ conventionis in actu donationis
habitæ, *Narbona de ætate ann. 25. q. 11. n. 5.*,
Olea de cess. jur. tit. 2. q. 2. num. 1., & *3.*,
Altimari de nullit. contr. tom. 6. rubr. 2. q. 1.
sect. 1. num. 441., & *458.*
75 Octavo valebit si fuerit facta ei, qui ab
intestato esset ipsi minori donanti successu-
rus, *Narbona num. 22.*, *Tuschi lit. D. concl.*
632. num. 9., *Romanus conf. 199. num. 9. ver.*
hoc tamen.
76 Nono valebit ad pacem habendam, *Al-*
timari num. 457.
77 Decimo valebit, si donatum fuit Precepto-
ri suo pro modo facultatum, *Altimari loc.*
cit., *Oddus q. 58. art. 1. n. 9.*, *Baronius n. 85.*
78 Undecimo valebit, si minor, ejusve cu-
rator nequiret sine dedecore a donando ab-
stinere; immo etiam sub usuris possent tunc
pecuniæ ad dedecus evitandum recipi, *Me-*
nochius de arbitr. cas. 173. num. 5., aliique
apud *Sabellium §. minor num. 21. ver. quan-*
do minor.
79 Decimosecundo valebit, si donaret, quæ
alii suæ conditionis adhuc donarent, *Baro-*
nius num. 85. in fine.
80 Decimotertio valebit, si erit reciproca,
& correspectiva, *Gratianus cap. 986. n. 11.*,
aliique apud *Jovium Glos. 16. §. 4. n. 82.*
81 Decimoquarto valebit, si fuerit facta a
clerico minore, quia non eget solemnitati-
bus statuti laicalis, *Jovius num. 76.*, nisi fuis-
set protestatus se voluisse uti statuto laicali,
Jovius num. 77., quoniam tunc si omnes
statuti solemnitates non fuerunt adhibitæ,
donatio penitus non valeret; quod fallit si
fuisset protestatus ad majorem cautelam se
velle uti solemnitatibus statuti laicalis, &
adest clausula *omni meliori modo*, nam tunc
statuti solemnitatibus non adhibitis, adhuc
82 donatio erit valida, quia solemnitates adhi-
bitæ

bitæ ad cautelam pro removendis cavillationibus, & cum clausula *omni meliori modo* non præjudicant, *Jovius num. 78.*, *Salgadus labyr. p. 2. cap. 17. num. 74.*, *Gratianus cap. 647. num. 27.*, *Sabellius §. solemnitas num. 10.*

83 Hinc est, quod donatio facta a patre filio in potestate existenti licet sit invalida, *l. Donationes Cod. de donat. inter vir, & uxor.*, nisi morte, aut juramento confirmetur; nihilominus si fuerit clerico facta, subsisteret, *Jovius num. 79., & 80.*, *Surdus dec. 259. n. 1.*

84 Decimoquinto valebit si fuerit jurata, quia juramenti vis minorem facit majorem, *Simoncellus lib. 1. tit. 2. num. 14.*, *Jovius Glos. 16. §. 4. num. 57.*, *Gratianus cap. 233. num. 25.*, *Narbona de ætate ann. 25. q. 11. num. 17.*, *Baronius effect. 15. circa contract. num. 52.*, *Sabellius §. minor num. 21.*, *De Marinis var. 2. cap. 136. num. 6.*, *ubi De Luca num. 1.*, *Altimari de nullit. contr. tom. 6. rubr. 2. q. 1. sect. 1. num. 479.*, neque adversus ipsam restitueretur minor, nisi ob excessum, plene *Oddus q. 58. art. 1.*, *Jovius num. 58.*, *& seqq.*

C A P. XIII.

De fidejussione.

SUMMARIUM.

Fidejussio periculosa est, num. 1., actus perniciosus est, num. 2.
In amicorum favorem est inducta, num. 3.
Definitur, num. 4.. Omni contractui intervenire potest, num. 5.
Quibuscumque verbis fieri potest, num. 6. tam voce, quam scriptis, num. 7.
Dum fit voce durat duobus mensibus, in scriptis durat semper, ibidem.
Qui pure stipulatus est aliquid dare, statim cogi potest, num. 8.
Qui post dies facere, aut dare aliquid promisit, post biduum adimplere tenetur, num. 9.
Qui post annos promisit, biennium temporis habet, num. 10.
Qui simpliciter fidejussit nequit adstringi, nisi post dies decem, num. 11.
Fidejussio ad heredem fidejussoris transit, n. 12.
Fidejussor conveniri nequit, nisi discusso principali, num. 13.. Fallit, num. 14.
Fidejussio non præsumitur, num. 15.. Stricti juris est, num. 16., & 17.
Fidejussio non valet; si principalis obligatio fuerit nulla, num. 18.
Qui fidejubet male utitur sua substantia, n. 19.
Fidejussio ars damnosa est, num. 20.
Minor fidejubens etiam cum curatoris auctoritate restitui potest, num. 21., & 22.
Minor fidejubens ipso jure læsus dicitur, n. 23., & eo ipso restituitur, num. 24.
Præsumptio cedit veritati, num. 25.
Filius minor neque pro patre fidejubere potest, num. 26.
Veniens contra fidejussionem debet probare se fuisse læsum, num. 27.
Minor neque pro locuplete fidejubere potest, num. 28., neque si haberet relevatorem, n. 29.
Minor an cum juramento fidejubere possit, num. 30., & seqq.
Multis in casibus fidejubere potest, n. 33., & seqq.

1 Quamquam fidejussio humanæ societati
apprime sit necessaria, nullatenus gra-
vissimis periculis eam esse obnoxiam
experientia nos edocet; atque legimus in
Ecclesiastic., *si fidejusseris, cogita id tibi*
esse solvendum. Hinc recte ait *Giurba super*
consuet. Messan. cap. 9. Glos. 51. sub num. 1.,
quem laudat *Baronius eff. 20. circa contract.*
num. 18., quod etsi fidejussionis actus sit pius,
2 est tamen valde perniciosus, quia ex eo
damnum regulariter sequi potest, cum fide-
jussor substantia sua male uti dicatur.
3 Gravitatem tamen oneris hujus amicorum
favori adscribendam esse tradunt *Seraphin.*
de privileg. juram. privileg. 17. num. 1., *Ver-*
de lib. 3. instit. civ. num. 977. Ipsamque
definit *Verde num. 984.*, *ut sit contractus*
4 *solvendæ rei, quam in se quis recipit, prin-*
cipali non solvente; vel sit *contractus quo*
quis securitatem proprio periculo præstat pro
ulterius obligatione.
5 Et omni obligationi intervenire potest
per Tex. Ulpiani in *l. 1. ff. de fidejussor.*, si-
ve re, sive verbis, sive consensu obligatio
6 fuerit constituta, *l. Græca 9 ff. eodem*. Atque
quibuscumque aptis verbis fieri potest, etiam
7 græce, *l. Blanditas 12. Cod. de fidejussor.*. Et
tam voce, quam scriptis: hac tamen diffe-
rentia, quod dum fit voce, durat duobus
mensibus; in scriptis vero durat semper,
l. Si fidejussor 27. Cod. de fidejussor., *& man-*
dator. §. sed hodie instit. de satisdat., *Virgilius*
de legitim. pers. cap. 30. num. 14., *Baronius*
eff. 20 circa contract. num. 77., *Bajardus ad*
Clarum lib. 5. §. fin. q. 95. num. 3., *Riccius ad*
Afflictum in dec. 437., *Altimari de nullit.*
contr. tom. 3. rubr. 1. q. 30. num. 178.
8 Et quamquam qui pure stipulatus est ali-
quid dare, statim cogi poterit absque ulla
dilatione, ut tradit *Julianus* in *l. Eum qui*
67. § qui ita ff. de verb. oblig., *& Papinia-*
nus in liber homo 118. §. decem ff. eodem.

At-

9 Atque qui post dies aliquid dare, vel face-
re promisit, post biduum adimplere tenetur,
secundum *Jabolenum* in *l. Inter illam* 217.
§. ita ff. de verb. signif. Quemadmodum
10 & si post annos fuerit promissio, post bien-
nium erit intelligenda, secundum Ulpianum
in *l. Libertas* 17. *§. post annos ff. de manu-
miss. testam.* Nihilominus tamen quoad fi-
11 dejussorem aliter habetur, ut nequeat ipse
adstringi, nisi post decem dies, postquam
fidejussio fuerit simpliciter constituta, per
Tex. J. C. in *l. Promissor* 21. *§. si sine ff.
de constit. pecun.* Etenim non debet fide-
jussor cum sacculo parato ad fidejubendum
aditus præsumi; benevero cum aliquo tem-
poris temperamento, ut ait Paulus in *l.*
12 *Quod dicimus* 105. *ff. de solut.*, quo fide-
jussore mortuo, ejus heres obligatus rema-
nebit, per Tex. Ulpiani in *l. Potest* 4. *ff.
de fidejussor.*, & *Dioclet.*, & *Maxim.* in *l.
Fidejussoris* 24. *Cod. eodem.*
13 Fidejussionis natura ea est, ut non con-
veniri possit fidejussor, nisi principali prius
discusso, quo tandem minus idoneo, sive in
toto, sive in parte reperto, discutiendus
erit fidejussor, per *auth. præsente Cod. de
14 fidejussor.* Fallit tamen si principalis fuerit
inops, absens, impotens, expers, rixisque
deditus; si fidejussor non opposuerit prin-
cipalis discussionem; si se fidejussorem ne-
gaverit; si pater pro filio fidejubeat, de
quibus plene *Verde lib. 3. instit. civ. num.
1097., & seqq.*
15 Fidejussio tamen non præsumitur, cum
fidejubere sit dilapidare; unde fundans se in
fidejussione, illam probare debet, *Covarru-
vias var. 3. cap. 2. num. 6.*, *Baronius de ef-
fectib. minor. ætat. circa contract. eff. 20. n. 65.*
16 Et stricti juris est, ideoque de casu ad ca-
sum non extenditur, *Baronius num. 67.*, &
17 *69.* Et pro casu expresso stricte debet in-
terpretari, ut minus obliget, *Mastrill. dec.
126. num. 18.*, *Baronius num. 70.* Et si prin-
18 cipalis obligatio fuerit nulla, fidejussio ne-
que valebit, *Baronius num. 74.*
19 Quia igitur fidejubere est donare, atque
male sua uti substantia, ut videndus meus
germanus *D. Blasius Ricucci in addit. ad
prax. civ. Domini Genitoris p. 1. cap. 11. n. 6.*,
taliter quod evenit proverbium, ut refert
20 *Gratianus cap. 513. num. 19.*, nempe quod
nulla invenitur ars, quæ tam damnosa sit
addiscenti, vel exercenti, quam pro aliis
fidejubere; cum non lucrum sed damnum
tantummodo ex tali oneroso contractu spe-
rari possit. Easpropter, quamquam velint
Henrig. de fidejussor. cap. 7. num. 86., & *Stra-
cald. de mercatur. disc. 18. num. 22.*, quos tra-
dit *Bersanus de pupill. cap. 2. q. 3. num. 7.*
21 posse minorem valide fidejubere cum au-
ctoritate sui curatoris; nihilominus tamen
certum est posse adversus talem fidejussorem
venire per in integrum restitutionis auxilium,
ut tradit Ulpianus in *l. Ait prætor 7. §. non
solum ff. de minor.*, *Paulus in l. De die 8.
§. qui mulierem ff. qui satisd. cog.*, *Gordia-
nus Pomp. in l. 1. Cod. de filiofam. minor.*,
Gomesius var. 2. cap. 13. num. 19., *Mascardus
de probat. conclus. 1273. num. 50.*, *Narbona
de ætate ann. 25. q. 15. num. 2.*, *Oddus de re-
stit. in integr. q. 54. art. 2.*, *Baronius d. eff. 20.
num. 1., & seqq.*, *Bersanus num. 9.* Et quam-
22 quam Fontanella de pact. nuptial. clauf. 4.
Glos. 18 p. 3. num. 43. viriliter defendat, nulla
lege cautum reperiri, ut læsio ex solo fide-
jussionis actu resultet. Nihilominus adversus
23 ipsum est communis sententia, ut nempe
eo ipso, quo minor pro alio intercedit,
ipso jure læsus dicitur, atque circumventus,
ut tradunt *Baronius num. 10.*, *Narbona n. 4.*,
Bersanus num. 12., *Surdus de aliment. tit. 6.
24 q. 9. num 95.*, *Gratianus cap. 108. num. 49.*
Etenim dum minor fidejubet, litibus se im-
plicat, idcirco læditur, & eo ipso restitui-
tur per sententiam Ulp. in *l. Minoribus 6.
25 ff. de minorib.*, *Oddus num. 8.* Et quia præ-
sumptio veritati cedit, ideo subdit *Oddus
num. 10.*, quod si adversarius velit probare
contrarium, nempe minorem ex tali fide-
jussione nullam pati læsionem, erit audien-
dus; & faciliter poterit istam præsumptio-
nem tollere.
26 Et prædicta vera sunt, etiamsi pro patre
filius minor fidejubeat, plene *Oddus de re-
stit. in integr. q. 54 art. 4. num. 17.*, *Bersanus
27 num. 18.* Non tamen ob id solum quod
filius pro patre fidejussit erit restituendus,
sed oportet adhuc, ut aliunde de læsione
constet. Etenim pietatis præsumptio læsio-
nis præsumptionem tollit; Easpropter minor
se esse læsum probare debebit, *Oddus num.
18.*, *Bersanus num. 19.*
28 Neque valebit minoris fidejussio, si facta
fuerit pro locuplete, qui ipsum minorem
posset servare indemnem, *Surdus cons. 46.
num. 17.*, *Narbona de ætate ann. 25. q. 5. n.
4.*, *Baronius effect. 20. circa contract. n. 22.*,
Oddus quæst. 54. art. 5., ubi quatuor funda-
menta adducit; primum quia magis interest
non solvere, quam solutum repetere. Se-
cundum quia quandoque locuples fit non
solvens. Tertium quia utile est non conve-
niri, damnum vero conveniri posse. Et quar-
tum quia interest minorum litibus non ve-
29 xari. Immo neque valebit prædicta fidejus-
sio, si ipsi minori dentur relevatores, *Nar-
bona loc. cit.*, *Tuschi lit. R. concl. 286. n. 44.*
Nec juramentum nocebit, nisi supra modum
30 læsio intercesserit; aut si totale obligationis
onus minor sufferret. Hoc enim casu a re-
stitutionis beneficio prætextu juramenti non
excluditur, quia non ita longe vires suas
juramentum habet, ut enormissime læso
minori restitutionis solatium auferat, plene
Narbona de ætate ann. 25. q. 15. num. 14., &
15., *Baronius num. 24.*, *Bersanus de pupillis*

cap.

31 *cap. 2. q. 3. num. 16.*. Eapropter probandum
erit, non posse minorem servari indemnem
a principali; aut fidejussionem absorbere,
& occupare omnia bona, *Baronius n.* 33.
32 Verum quod tempus erit inspiciendum
ad considerandam læsionem, & defectum
relevationis illius, qui fidejussit? Postea *resol.*
89. num. 67. ait, esse attendendum tempus
contractæ obligationis. Sed *Baronius n. 34.*
firmat, magis æquam opinionem esse solu-
tionis tempus attendi debere.
33 Multis tamen in casibus potest minor va-
lide fidejubere, & primo pro patre carce-
rato, adversus quam fidejussionem non erit
locus restitutioni, etiam læsione probata;
quoniam tunc filius fidejubendo dicitur pie-
tatis officium exercere, & fidejubere in ca-
su, quo quilibet diligens paterfamilias fide-
jussisset, *Narbona num.* 8., *Baronius n.* 47.,
Bersanus num. 20., & idem erit, si fidejus-
34 sit pro patris debito; pro quo efficienda
erit executio, exindeque ad carcerationem
erit deveniendum: Etenim rectius erit prin-
cipiis obstare, quam post vulneratam cau-
sam remedium quærere, *Narbona num.* 9.,
Baronius num. 50., & 51., *Bersanus loc.cit.*,
Merlinus cent. 1. *cap.* 39. *num.* 16., ubi *Scop-
pa num.* 34., *Sabellius §. minor num.* 20. *ver.
qualiter*; & *§. filius num.* 37., & 54., *Gra-
tianus cap.* 108. *num.* 41., *Verde lib.* 3. *instit.*
35 *civ. num.* 1009.. Idemque dicas in casu, quo
pater esset apud hostes captivus, aut ad tri-
remes condemnatus; aut si fame, & ege-
state laboraret; nam tunc filiusfamilias mi-
nor valide fidejuberet pro eo, qui patrem
propria pecunia redimeret, & restitutioni
non erit locus, *Oddus num.* 20.. Et etiam
36 recte fidejubet pro patre, dum illum in
judicio defendit. Defendendo enim filius
patrem, videtur uti jure communi, cum ad
ejus defensionem naturali jure impellatur,
37 *Oddus num.* 21., *Narbona num.* 10., *Baro-
nius num.* 52.. Huic tamen fidejussioni so-
lemnitates de jure requisitæ intervenire de-
bent, quia pietas erga patrem pro legitima
38 causa solummodo deservit, *Baronius num.*
46.. Limitatur vero principalis hæc conclu-
sio, quando filius patri non successit, ut si
pater hæreditatem suam alteri reliquit; nam
tunc talis filius adversus suam fidejussionem
venire potest, per Tex. Gordiani in *l.* 1.
39 *Cod. de filiofam. min.*. Pariterque si minor
in bonis habuerit, ut nec fidejussioni suffi-
ciat, tunc enim si inops probetur, & nec
sibi necessaria possideat, nulla erit fidejussio-
nis obligatio, etiam pro patre carcerato,
per *auth. ut cum de appellat. cognosc. §. cau-
sas*; *Narbona num.* 11., *Baronius num.* 53.,
Capyc. Galeota tom. 2. *contr.* 14. *num.* 49. Et
40 immo si fidejubendo pro patre carcerato
enormissime fuit læsus, etiam nulla erit fi-
dejussionis obligatio, quia tunc neque civili,
neque naturali obligatione compelli poterit,
cum neutra obligatio tanto urgeat patrimo-
nii detrimento, *Narbona num.* 12., *Baronius
num.* 54., *Bersanus cap.* 2. *q.* 3. *num.* 21. Hinc
41 recte ait *Gratianus cap.* 552. *num.* 29., quem
sequitur *Narbona num.* 13., quod ideo potest
filiusfamilias pro patre carcerato fidejubens
ex capite læsionis obligationem subvertere,
ipsamque per restitutionem infringere, quia
non coactive, sed causative tenetur patrem
excarcerare, scilicet quod nullo præcepto
ad id compellitur, sed consilio tantum, ut
ingratitudinis notam effugiat, quam si pa-
trem in vinculis negligendo contraxisset,
posset exhæredari.
42 Secundo potest minor valide fidejubere
in rem suam, vel pro suo procuratore. Et-
enim minor dum procuratorem relevat, il-
lam obligationem in se suscipit, quam qui-
libet oculatissimus paterfamilias adhuc susce-
pisset, *Narbona num.* 7., aliique apud *Ba-
ronium num.* 44.
43 Tertio ubi minor pro majore se gessit,
quia valida erit fidejussio; nam jura deceptis,
non decipientibus subveniunt, *l. Si quis
uxori §. servus ff. de furt.*, *Narbona n.* 17.,
Baronius num. 55., & 56.. Dummodo ta-
44 men ex parte contrahentis cum minore
probabilis ignorantia, non supina, & crassa
adfuerit, *Narbona dict. num.* 17. *in fine*, *Ba-
ronius num.* 57.
45 Quarto in reciproca fidejussione, ut nem-
pe fidejubendo minor pro aliquo, qui pa-
riter pro ipso minore promitteret, *Sa-
bellius §. minor num.* 20. *ver. valeret*.
46 Quinto valebit pro fidejussione facta pro
dote mulieris, *Baronius de effect. min. ætat.
circa contract. eff.* 20. *num.* 61.
47 Sexto in casu, quo ipse minor principali
debitori successit; cum dici non possit am-
plius minor læsus, dum ipsemet bona sui
principalis fuit consequutus, *Oddus de restit.
in integr. quæst.* 54. *art.* 6. *num.* 23., & 24..
48 Si vero pro parte tantum fuit heres insti-
tutus, pro hac sola parte privabitur restitu-
tione, non vero pro alia parte, pro qua
non fuit heres institutus. Etenim heres pro
parte non repræsentat defunctum, nisi pro
ea parte, pro qua fuit heres institutus, ne-
que ad obligationem illius restringitur, nisi
49 pro ipsamet parte, *Oddus num.* 26.. Nec-
minus procedit limitatio, quoties minor adi-
vit hereditatem cum beneficio legis, & in-
ventarii, & hereditas non erit solvendo:
Nam, ut notat *Bart. in l. Generaliter ff. de
fidejus.*, si fidejussor ætate major suo prin-
cipali successit, nequit conveniri ut princi-
palis, nisi pro viribus hereditariis ob bene-
50 ficium legis, & inventarii. Si vero conve-
niatur ut fidejussor, poterit adhuc adstringi
ultra vires hereditarias, cum non sit con-
fusa actio in præjudicium creditoris ex in-
ventarii beneficio: Aliter vero erit respectu
minoris, qui nequit efficaciter ut fidejussori
ad-

adstringi, cum adversus fidejussionem restitui
possit; necminus ut principalis, nisi pro vi-
ribus hereditariis propter legis, & inventa-
31 rii beneficium, *Oddus num.* 27.. Et si omi-
sisset minor cum tali beneficio hereditatem
adire, poterit restitui adversus hanc aditio-
nem, si hereditas erit damnosa, non vero
contra fidejussionem, nisi quatenus ut fide-
jussor conveniatur.

C A P. XIV.

De locatione, & conductione.

SUMMARIUM.

Locatio definitur, num. 1.. *Et proprie dicitur, quando pro re locata datur pensio in pecunia, num.* 2.

Concessio dicitur, quando pro re locata datur frumentum, num. 3.

Locationum species plures sunt, n. 4., *& seqq.*

Pupillus, & minor locationem ad modicum tempus efficere potest, etiam sine Judicis decreto, num. 7.. *Adversus quam non restituitur, nisi ob gravem læsionem, num.* 8.

Locationem ad longum tempus nequit pupillus, aut minor efficere, nisi cum Judicis decreto, & curatoris auctoritate, num. 9.

Locatio ad longum tempus species alienationis est, num. 10.

Alienatione prohibita, censetur quoque prohibita locatio ad longum tempus, num. 11.

Locatio ad longum tempus judicatur, etiamsi in instrumento fuerit dictum, quod tot essent locationes, quot anni, num. 12., *aut si fiat ad duos, vel tres annos cum pacto, quod iis finitis renovata censeatur, num.* 13.. *Aut si fuerit conventum, quod nullum utile dominium in conductorem transferatur, n.* 14.

Minor ob modicam læsionem non restituitur adversus locationem, num. 15.

Minor restituitur adversus locationem factam viro potenti, & duræ exactionis, num. 16.

Conductor persistens in fundo locato ultra tempus præfixum, ex tali continuatione inductus censetur novus locationis contractus, n. 17.. *Et quid de pupillo, aut minore, num.* 18.

Pupillus usque ad quinquennium locare nullo modo potest, num. 19.. *Sed solus tutor locat, num.* 20.

Et quid in eo, qui infantiam excessit, num. 21., *&* 22.

Pupillus locationi factæ a suo tutore an stare tenetur post finitam tutelam, num. 23., *& seqq.*

Locator si pro contractus observantia specialiter obligavit conductori fundum locatum, singularis successor tenetur stare locationi sui auctoris, num. 34.. *Fallit in pupillo, n.* 35.

Pupillus, aut minor cum tutoris, aut curatoris auctoritate potest aliqua bona conducere etiam sine Judicis decreto, num. 36.

Minor curatore carens conducendo valide locatori adstringitur, num. 37., *&* 39., *& quid*

in pupillo, num. 38.

Minor prædia Fisci conducere nequit, num. 40.

Minoris bona sunt tacite obligata pro pensione fundi conducti, num. 41.

1 Inter alias definitiones, quas refert *Caroc.*
de locat., & conduct. p. 1. *q.* 1.., quem
sequitur *Sabellius §. locatio num.* 1., hæc
est, ut *sit personæ, vel rei ad usum facta*
concessio, mercede in pecunia numeranda con-
venta. Dicitur *in pecunia numeranda*, quia
2 locatio proprie dicitur, cum pro re locata
solvatur pensio in pecunia. Alias si in spe-
cie daretur merx, diceretur contractus in-
3 nominatus, *Tuschi lit. L. concl.* 400. *num.* 1..
Hinc errant Notarii dicendo, quod talis
locavit pro tanto grano, oleo &c., cum
dici debeat, quod concessit, *Tuschi num.* 9.,
& 10.
4 Locationum species plures sunt. Prima
est simplex, & ad modicum tempus, *Are-*
tinus cons. 46. *num.* 15., *Tuschi num.* 4.. Se-
5 cunda est ad longum tempus, *Aretinus num.*
18., *Tuschi num.* 5., nempe ad decennium,
Jovius de solemnit. in contr. minor. Glos. 16.
§. 6. *num.* 9., *Simoncellus de decret. lib.* 2. *tit.*
6. *num.* 27.., *Tuschi lit. A. concl.* 257. *num.* 17.,
Bersanus de pupillis cap. 2. *q.* 12. *num.* 7..
6 Tertia est ad tempus indeterminatum, prout
locatio ad vigintinovem annos, & ad reno-
vandum perpetuo de vigintinovem ad vigin-
tinovem, *Aretinus num.* 19., *Tuschi num.* 6.
7 Et respectu simplicis locationis dicendum
est, posse pupillum, & minorem, sive ejus
tutorem, aut curatorem absque Judicis de-
creto illam perficere, *Simoncellus num.* 21.,
Bersanus num. 9., *Altimari de nullit. contr.*
tom. 6. *rubr.* 2. *q.* 1. *num.* 281., *&* 415. Quic-
quid dicat *Baronius de effect. minor. ætat.*
8 *circa contract. eff.* 10. *num.* 20., *& seqq.*. Ne-
que adversus hanc simplicem locationem
datur restitutio, nisi ob gravem læsionem,
Oddus de restit. in integr. quæst. 56. *art.* 5. *n.* 37.
9 Locationem vero ad longum tempus ne-
quit pupillus, aut minor perficere, nisi cum
Judicis decreto, & tutoris, aut curatoris
auctoritate, *Simoncellus num.* 25., *Baronius*
num. 1., *Jovius num.* 10., *Bersanus num.* 2.,
10 *Altimari loc. cit.*. Etenim ad longum tem-
pus locatio species alienationis est, iccirco

sicu-

ſicuti non tenet ſine decreto alienatio, ita
neque ad longum tempus locatio, *Simoncellus num.* 26., *Baronius num.* 2., & 4.,
Berſanus num. 1., *De Marinis var.* 1. *cap.*
341. *num.* 16., *Verde lib.* 3. *inſt. civ. n.* 1945.
11 Hinc alienatione prohibita, adhuc locatio
ad longum tempus prohibita cenſetur, *Baronius num.* 8, *Riccius collect.* 694. Quod
12 verum eſt etiam in caſu, quo in inſtrumento locationis ad longum tempus fuerit dictum, quod tot eſſent locationes, quot anni; quia hujuſcemodi cautela in fraudem
13 adjecta erit præſumenda, *Baronius num.* 10.,
& 14. Aut ſi locatio fiat ad duos, vel tres
annos cum pacto, quod iis finitis, renovata erit cenſenda. Etenim licet ab initio
ad modicum tempus peracta videatur; attamen ex conventione naturam locationis
ad longum tempus ſortitur, *Berſanus n.* 6.,
Baronius num. 12., *Covarruvias var.* 2. *cap.*
16 *ſub num.* 4. Et pariter ſi fuerit conven-
14 tum, quod nullum utile dominium in conductorem transferatur, quia ita eſſet aperire viam fraudibus, plene *Simoncellus n.* 23.,
& 24, *Baronius num.* 16., & 17.
15 Pro declaratione tamen principalis concluſionis notat *Uddus de reſtit. in integr. quæſt.*
56. *art.* 6. *num.* 37., quod tunc minori, qui
ad longum tempus locationem perfecit, in
integrum reſtitutio conceditur, quando ex
tali locatione graviter læderetur; ob levem
enim læſionem nequaquam concedenda erit
reſtitutio, quia quolibet anno commenſurantur fructus, & penſio. Et quolibet anno
minor exponit ſe lucro, & damno.
16 Et non ſolum ob læſionem adverſus locationem reſtitui poteſt minor, ſed etiam
ſi locavit viro potenti, & duræ exactionis,
a quo difficiliter penſio debitis temporibus
exigi poſſit, *Udaus num* 35., *Altimari de
nullit. contr. tom.* 6. *rubr.* 2. *q.* 1. *num.* 425. *ver.
ſed minor.*
17 Quæres, an ſicuti locatione v. g. ad triennium cum majore 25 ann. peracta, & tali
tempore decurſu permanſit conductor in
fundo locato, cenſeatur inductus ex tali
continuatione novus locationis contractus
per Tex. Ulp. in *l. Item quæritur* 14. §. *qua
impetro ff. locat.*, & Imp. Valer., & Galien.
in *l. Legem quidem* 16. *Cod. eodem*; immo
cum iiſdem penſionibus, pactis, & obligationibus in primo contractu poſitis, ut tradunt *Cancerius var.* 1. *cap.* 14. *num.* 65., aliique apud *Salgadum poſt labyr. credit. dec.*
18 16. *num.* 5., & 6.: ita pariter idem dicendum ſit in pupillo, & minore, qui dum locationis contractum cum ſolemnitate antea
confecit, exindeque abſque alia ſolemnitate
inducta cenſeatur tacita continuatio, & reconductio pro ſimili primævo locationis tempore? Et opinio affirmativa pro veriori habita fuit a *Salgado num* 9., quem videas.
19 Et quia locatio operarum adhuc dari poteſt, ideo videndum ſi pupillus aut minor talem
locationem efficere poſſit? Et reſpectu pupilli uſque tamen ad quinquennium experientia demonſtrat, ipſum nullas operas præſtare
poſſe, & in his terminis loquutus videtur Paulus
in *l. fin. ff. de oper. ſervor.*. Eapropter nihil habet
quod poſſit locare, ut tradit *Carocc. de locat.*,
& *conduct. tit. quib. locare licet, vel non q.* 2. *n.*
3., & ſequitur *Berſanus de pupillis cap.* 2.
20 *q.* 12. *num.* 13.. Et quia talis pupillus neque
ad contrahendum admittitur cum auctoritate tutoris, ut ſuo loco diximus, icciro
dum bona ſua locare oportet, ſolus tutor
21 cum Judicis decreto locat, *Berſanus n.* 14..
Poſt quinquennium vero expletum videtur
nonnullos ſe exercere in operibus rudibus,
ut ſartoris, & ſimilium. Et fortius poſt expletam infantiam videtur pupillus aliquales
operas præſtare poſſe, ut ſentire videtur,
Paulus in l. Cæterum 32. *ff. de reivindic.*, &
Venulejus in l. fin. §. *fin. ff. de liberal. cauſ.*, &
22 ideo eas locare poſſe tradit *Pacion. de locat.*, & *conduct. cap.* 6. *num.* 29., quem refert
Berſanus de pupillis cap. 2. *q.* 12. *num.* 17.,
cum auctoritate tamen tutoris, ut in puncto advertit *Pacion. n.* 30., *Berſanus n.* 18.
23 Quæres; an pupillus locationi a ſuo tutore factæ ſtare teneatur poſt finitam tutelam? Et pro intelligentia ſciendum eſt, quæſtionem eſſe inter Doctores, ſi ſingularis
ſucceſſor locationi ſui auctoris ſtare teneatur? Et in hac quæſtione ea communis advenit diſtinctio, quod ſingularis ſucceſſor voluntarius, ille nempe, qui ab aliquo acquirit ex mera voluntate alienante, non tenetur ſtare locationi ſui auctoris per Textum
Imp. Alex. in *l. Emptorem* 9. *Cod. locati*;
quod fallit ſi res non fuerit integra, ut ſi
annus erit inceptus, quia deberet finiri.
Pariterque ſi in contractu appoſitum fuit
juramentum. Et ſimiliter ſi emit rem, quam
ſciebat eſſe locatam. Cautela tamen erit
pro conductore contra locatorem, ut locator promittat non vendere, vel alio titulo
alienare, durante locatione in præjudicium
conductoris, obligando pro obſervatione
dicti pacti ipſam rem locatam, quoniam
tunc conductor habebit actionem perſonalem, & realem, & res tranſiret cum onere
ſuo non amovendi conductorem, *Oinotomus lib.* 4. *inſtit. civil. tit.* 6. §. *actione, & condictione num.* 8., *Riccius in prax. civ. tom* 2.
p. 2. *cap.* 4. *num.* 5. *ad* 7.. Succeſſor vero ſingularis neceſſarius tenetur ſtare locationi ſui
auctoris, vide *Manticam de tacit. lib.* 5. *tit.*
10. *num.* 10.
24 Quibus poſitis, quia tutor locando rem
ſui pupilli actum voluntarium nequaquam
gerit, benevero neceſſarium, ut ſui officii
onus adimpleat, eapropter finita tutela locationi per tutorem factæ merito pupillus
ſtare tenetur, ut tradunt *Mantica num.* 23.,
Guttier. de tutel. p. 2. *cap.* 20. *num.* 6., *Rodoer.*
ad

ad De Marinis var. 1. cap. 259. num. 17., *Covarruvias var. 2. cap. 15. num. 5. ver. ad exemplum*, *Gomesius var. 2. cap. 2. num. 8. vers. secunda conclusio*; *Simoncellus de decretis lib. 2. tit. 6. insp. 2. num. 21.*, *Bersanus de pupillis cap. 5. q. 4. num. 3.*, & *seqq.*, eo potissimum
25 quia pupillus compelli potest ad observantiam cujuscumque contractus a tutore bona fide gesti occasione suæ administrationis, *l. Si tutelæ ff. de adm. tut.*, *l. Cum plures §. quæ bona fide ff. eodem*, *l. Post mortem §.*
26 *tutor ff. quando ex facto*, *Bersanus num. 4.*. Et ubi ratione competentis administrationis quis habet potestatem locandi, & locat, alius, qui in eadem administratione succedit, tenetur talem locationem observare, *Simoncellus num. 22.*

27 Limitatur tamen primo, si locatio fuerit facta a tutore, qui tutelam minus legitime susceperit, quoniam tunc locationi per eum factæ, prout cuicumque alio contractui nequaquam pupillus stare tenetur, *Bersanus n. 9.*
28 Limitatur secundo, quando locatio facta fuerit in fraudem pupilli, nempe ob modicam pensionem, vel ultra tempus pupillare prædium solitum locari. Etenim constito de dolosa locatione, potest quidem pupillus ab ea recedere, *Surdus dec. 299. num. 4*, *Bersanus num. 10.*. Sed quid dicendum in casu,
29 quo tutor locavit ultra tempus consuetum, an saltem pro tempore consueto cogi possit pupillus post finitam tutelam stare locationi? Et dicendum est, quod pro tempore consueto nequit pupillus a locatione recedere, dummodo pensio in singulis annis constituta sit; taliter quod singuli anni videantur constituere tot distinctas, & separatas locationes, quia in dividuis, sive separabilibus utile per inutile non vitiatur,
30 *Bersanus num. 11.*, & *12.*. Quoties vero unica pensio pro omnibus annis fuerit in conventionem deducta, & tunc unica locatio esse videtur, atque individua, in qua prævalet regula contraria, quod utile per inutile vitiatur; sicque tali in casu non tenetur pupillus stare locationi, etiam pro tempore permisso, ut tradit *Hodiern. ad Surdum in dec. 299. num. 2.*, quem laudat *Bersanus num. 13.*

31 Limitatur tertio in locatione ad longum tempus facta a tutore sine Judicis decreto, quia cum eadem sit nulla, non tenetur
32 propterea eam pupillus servare, *Bersanus num. 14*, secus vero erit, si cum Judicis decreto fuerit peracta, *Bersanus num. 17.*

33 Limitatur quarto in emptore pupilli; quamquam enim pupillus in casu principali, ut supra permisso stare teneatur locationi a suo tutore factæ, etiam finita tutela, quoad tempus consuetum, nihilominus si tunc vendidit pupillus fundum locatum, emptor cogi non poterit stare huic locationi, etiamsi eidem stare pupillus debuisset, quoniam respectu emptoris procedit decisio dict. *l. Emptorem*, *Bersanus num. 20.*

34 Dubitari solummodo poterit in casu, quo tutor pro contractus observantia specialiter obligavit conductori fundum ipsi locatum; an sicuti hoc in casu receptum est, singularem successorem teneri stare locationi sui auctoris, ut annuimus *num. 23.*, ita pariter adversus pupillum, aut minorem eadem resolutio procedere debeat? Negative con-
35 cludit *Bersanus num. 20.*, ubi in puncto refert *Pacion. de locat.*, & *conduct. cap. 8. n. 30.*. Etenim tutor nequit hanc specialem hypothecam in pupilli præjudicium constituere, præsertim ubi nulla subsit causa necessaria.

36 Respectu vero conductionis, dum nempe pupillus, aut minor aliqua bona, vel operas conducere velit, valide cum tutoris, vel curatoris auctoritate conducere potest, etiam sine Judicis decreto. Etenim conducendo pupillus aut minor obligatur solummodo ad præstationem mercedis in simplici pecunia consistentis, quam utique pupillus, aut minor cum sola tutoris, vel curatoris auctoritate alienare potest, *Pacion. de locat.*, & *conduct. cap. 10. num. 6.*, *Bersanus de pupillis cap. 2. q. 12. num. 19.*. Dum autem
37 minor non habebit curatorem, poterit solus valide conducere. Quoties enim non agatur de alienatione immobilium, in ceteris actibus semper minor curatore carens efficaciter obligatur, sed læsus restituitur. Et sic dum conducit, valide locatori adstringitur.
38 Pupillus vero ob nimiam consilii, & consensus imbecillitatem numquam civiliter obligatur ex contractu ab eo gesto absque tutore; sibi tamen alterum contrahentem obligare efficaciter poterit, quia sine tutore meliorem potest facere suam conditionem non vero deteriorem; sicque valebit locatio cum pupillo absque tutore conventa, quatenus ipsi pupillo utilis foret, plene *Bersanus n. 20.*, & *seqq.*

39 Et quamquam *Narbona de ætate ann. 25. q. 9. num. 10.* velit, non posse minorem valide conducere, quia conducendo, mercedem alienat, amittendo illius dominium, nihilosecius contra ipsum recte firmat, *Pacion. num. 4.*, & *5.*, quem sequitur *Bersanus num. 25.* ex eo quod conducendo alienatur sola pecunia pro mercede, sive pensione rei conductæ; & pecunia, quatenus non sit de ea destinata ad stabilium emptionem, inter mobilia connumeratur, quæ dum alienantur, decretum non requirunt.

40 Vectigalia tamen, atque prædia Fisci nequaquam minor conducere potest ex traditis per Paulum in *l. In fraudem 45. §. minoribus ff. de jur. fisci*; & vide plene *Narbonam de ætate ann. 25. q. 10.*, & *Altimarem de nullit. contract. tom. 6. rubr. 2. q. 1. n. 281.*, & *425. ver. verum minori.*

81 Tandem scias, quod in casu, quo minor valide conduxit, ejus bona sunt tacite obligata pro pensione fundi conducti, sive rustici, sive urbani, pariterque pro illius deteriorafione; ejusdemque bona pro tali pensione etiam absque solemnitatibus distrahi possunt, de quibus vide *cap. 9. num.*

C A P. XV.

De mutuo.

SUMMARIUM.

Mutuum unde dicitur, num. 1.
Definitur, num. 2.
Quid continere debeat, num. 3.
Pecunia mutuata si casu fortuito perit, periculum erit accipientis, num. 4.
Valor rei mutuatæ si crescit, vel decrescit sine culpa, & mora debitoris, commodum, & damnum ad creditorem pertinet, num. 5. Secus erit si mensura fuerit mutata, num. 6.
Pupillus mutuare non potest, num. 7. Fallit cum tutoris auctoritate, num. 8.
Tutoris consensus superveniens post mutuum sufficiens non est, num. 9.
Pupillus pecuniam mutuatam sine tutoris auctoritate potest vendicare, antequam per recipientem fuerit consumpta, num. 10.
Mutuum reconciliatur, consumpta pecunia per recipientem bona fide, num. 11. Mala fide vero intercedente damnatur accipiens ad interesse, num. 12.
Pupillus nequit mutuo accipere pecuniam, nisi cum tutoris auctoritate, num. 13. Secus nulla erit obligatio, nisi in quantum factus fuerit locupletior, num. 14.
Solus tutor accipiens mutua pecuniam pro pupillo, in cujus utilitatem fuerit illa conversa, poterit tunc pupillus actione personali conveniri, num. 15.
Minor curatorem habens nec mutuum dare, nec accipere potest sine illius auctoritate, n. 16.
Minor curatorem non habens mutuum dare, & accipere potest, sed læsus restituitur, n. 17.
Minor mutuans ad diem certum potest in integrum restitui, ut quandocumque repetat, n. 18.
Minor mutuans optimum frumentum, si non speratur restitutio in eadem bonitate, poterit restitui, ut mutuatum frumentum, antequam consumetur, restituatur, num. 19.
Minor mutuando filiofamilias succurritur auxilio restitutionis, num. 20.
Minor restituitur adversus mutuum a se receptum, num. 21. Limitatur, n. 22., & seqq.
Cuinam incumbat onus probandi locupletationem, num. 25., & seqq.
Minor contrahendo mutuum jussu patris non restituitur, num. 31.

1 Mutuum ita dicitur, quasi de meo tuum fiat. Nam si de meo tuum non fieret, mutuum quidem non diceretur, quia nulla tunc oritetur obligatio, ut tradit Paulus in *l. Mutuum 2. §. appellata ff. si cert. petat.*

2 Definitur, ut *sit contractus nominatus stricti juris, qui celebratur datione vera, vel ficta rei consistentis in numero, pondere, vel mensura cum spe recipiendi tantumdem in genere suo ejusdem bonitatis, & qualitatis*, Mozzius *de contract. tract. de mutuo, num. 6.*, *Gomesius var. 2. cap. 6. num. 1.*, aliique apud *Altimarem de nullit. contr. tom. 2. rubr. 1. q. 20. num. 1.*

3 De substantia autem mutui est, ut contrahentium animus adsit, ut non idem corpus, benevero aliud ejusdem generis restituatur; & quod consistat in numero, pondere, & mensura; & quod res mutuata 4 fiat accipientis, & in ejus dominio, *Altimari num. 2.* Itaut si pecunia mutuata aliquo casu pereat, periculum ipsius accipientis erit, per sententiam Pauli in *l. 1. §. is quoque ff. de act., & oblig.*, *Mozzius loc. cit. tit. de naturalibus mutui, num. 55.*, *Altimari num. 13.*

5 Valor vero, seu pretium rei mutuatæ si crescit, vel decrescit sine culpa, & mora debitoris, commodum, & damnum ad creditorem pertinet, ex traditis per Julianum in *l. Vinum 22. ff. de reb. credit.* Secus 6 vero si mutata fuerit mensura, ut si mutuavi tibi centum modios tritici, indeque Principis jussu talis modius diminutus, aut auctus fuit, & tunc non liberaris, si secundum mutatam mensuram solveris, benevero secundum veterem, nam alias minus, aut plus redderetur, *Altimari num. 14.*

7 Quia igitur ex mutuo meum fit tuum, oportet, ut mutuans facultatem transferendi dominium habeat. Sicque prohibitum est pupillis bona sua alteri mutuare, *§. nunc admonendi, instit. quib. mod. re contrah. oblig.*, *Baronius de effect. minor. ætat. circa contract. eff. 25. num. 7.*, *Bersanus de pupillis cap. 2.* 8 *q. 22. num. 7.* Valeret tamen mutuum cum tutoris auctoritate, *Baron. loc. cit.*, *Bersanus num. 9.*, sed læsus, poterit restitui, ut infra *num. 17.* Et si solus pupillus mutua-

ve-

9 verit, non validabitur mutuum, etiamsi ejus
tutor inde consenserit, & ratificaverit, *Mozzius de contractib. mutui tit. de personis n.*
12., *Baronius num.* 10., *Bersanus num.* 10..
10 Hinc si pupillus absque tutoris auctoritate
alicui mutuam pecuniam dederit, ipsam vendicare poterit, antequam per recipientem
fuerit consumpta, *l. Non omnis* §. *si pupil-*
11 *lus ff. de reb. credit. Bersanus num.* 9.. Ea
autem consumpta, reconciliatur mutuum;
& hæc consumptio operatur dominii translationem tamquam a principio factam, *Mozzius num.* 13., *Baronius num.* 9., *Bersanus*
num. 11., & 12.. Dummodo tamen talis pe-
12 cunia fuerit bona fide consumpta; alias si
de accipientis mala fide constaret, ut quia
sciebat dantem esse pupillum, & tunc poterit talis pupillus agere ad exhibendum,
quatenus scilicet accipiens desiit dolo possidere pecuniam, sicque damnandus erit ad
interesse, quod æstimari poterit jurejurando
in litem, *Bersanus num.* 13.
13 Mutuo nequidem potest pupillus accipere
pecuniam, nisi tutore, & justa causa intercedente, *Baronius eff.* 25. *circa contract. n.*
7., *Bersanus de pupill. cap.* 2. *q.* 22. *num.* 1.,
14 & 2.. Quapropter nulla juris civilis obligatione adstringitur, nisi in quantum locupletior
fuerit effectus, quo in casu poterit mutuans
pecuniam actione utili a pupillo petere, &
consequi solutionem, *Bersanus num.* 4., &
15 5.. Immo si solus tutor pecuniam mutuo
accepit pro pupillo, in cujus utilitatem fuit
illa conversa, poterit tunc quidem mutuans
actione personali ipsum pupillum convenire,
quamvis cum solo tutore contraxerit, *Bersan. loc. cit.*, per *Tex.*, & *Glos. in l. Si in*
rem Cod. ex facto tutor.
16 Minor vero si curatorem habet, nec mutuum dare, nec accipere potest sine illius
auctoritate, *Baronius num.* 12., & 13.. Et
17 si curatorem non habebit, poterit mutuo
accipere, & dare, sed læsus poterit restitui,
Baronius num. 14., & 15., *Oddus de restit.*
in integr. q. 51. *art.* 3. *num.* 31.. Hinc si
18 minor mutuavit pecuniam ad diem certam,
scilicet per annum, poterit in integrum
restitui, ut repetere liceat quandocumque,
quia continuo erit in damno minor, dum
pecuniam non habebit; præsertim si periculum erit, ut debitor fieret non sol-
19 vendo, *Oddus num.* 32.. Pariterque si minor mutuavit filiosfamilias, succurritur auxilio restitutionis in integrum, ut non dicatur
incidisse in pœnam Senatus Consulti Macedoniani; quod tamen per viam replicationis
fiet; nam minor petens mutuum restitui,
si ei opponeretur de Senat. Consulto, replicabitur de ætate, & de restitutione in
integrum, & obtinebit, cum potior sit ra-
20 tio ætatis, quam Senatus Consulti, *Oddus*
num. 4., Idem dicas in casu, quo minor
mutuavit frumentum, vel oleum optimum,
adeo quod non posset sperari restitutio in
eadem bonitate, & tunc poterit restitui,
ut dictum frumentum, aut oleum, antequam consumetur, restituatur, licet ad consumendum datum sit, *Oddus num.* 33..
21 Econverso poterit etiam minor restitui
adversus mutuum a se receptum, per Tex.
Ulp. in *l. Denique* 3 §. *sed utrum ver. si igitur*
ff. de minor., & Imp. Antonini in *l.* 1., &
Imp. Gordiani in *l.* 2. *Cod. si adv. credit.*,
plene *Oddus q.* 51. *art.* 4 *num.* 35., & *seqq.*
22 Quod limitatur primo si erit ipse minor
tutus ipso jure, quoniam ita superflua foret
restitutio, ut e. g. si minor mutuo recepit
in eodem actu ludendi, *Oddus num.* 38.
23 Limitatur secundo, si studiorum causa mutuo recepit, quia tunc prudenter, non juveniliter se gessit, *Oddus num.* 41.
24 Limitatur tertio, quoties ex mutuo fuerit effectus locupletior, tunc enim prorsus
restitutio denegatur, *dict. l.* 1., & 2.. Hinc
si minor ex mutuata pecunia prædium justo
pretio emit, quod sibi erit commodum, &
fructuosum; aut si pecuniam illam honesto
lucro exposuit; aut si redemit prædia majorum suorum ab iisdem cum redimendi
pacto distracta, aut quid simile, & tunc
merito restitutioni non erit locus, *Oddus*
quæst. 51. *art.* 5. *num.* 44., & 45.
25 Quæstio tamen est, cuinam incumbat onus
probandi locupletationem? Et in casu, quo
mutuum sub fœnore, & usuris factum fuit,
& tunc omnes Doctores communiter concludunt, ut creditori incumbat hoc onus
probandi minorem fuisse locupletem effectum, ut tradunt *Aretinus cons.* 81. *num.* 2.,
Gomesius var. 3. *cap.* 13. *num.* 2. *ver. quinto*
infertur, aliique apud *Oddum num.* 47.. &
hoc constitutum esse dicunt odio usurario-
26 rum. Pariterque quia usuræ sunt minori
minus graves, prout omnibus regulariter
esse assolent, eapropter læsio hoc ipso probata dicatur, sicuti firmavimus *cap.* 6. *n.*
27 Dum autem fuit mutuum gratuitum, &
tunc sunt qui existimant ita distinguendo;
aut minor erat ut diligens, & industriosus
paterfamilias, & solitus bene expendere
pecuniam suam, & tunc in dubio præsumitur minor factus locupletior, & si contrarium vellet, probare deberet. Deposita
tamen hac diligentia, & prudentia minoris,
debere creditorem probare, minorem esse
28 locupletatum. Verum quod etiam in hoc
posteriori casu minori incumbat onus probandi locupletationem pro veriori, & communi firmat *Oddus num.* 50., & *seqq.* Etenim
nimis grave erit creditori investigare, ubi
minor illam pecuniam reposuerit, vel utiliter expenderit. Et econverso facillimum
erit minori probare, quomodo illam inutiliter dissipaverit.
29 In casu tamen, quo onus probandi minor incumbit, advertere debet, ut probet,

se

se imprudenter expendisse talem pecuniam
cum lusoribus, meretricibus &c. Etenim si
casu tantum perdidisse probabit, non suffi-
ciet, *Oddus num.* 56.
30 Si vero onus erit creditoris, & tunc erit
diligentius advertendum; sicque probare
debebit, quod minor indigebat illa pecunia,
ostendendo debita illius, vel egestatem, vel
nuditatem ante mutuum, & quod post mu-
tuum debita exsolvit, & nuditatem, egesta-
temque reparavit, in emendo pannos, fru-
mentum &c. Minor etiam econverso pro-
bare poterit, quod ipse habebat aliam pe-
cuniam, cum qua prædicta omnia facere
potuerit, & sic confutaret creditoris proba-
tionem, vide *Oddum num.* 57., & 58.
31 Limitatur denique principalis conclusio,
quando minor contraxit mutuum jussu pa-
tris, quoniam tunc non erit restituendus,
cum non præsumatur læsus filiusfamilias mi-
nor ob prudens consilium patris. Et quo-
ties fuerit læsus, erit tutus actione ordina-
ria S. C. Macedoniani. Et fortius non erit
locus restitutioni, si ex tali mutuo solum-
modo pater læderetur, vide *Oddum art.* 6.

C A P. XVI.

De datione in solutum.

SUMMARIUM.

Datio in solutum quid, num. 1., *quos effectus producit, num.* 2.
*Emptioni, & venditioni æquiparatur, n.*3., *& seq.*
In datione in solutum datur locus evictioni, num. 6.. *Et debetur laudemium, num.* 7.
Licentia habita ad vendendum extenditur etiam ad insolutum dandum, num. 8.
Rem insolutum recipiens tenetur denunciare insolutum danti litem esse motam, num. 9.
Statutum de alienatione loquens comprehendit etiam dationem insolutum, num. 10.
Jura loquentia de emptione habent etiam locum in datione insolutum, num. 11.
Minor sine decreto nequit bona sua insolutum dare, num. 12.. *Limitatur, num.* 13., *& seqq.*

1 IN solutum datio vere, & proprie est, cum
debitor spontanee aliquid creditori suo pro
eo, quod debet, in solutum, & pro soluto
dat, ut refert *Card. Tuschi lit. D. concl.* 23.
num. 6.. Hinc creditor dationem insolutum
accipiens, pecuniam sibi debitam brevi ma-
2 nu fingit accepisse, *Tuschi num.* 10.. Nam
solvere dicitur, qui creditori aliquid insolu-
tum dat; ideoque insolutum datio eosdem
effectus, quemadmodum solutio producit,
Sorge in jurisprud. tom. 2. *cap.* 47. *num.* 26..
3 Immo insolutum datio emptionis, & ven-
ditionis vicem obtinet, cum jam per ipsam
dominium transferatur, *Tiraquellius de re-
tract. consan.* §. 1. *Glos.* 14. *num.* 4., *Gratianus
cap.* 544. *num.* 15., *Baronius eff.* 6. *circa con-
tract. num.* 3., *Simoncellus de decretis lib.* 2.
tit. 6. *num.* 122., *Narbona de ætate ann.* 25.
q. 18. *num.* 23., *Scoppa ad Gratianum dec.* 13.
4 *num.* 49., *Sorge num.* 21.. Eapropter qui
insolutum dat, vendere videtur, *Scoppa n.*
5 52.. Et sicuti non licet a venditione rece-
dere, ita neque a datione insolutum, *Tuschi*
6 *num.* 8.. Et ea evictio, quæ in venditione,
eadem & in datione insolutum pariter pro-
7 cedit, *Tuschi num.* 9.. Atque ex datione in-
solutum debetur laudemium, sicuti ex ven-
8 ditione, *Simoncellus num.* 123.. Et si ab
aliquo testatore habita fuit vendendi licen-
tia, poterit adhuc insolutum dari, *Simoncel-
lus num.* 125., ubi secus firmat, quoties
vendendi licentia a Judice data fuerit,
9 & sequitur *Baronius num.* 14., & 15.. Et
sicuti emptor denunciare tenetur vendi-
tori litem esse motam, ita etiam ille, qui
rem insolutum recepit, *Baronius num.* 16.
10 Et statutum de alienatione loquens, adhuc
dationem insolutum comprehendit, *Baronius
num.* 20., *Simoncellus num.* 124.. Merito igi-
11 tur jura loquentia de emptione, etiam in
datione insolutum locum habere tradit *Ba-
12 ronius num.* 11.. Eapropter sicut minor
bona sua immobilia sine decreto alienare
nequit, ita neque & insolutum dare, prout
rescripserunt Impp. Dioclet., & Maxim. in
l. Si minor 15. *Cod. de præd. minor.*, *Simon-
cellus de decret. lib.* 2. *tit.* 6. *num.* 121., *Tu-
schi lit. M. concl.* 249. *num.* 66., *Narbona de
ætate ann.* 25. *q.* 18. *num.* 23., *Baronius eff.* 6.
circa contr. num. 1., *Salgadus labyr. credit.
p.* 1. *cap.* 1. §. 2. *num.* 23.
13 Limitatur primo, si hæc insolutum datio
facta fuerit matri pupilli a tutore pro satis-
factione dotium satisfaciendarum, ut tradit
Baronius num. 34.
14 Limitatur secundo, si fuerit a minore fa-
cta cum juramento; nisi tamen in datione
insolutum facta ab ipso minore de debito
non constaret, nisi per confessionem ipsius
minoris, quoniam tunc etiamsi fuerint ser-
vatæ solemnitates, atque adesset juramentum,
non valeret, *Baronius num.* 44.
15 Limitatur tertio, si patris consensus in-
tervenerit, vel sint datæ res, quæ usu con-
sumuntur, *Baronius loc. cit.*

CAP.

C A P. XVII.

De societate.

SUMMARIUM.

Societas quid? num. 1.
Definitur, num. 2.
Est contractus ultrocitroque obligatorius, n. 3.
Infans societatem contrahere nequit, num. 4., necminus cum tutoris auctoritate, num. 5.
Societas contracta cum patre infantis non censetur continuata cum ipso infante post mortem patris, num. 6.
Mortuo patre nequit dici inter fratres contracta societas, si inter ipsos fuerit infans, n. 7., necminus si ipsi infanti erit profutura, num. 8.
Infanti non competit actio pro socio, num. 10.
Pro infante solus tutor potest societatem inire, num. 11.
Impubes societatem inire nequit, num. 12., necminus cum consensu patris, num. 13.
Pater si male auctorizatur erga suum filium, non remanebit eidem obligatus, num. 14. Secus erit in tutore, num. 15.
Tacita societas cum pupillo induci nequit, num. 16.
Societas a patre inchoata, non renovatur in pupillo, num. 17.
Mortuo patre, non dicitur contracta inter fratres societas, bona invicem communicando, si pupillus existat, nisi tutoris consensus accedat, num. 18., etiam tacitus, num. 21.
Tutoris consensus necessarius est in societate pupilli, num. 19., & sufficit tacitus, n. 20.
In iis actibus, qui factis explicantur, sufficit tacita tutoris auctoritas, num. 22.
In iis actibus, qui verbis expediuntur, cum verbis etiam suam auctoritatem tutor interponit, num. 23.
Societas pupilli non subsistit sine tutoris auctoritate, sive expressa, sive tacita, num. 24.
Pater pupilli si in testamento mandavit, ut omnes fratres, etiam pupilli communi nomine vivant, neque valet inter illos societas, num. 25. Contrarium, num. 26.
Testator potest disponere, ut in causa propria auctoritatem tutor præstet, num. 27.
Inter pupillum, & tutorem consistere nequit societas, num. 28. Fallit, num. 29., & seqq.
Pupillus major factus potest societatem ratificare, num. 32., & 33.
In societate pupilli de rebus immobilibus necessarium est decretum, num. 34., & 35.
In societate transfertur dominium, num. 36.
Societas cum pupillo contracta an censenda erit nulla, tam si fuerit in damnum ipsius pupilli, quam in ejus utilitatem, n. 37., & seqq.
Minor curatorem non habens societatem inire potest, num. 51. tam expresse, quam tacite, num. 52., tam cum majore, quam cum altero minore, num. 53., etiamsi fuerit fœmina, num. 55. Declaratur, num. 56.
Pupillus in societate manens usque ad pubertatem laborat pro expensis; altera vero lucratur medietatem socii majoris, num. 54.
Minor contrahendo matrimonium, ejus bona cum sua uxore, & filiis non communicantur sine Judicis decreto, num. 57.
Minor si in societate valide contracta læditur, restituitur, num. 58., etiam contra alium minorem, num. 59., & si intercesserit juramentum, læsio deberet esse enormis, num. 60., quæ restitutio intra quadriennium numerandum a die majoris ætatis peti potest, num. 61.
Minor si ætatis veniam impetravit, & in societate fuerit læsus, non restituitur, n. 62. Declaratur, num. 63.
Restitutio concessa adversus societatem intelligitur quoad pacta societatis nulliter interposita, num. 64.
Minor curatorem habens, cum illius auctoritate societatem inire debet, num. 65., alias nulla erit societas, num. 66.
Minor major factus si per quinquennium tacuit, de nullitate amplius dicere nequit, num. 67.
Societas valet, si testator jussit, ut cum suo filio minore continuetur, num. 68.

1 Societatem a *socio*, *socias* derivare notat *Duardus de societate lib. 1. cap. 1. q. 2. num. 1.*, pariterque ex hoc contractu nomen *sortis* derivatum fuisse, quia singuli socii suas partes communicando, sorti, & fortunæ se exponunt; meritoque tales partes appellari sortes; ipsam societatem, sortem; & socios, consortes.

2 Varii fuerunt in definienda societate Doctores, quos cumulat *Duardus q. 3. num. 1.* Hanc vero optimam putat, *ut sit conventio honesta duorum, pluriumve ad conferendum aliquid in usum, lucrum, vel quæstum communem contracta.*

3 Et hæc societas vere, & proprie contractus est, quoniam socii invicem in societate obligantur; unus scilicet ad pecuniam conferendam, alter vero ad operam, aut industriam, aut etiam ad pecuniam. Hinc quia contractus dicitur obligatio ultrocitroque obligatoria, *l. Labeo 2. §. contractum ff. de V. S.*, & in societate ad invicem socii obligantur, merito societas vere, & proprie contractus est, *Duardus num. 3.*; *Tuschi lit. S. concl. 279. num. 6.*, & ultrocitroque obligatorius, *Tuschi num. 9.*, *Duardus lib. 1. cap. 3. q. 1. num. 5.*, *Michalorius de fratrib. p. 2. cap. 15. num. 1.*

4 Hinc sequitur, quod per infantem talis societas iniri nequit. Etenim cum infantes obli-

obligari nequeant, ut diximus *cap. 11. n. 12.*,
merito societatem, ex qua oritur obligatio,
contrahere non possunt; *Duardus loc. cit.*,
5 *Michalor. num. 2.*, etiamsi tutoris auctoritas
intervenerit, & adhuc si in ipsius infantis
commodum, & utilitatem societatis contra-
ctus erit; etenim præcipua ratio est, quod
in persona infantis substantiari nequit con-
tractus, quoniam in eo consentiendi facul-
tas non adest; cui defectui suppleri nequit
per commodum, aut utilitatem infanti ex
tali contractu pervenientem. Et eadem ra-
tione, qua contractus infantis corruit, dum
damnum sentit, pariter & ubi commodum
percipit; quia in utroque casu defectus con-
sensus inspici debet, *§. pupillus, vers. sed quod
diximus, instit. de inutilib. stipulat. Baronius
eff. 12. circa contract. n. 13., & seqq., Bersa-
fanus de pupillis cap. 2. q. 20. n. 1., & seqq.*
6 Quapropter societas contracta cum patre
infantis nequit censeri cum ipso infante re-
novata post mortem patris, ex eo quod
pervenit ad casum, a quo incipere non pote-
erat, *Bersanus n. 4., Felicianus de societate
cap. 41. n. 24., Surdus cons. 9. n. 37.*
7 Neque tacite potest dici contracta inter
fratres societas mortuo patre, si inter eos
aliquis infans reperiatur, ut volunt *Mantica
de tacit. lib. 6. t.t. 13. n. 4., Mascardus de
probat. concl. 52. n. 12., Menochius de præsump.
lib. 3. præs. 56. n. 6., Gratianus cap. 357. n. 16.,
Felicianus de societ. cap. 3. n. 12., Michalorius*
8 *p. 2. cap. 15 n. 6.*. Et ideo adversus socium super-
stitem non competit ipsis infantibus actio pro
socio ad dividenda lucra per eum acquisita
post mortem patris prædefuncti, sed tan-
tum conveniri queit ad restitutionem capi-
9 talis, & interesse, *Bersanus n. 6.*. Licet tra-
ctaretur de societate utili, & profutura
ipsi infanti, quoniam contractus deficit in
10 substantia, *Bersanus n. 2.*. Nec valet dice-
re, quod penes socium superstitem reman-
sit portio capitalis ipsi infanti a prædefun-
cto patre perventi, cum qua prosecutus
fuerit, negotiationem, quoniam cum non
concurrat ex parte infantis extremum habile,
quod in consensu consistit, cetera requisita,
quæ ad tacite ineundam, vel renovandam
societatem deserviunt, nihil prosunt, *Feli-
cianus n. 29., Michalorius p. 2. cap. 42. n. 19.,
Bersanus n. 3, & 4.*
11 Solus itaque tutor pro infante societatem
inire debet, *Duardus de societ. lib. 1. cap. 3.
q. 1. num. 5.*
12 Pupillus vero supra infantiam, & etiam
pubertati proximus neque societatem con-
trahere potest, *Duardus de societate lib. 1.
cap. 3. q. 1. n. 5., Tuschi lit. S. concl. 279. n. 12.,
& concl. 281. n. 2., Mascardus de probat. concl.
31. n. 11., Menochius de præsumpt. lib. 3. præs.
56. n. 6., Michalorius de fratrib. p. 2. cap. 15.
n. 8., & 13., Parisius cons. 84. n. 8., & 53. lib.
1., Romanus cons. 412. n. 24.*, etiam ejus pa-
13 tre tutore; quia impubes in potestate pa-
tris existens, ac ipso auctore, nihilominus
obligatur, *Duardus n. 8.*. Et quamquam tu-
tore auctore obligetur, ut dicemus *n. 19.*.
14 Nihilominus tamen ea est disparitatis ratio,
quod si pater male auctorizatur, ipsum non
habet impubes obligatum; quod secus erit
15 in tutore, qui de mala auctorizatione, ac
tutelæ administratione omnino tenetur, ple-
ne *Duardus n. 9., & seqq.*
16 Et sicuti non tenet societas cum pupillo
expresse contracta, ita neque ex præsump-
tionibus induci potest tacita societas, cum
taciti, & expressi eadem sit virtus. Tum
quia in dubio non erit societas cum pupillo
præsumenda, *Bartol. in l. Titium 48. §. altero
n. 5. ff. de adm. tut., Duardus de societ. lib. 1.
cap. 3. q. 1. n. 24.; Menochius n. 6.*, aliique
17 apud *Bersanum de pupillis cap. 2. q. 20. n. 8.*
Immo neque dici potest tacite renovata
cum pupillo societas ab ejus patre inchoa-
ta; nam sicuti tutoris auctoritas in societa-
tis exordio requiritur, ita pariter in ejusdem
renovatione necessaria erit, *Mantica de ta-
cit. lib. 6. tit. 26. n. 25. ver. cum pupillis, Ber-
sanus num. 9.*
18 Et si defuncto patre filii simul habitant,
bona invicem communicando, inter quos
aliquis adhuc pupillus reperitur, nequit dici
contracta societas, nisi tutoris consensus
accesserit, ut notat *Baldus in l. Cum opor-
tet n. 9. Cod. de bon., quæ liber.*, quem lau-
dat *Bersanus cap. 2. q. 21. n. 11.*. Sicque tu-
toris consensus necessarius est pro validanda
19 pupilli societate, *Gratianus cap. 360. n. 3.,
Michalorius de fratrib. p. 2. cap. 15. n. 28.,
Duardus de societate lib. 1. cap. 3. q. 1. n. 28.,
Mascardus de probat. concl. 31. n. 6., Bersa-
nus cap. 2. q. 20. n. 5., Menochius n. 12.*.
20 Verum non erit necesse, ut sit expressus,
sed foret sufficiens, ut ex conjecturis elici
queat tacita societas ex actibus gestis cum
auctoritate sui tutoris, *Duardus n. 29., Mi-
chalorius n. 28., Mascardus loc. cit.*. Hinc
mortuo patre, si pupillus heres tutorem ha-
21 bens communicaret cum ceteris fratribus
bona in eadem societate, sicuti defunctus
steterit, tunc inter talem pupillum, fratres-
que suos propter tacitum tutoris consensum
censetur tacite contracta societas, late *Me-
nochius n. 12., & seqq., Duardus n. 29.,
Felicianus de societate cap. 3. n. 35.*
22 Et quamquam tutor suam auctoritatem
pro pupillo verbis interponere debeat per
Tex. Ulp. in *l. 1. ff. de auctor. tut.*. Nihilo-
minus cum *Balde* respondet *Menochius n. 13.*,
hoc habere locum in illis actibus, qui verbis
expediuntur, nam in ipsis tutoris auctoritas
adhuc verbis erit interponenda. In iis vero
23 actibus, qui factis explicantur, tacita tutoris
auctoritas erit etiam sufficiens, ut tradunt
*Gratianus cap. 360. n. 4., & seqq., Michalorius
p. 2. cap. 15. n. 31., Romanus cons. 412. n. 24.*

Cr-

24 Citra vero tutoris auctoritatem five ex-
pressam, sive tacitam nulla potest societas
contrahi inter fratres majures, & pupillos,
*Duardus n. 30., Menochius n. 6., Mascardus
concl. 1309. n. 4.* Etiamsi pater pupilli in
25 testamento mandaverit, ut fratres omnes,
etiam pupilli communi nomine vivant; et-
enim cum pupillus consensu careat, iccirco
obligationis incapax habetur. Et licet he-
res hereditatem adeundo ad omnia, quæ
in testamento continentur, obligatus cen-
seatur, sicque pupillus tamquam heres pro
executione præcepti testatoris cum fratri-
bus communicare bona adstrictus sit: nihi-
lominus tamen hoc verum est, & procedit,
quoties jura in casu, de quo agitur, non
resistant. Hinc resistit jus, ut pupillus sine
sui tutoris auctoritate obligetur. Nec tanta
testatoris auctoritas esse potest, ut consen-
sum valide pupillo inducat, ut plene tra-
dunt *Felicianus n. 31., & seqq., Duardus
lib. 1. cap. 3. q. 1. n. 30.*

26 Contrarium tamen verius est, posse nem-
pe societatem consistere, patre ut supra
mandante, prout magis communiter docent
*Michalorius p. 2. cap. 15. num. 39., & seqq.,
Menochius de præsumpt. lib. 3. præs. 56. n. 15.,
& de arbitr. judic. lib. 2. cas. 171. num. 67.,
Tuschi lit. S. concl. 281. num. 8., Cacheranus
dec. 150. num. 3.*, aliique apud *Bersanum de
pupillis cap. 2. q. 20. num. 10., & q. 21. n. 14.*

27 Concedit benevero ipse *Felicianus cap. 4.
num. 46., & seqq.*, quem refert *Michalorius
num. 47., & 48.*, quod si unus ex fratribus
fuerit relictus tutor, tunc patre mandante,
poterit talis frater tutor cum fratre pupillo
societatem inire, cum possit testator dispo-
nere, ut in causa propria auctoritatem tu-
tor præstet.

28 Ceterum nequit societas inter pupillum,
& tutorem consistere, etiamsi iste fuerit fra-
ter, aut patruus; quoniam esset factum pro-
prium auctorizare contra dispositum in *l. 1.
ff. de auctor. tut., Mozzius de contract. tit. de
societate rubr. de personis num. 8., Mantica
de tacitis lib. 6. tit. 3. num. 11., Michalorius
29 num. 35., & 36., Duardus num. 40., & 41.*,
nisi fuerit palam, & bona fide societas con-
tracta inter tutorem, & pupillum, quia tunc
valeret, *Duardus num. 42.* Prout & vale-
30 ret adhuc, si alius tutor adesset, qui inso-
lidum administrandi facultatem haberet, tunc
cum uno ex tutoribus valide societatem
contraheret pupillus, altero tutore auctori-
zante, *Duardus num. 43., Michalorius n. 37.*,
31 nisi unus tutor sine altero contrahere, &
administrare non posset, nam tunc quia unus
tutor solummodo adjudicatur, merito unus
alteri auctorizare nequit, *Duardus loc. cit.,
Michalorius num. 38.*

32 Teneret necnon societas, si per pupillum
majorem factum fuerit eadem ratificata, ut
communiter tradunt, *Gratianus cap. 547. n.
4., & seqq., Parisius cons. 84. num. 50. lib. 1.,
Menochius de præsumpt. lib. 3. præs. 56. n. 17.,
Bersanus de pupillis cap. 2. q. 20. num. 17.,
Michalorius num. 51.* Et licet *Alciatus de
33 præsumpt. reg. 1. præs. 23. num. 3.* contrarium
velit, quia ita diceretur societas leonina,
ex eo quod pupillus lucrosam ratificaret,
damnosam vero improbaret societatem, sic-
que semper foret in tuto contra naturam
societatis. Nihilominus ipsum reprobat *Mi-
chalorius num. 53.*, cum hoc in pupillorum
favorem sit introductum, & contrahentibus
imputandum, qui cum pupillis illegitime
contraxerunt, & probat *Gratianus num 7.*
Quicquid dicat *Bersan., Alciatum sequens n. 18.*

34 Verum notandum hic est, quod tunc va-
lida erit societas inita a pupillo cum tuto-
ris auctoritate, quando de rebus ageretur,
quæ servando servari non possunt, ut fru-
ctus, aliaque, quæ in dies consumuntur, ut
tradunt *Alex. cons. 49. n. 4. lib. 1., Menochius lib. 3.
præs. 56. n. 18.* Non autem si societas erit
35 de immobilibus, aut de iis, quæ inter im-
mobilia connumerantur, pariterque super
rebus, quæ servando servari possunt: quo-
niam tunc ultra tutoris auctoritatem Judicis
decretum erit adhuc necessarium, sicuti in
prædictorum bonorum alienatione, ut tradunt
*Rolandus cons. 54. lib. 2., Felicianus de societate
cap. 4. n. 21.*, aliique apud *Duardum de societate
lib. 1. cap. 3. q. 1. n. 36.*, ea enim est peculiaris ratio,
36 quia in societate dominium transfertur, *l. 1.
in fine ff. pro socio.*

37 Quæstio non levis est, si societas cum
pupillo contracta erit nulla, an talis censen-
da erit, tam si fuerit in damnum ipsius pu-
pilli, quam in utilitatem, & commodum
ejusdem; aut saltem hoc secundo casu sub-
sistere debeat, quemadmodum ceteri con-
tractus pupillo favorabiles? Sunt qui existi-
mant, & quidem non pauci, societatem
non valere, etiamsi utilitatem, & commo-
dum pupilli eadem respiceret, ut *Baldus
in l. Cum oportet num. 9. Cod. de bon. quæ li-
ber., Jason. in l. 1. sub num. 6. ver. amplia Cod.
qui testam. fac. pos., Alex. cons. 49. sub n. 1.
lib. 1., Parisius cons. 86. sub num. 2. lib. 1.,
Menochius cons. 121. num. 35. lib. 2., & de
præsumpt. lib. 3. præs. 56. num. 11., Gratianus
cap. 360. num. 2., Tuschi lit. S. concl. 281. n. 7.,
Felicianus de societate cap. 3. sub num. 16.,
Michalorius de fratrib. p. 2. cap. 15. num. 26.,
Baronius de effectib. minor. ætat. circa contract.
eff. 12. num. 24., Bersanus de pupill. cap. 2.
q. 21. num. 15., & seqq.*, ea ex ratione, quia
alias societas foret usuraria, & leonina: Pa-
38 riterque jura, quæ pupillis concedunt posse
contractum in ipsorum beneficium claudi-
care, nequaquam de contractu societatis lo-
qui videntur, sicque non erit facienda ex-
tensio ad contractus speciem, de qua jura
non loquuntur, secundum regulam, quod
sub generali dispositione comprehensæ tan-

39 tum intelliguntur ſpecies in ea enumeratæ.
Eo magis, quia inter ſocietatem, & cete-
ros contractus verſatur diſcrimen, nempe
in ſocietate habetur utriuſque ſocii obliga-
tio, & unica utrique parti competit actio,
ſcilicet actio *directa pro ſocio*. In ceteris
vero contractibus diverſa eſt cujuſcumque
40 contrahentis obligatio, nam venditor obli-
gatur ad rem tradendam, & emptor ad
pretii ſolutionem, iccirco dantur diverſæ
actiones, ſcilicet *diverſa*, *& contraria*.

41 Verum *Romanus conſ.* 453. expreſſe con-
trarium defendit, nempe ſubſiſtere ſocieta-
tem cum pupillo nulliter celebratam, qua-
tenus ejus utilitatem reſpiciat, ſecus vero
ſi illius damnum; taliter quod ſolummodo
cum pupillo contrahens obligatus remaneat,
per id quod habetur in §. *ſed quod diximus*,
Inſtit. de inutil. ſtipulat., in illis verbis: *Sed
in proximis infantiæ propter utilitatem eo-
rum benignior juris interpretatio facta eſt,
ut idem juris habeant, quod pubertati pro-
ximi*; & *Gloſa* ſubdit, *ut alios ſibi obligent,
aliis vero non obligentur*.

42 Hanc quæſtionem late, & recte exponit
Duardus de ſocietate lib. 1. *cap.* 3. *q.* 5. *n.* 13.,
ubi bene perpenſis utriuſque opinionis ra-
tionibus, & auctoritatibus denique firmavit,
primam opinionem communiorem eſſe; po-
ſteriorem vero de jure veriorem. Etenim
jura pro hac poſteriori opinione loquuntur
generaliter de omni contractu a pupillo ce-
lebrato, ut ad ipſius utilitatem valeat, non
autem ad damnum; atque diſponunt, alios
ſibi obligare, non aliis ſe obligare. Et cum
43 de contractibus non diſtinguant, nec nos
diſtinguere debemus, *l.* 1. §. *generaliter ff. de
legat. præſt.*, *l. Quæ de pretio ff. de public.
in rem act.*, *Duardus num.* 14

44 Nec, quia in contractu ſocietatis ſervanda
eſt æqualitas, ſequitur, ut ſi contractus ſo-
cietatis ſit validus reſpectu pupilli, validus
quoque eſſe debeat reſpectu ſocii, & econ-
verſo; quoniam non ſolum in contractu
ſocietatis, ſed etiam in ceteris aliis con-
tractibus ſervanda eſt æqualitas, ut tradit
Tuſchi lit. C. concl. 287. *n.* 3.. Et tamen mul-
tis in caſibus validus eſt contractus reſpectu
unius ex contrahentibus, invalidus vero reſ-
45 pectu alterius. Hinc eſt, quod contractus
bonæ fidei dolo initus eſt validus reſpectu
46 dolum poſſi, & invalidus contra doloſum,
Tuſchi n. 10., *&* 18.. Pariterque contractus
initus cum Eccleſia non adhibitis ſolemni-
tatibus validus eſt ad ejus favorem, invali-
dus reſpectu alterius contrahentis, *Tuſchi n.*
27.. Et tandem, ceteris omiſſis, ſi in con-
47 tractu emptionis, & venditionis circumven-
tus eſt pupillus, contractus dicitur claudica-
re, itaut ad ſui damnum poterit contractum
revocare, & ſi fuerit ad utilitatem, confir-
mare; ſicque ſemper ſecum contrahentem
habebit ſolummodo obligatum, ut late di-
48 ximus *cap.* 3.. Et hæc claudicatio datur in
his contractibus ex indulgentia Principis,
§. *pupillus*, *Inſtit. de inutil. ſtipulat.*, & tra-
49 dit *Tuſchi n.* 2.. Nec uſuraria talis ſocie-
tas dici debet, quoniam pupillus lucrum
conſequitur ex juſto titolo, nempe ex Prin-
cipis indulgentia; quod multum rationabili-
ter procedit, ne impuberes in contrahendo
de facili decipiantur.

50 Recte igitur firmavit *Romanus dict. conſ.*
453., quem ſequutus fuit *Duardus loc. cit.*,
ubi illius ſententiam de jure veriorem te-
ſtatur. Et quamquam prima contraria opi-
nio a quamplurimis tamquam communior
habita fuit. Nihilominus ego juris, & ratio-
nis magis amicus abſolute *Romanum* ſe-
quor. Etenim ſi ejus opinio, ut ipſemet
Duardus teſtatur, de jure verior eſt, ſequi-
tur, quod contrarium tenentes contra jus
loqui videntur. Nec me movet in contra-
rium ſcribentium ſequela, qui veluti oves,
aut aves majorem arripientium numerum
ſunt aſſequuti; nam ſicuti *Romani* ſenten-
tia de jure verior eſt, idem jus exigit, ut
ea tam in judicando, quam in conſulendo
aſſequi debeat.

51 Quoad id vero, quod ad minorem atti-
net, dicimus quod ſi minor curatorem non
habet, ſocietatem inire quidem poteſt, quo-
niam tunc ex omni contractu firmiter obli-
gatur, ut in ſpecie tradunt *Gomeſius var.* 2.
cap. 14. *num.* 1. *in fine*, *Michalorius de fratrib.*
p. 2. *cap.* 15. *num.* 21., *Duardus de ſociet. lib.*
1. *cap.* 3. *q.* 2. *num.* 3., *Berſanus de pupillis*
cap. 2. *q.* 20. *num.* 23.. Et non ſolum expreſ-
52 ſe, ſed adhuc tacite ſocietatem inire pot-
eſt; cum taciti, & expreſſi eadem ſit
53 virtus, *Duardus num.* 5.. Etiam cum altero
minore; hac tamen differentia, quod dum
contrahit cum majore, ipſius minoris ope-
ra minus exiſtimatur, ut tradunt *Felicianus*
54 *de ſociet. cap.* 5. *ſub num.* 2., *Duardus n.* 6..
Hinc eſt, quod pupillus uſque ad puberta-
tem laborat pro expenſis; ultra vero pro
medietate partis alterius ſocii majoris, ut
dixi in *cap.* 14. *a n.* 19. *ad* 22.

55 Intelligas tamen prædictam concluſionem
procedere in rebus mobilibus, quæ ſervan-
do ſervari non poſſunt. Nam ſi de rebus
immobilibus ageretur, vel de iis, quæ inter
immobilia connumerantur, nequit minor
56 ſocietatem inire, niſi cum Judicis decreto,
ceteriſque ſolemnitatibus, *Duardus num.* 8.,
Michalorius num. 22.

57 Et ſi matrimonium minor contraxit, ejus
bona cum ſua uxore, & filiis non commu-
nicari, Judicis decreto deficiente, firmat
Baronius de effect. minor. ætat. circa contract.
eff. 12. *num.* 54.

58 Et in caſibus, in quibus minor valide ſo-
cietatem contrahit ſine curatore, & Judicis
decreto, ſi in ea fuit læſus, reſtituitur per
ſententiam Ulpiani in *l. Ait prætor* 5. *ff. de*
mi-

minor., *Duardus num. 19.*, *Oddus de restit.*
59 *in integr. quæst. 56. art. 4. num. 26.* Etiam
adversus alterum minorem; cum inter duos
privilegiatos potior sit conditio ejus, qui
in contractu simul inito fuerit læsus, *Duar-*
60 *dus num. 20.*, *Cencius de censibus p. 1. cap. 2.*
art. 9. num. 8. Pariterque si fuerit juramen-
to firmata, dummodo læsio fuerit enormis,
Oddus num. 27.

61 Quam restitutionem petere adhuc potest
in majori ætate, intra tamen quadriennium
numerandum a die, quo fuit major effe-
ctus; sicque in nostro Regno Neapolitano
erit ab anno decimoctavo completo nume-
randum; *Felicianus num. 18.*, *Duardus lib.*
1. cap. 3. q. 2. num. 22.

62 Verum si ætatis veniam minor impetra-
vit, & fuerit inde læsus in societate con-
tracta super bonis non exigentibus in eorum
alienatione Judicis decretum, ceterasque
solemnitates, restitutionem quidem non ha-
bebit; ne qui cum tali minore contrahit,
Imperiali auctoritate circumscriptus videa-
63 tur, *Duardus num. 24.*, si vero talis minor
societatem sine decreto contraxit in casu,
quo decretum erit necessarium, & tunc
quia societas erit invalida, non indigebit
minor in integrum restitutione, quæ jam
contractus validitatem præsupponit. Dum
autem cum decreto contraxit, & fuerit læ-
sus, erit restituendus, *Duardus loc. cit.*

64 Sciendum tamen est, quod dum minori
læso in contractu societatis conceditur in
integrum restitutio, non intelligitur quoad
ipsam societatem rescindendam, cum eadem
de sui natura dividi possit, & durat quous-
que ipsis sociis placebit, & non ultra. Intel-
ligi benevero debet, quoad pacta societatis
a minore perperam interposita, quorum
vigore ipse in lucris dividendis, vel in damnis
reparandis læsus sit. Et sic conceditur re-
stitutio, non ad hoc, ut societas contracta
non sit, sed ut bona fide singula bona, &
lucra dividantur, & ad æqualitatem, ratio-
nabilemque participationem tam lucri, quam
damni redigantur pacta cum sociis conven-
ta, late *Felicianus de societate cap. 5. n. 39.*
cum seqq., *Oddus de restitut. q. 56. art. 4.*
num. 29., *Duardus num. 28.*

65 Dum autem minor curatorem habebit,
cum ejus auctoritate societas iniri debet,
alias erit nulla, *l. Si curatorem habens Cod.*
de in integr. restit., *Duardus num. 29.*, *Miche-*
lorius de fraudib. p. 2. cap. 15. num. 28., *Me-*
nochius de præsumpt. lib. 3. præs. 56. num. 9.,
Baronius effect. 12. circa contract. num. 28.,
66 *& 48.*, *Bersanus de pupillis cap. 2. q. 20.*
num. 22. Et si in tali societate nulliter con-
tracta fuerit ipse minor læsus, non indige-
bit restitutionis beneficio, quod erit extra-
ordinarium, sed ordinarium nullitatis reme-
dium intentandum erit, *Duardus num. 31.*
67 Et si major effectus ratum habuit, aut
per quinquennium tacuit, de nullitate am-
plius dicere nequit, *Duardus num. 36.*, *&*
40., *Baronius num. 52.*, *& 53.*

68 Et quamquam minor neque valide sine
debitis solemnitatibus societatem a patre
prius contractam continuare possit, ut late
exponit *Baronius num. 33.*, *& seqq.*, etiamsi
non vixerit talis pater pro tempore, quo
duratura erat societas, *Baronius num. 36.*
Attamen valeret, si testator jusserit esse so-
cietatem cum minore continuandam, *Baro-*
nius num. 50.

C A P. XVIII.

De divisione.

SUMMARIUM.

NEmo in communione manere cogi potest, num. 1.
Si de communione non constat, divisio fieri nequit, num. 2.
Si res commode dividi nequit, ad æstimationem deveniri debet, num. 3.
Quod commune est, meum est, num. 4., & 5.
Divisio est alienationis species, num. 6., ut plurimum, appellatur emptio, & venditio, n. 7.
In divisione venit evictio, licet non dicatur, n. 8.
Statutum disponens super alienatione habet etiam locum in divisione, num. 9.
Emphyteuta rem communem dividendo a jure suo cadit, num. 10.
Pupillus, aut minor divisionem provocare nequit, num. 11., & 12., nec minus inter fratres, num. 13. Et nec si divisio fuerit ipsi minori utilis, num. 14. Limitatur, num. 15., & seqq.
Dividendi modus, num. 26., & seqq.
Ubi adest aliqua dividendi consuetudo observari debet, num. 37. 39., & 40., adversus quem non restituitur minor, num. 38.
Socius in dividenda re communi an teneatur accipere æstimationem suæ partis, si res commode dividi nequeat? num. 41.
Affertur praxis, num. 42., & seqq.

1 COmmunionem discordiam parere, nemio est, cui lateat. Iccirco inventa fuit divisio, cum nemo in communione cogendus sit manere, per Rescriptum Impp. Dioclet., & Maxim. in *l. fin. Cod. com. divid.*, *Riccius collect. 101.* Et nisi de-

2 munione constet, divisio fieri nequit; *Tu-
schi lit. D. concl.* 521. *num.* 1.
3 Commoditas vero in ea perficienda spectan-
da est; itaut si res commode dividi nequeat, ad
æstimationem deveniri debere ait *Pompo-
nius in l. Non amplius* 26. §. *cum bonorum
ff. de leg.* 1., *Michalorius de fratrib. p.* 5.
cap. 38. *num.* 22., *Baronius de effect. minor.
ætat. circa contract. eff.* 18. *num.* 49.
4 Et dum cum aliquo rem communem ha-
beo, dicitur mea: nam quod commune est,
meum est, ut sentire videtur *Paulus in l.*
5 *In re communi* 15 *ff. de servit. urban. præd.* Et
dicitur totum esse meum indivisum, & pro
indiviso, cum jus meum sit in toto, & in
qualibet parte. Dum autem dividitur, fit
mea pro ea parte tantum; mei vero esse
desinit, quoties socio adjudicatur, aut econ-
tra; & ob id videtur alienari, ut declarat
Ruinus cons. 105. *num.* 9. *lib.* 2., quem laudat
Simoncellus de decret. lib. 2. *tit.* 4. *num.* 1.
6 Hinc inductum est, divisionem alienatio-
nis speciem esse, quemadmodum unanimi-
ter fatentur Doctores, ut tradunt *Simon-
cellus num.* 3., *Baronius num.* 11., *Narbona
de ætate ann.* 25. *q* 51. *num.* 3., *Menochius de
arbitr. cent.* 2. *cas.* 171. *num.* 35., *Tuschi lit. M.
concl.* 249. *num.* 57., *Sabellius* §. *minor n.* 30.,
Altimari de nullit. contr. tom. 6. *rubr.* 2. *q.* 1.
sect. 1. *num.* 411., *Bersanus de pupillis cap.*
2. *q.* 4. *num.* 8., aliique communiter.
7 Immo divisionem, ut plurimum, appellari
emptionem, & venditionem tradit *Meno-
chius num.* 35.. *Tiraquellius de retract. lignag.*
8 § 1. *Glos.* 14. *num.* 77.. Idcirco venit in ea
evictio, quamquam non dicatur, *Baronius*
9 *num.* 12.. Et statutum disponens solvi ga-
bellam de alienatione vindicat sibi locum
adhuc in divisione, *Simoncellus num.* 4.,
Baronius num. 13., *Narbona num.* 2.
10 Et emphyteuta rem cum alio communem
dividendo, quia alienare videtur, a jure suo
cadit, *Narbona loc. cit.*, *Simoncellus n.* 5.,
*Baronius de effect. minor. ætat. circa judicia-
lia eff.* 33. *num.* 12.
11 Ex prædictis igitur sequitur, quod pupil-
lus, aut minor bona sua immobilia cum
socio communia sine tutoris, vel curatoris
auctoritate, & Judicis decreto petere nequit,
ut dividantur, *Virgilius de legitim. person.
cap.* 1. *num.* 47., *Simoncellus num.* 2., *Narbo-
na num.* 2., *Altimari loc. cit.*, *Tuschi lit. D.
concl.* 521. *num.* 21., *Michalorius de fratrib.
p.* 3. *cap.* 38. *num.* 1., *Baronius effect.* 18. *circa
contract. num.* 1., *Jovius de solemnit. in con-
tract. minor. Glos.* 16. §. 6. *num.* 24.. Etenim
12 nullus pupillus, aut minor consocium ad-
huc pupillum, & minorem ad divisionem
provocare potest, sed ambo provocationem
a majore expectare debent. Et sic pupillus,
aut minor provocare nequit, benevero pro-
vocari potest ad dividendum, ut tradit *Ul-
pianus in l. Si pupillorum* 7. *ff. de reb. eor.*,
& statuerunt Impp. Dioclet., & Maxim. in
13 *l. Inter omnes* 17. *Cod. de præd. minor.*, *Ber-
sanus num.* 8.: tam si ageretur inter fratres,
quam inter extraneos, ut tradunt *Decius
cons.* 349. *num.* 2., *Michalorius loc. cit.*, *Me-
14 nochius de arbitrar. cent.* 2. *cas.* 171. *num.* 34.,
etiamsi divisio esset minori utilis; cum sola
utilitatis causa non erit sufficiens, *Simoncel-
lus num.* 20., *Baronius effect.* 33. *circa judi-
cialia num.* 18.
15 Limitatur tamen primo, si socius fuerit
rixosus, qui bona communia dilapidaret.
Tunc enim poterit pupillus, aut minor sine
Judicis decreto: sed tamen cum tutoris, vel
curatoris auctoritate socium ad divisionem
provocare, *Simoncellus num.* 6., *Michalorius
num.* 2., *Narbona num.* 6., *Menochius n.* 36.,
Baronius num. 18., *Bersanus num.* 9., *Altimari
de nullit. contr. rubr.* 1. *p.* 1. *q.* 29. *num.* 30.. Si
16 vero cum prohibitione legis concurrat quo-
que testatoris prohibitio, & tunc quamquam
multi multa dixerunt, ut videndus *Simon-
cellus num.* 9., *& seqq.*. Nihilominus ipse
singulariter optimis argumentis adfirmavit,
posse adhuc pupillum, aut minorem ad di-
visionem provocare, sed cum Judicis decre-
to, ut testatoris prohibitio aliquid operetur.
17 Limitatur secundo in divisione possessio-
nis gratia administrationis, & culturæ; pa-
riterque in divisione fructuum, cum poterit
tunc pupillus, aut minor ad divisionem pro-
vocare, *Simoncellus num.* 13., *Baronius n.* 24.,
Michalorius num. 3., *Tuschi num.* 19., *Sa-
bellius* §. *minor num.* 30, *Jovius num.* 24. *ver.
primus*, *Altimari de nullit. contr. tom.* 6. *rubr.*
2. *q.* 1 *sect.* 1. *num.* 411. *ver. sed potest*.
18 Limitatur tertio in divisione mobilium,
quæ servando servari non possunt, *Tuschi
lit. D. concl.* 542. *n.* 18., *Altimari ver. sed licet*.
19 Limitatur quarto, si res communis esset
minori damnosa, *Michalorius de fratrib.
p.* 3. *cap.* 38. *n.* 6., aliique apud *Baronium n.* 20.
20 Limitatur quinto secundum *Bald. de præ-
script. p.* 3. *n.* 40., quem refert *Simoncellus
de decretis lib.* 2. *tit.* 4 *n* 21., quoties minor
jurasset. De veritate tamen contractus per
minorem jurati vide *cap.* 25.
21 Limitatur sexto, si minor ætate major
expresse, vel tacite ratum habuit, *Simoncel-
lus num.* 22.
22 Limitatur septimo, quoties major mino-
rem ad divisionem provocaret, nam tunc
Judicis decretum necessarium non erit, cum
divisio dicatur necessaria, ut communiter
tradunt *Simoncellus num.* 23., *&* 28., *Baro-
nius num.* 21., *Michalorius n.* 9., *Sabellius
loc. cit.*, *Altimari n.* 310., *Romanus cons.* 106.
n. 4., *Tuschi lit. D. concl.* 542. *n.* 19., *& lit. M.
concl.* 249. *n.* 62., *Jovius Glos.* 16. § 6 *n.* 24
ver. secundus, aliique; atque expresse statu-
tum fuit per Impp. Dioclet., & Maxim. in
l. Inter omnes 17. *Cod. de præd. minor.*, se-
quentibus verbis: *Inter omnes minores nec*

cog-

commune prædium sine decreto Præsidis sententia Senatusconsulti distrahi patitur, nam ad divisionis causam, provocante tantum majore socio, ejus alienationem etiam sine decreto fieri jampridem obtinuit. Et eam esse
23 rationem tradit *Simoncellus loc. cit.*, nam quando minor a majore provocatur, solummodo res, quæ communis habetur dividenda erit, & non alia. Eapropter non dicitur necessarium Judicis decretum ad eligendam rem, quæ foret dividenda, quemadmodum requiritur in alienatione, ubi Judex animadvertere debet, quæ res erit distrahenda, & ut res minus damnosa alienetur.

24 Sed quid dicendum in casu, quo major jam provocavit, an ceteri minores consocii possint inter ipsos adhuc dividere? Affirmant communiter *Glos. in l. Inter pupillos ff. de auctor. tutor.*, *Romanus conf. 106. n. 4.*, aliique relati per *Simoncellum de decretis lib. 2. tit. 4. n. 29.* Verum in *num.* 30. licet opinionem istam communem dicat, itaut nullum adesse contradictorem viderit, adhuc sustinere singulariter voluit, nequaquam posse prædictos minores inter ipsos dividere, sed solummodo cum majore a quo provocantur per rationes, quas apud eumdem videas.

25 Limitatur octavo, ut valeat divisio rei litigiosæ sine solemnitatibus facta, quemadmodum per suum Senatum fuisse judicatum testatur *Arias de Mesa var. resol. lib. 3. cap. 28. n. 5.*, quem laudat *Baronius effect. 18. circa contract. num. 26.*

26 Dividendi modum remanet pro complemento expostulare. Et primo refertur quod vulgo dici assolet, ut major ex sociis dividat, minor vero eligat, exemplo Abraham, & Loth ex Genesi *cap.* 14.; ubi legitur Abraham tamquam majorem fecisse partes, & Loth ejus nepotem tamquam minorem elegisse. Et hunc dividendi modum communiter fuerunt sequuti nostri scribentes, quos longa serie tradit *Simoncellus de decretis lib. 2. tit. 4. n. 34.*, *Baronius n.* 38., *Tuschi lit. D. concl. 530. n. 2.*, *Gratianus cap. 160. n. 18.*, *Michalorius de fratrib. p. 3. cap. 38. n. 10.*, *De Faria ad Covarruvias pract. quæst. cap. 40. n. 14.*, aliique apud *Altimarem de nullit. contract. tom. 6. rubr. 2. q. 1. sect. 1. n. 411. ver. quando est.*

27 Quod & verum adhuc volunt *Calà de resiit. q. 45. n. 11.*, *Valasc. cap. 4. n. 4.*, quos refert, & sequitur *Altimari ver. idem in fœmina*, etiamsi fœmina fuerit major, & masculus minor: nam illa deberet dividere, iste vero
28 eligere. Hinc ex nonnullorum auctoritate tradit *Michalorius n. 11.*, quod si aliter divisio facta fuerit, poterit per minorem peti, ut iterum major dividat.

29 Hic major tamen non intelligitur de majore natu, benevero de eo, qui diutius bona tractavit, & administravit, ut tradunt *Menochius de arbitr. lib. 2. cent. 2. cas. 124. n. 4.*, *Ricchus coll. 201.*, *Gratianus n. 18.*, *Simoncellus n. 37.*, *Covarruvias n. 3.*, ubi *De Faria n. 15.*, *Michalorius n. 13.*, *Capyc. Latro lib. 1. dec. 28.*, ubi *Manfrella n. 8. ver. ipsa*
30 *vero veritas*; ea ex ratione, quia verisimile est, ut qui diutius administravit, meliorem divisionem perficiat quoad partes; quia de communibus rebus melior ceteris erit informatus.

31 Tali autem majore vita functo, non spectatur quis major, vel minor inde sequitur; nec majoritatis qualitas ad heredes transmittitur, ut tradit *Baronius n. 39.*, sed tunc alii erunt modi ad peragendam divisionem;
32 Hinc nonnulli tradunt, sortis judicio eam committi, ut exponit *Michalorius n. 14.*,
33 sed in *n.* 15. firmat, totum remitti Judicis arbitrio, qui inspecta facti, personarum, & rei dividendæ qualitate poterit cogere majorem ad dividendum; vel sortes eligere; vel mandare, ut eligantur homines ad dividendum: & hanc opinionem receptiorem esse testantur *Menochius de arbitrar. lib. 2. cent. 2. cas. 123. n. 1.*, *Tusch lit. D. concl. 530. n. 3.*, *Covarruvias pract. quæst. cap. 40. num. 3.*, ubi *De Faria num. 14. in fine*, ubi dicit opinionem istam esse frequentiorem, veriorem, & in praxi tenendam, *Felicianus de societate cap. 39. num. 26.*, *Sabellius §. divisio n. 5.*

34 Notandum tamen est, quod in casibus, in quibus minor eligere debet, intelligendum est respectu partium, quas major effecit. Dum vero fiant partes ab arbitris, vel Judicis officio, tunc non poterit minor eligere, sed aut per sortem, aut Judex assignabit, *Gratianus cap. 160. num. 21.*

35 Et in casu, quo major diviserit, sed cum fraude, & captiose, atque minor, cui optio data fuit, pejorem partem elegit, tunc detecta fraude, non cogitur minor tali divisioni persistere, quia lex dans majori dividendi facultatem, præsumitur voluisse excipere dolum, & captiosam divisionem, ut recte tradit *Tiraquellius de retract. lignag. §. 23. Glos. unica num. 6.* Licet contrarium velint nonnulli relati per *Altimarem de nullit. contr. tom. 6. rubr. 2. q. 2. sect. 1. n. 411. in*
36 *fine*. Hinc merito ait *Aldovin. conf. 53. n. 30.*, quem laudat *Baronius effect. 18 circa contract. num. 42.*, quod quando divisio non fuit facta sicuti de jure fieri debebat, nullo modo dividenti præjudicat.

37 Et quoties alicubi esset aliqua dividendi consuetudo, erit prorsus observanda, *Romanus conf. 471. in fine*, *Boerius dec. 46. n. 3.*,
38 aliique apud *Michalorium de fratrib. p. 3. cap. 38. num. 17.* Nec minor, si contra talem consuetudinem venire velit, erit audiendus, *Tiraquellius de retract. lignag. §. 24. Gl. unica num. 3.*, ubi etiam refert statutum Senarum, quo cautum est, ut major natu fratrum dividat hereditatem, & minor eligat. Et usum hunc esse etiam Saxonum, Burdega-

degalentium, & Arvennorum habetur apud *Gratianum cap. 160. num. 23.* , ubi laudat prædictum usum, ut major dividat, & minor eligat, ne adsit qui conqueri possit; nam divisor non circumscribitur in divisione, ne fraudetur in electione.

39 Apud Papienses est etiam usu receptum, ut frater ætate major faciat partes, quæ inde sorte erunt dirimendæ, cui una, cui altera adjudicanda sit, ut refert *Menochius de arbitr. lib. 2. cent. 2. cas. 123. num. 4.*

40 Inter Romanos pariter observatur, vel sorte dirimendum, vel a Judice adsignandum, ut tradit *Gratianus num. 21.*

41 Sciendum necnon est, quod in re communi ille habet electionem, qui majorem retinet partem per id, quod rescripsit Imp. Justinian. in *l. Sancimus 34. §. ne autem Cod. de donat.* Verum *Tiraquellius de jure primogenit. q. 60. num. 16.*, quem refert *Baronius de effect. minor. ætat. circa contract. eff. 18. n. 41.* declarat legem prædictam procedere tantum in casu, de quo loquitur, scilicet de divisione facienda inter donantem, & donatarium; quia in aliis casibus in dividenda re communi non cogitur socius accipere æstimationem suæ partis, nisi non posset commode dividi; *Baronius num. 49.*, *Michalorius de fratrib. p. 3. cap. 38. n. 24.*, & 31.

42 Scire tandem Tyrones debent, quod forma decreti divisionis diversa est ab ea relata pro casu alienationis. Etenim Judex solummodo in divisionis casu cognoscere debet, an divisionis causa sit justa, vel ne; qua cognita, pronunciare debet, bona esse dividenda. Exindeque æqualis partium divisio per tutores, vel curatores fit; qua facta, eam Judex sua auctoritate confirmabit, quemadmodum tradit *Menochius de arbitrar. lib. 2. cent. 2. cas. 171. num. 39.*, quem laudat *Simoncellus de decretis lib. 2. tit. 4. num. 33.* Et ne Tyronibus grave sit, hanc procedendi formam, dum casus evenerit, mendicare, ipsam idcirco in eorumdem commodum breviter exponam.

43 „ Nella Corte . . . comparisce il minore „ N. coll' autorità, e consenso del dilui curatore N. della Città . . . , e dice, come „ da più anni ave tenuto comune, ed indivisa con Marco Pellegrino l' eredità, che „ loro pervenne *ex testamento* dal fu Cesare „ Bianco. E comecche da non poco tempo „ detto Marco è diventato rissoso in maniera, „ che ave consumato, e dilapidato più cose „ appartenenti ad essa eredità, e continuando „ il Comparente in tale società, ne verrebbe „ a patire continuo danno, ed interesse, perciò comparisce in detta Corte, e fa istanza, „ che si devenisse alla divisione di detta eredità, con spedirsi contra del prefato Marco „ gl' ordini, *prout de jure* . *Et ita dicit &c. omni modo meliori &c.*

In cujus calce fit sequens decretum.

Per Curiam . . . fuit provisum, & decretum, quod super expositis in dicta comparitione capiatur summaria informatio *ad finem &c. hoc suum &c.*

N. Gub.

44 Debent examinari duo, vel tres testes super deductis in prædicta comparitione; quibus consititis, interponendum erit sequens decretum.

In causa divisionis petitæ per minorem N. fuit interpositum decretum tenoris sequentis.

Visis . . . Per Curiam . . . fuit provisum, & decretum, licere, licitum, & expediens esse prædicto minori N. cum auctoritate sui curatoris N. devenire ad divisionem deductorum bonorum hereditariorum, quæ communia, & indivisa sunt cum Marco Pellegrino. Pro cujus effectu expediantur ordines prædicto Marco; hoc suum.

45 Si in loco erit aliqua consuetudo pro divisione peragenda, & secundum eamdem instare debebit minor contra socium, adversus quem executive agendum erit, ut advertit *Baronius effect. 18. circa contract. n. 66.*

46 Alias, instante minore, expediri per Judicem deberent bina præcepta contra socium, ut infra tot dies conveniat, & concordet in petita divisione, alias fiet per Curiam, ipso amplius non audito, neque monito.

47 Si fuerint concordati, atque bonorum divisio per expertos communiter electos fuit sequuta, & tunc exponendo Judici, quod bona fuerunt jam divisa, & minori spectata fuere bona a; b; c; ejusque socio bona e, m, o, instare debebunt, talem divisionem decreto confirmari. In cujus petitionis calce interponendum erit sequens, vel simile decretum.

Visis supradicta comparitione, ac expertorum attestationibus, ex quibus constat, deducta bona hereditaria fore divisa interdictum minorem N., ejusque socium N. Et quod ipsi minori spectata sint bona A., B., C., & prædicto socio N. bona E., M., O. Per Curiam . . . fuit provisum, & decretum, supradictam divisionem manere firmam; super qua Curia ipsa suam judiciariam præstat auctoritatem. Pro cujus effectu stipulentur cautelæ cum clausulis ad consilium sapientis. Hoc suum.

N. Gub. & Jud.

48 Concordatione vero non sequuta, expediuntur bina præcepta; quibus si fuerit socius contumax repertus, & tunc instante minore, erit interponendum sequens decretum.

Visis binis præceptis per hanc Curiam expeditis adversus N. pro dividendis bonis hereditariis, ac actis omnibus, & præsenti comparitione, per Curiam . . . fuit provisum, & decretum, quod ex eo quia prædictus N. non curavit in terminis eidem præ-

præfixis devenire ad enunciatam bonorum divisionem, eapropter fiat per hanc Curiam. Pro cujus effectu accedant super faciem loci N. N. publici appretiatores Terræ prædictæ, qui recognoscant omnia deducta bona hereditaria, eademque in duas æquales partes dividant, exindeque ad nos referant ad finem &c. hoc suum.

N. Gub., & Jud.

49 Qua recognitione per expertes electos sequuta, atque Judici relatione facta, parte instante eam Judex confirmabit; & partes divisas per sortem assignabit, aut alio, qui magis expediens erit, modo.

C A P. XIX.

De transactione.

SUMMARIUM.

TRansactio definitur, num. 1.
Per transactionem remittitur actio, n. 2.
In transactione debet res esse dubia, num. 3., & alias, quam ex partis assertione, constare debet, num. 4.
Transactio super re certa facta nulla est, nam. 5., & 6.
Transactio species alienationis est, num. 7.
Alienatione prohibita, adhuc transactio prohibita censetur, num. 8.
Pupilli, & minores sine solemnitatibus transigere nequeunt, n. 9.. Fallit n. 10., & seqq.
Transactio sine solemnitatibus facta nulla est, num. 16.
Si in transactione valide inita intercessit læsio, erit locus restitutioni, num. 17.
In simplici transactione sufficit læsio levis, n. 18., & Judicis arbitrio remittitur, num. 19.
In jurata transactione læsio debet esse enormis, num. 20., & 21.. Immo sufficit intra dimidium, num. 22.
Minor adversus transactionem veniens omnia accepta restituere debet, num. 23.. Declaratur, num. 24., & 25.
Minor restituitur adversus transactionem a se fieri omissam, num. 26., & seqq.
Quæ sint Judicis partes in concedenda transactione, num. 29.

1 TRansactio definitur in *l. 1. ff. de transact.*
ut sit *de re dubia, & lite incerta non*
gratuita transactio; *Sabellius §. tran-*
sactio num. 1.. Hinc per transactionem re-
mittit quis actionem competentem propter
2 dubium litis eventum, recepto aliquo, *Tu-*
schi lit. T. concl. 345. num. 2.. Eapropter du-
3 bia res esse debet; aut lis pendens; aut me-
tus futuræ litis, *Tuschi num. 4.*, *Baronius de*
effect. minor. ætat. circa contract. eff. 9. n. 33.,
Romanus cons. 244. num. 2.. Et hæc litis pen-
4 dentia, aut timor futuræ litis aliunde con-
stare debet, quam ex partium assertione,
Baronius num. 34, & 35.. Et vere incerta
5 debet esse lis, non palliata, & per calumniam,
quoniam ita erit nulla transactio, *Tuschi n.*
6 *13.*. Et tunc diceretur per calumniam, si
facta fuerit super re certa, *Tuschi num. 14.*,
Romanus cons. 517. num. 17.
7 Sed quia transactio alienationis species
est, & sub alienationis nomine continetur,
ut tradunt *Baronius num. 4.*, *Tuschi n. 12.*,
Menochius de arbitr. cas. 171. num. 40., *Sa-*
bellius §. minor num. 31., *Simoncellus de de-*
cretis lib. 2. tit. 6. insp. 10. num. 100., *Narbo-*
na de ætate ann. 25. q. 12. num. 4., *Bersanus*
de pupillis cap. 2. q. 27. num. 1., aliique apud
Altimarem de nullit. contract. tom. 6. rubr. 2.
q. 1. sect. 1. num. 424.. Taliter quod prohibita
8 alienatione, adhuc transactio prohibita cen-
setur, *Baronius num. 7.*, *Parisius lib. 3.*
cons. 85. num. 15.. Iccirco pupilli, & mino-
9 res non alias transigere possunt, quam cum
eisdem solemnitatibus, quæ in immobilium
alienationibus sunt necessariæ, nempe cum
tutoris, vel curatoris auctoritate, & Judicis
decreto, late *Montan. de tutel. cap. 33. n. 239.*,
& seqq., *Sabellius §. transactio num. 3. ver.*
idem, *Tuschi lit. M. concl. 249. num. 51.*, *Ja-*
vius de solemnit. in contr. minor. Glos. 22 §.
13. num. 11., *Baronius num. 1.*, *Bersanus num.*
3. ver. ut igitur, & expresse diffinitum fuit
per Impp. Valerian., & Galie. in *l. Non so-*
lum Cod. de præd. minor.
10 Fallit tamen, primo si transactio erit circa
res mobiles, quæ servando servari non pos-
sent; aut circa jura, quæ inter mobilia re-
censentur: nam tunc sufficiens erit sola tu-
toris, aut curatoris auctoritas sine decreto
Judicis, *Narbona de ætate ann. 25. q. 12. n. 4.*
Bersanus num. 7., *Altimari vers. transactio*
facta.
11 Fallit secundo, si de re immobili adhuc
tractaretur, sed tamen pupillus, aut minor
in possessione prædii esset, & per transactio-
nem ageretur, ut in ipsa possessione perma-
nere debeat. Aut etiam quando ipse mi-
nor prædii possessionem ab adversario ac-
quirit, dum ipsemet adversarius in posses-
sione erit, refusa eidem pecunia per eum-
dem minorem. In utraque enim specie re-
cepta

se imprudenter expendisse talem pecuniam cum lusoribus, meretricibus &c. Etenim si casu tantum perdidisse probabit, non sufficiet, *Oddus num.* 56.

30 Si vero onus erit creditoris, & tunc erit diligentius advertendum; sicque probare debebit, quod minor indigebat illa pecunia, ostendendo debita illius, vel egestatem, vel nuditatem ante mutuum, & quod post mutuum debita exsolvit, & nuditatem, egestatemque reparavit, in emendo pannos, frumentum &c. Minor etiam econverso probare poterit, quod ipse habebat aliam pecuniam, cum qua prædicta omnia facere potuerit, & sic confutaret creditoris probationem, vide *Oddum num.* 57., & 58.

31 Limitatur denique principalis conclusio, quando minor contraxit mutuum jussu patris, quoniam tunc non erit restituendus, cum non præsumatur læsus filiusfamilias minor ob prudens consilium patris. Et quoties fuerit læsus, erit tutus actione ordinaria S. C. Macedoniani. Et fortius non erit locus restitutioni, si ex tali mutuo solummodo pater læderetur, vide *Oddum art.* 6.

C A P. XVI.

De datione in solutum.

SUMMARIUM.

Datio in solutum quid, num. 1., *quos effectus producit, num.* 2.
Emptioni, & venditioni æquiparatur, n. 3., *& seq.*
In datione in solutum datur locus evictioni, num. 6.. *Et debetur laudemium, num.* 7.
Licentia habita ad vendendum extenditur etiam ad insolutum dandum, num. 8.
Rem insolutum recipiens tenetur denunciare insolutum danti litem esse motam, num. 9.
Statutum de alienatione loquens comprehendit etiam dationem insolutum, num. 10.
Jura loquentia de emptione habent etiam locum in datione insolutum, num. 11.
Minor sine decreto nequit bona sua insolutum dare, num. 12.. *Limitatur, num.* 13., *& seqq.*

1 IN solutum datio vere, & proprie est, cum debitor spontanee aliquid creditori suo pro eo, quod debet, in solutum, & pro soluto dat, ut refert *Card. Tuschi lit. D. concl.* 23. *num.* 6.. Hinc creditor dationem insolutum accipiens, pecuniam sibi debitam brevi ma-
2 nu fingit accepisse, *Tuschi num.* 10.. Nam solvere dicitur, qui creditori aliquid insolutum dat; ideoque insolutum datio eosdem effectus, quemadmodum solutio producit, *Sorge in jurisprud. tom.* 2. *cap.* 47. *num.* 26..
3 Immo insolutum datio emptionis, & venditionis vicem obtinet, cum jam per ipsam dominium transferatur, *Tiraquellius de retract. consan.* §. 1. *Glos.* 14. *num.* 4., *Gratianus cap.* 544. *num.* 15., *Baronius eff.* 6. *circa contract. num.* 3., *Simoncellus de decretis lib.* 2. *tit.* 6. *num.* 122., *Narbona de ætate ann.* 25. *q.* 18. *num.* 23., *Scoppa ad Gratianum dec.* 13.
4 *num.* 49., *Sorge num.* 21.. Eapropter qui insolutum dat, vendere videtur, *Scoppa n.*
5 50.. Et sicuti non licet a venditione recedere, ita neque a datione insolutum, *Tuschi*
6 *num.* 8.. Et ea evictio, quæ in venditione, eadem & in datione insolutum pariter pro-
7 cedit, *Tuschi num.* 9.. Atque ex datione insolutum debetur laudemium, sicuti ex ven-
8 ditione, *Simoncellus num.* 123.. Et si ab aliquo testatore habita fuit vendendi licentia, poterit adhuc insolutum dari, *Simoncellus num.* 125., ubi secus firmat, quoties vendendi licentia a Judice data fuerit,
9 & sequitur *Baronius num.* 14., & 15.. Et sicuti emptor denunciare tenetur venditori litem esse motam, ita etiam ille, qui rem insolutum recepit, *Baronius num.* 16.
10 Et statutum de alienatione loquens, adhuc dationem insolutum comprehendit, *Baronius num.* 20., *Simoncellus num.* 124.. Merito igi-
11 tur jura loquentia de emptione, etiam in datione insolutum locum habere tradit *Ba-*
12 *ronius num.* 11.. Eapropter sicut minor bona sua immobilia sine decreto alienare nequit, ita neque & insolutum dare, prout rescripserunt Impp. Dioclet., & Maxim. in *l. Si minor* 15. *Cod. de præd. minor.*, *Simoncellus de decret. lib.* 2. *tit.* 6. *num.* 121., *Tuschi lit. M. concl.* 249. *num.* 66., *Narbona de ætate ann.* 25. *q.* 18. *num.* 23., *Baronius eff.* 6. *circa contr. num.* 1., *Salgadus labyr. credit. p.* 1. *cap.* 1. §. 2. *num.* 23.

13 Limitatur primo, si hæc insolutum datio facta fuerit matri pupilli a tutore pro satisfactione dotium satisfaciendarum, ut tradit *Baronius num.* 34.

14 Limitatur secundo, si fuerit a minore facta cum juramento; nisi tamen in datione insolutum facta ab ipso minore de debito non constaret, nisi per confessionem ipsius minoris, quoniam tunc etiamsi fuerint servatæ solemnitates, atque adesset juramentum, non valeret, *Baronius num.* 44.

15 Limitatur tertio, si patris consensus intervenerit, vel sint datæ res, quæ usu consumuntur, *Baronius loc. cit.*

CAP.

C A P. XVII.

De societate.

SUMMARIUM.

Societas quid? num. 1. *Definitur*, num. 2.
Est contractus ultrocitroque obligatorius, n. 3.
Infans societatem contrahere nequit, num. 4., *necminus cum tutoris auctoritate*, num. 5.
Societas contracta cum patre infantis non censetur continuata cum ipso infante post mortem patris, num. 6.
Mortuo patre nequit dici inter fratres contracta societas, si inter ipsos fuerit infans, n. 7., *necminus si ipsi infanti erit profutura*, num. 8.
Infanti non competit actio pro socio, num. 10.
Pro infante solus tutor potest societatem inire, num. 11.
Impubes societatem inire nequit, num. 12., *necminus cum consensu patris*, num. 13.
Pater si male auctorizatur erga suum filium, non remanebit eidem obligatus, num. 14.; *Secus erit in tutore*, num. 15.
Tacitu societas cum pupillo induci nequit, num. 16.
Societas a patre inchoata non renovatur in pupillo, num. 17.
Mortuo patre, non dicitur contracta inter fratres societas, bona invicem communicando, si pupillus existat, nisi tutoris consensus accedat, num. 18., *etiam tacitus*, num. 21.
Tutoris consensus necessarius est in societate pupilli, num. 19., *& sufficit tacitus*, n. 20.
In iis actibus, qui factis explicantur, sufficit tacita tutoris auctoritas, num. 22.
In iis actibus, qui verbis expediuntur, tutor verbis etiam suam auctoritatem tutor interponit, num. 23.
Societas pupilli non subsistit sine tutoris auctoritate, sive expressa, sive tacita, num. 24.
Pater pupilli si in testamento mandavit, ut omnes fratres, etiam pupilli communi nomine vivant, neque valet inter illos societas, num. 25.; *Contrarium*, num. 26.
Testator potest disponere, ut in causa propria auctoritatem tutor praestet, num. 27.
Inter pupillum, & tutorem consistere nequit societas, num. 28., *Fallit*, num. 29., *& seqq.*
Pupillus major factus potest societatem ratificare, num. 32., *&* 33.
In societate pupilli de rebus immobilibus necessarium est decretum, num. 34., *&* 35.
In societate transfertur dominium, num. 36.
Societas cum pupillo contracta an censenda erit nulla, tam si fuerit in damnum ipsius pupilli, quam in ejus utilitatem, n. 37., *& seqq.*
Minor curatorem non habens societatem inire potest, num. 51. *tam expresse, quam tacite*, num. 52., *tam cum majore, quam cum altero minore*, num. 53., *etiamsi fuerit faemina*, num. 55.; *Declaratur*, num. 56.
Pupillus in societate manens usque ad pubertatem laborat pro expensis; ultra vero lucratur medietatem socii majoris, num. 54.
Minor contrahendo matrimonium, ejus bona cum sua uxore, & filiis non communicantur sine Judicis decreto; num. 57.
Minor si in societate valide contracta laeditur, restituitur, num. 58., *etiam contra alium minorem*, num. 59.; *& si intercesserit juramentum, laesio deberet esse enormis*, num. 60., *quae restitutio intra quadriennium numerandum a die majoris aetatis peti potest*, num. 61.
Minor si aetatis veniam impetravit, & in societate fuerit laesus, non restituitur, n. 62.. *Declaratur*, num. 63.
Restitutio concessa adversus societatem intelligitur quoad pacta societatis nulliter interposita, num. 64.
Minor curatorem habens, cum illius auctoritate societatem inire debet, num. 65., *alias nulla erit societas*, num. 66.
Minor major factus si per quinquennium tacuit, de nullitate amplius dicere nequit, num. 67.
Societas valet, si testator jussit, ut cum suo filio minore continuetur, num. 68.

1 SOcietatem a *facio*, *socias* derivare notat *Duardus de societate lib. 1. cap. 1. q. 2. num. 1.*, pariterque ex hoc contractu nomen *fortis* derivatum fuisse, quia singuli socii suas partes communicando, fortis, & fortunae se exponunt; meritoque tales partes appellari sortes; ipsam societatem, sortem; & socios, consortes.

2 Varii fuerunt in definienda societate Doctores, quos cumulat *Duardus q. 3. num. 1.* Hanc vero optimam putat, *ut sit conventio honesta duorum, pluriumve ad conferendum aliquid in usum, lucrum, vel quaestum communem contracta*.

3 Et haec societas vere, & proprie contractus est, quoniam socii invicem in societate obligantur; unus scilicet ad pecuniam conferendam, alter vero ad operam, aut industriam, aut etiam ad pecuniam: Hinc quia contractus dicitur obligatio ultrocitroque obligatoria, *l. Labeo 2. §. contractum ff. de V. S.*, & in societate ad invicem socii obligantur, merito societas vere, & proprie contractus est, *Duardus num. 3.*; *Tuschi lit. S. concl. 279. num. 6.*, & ultrocitroque obligatorius, *Tuschi num. 9.*, *Duardus lib. 1. cap. 3. q. 1. num. 5.*, *Michalorius de fratrib. p. 2. cap. 15. num. 1.*

4 Hinc sequitur, quod per infantem talis societas iniri nequit. Etenim cum infantes obli-

obligari nequeant, ut diximus *cap. 11. n. 12.*,
merito societatem, ex qua oritur obligatio,
contrahere non possunt; *Duardas loc. cit.*,
5 *Michalor. num. 2.*, etiamsi tutoris auctoritas
intervenerit, & adhuc si in ipsius infantis
commodum, & utilitatem societatis contra-
ctus erit; etenim præcipua ratio est, quod
in persona infantis substantiari nequit con-
tractus, quoniam in eo consentiendi facul-
tas non adest; cui defectui suppleri nequit
per commodum, aut utilitatem infanti ex
tali contractu pervenientem. Et eadem ra-
tione, qua contractus infantis corruit, dum
damnum sentit, pariter & ubi commodum
percipit; quia in utroque casu defectus con-
sensus inspici debet, *§. pupillus, ver. sed quod
diximus, instit. de inutilib. stipulat. Baronius
eff. 12. circa contract. n. 13., & seqq., Bersa-
nus de pupillis cap. 2. q. 20. n. 1., & seqq.*
6 Quapropter societas contracta cum patre
infantis nequit censeri cum ipso infante re-
novata post mortem patris, ex eo quod
pervenit ad casum, a quo incipere non pot-
erat, *Bersanus n. 4.*, *Felicianus de societate
cap. 41. n. 14.*, *Surdus cons. 9. n. 37.*
7 Neque tacite potest dici contracta inter
fratres societas mortuo patre, si inter eos
aliquis infans reperiatur, ut volunt *Mantica
de tacit. lib. 6. tit. 23. n. 4.*; *Mascardus de
probat. concl. 51. n. 12.*, *Menochius de præsump.
lib. 3. præs. 56. n. 6.*, *Gratianus cap. 357. n. 16.*,
Felicianus de societ. cap. 3. n. 12., *Michalorius*
8 *p. 2. cap. 15 n. 6.*. Et ideo adversus socium super-
stitem non competit ipsis infantibus actio pro
socio ad dividenda lucra per eum acquisita
post mortem patris prædefuncti, sed tan-
tum conveniri queit ad restitutionem capi-
9 talis, & interesse, *Bersanus n. 6.*. Licet tra-
ctaretur de societate utili, & profutura
ipsi infanti, quoniam contractus deficit in
10 substantia, *Bersanus n. 2.* Nec valet dice-
re, quod penes socium superstitem reman-
sit portio capitalis ipsi infanti a prædefun-
cto patre perventi, cum qua prosecutus
fuerit, negotiationem, quoniam cum non
concurrat ex parte infantis extremum habile,
quod in consensu consistit, cetera requisita,
quæ ad tacite ineundam, vel renovandam
societatem deserviunt, nihil prosunt, *Feli-
cianus n. 29.*, *Michalorius p. 2. cap. 42. n. 19.*,
Bersanus n. 3, & 4.
11 Solus itaque tutor pro infante societatem
inire debet, *Duardus de societ. lib. 1. cap. 3.
q. 1. num. 5.*
12 Pupillus vero supra infantiam, & etiam
pubertati proximus neque societatem con-
trahere potest, *Duardus de societate lib. 1.
cap. 3. q. 1. n. 5.*, *Tuschi lit. S. concl. 279. n. 12.,
& concl. 281. n. 2.*, *Mascardus de probat. concl.
31. n. 11.*, *Menochius de præsumpt. lib. 3. præs.
56. n. 6.*, *Michalorius de fratrib. p. 2. cap. 15.
n. 8., & 13.*, *Parisius cons. 84. n. 8., & 53. lib.
1.*, *Romanus cons. 412. n. 14.*, etiam ejus pa-
13 tre tutore; quia impubes in potestate pa-
tris existens, ac ipso auctore, necminus
obligatur, *Duardas n. 8.*. Et quamquam tu-
tore auctore obligetur, ut dicemus *n. 19.*.
14 Nihilominus tamen ea est disparitatis ratio,
quod si pater male auctorizatur, ipsum non
habet impubes obligatum; quod secus erit
15 in tutore, qui de mala auctorizatione, ac
tutelæ administratione omnino tenetur, ple-
ne *Duardus n. 9., & seqq.*
16 Et sicuti non tenet societas cum pupillo
expresse contracta, ita neque ex præsump-
tionibus induci potest tacita societas, cum
taciti, & expressi eadem sit virtus. Tum
quia in dubio non erit societas cum pupillo
præsumenda, *Bartol. in l. Titium 48. §. altero
n. 5. ff. de adm. tut.*, *Duardus de societ. lib. 1.
cap. 3. q. 1. n. 24.*; *Menochius n. 6.*, aliique
17 apud *Bersanum de pupillis cap. 2. q. 20. n. 8.*
Immo neque dici potest tacite renovata
cum pupillo societas ab ejus patre inchoa-
ta; nam sicuti tutoris auctoritas in societa-
tis exordio requiritur, ita pariter in ejusdem
renovatione necessaria erit, *Mantica de ta-
cit. lib. 6. tit. 26. n. 25. ver. cum pupillis*, *Ber-
sanus num. 9.*
18 Et si defuncto patre filii simul habitant,
bona invicem communicando, inter quos
aliquis adhuc pupillus reperitur, nequit dici
contracta societas, nisi tutoris consensus
accesserit, ut notat *Baldus in l. Cum opor-
tet n. 9. Cod. de bon., quæ liber.*, quem lau-
dat *Bersanus cap. 2. q. 21. n. 11.*. Sicque tu-
toris consensus necessarius est pro validanda
19 pupilli societate, *Gratianus cap. 360. n. 3.*,
Michalorius de fratrib. p. 2. cap. 15. n. 28.,
Duardus de societate lib. 1. cap. 3. q. 1. n. 28.,
Mascardus de probat. concl. 31. n. 6., *Bersa-
nus cap. 2. q. 20. n. 5.*, *Menochius n. 12.*.
20 Verum non erit necesse, ut sit expressus,
sed foret sufficiens, ut ex conjecturis elici
queat tacita societas ex actibus gestis cum
auctoritate sui tutoris, *Duardas n. 29.*, *Mi-
chalorius n. 28.*, *Mascardus loc. cit.*. Hinc
mortuo patre, si pupillus heres tutorem ha-
21 bens communicaret cum ceteris fratribus
bona in eadem societate, sicuti defunctus
steterit, tunc inter talem pupillum, fratres-
que suos propter tacitum tutoris consensum
censetur tacite contracta societas, late *Me-
nochius n. 12., & seqq.*, *Duardus n. 29.*.
Felicianus de societate cap. 3. n. 35.
22 Et quamquam tutor suam auctoritatem
pro pupillo verbis interponere debeat per
Tex. Ulp. in *l. 1. ff. de auctor. tut.*. Nihilo-
minus cum Baldo respondet *Menochius n. 13.*,
hoc habere locum in illis actibus, qui verbis
expediuntur, nam in ipsis tutoris auctoritas
adhuc verbis erit interponenda. In iis vero
23 actibus, qui factis explicantur, tacita tutoris
auctoritas erit etiam sufficiens, ut tradunt
Gratianus cap. 360. n. 4, & seqq., *Michalorius
p. 2. cap. 15. n. 31.*, *Romanus cons. 413. n. 14.*

Ci-

24 Citra vero tutoris auctoritatem five ex-
preffam, five tacitam nulla poteft focietas
contrahi inter fratres majores, & pupillos,
*Duardus n. 30., Menochius n. 6., Mafcardus
concl. 1309. n. 4.* Etiamfi pater pupilli in
25 teftamento mandaverit, ut fratres omnes,
etiam pupilli communi nomine vivant; et-
enim cum pupillus confenfu careat, iccirco
obligationis incapax habetur. Et licet he-
res hereditatem adeundo ad omnia, quæ
in teftamento continentur, obligatus cen-
featur, ficque pupillus tamquam heres pro
executione præcepti teftatoris cum fratri-
bus communicare bona adftrictus fit: nihi-
lominus tamen hoc verum eft, & procedit,
quoties jura in cafu, de quo agitur, non
refiftant. Hinc refiftit jus, ut pupillus fine
fui tutoris auctoritate obligetur. Nec tanta
teftatoris auctoritas effe poteft, ut confen-
fum valide pupillo inducat, ut plene tra-
dunt *Felicianus n. 31., & feqq., Duardus
lib. 1. cap. 3. q. 1. n. 30.*

26 Contrarium tamen verius eft, poffe nem-
pe focietatem confiftere, patre ut fupra
mandante, prout magis communiter docent
*Michalorius p. 2. cap. 15. num. 39., & feqq.,
Menochius de præfumpt. lib. 3. præf. 56. n. 15.,
& de arbitr. judic. lib. 2. caf. 171. num. 67.,
Tufchi lit. S. concl. 281. num. 8., Cacheranus
dec. 150. num. 3.*, aliique apud *Berfanum de
pupillis cap. 2. q. 20. num. 10., & q. 21. n. 14.*

27 Concedit benevero ipfe *Felicianus cap. 4.
num. 46., & feqq.*, quem refert *Michalorius
num. 47., & 48.*, quod fi unus ex fratribus
fuerit relictus tutor, tunc patre mandante,
poterit talis frater tutor cum fratre pupillo
focietatem inire, cum poffit teftator difpo-
nere, ut in caufa propria auctoritatem tu-
tor præftet.

28 Ceterum nequit focietas inter pupillum,
& tutorem confiftere, etiamfi ifte fuerit fra-
ter, aut patruus; quoniam effet factum pro-
prium auctorizare contra difpofitum in *l. 1.
ff. de auctor. tut., Mozzius de contract. tit. de
focietate rubr. de perfonis num. 8., Mantica
de tacitis lib. 6. tit. 3. num. 11., Michalorius*
29 *num. 35., & 36., Duardus num. 40., & 41.*,
nifi fuerit palam, & bona fide focietas con-
tracta inter tutorem, & pupillum, quia tunc
valeret, *Duardus num. 42.* Prout & vale-
30 ret adhuc, fi alius tutor adeffet, qui info-
lidum adminiftrandi facultatem haberet, tunc
cum uno ex tutoribus valide focietatem
contraheret pupillus, altero tutore auctori-
zante, *Duardus num. 43., Michalorius n. 37.*,
31 nifi unus tutor fine altero contrahere, &
adminiftrare non poffet, nam tunc quia unus
tutor folummodo adjudicatur, merito unus
alteri auctorizare nequit, *Duardus loc. cit.,
Michalorius num. 38.*

32 Teneret necnon focietas, fi per pupillum
majorem factum fuerit eadem ratificata, ut
communiter tradunt, *Gratianus cap. 547. n.
4., & feqq., Parifius conf. 84. num. 50. lib. 1.,
Menochius de præfumpt. lib. 3. præf. 56. n. 17.,
Berfanus de pupillis cap. 2. q. 20. num. 17.,
Michalorius num. 51.* Et licet *Alciatus de*
33 *præfumpt. reg. 1. præf. 23. num. 3.* contrarium
velit, quia ita diceretur focietas leonina,
ex eo quod pupillus lucrofam ratificaret,
damnofam vero improbaret focietatem, fic-
que femper foret in tuto contra naturam
focietatis. Nihilominus ipfum reprobat *Mi-
chalorius num. 53.*, cum hoc in pupillorum
favorem fit introductum, & contrahentibus
imputandum, qui cum pupillis illegitime
contraxerunt, & probat *Gratianus num 7.*
Quicquid dicat *Berfan., Alciatum fequens n. 18.*

34 Verum notandum hic eft, quod tunc va-
lida erit focietas inita a pupillo cum tuto-
ris auctoritate, quando de rebus ageretur,
quæ fervando fervari non poffunt, ut fru-
ctus, aliaque, quæ in dies confumuntur, ut
tradunt *Alex. conf. 49. n. 4. lib. 1., Menochius lib. 3.
præf. 56. n. 18.* Non autem fi focietas erit
35 de immobilibus, aut de iis, quæ inter im-
mobilia connumerantur, pariterque fuper
rebus, quæ fervando fervari poffunt: quo-
niam tunc ultra tutoris auctoritatem Judicis
decretum erit adhuc neceffarium, ficuti in
prædictorum bonorum alienatione, ut tradunt
*Rolandus conf. 54. lib 2., Felicianus de focietate
cap. 4. n. 21.*, aliique apud *Duardum de focietate
lib. 1. cap. 3. q. 1. n. 36.*, ea enim eft peculiaris ratio,
36 quia in focietate dominium transfertur, *l. 1.
in fine ff. pro focio.*

37 Quæftio non levis eft, fi focietas cum
pupillo contracta erit nulla, an talis cenfen-
da erit, tam fi fuerit in damnum ipfius pu-
pilli, quam in utilitatem, & commodum
ejufdem; aut faltem hoc fecundo cafu fub-
fiftere debeat, quemadmodum ceteri con-
tractus pupillo favorabiles? Sunt qui exifti-
mant, & quidem non pauci, focietatem
non valere, etiamfi utilitatem, & commo-
dum pupilli eadem refpiceret, ut *Baldus
in l. Cum oportet num. 9. Cod. de bon. quæ li-
ber., Jafon. in l. 1. fub num. 6. ver. amplia Cod.
qui teftam. fac. pof., Alex. conf. 49. fub n. 1,
lib. 1., Parifius conf. 86. fub num. 2. lib. 1.,
Menochius conf. 121. num. 35. lib. 2., & de
præfumpt. lib. 3. præf. 56. num. 11., Gratianus
cap. 360. num. 2., Tufchi lit. S. concl. 281. n. 7.,
Felicianus de focietate cap. 3. fub num. 16.,
Michalorius de fratrib. p. 2. cap. 15. num. 26.,
Baronius de effectib. minor. ætat. circa contract.
eff. 12. num. 24., Berfanus de pupill. cap. 2.
q. 21. num. 15., & feqq.*, ea ex ratione, quia
alias focietas foret ufuraria, & leonina. Pa-
38 riterque jura, quæ pupillis concedunt poffe
contractum in ipforum beneficium claudi-
care, nequaquam de contractu focietatis lo-
qui videntur, ficque non erit facienda ex-
tenfio ad contractus fpeciem, de qua jura
non loquuntur, fecundum regulam, quod
fub generali difpofitione comprehenfæ tan-

39 tum intelliguntur ſpecies in ea enumeratæ.
Eo magis, quia inter ſocietatem, & ceteros contractus verſatur diſcrimen, nempe
in ſocietate habetur utriuſque ſocii obligatio, & unica utrique parti competit actio,
ſcilicet actio *directa pro ſocio*. In ceteris
vero contractibus diverſa eſt cujuſcumque
40 contrahentis obligatio, nam venditor obligatur ad rem tradendam, & emptor ad
pretii ſolutionem, iccirco dantur diverſæ
actiones, ſcilicet *diverſa, & contraria*.

41 Verum *Romanus conſ.* 453. expreſſe contrarium defendit, nempe ſubſiſtere ſocietatem cum pupillo nulliter celebratam, quatenus ejus utilitatem reſpiciat, ſecus vero
ſi illius damnum; taliter quod ſolummodo
cum pupillo contrahens obligatus remaneat,
per id quod habetur in §. *ſed quod diximus, Inſtit. de inutil. ſtipulat.*, in illis verbis: *Sed
in proximis infantiæ propter utilitatem eorum benignior juris interpretatio facta eſt,
ut idem juris habeant, quod pubertati proximi*; & *Gloſa* ſubdit, *ut alias ſibi obligent;
aliis vero non obligentur*.

42 Hanc quæſtionem late, & recte exponit
Duardus de ſocietate lib. 1. cap. 3. q. 1. n. 13.,
ubi bene perpenſis utriuſque opinionis rationibus, & auctoritatibus denique firmavit,
primam opinionem communiorem eſſe; poſteriorem vero de jure veriorem. Etenim
jura pro hac poſteriori opinione loquuntur
generaliter de omni contractu a pupillo celebrato, ut ad ipſius utilitatem valeat, non
autem ad damnum; atque diſponunt, alios
ſibi obligare, non aliis ſe obligare. Et cum
43 de contractibus non diſtinguant, nec nos
diſtinguere debemus, *l. 1. §. generaliter ff. de
legat. præſt.*, *l. Quæ de pretio ff. de public.
in rem act.*, *Duardus num. 14.*

44 Nec, quia in contractu ſocietatis ſervanda
eſt æqualitas, ſequitur, ut ſi contractus ſocietatis ſit validus reſpectu pupilli, validus
quoque eſſe debeat reſpectu ſocii, & econverſo; quoniam non ſolum in contractu
ſocietatis, ſed etiam in ceteris aliis contractibus ſervanda eſt æqualitas, ut tradit
Tuſchi lit. C. concl. 287. n. 3.. Et tamen multis in caſibus validus eſt contractus reſpectu
unius ex contrahentibus, invalidus vero reſ-
45 pectu alterius. Hinc eſt, quod contractus
bonæ fidei dolo initus eſt validus reſpectu
46 dolum poſſi, & invalidus contra doloſum,
Tuſchi n. 10., *& 18.*. Pariterque contractus
initus cum Eccleſia non adhibitis ſolemnitatibus validus eſt ad ejus favorem, invalidus reſpectu alterius contrahentis, *Tuſchi n.
27.*. Et tandem, ceteris omiſſis, ſi in con-
47 tractu emptionis, & venditionis circumventus eſt pupillus, contractus dicitur claudicare; itaut ad ſui damnum poterit contractum
revocare, & ſi fuerit ad utilitatem, confirmare; ſicque ſemper ſecum contrahentem
habebit ſolummodo obligatum, ut late di-
48 ximus *cap. 3.*. Et hæc claudicatio datur in
his contractibus ex indulgentia Principis,
§. *pupillus*, *Inſtit. de inutil. ſtipulat.*, & tra-
49 dit *Tuſchi n. 2.*. Nec uſuraria talis ſocietas dici debet, quoniam pupillus lucrum
conſequitur ex juſto titulo, nempe ex Principis indulgentia; quod multum rationabiliter procedit, ne impuberes in contrahendo
de facili decipiantur.

50 Recte igitur firmavit *Romanus dict. conſ.*
453., quem ſequutus fuit *Duardus loc. cit.*,
ubi illius ſententiam de jure veriorem teſtatur. Et quamquam prima contraria opinio a quampluriinis tamquam communior
habita fuit. Nihilominus ego juris, & rationis magis amicus abſolute *Romanum* ſequor. Etenim ſi ejus opinio, ut ipſemet
Duardus teſtatur, de jure verior eſt, ſequitur, quod contrarium tenentes contra jus
loqui videntur. Nec me movet in contrarium ſcribentium ſequela, qui veluti oves,
aut aves majorem arripientium numerum
ſunt aſſequuti; nam ſicuti *Romani* ſententia de jure verior eſt, idem jus exigit, ut
ea tam in judicando, quam in conſulendo
aſſequi debeat.

51 Quoad id vero, quod ad minorem attinet, dicimus quod ſi minor curatorem non
habet, ſocietatem inire quidem poteſt, quoniam tunc ex omni contractu firmiter obligatur, ut in ſpecie tradunt *Gomeſius var. 2.
cap. 14. num. 1. in fine*, *Michalorius de fratrib.
p. 2. cap. 15. num. 21.*, *Duardus de ſociet. lib.
1. cap. 3. q. 2. num. 3.*, *Berſanus de pupillis
cap. 2. q. 20. num. 23.*. Et non ſolum expreſ-
52 ſe, ſed adhuc tacite ſocietatem inire poteſt; cum taciti, & expreſſi eadem ſit
53 virtus, *Duardus num. 5.*. Etiam cum altero
minore; hac tamen differentia, quod dum
contrahit cum majore, ipſius minoris opera minus exiſtimatur, ut tradunt *Felicianus*
54 *de ſociet. cap. 5. ſub num. 2.*, *Duardus n. 6.*.
Hinc eſt, quod pupillus uſque ad pubertatem laborat pro expenſis; ultra vero pro
medietate partis alterius ſocii majoris, ut
dixi in *cap. 14. a n. 19. ad 22.*

55 Intelligas tamen prædictam concluſionem
procedere in rebus mobilibus, quæ ſervando ſervari non poſſunt. Nam ſi de rebus
immobilibus ageretur, vel de iis, quæ inter
immobilia connumerantur, nequit minor
56 ſocietatem inire, niſi cum Judicis decreto,
ceteriſque ſolemnitatibus, *Duardus num. 8.*,
Michalorius num. 22.

57 Et ſi matrimonium minor contraxit, ejus
bona cum ſua uxore, & filiis non communicari, Judicis decreto deficiente, firmat
*Baranius de effect. minor. ætat. circa contract.
eff. 12. num. 54.*

58 Et in caſibus, in quibus minor valide ſocietatem contrahit ſine curatore, & Judicis
decreto, ſi in ea fuit læſus, reſtituitur per
ſententiam Ulpiani in *l. Ait prætor 5. ff. de*
mi-

minor., *Duardus num.* 19., *Oddus de restit.*
59 *in integr. quæst.* 56. *art.* 4. *num.* 26. Etiam
adversus alterum minorem; cum inter duos
privilegiatos potior sit conditio ejus, qui
in contractu simul inito fuerit læsus, *Duar-*
60 *dus num.* 20., *Cincius de censibus p.* 1. *cap.* 2.
art. 2. *num.* 8. Pariterque si fuerit juramento firmata, dummodo læsio fuerit enormis, *Oddus num.* 27.

61 Quam restitutionem petere adhuc potest in majori ætate, intra tamen quadriennium numerandum a die, quo fuit major effectus; sicque in nostro Regno Neapolitano erit ab anno decimoctavo completo numerandum; *Felicianus num.* 18., *Duardus lib.* 1. *cap.* 3. *q.* 2. *num.* 22.

62 Verum si ætatis veniam minor impetravit, & fuerit inde læsus in societate contracta super bonis non exigentibus in eorum alienatione Judicis decretum, ceterasque solemnitates, restitutionem quidem non habebit; ne qui cum tali minore contrahit, Imperiali auctoritate circumscriptus videa-
63 tur, *Duardus num.* 24., si vero talis minor societatem sine decreto contraxit in casu, quo decretum erit necessarium, & tunc quia societas erit invalida, non indigebit minor in integrum restitutione, quæ jam contractus validitatem præsupponit. Dum autem cum decreto contraxit, & fuerit læsus, erit restituendus, *Duardus loc. cit.*

64 Sciendum tamen est, quod dum minori læso in contractu societatis conceditur in integrum restitutio, non intelligitur quoad ipsam societatem rescindendam, cum eadem de sui natura dividi possit, & durat quousque ipsis sociis placebit, & non ultra. Intelligi benevero debet, quoad pacta societatis a minore perperam interposita, quorum vigore ipse in lucris dividendis, vel in damnis reparandis læsus sit. Et sic conceditur restitutio, non ad hoc, ut societas contracta non sit, sed ut bona fide singula bona, & lucra dividantur, & ad æqualitatem, rationabilemque participationem tam lucri, quam damni redigantur pacta cum sociis conventa, late *Felicianus de societate cap.* 5. *n.* 39. *cum seqq.*, *Oddus de restitut. q.* 56. *art.* 4. *num.* 29., *Duardus num.* 28.

65 Dum autem minor curatorem habebit, cum ejus auctoritate societas iniri debet, alias erit nulla, *l. Si curatorem habens Cod. de in integr. restit.*, *Duardus num.* 29., *Michalorius de fraudib. p.* 2. *cap.* 15. *num.* 28., *Menochius de præsumpt. lib.* 3. *præs.* 56. *num.* 9., *Baronius effect.* 12. *circa contract. num.* 28.,
66 *&* 48., *Bersanus de pupillis cap.* 2. *q.* 20. *num.* 22.: Et si in tali societate nulliter contracta fuerit ipse minor læsus, non indigebit restitutionis beneficio, quod erit extraordinarium, sed ordinarium nullitatis remedium intentandum erit, *Duardus num.* 31.

67 Et si major effectus ratum habuit, aut per quinquennium tacuit, de nullitate amplius dicere nequit, *Duardus num.* 36., *&* 42., *Baronius num.* 52., *&* 53.

68 Et quamquam minor neque valide sine debitis solemnitatibus societatem a patre prius contractam continuare possit, ut late exponit *Baronius num.* 33., *& seqq.*, etiamsi non vixerit talis pater pro tempore, quo duratura erat societas, *Baronius num.* 36. Attamen valeret, si testator jusserit esse societatem cum minore continuandam, *Baronius num.* 50.

C A P. XVIII.

De divisione.

SUMMARIUM.

NEmo in communione manere cogi potest, num. 1.

Si de communione non constat, divisio fieri nequit, num. 2.

Si res commode dividi nequit, ad æstimationem deveniri debet, num. 3.

Quod commune est, meum est, num. 4., *&* 5.

Divisio est alienationis species, num. 6., *ut plurimum, appellatur emptio, & venditio, n.* 7.

In divisione venit evictio, licet non dicatur, n. 8.

Statutum disponens super alienatione habet etiam locum in divisione, num. 9.

Emphyteuta rem communem dividendo a jure suo cadit, num. 10.

Pupillus, aut minor divisionem provocare nequit, num. 11., *&* 12., *neciminus inter fratres, num.* 13. *Et nec si divisio fuerit ipsi minori utilis, num.* 14. *Limitatur, num.* 15., *& seqq.*

Dividendi modus, num. 26., *& seqq.*

Ubi adest aliqua dividendi consuetudo observari debet, num. 37. 39., *&* 40., *adversus quem non restituitur minor, num.* 38.

Socius in dividenda re communi an teneatur accipere æstimationem suæ partis, si res commode dividi nequeat? num. 41.

Affertur praxis, num. 42., *& seqq.*

1 COmmunionem discordiam parere, nemo est, cui lateat. Iccirco inventa fuit divisio, cum nemo in communione cogendus sit manere, per Rescriptum Impp. Dioclet., & Maxim. in *l. fin. Cod. com. divid.*, *Riccius collect.* 101. Et nisi de com-

2 munione constet, divisio fieri nequit; *Tu-*
schi lit. D. concl. 521. *num.* 1.
3 Commoditas vero in ea perficienda spectan-
da est; itaut si res commode dividi nequeat, ad
æstimationem deveniri debere ait *Pompo-*
nius in l. Non amplius 26. §. *cum bonorum*
ff. de leg. 1., *Michalorius de fratrib. p.* 3.
cap. 38. *num.* 21., *Baronius de effect. minor.*
ætat. circa contract. eff. 18. *num.* 49.
4 Et dum cum aliquo rem communem ha-
beo, dicitur mea; nam quod commune est,
meum est, ut sentire videtur *Paulus in l.*
5 *In re communi* 15 *ff. de servit. urban. præd.* Et
dicitur totum esse meum indivisum, & pro
indiviso, cum jus meum sit in toto, & in
qualibet parte. Dum autem dividitur, fit
mea pro ea parte tantum; mei vero esse
desinit, quoties socio adjudicatur, aut econ-
tra; & ob id videtur alienari, ut declarat
Ruinus conf. 105. *num.* 9. *lib.* 2., quem laudat
Simoncellus de decret. lib. 2. *tit.* 4. *num.* 1.
6 Hinc inductum est, divisionem alienatio-
nis speciem esse, quemadmodum unanimi-
ter fatentur Doctores, ut tradunt *Simon-*
cellus num. 3., *Baronius num.* 11., *Narbona*
de ætate ann. 25. *q.* 51. *num.* 3., *Menochius de*
arbitr. cent. 2. *caf.* 171. *num.* 35., *Tuschi lit. M.*
concl. 249. *num.* 57., *Sabellius* §. *minor n.* 30.,
Altimari de nullit. contr. tom. 6. *rubr.* 2. *q.* 1.
sect. 1. *num.* 411., *Bersanus de pupillis cap.*
2. *q.* 4. *num.* 8., aliique communiter.
7 Immo divisionem, ut plurimum, appellari
emptionem, & venditionem tradit *Meno-*
chius num. 35.. *Tiraquellius de retract. lignag.*
8 § 1. *Glof.* 14 *num.* 77.. Idcirco venit in ea
evictio, quamquam non dicatur, *Baronius*
9 *num.* 12.. Et statutum disponens solvi ga-
bellam de alienatione vindicat sibi locum
adhuc in divisione, *Simoncellus num.* 4.,
Baronius num. 13., *Narbona num.* 3.
10 Et emphyteuta rem cum alio communem
dividendo, quia alienare videtur, a jure suo
cadit, *Narbona loc. cit.*, *Simoncellus n.* 5.,
Baronius de effect. minor. ætat. circa judicia-
lia eff. 33. *num.* 12.
11 Ex prædictis igitur sequitur, quod pupil-
lus, aut minor bona sua immobilia cum
socio communia sine tutoris, vel curatoris
auctoritate, & Judicis decreto petere nequit,
ut dividantur, *Virgilius de legitim. person.*
cap. 1. *num.* 47., *Simoncellus num.* 2., *Narbo-*
na num. 2., *Altimari loc. cit.*, *Tuschi lit. D.*
concl. 521. *num.* 21., *Michalorius de fratrib.*
p. 3. *cap.* 38. *num.* 1., *Baronius effect.* 18. *circa*
contract. num. 1., *Jovius de solemnit. in con-*
tract. minor. Glof. 16. §. 6. *num.* 24.. Etenim
12 nullus pupillus, aut minor consocium ad-
huc pupillum, & minorem ad divisionem
provocare potest, sed ambo provocationem
a majore expectare debent. Et sic pupillus,
aut minor provocare nequit, benevero pro-
vocari potest ad dividendum, ut tradit *Ul-*
pianus in l. Si pupillorum 7. *ff. de reb. cor.*,
& statuerunt Impp. Dioclet., & Maxim. in
13 *l. Inter omnes* 17. *Cod. de præd. minor.*, *Ber-*
sanus num. 8.: tam si ageretur inter fratres,
quam inter extraneos, ut tradunt *Decius*
conf. 349. *num.* 2., *Michalorius loc. cit.*, *Me-*
14 *nochius de arbitrar. cent.* 2. *caf.* 171. *num.* 34.,
etiamsi divisio esset minori utilis; cum sola
utilitatis causa non erit sufficiens, *Simoncel-*
lus num. 20., *Baronius effect.* 33. *circa judi-*
cialia num. 18.
15 Limitatur tamen primo, si socius fuerit
rixosus, qui bona communia dilapidaret.
Tunc enim poterit pupillus, aut minor sine
Judicis decreto: sed tamen cum tutoris, vel
curatoris auctoritate socium ad divisionem
provocare, *Simoncellus num.* 6., *Michalorius*
num. 2., *Narbona num.* 6., *Menochius n.* 36.,
Baronius num. 18., *Bersanus num.* 9., *Altimari*
de nullit. contr. rubr. 1. *p.* 1. *q.* 29. *num.* 30.. Si
16 vero cum prohibitione legis concurrat quo-
que testatoris prohibitio, & tunc quamquam
multi multa dixerunt, ut videndus *Simon-*
cellus num. 9., *& seqq.*. Nihilominus ipse
singulariter optimis argumentis adfirmavit,
posse adhuc pupillum, aut minorem ad di-
visionem provocare, sed cum Judicis decre-
tu, ut testatoris prohibitio aliquid operetur.
17 Limitatur secundo in divisione possessio-
nis gratia administrationis, & culturæ; pa-
riterque in divisione fructuum, cum poterit
tunc pupillus, aut minor ad divisionem pro-
vocare, *Simoncellus num.* 13., *Baronius n.* 24.,
Michalorius num. 3., *Tuschi num.* 19., *Sa-*
bellius §. *minor num.* 30, *Jovius num.* 24. *ver.*
primus, *Altimari de nullit. contr. tom.* 6. *rubr.*
2. *q.* 1. *sect.* 1. *num.* 411. *ver. sed potest.*
18 Limitatur tertio in divisione mobilium,
quæ servando servari non possunt, *Tuschi*
lit. D. concl. 542. *n.* 18., *Altimari ver. sed licet.*
19 Limitatur quarto, si res communis esset
minori damnosa, *Michalorius de fratrib.*
p. 3. *cap.* 38. *n.* 6., aliique apud *Baronium n.* 20.
20 Limitatur quinto secundum *Bald. de præ-*
script. p. 3. *n.* 40., quem refert *Simoncellus*
de decretis lib. 2. *tit.* 4. *n.* 21., quoties minor
jurasset. De veritate tamen contractus per
minorem jurati vide *cap.* 25.
21 Limitatur sexto, si minor ætate major
expresse, vel tacite ratum habuit, *Simoncel-*
lus num. 22.
22 Limitatur septimo, quoties major mino-
rem ad divisionem provocaret, nam tunc
Judicis decretum necessarium non erit, cum
divisio dicatur necessaria, ut communiter
tradunt *Simoncellus num.* 23, *&* 28., *Baro-*
nius num. 21., *Michalorius n.* 9., *Sabellius*
loc. cit., *Altimari n.* 310., *Romanus conf.* 105.
n. 4., *Tuschi lit. D. concl.* 542. *n.* 19., *& lit. M.*
concl. 249. *n.* 60., *Jovius Glof.* 16. § 6. *n.* 24.
ver. secundus, aliique; atque expresse statu-
tum fuit per Impp. Dioclet., & Maxim. in
l. Inter omnes 17. *Cod. de præd. minor.*, se-
quentibus verbis; *Inter omnes minores nec*
com-

commune prædium sine decreto Præsidis sen-
tentia Senatusconsulti distrahi patitur, nam
ad divisionis causam, provocante tantum ma-
jore socio, ejus alienationem etiam sine decre-
to fieri jampridem obtinuit. Et eam esse
23 rationem tradit *Simoncellus loc. cit.*, nam
quando minor a majore provocatur, solum-
modo res, quæ communis habetur dividen-
da erit, & non alia. Eapropter non dici-
tur necessarium Judicis decretum ad eligen-
dam rem, quæ foret dividenda, quemad-
modum requiritur in alienatione, ubi Judex
animadvertere debet, quæ res erit distra-
henda, & ut res minus damnosa alienetur.
24 Sed quid dicendum in casu, quo major
jam provocavit, an ceteri minores conso-
cii possint inter ipsos adhuc dividere? Af-
firmant communiter *Glos. in l. Inter pupillos*
ff. de auctor. tutor., *Romanus cons.* 106. *n.* 4.,
aliique relati per *Simoncellum de decretis*
lib. 2. *tit.* 4. *n.* 29. Verum in *num.* 30. licet
opinionem istam communem dicat, itaut
nullum adesse contradictorem viderit, adhuc
sustinere singulariter voluit, nequaquam posse
prædictos minores inter ipsos dividere, sed
solummodo cum majore a quo provocantur
per rationes, quas apud eumdem videas.
25 Limitatur octavo, ut valeat divisio rei li-
tigiosæ sine solemnitatibus facta, quemad-
modum per suum Senatum fuisse judicatum
testatur *Arias de Mesa var. resol. lib.* 3. *cap.*
28. *n.* 5., quem laudat *Baronius effect.* 18.
circa contract. num. 26.
26 Dividendi modum remanet pro comple-
mento expostulare. Et primo refertur quod
vulgo dici assolet, ut major ex sociis divi-
dat, minor vero eligat, exemplo Abraham,
& Loth ex Genesi *cap.* 14.; ubi legitur
Abraham tamquam majorem fecisse partes,
& Loth ejus nepotem tamquam minorem
elegisse. Et hunc dividendi modum com-
muniter fuerunt sequuti nostri scribentes,
quos longa serie tradit *Simoncellus de de-*
cretis lib. 2. *tit.* 4. *n.* 34., *Baronius n.* 38.,
Tuschi lit. D. concl. 530. *n.* 2., *Gratianus cap.*
160. *n.* 18., *Michalorius de fratrib. p.* 3. *cap.*
38. *n.* 10., *De Faria ad Covarruvias pract.*
quæst. cap. 40. *n.* 14., aliique apud *Altimarem*
de nullit. contract. tom. 6. *rubr.* 2. *q.* 1. *sect.* 1.
n. 411. *ver. quando est*.
27 Quod & verum adhuc volunt *Calà de re-*
stit. q. 45. *n.* 11., *Valasc. cap.* 4. *n.* 4., quos re-
fert, & sequitur *Altimari ver. idem in fæmina*,
etiamsi fæmina fuerit major, & masculus
minor: nam illa deberet dividere, iste vero
28 eligere. Hinc ex nonnullorum auctoritate
tradit *Michalorius n.* 11., quod si aliter di-
visio facta fuerit, poterit per minorem pe-
ti, ut iterum major dividat.
29 Hic major tamen non intelligitur de ma-
jore natu, benevero de eo, qui diutius bo-
na tractavit, & administravit, ut tradunt
Menochius de arbitr. lib. 2. *cent.* 2. *cas.* 124.
n. 4., *Ricclus coll.* 201.; *Gratianus n.* 16.,
Simoncellus n. 37., *Covarruvias n.* 3., ubi *De*
Faria n. 15., *Michalorius n.* 13., *Capyc. La-*
tro lib. 1. *dec.* 28., ubi *Manfrella n.* 8. *ver. ipsa*
30 *vero veritas*; ea ex ratione, quia verisimile
est, ut qui diutius administravit, meliorem
divisionem perficiat quoad partes; quia de
communibus rebus melior ceteris erit in-
formatus.
31 Tali autem majore vita functo, non spe-
ctatur quis major, vel minor inde sequitur;
nec majoritatis qualitas ad heredes transmit-
titur, ut tradit *Baronius n.* 39., sed tunc
alii erunt modi ad peragendam divisionem;
32 Hinc nonnulli tradunt, sortis judicio eam
committi, ut exponit *Michalorius n.* 14.,
33 sed in *n.* 15. firmat, totum remitti Judicis
arbitrio, qui inspecta facti, personarum, &
rei dividendæ qualitate poterit cogere ma-
jorem ad dividendum; vel sortes eligere;
vel mandare, ut eligantur homines ad divi-
dendum; & hanc opinionem receptiorem
esse testantur *Menochius de arbitrar. lib.* 2.
cent. 2. *cas.* 123. *n.* 1., *Tusch lit. D. concl.* 530. *n.* 3.,
Covarruvias pract. quæst. cap. 40. *num.* 3., ubi
De Faria num. 14. *in fine*, ubi dicit opinio-
nem istam esse frequentiorem, veriorem,
& in praxi tenendam, *Felicianus de socie-*
tate cap. 39. *num.* 26., *Sabellius §. divisio n.* 5.
34 Notandum tamen est, quod in casibus,
in quibus minor eligere debet, intelligen-
dum est respectu partium, quas major effe-
cit. Dum vero fiant partes ab arbitris, vel
Judicis officio, tunc non poterit minor eli-
gere, sed aut per sortem, aut Judex assi-
gnabit, *Gratianus cap.* 160. *num.* 21.
35 Et in casu, quo major diviserit, sed cum
fraude, & captiose, atque minor, cui optio
data fuit, pejorem partem elegit, tunc de-
tecta fraude, non cogitur minor tali divi-
sioni persistere, quia lex dans majori divi-
dendi facultatem, præsumitur voluisse exci-
pere dolum, & captiosam divisionem, ut
recte tradit *Tiraquellius de retract. lignag. §.*
23. *Glos. unica num.* 6. Licet contrarium
velint nonnulli relati per *Altimarem de nul-*
lit. contr. tom. 6. *rubr.* 2. *q.* 2. *sect.* 1. *n.* 411. *in*
36 *fine*. Hinc merito ait *Aldovin. cons.* 53. *n.* 30.,
quem laudat *Baronius effect.* 18 *circa contract.*
num. 40., quod quando divisio non fuit fa-
cta sicuti de jure fieri debebat, nullo modo
dividenti præjudicat.
37 Et quoties alicubi esset aliqua dividendi
consuetudo, erit prorsus observanda, *Ro-*
manus cons. 471. *in fine*, *Boerius dec.* 46. *n.* 3.,
38 aliique apud *Michalorium de fratrib. p.* 3.
cap. 38. *num.* 17. Nec minor, si contra ta-
lem consuetudinem venire velit, erit audien-
dus, *Tiroquellius de retract. lignag. §.* 24. *Gl.*
unica num. 3., ubi etiam refert statutum Se-
narum, quo cautum est, ut major natu fra-
trum dividat hereditatem, & minor eligat.
Et usum hunc esse etiam Saxonum, Bur-
dega-

præfixis devenire ad enunciatam bonorum divisionem, epropter fiat per hanc Curiam. Pro cujus effectu accedant super faciem loci N. N. publici appretiatores Terræ prædictæ, qui recognoscant omnia deducta bona hereditaria, eademque in duas æquales partes dividant, exindeque ad nos referant ad finem &c. hoc suum.

N. Gub., & Jud.

49 Qua recognitione per expertes electos sequuta, atque Judici relatione facta, parte instante eam Judex confirmabit; & partes divisas per sortem assignabit, aut alio, qui magis expediens erit, modo.

C A P. XIX.

De transactione.

SUMMARIUM.

Transactio definitur, num. 1.

Per transactionem remittitur actio, n. 2.

In transactione debet res esse dubia, num. 3., & alias, quam ex partis assertione, constare debet, num. 4.

Transactio super re certa facta nulla est, num. 5., & 6.

Transactio species alienationis est, num. 7.

Alienatione prohibita, adhuc transactio prohibita censetur, num. 8.

Pupilli, & minores sine solemnitatibus transigere nequeunt, n. 9.. Fallit n. 10., & seqq.

Transactio sine solemnitatibus facta nullo est, num. 16.

Si in transactione valide inita intercessit læsio, erit locus restitutioni, num. 17.

In simplici transactione sufficit læsio levis, n. 18., & Judicis arbitrio remittitur, num. 19.

In jurata transactione læsio debet esse enormis, num. 20., & 21.. Immo sufficit intra dimidium, num. 22.

Minor adversus transactionem veniens omnia accepta restituere debet, num. 23.. Declaratur, num. 24., & 25.

Minor restituitur adversus transactionem a se fieri omissam, num. 26., & seqq.

Quæ sint Judicis partes in concedenda transactione, num. 29.

1 Transactio definitur in *l. 1. ff. de transact.*
ut sit *de re dubia, & lite incerta non*
gratuita transactio; *Sobellius §. tran-*
sactio num. 1.. Hinc per transactionem re-
mittit quis actionem competentem propter
2 dubium litis eventum, recepto aliquo, *Tu-*
schi lit. T. concl. 345. num. 2.. Eapropter du-
3 bia res esse debet; aut lis pendens; aut me-
tus futuræ litis, *Tuschi num. 4.*, *Baronius de*
effect. minor. ætat. circa contract. eff. 9. n. 33.,
Romanus conf. 244. num. 2., Et hæc litis pen-
4 dentia, aut timor futuræ litis aliunde con-
stare debet, quam ex partium assertione,
Baronius num. 34., & 35.. Et vere incerta
5 debet esse lis, non palliata, & per calumniam,
quoniam ita erit nulla transactio, *Tuschi n.*
6 13.. Et tunc diceretur per calumniam, si
facta fuerit super re certa, *Tuschi num. 14.*,
Romanus conf. 517. num. 17.

7 Sed quia transactio alienationis species
est, & sub alienationis nomine continetur,
ut tradunt *Baronius num. 4.*, *Tuschi n. 12.*,
Menochius de arbitr. cas. 171. num. 40., *Sa-*
bellius §. minor num. 31., *Simoncellus de de-*
cretis lib. 2. tit. 6. insp. 10. num. 100., *Narbo-*
na de ætate ann. 25. q. 12. num. 4., *Bersanus*
de pupillis cap. 2. q. 27. num. 1., aliique apud
Altimarem de nullit. contract. tom. 6. rubr. 2.
q. 1. sect. 1. num. 424.. Taliter quod prohibita
8 alienatione, adhuc transactio prohibita cen-
setur, *Baronius num. 7.*, *Parisius lib. 3.*
cons. 85. num. 15.. Iccirco pupilli, & mino-
9 res non alias transigere possunt, quam cum
eisdem solemnitatibus, quæ in immobilium
alienationibus sunt necessariæ, nempe cum
tutoris, vel curatoris auctoritate, & Judicis
decreto, late *Montan. de tutel. cap. 33. n. 239.*,
& seqq., *Sabellius §. transactio num. 3. ver.*
idem, *Tuschi lit. M. concl. 249. num. 51.*, *Jo-*
vius de solemnit. in contr. minor. Glos. 22 §.
13. num. 11., *Baronius num. 1.*, *Bersanus num.*
3. ver. ut igitur, & expresse diffinitum fuit
per Impp. Valerian., & Galie. in *l. Non so-*
lum Cod. de præd. minor.

10 Fallit tamen, primo si transactio erit circa
res mobiles, quæ servando servari non pos-
sent; aut circa jura, quæ inter mobilia re-
censentur: nam tunc sufficiens erit sola tu-
toris, aut curatoris auctoritas sine decreto
Judicis, *Narbona de ætate ann. 25. q. 12. n. 4.*
Bersanus num. 7., *Altimari vers. transactio*
facta.

11 Fallit secundo, si de re immobili adhuc
tractaretur, sed tamen pupillus, aut minor
in possessione prædii esset, & per transactio-
nem ageretur, ut in ipsa possessione perma-
nere debeat. Aut etiam quando ipse mi-
nor prædii possessionem ab adversario ac-
quirit, dum ipsemet adversarius in posses-
sione erit, refusa eidem pecunia per eum-
dem minorem. In utraque enim specie re-

cepta

cepta est Doctorum sententia, valere tran-
sactionem cum sola tutoris, vel curatoris
auctoritate, *Baronius num.* 31., *Sabellius n.*
31., *Bersanus num.* 8., *Altimari num.* 424.
ver. transactio, *Simoncellus de decret. lib.* 2.
tit. 6. *num.* 303., *Gratianus cap.* 476. *num.* 6.,
Menochius de arbitr. cas. 171. *num.* 74., *Ca-
pyc. Galeota consult.* 40. *num.* 22. *lib.* 2., *Man-
frella ad Capyc. Latro obs.* 19. *num.* 11.
12 Fallit tertio, si fieret transactio in exe-
cutionem præcepti testatoris; quoniam tunc
non erit necessarium decretum Judicis, *Ba-
ronius num.* 28., *Narbona num.* 7., *Bersanus
num.* 12., *Altimari ver. potest*. Dummodo
13 tamen fuerit ab ipso Testatore præscripta
forma servanda in transactione. Nam si de-
functus simpliciter mandavit fieri transactio-
nem, nulla forma expressa, & tunc ut vi-
deri possit, an subsit aliqua pupilli, vel
minoris utilitas, necesse est Judicis decre-
tum intervenire *Bersanus num.* 13., *Altimari
de nullit. contr. tom.* 6. *rubr.* 2. *q.* 1. *sect.* 1. *n.*
424. *ver. verum dicta*.
14 Fallit quarto, si fieret ordine Principis,
Parisius cons. 24. *n.* 40. *lib.* 4., *Bersanus num.* 20.,
Altimari ver. sic potest.
15 Fallit quinto, si juramentum intercesserit,
prout ex communi testatur *Narbona n.* 7.
ver. deinde, *Baronius num.* 29., *Bersanus n.*
14; quicquid dicat *Jovius de solemn. in
contr. minor. Glos.* 22. §. 13. *num.* 12.. Verum
si tali validæ transactioni juratæ controve-
nerit minor, non erit multandus pœnis
contentis in *l. Si quis major* 41. *Cod. de
transact.*, etiamsi post adimpletam majorem
ætatem deficeret juratæ transactioni in pu-
bertate constitutæ, quia ad incurrendas pæ-
nas prædictas requiritur in transigente ætas
vigintiquinque annorum, ut tradit *Narbona
loc. cit.*, & citat *Manticam de tacit.*, &
ambig. lib. 26. *tit.* 6. *num.* 25., & alios.
16 Pupillus igitur, aut minor si transactio-
nem fecit absque tutoris, vel curatoris au-
ctoritate in rebus mobilibus; & etiam sine
Judicis decreto super rebus immobilibus,
talis transactio erit ipso jure nulla, nec erit
necessaria in integrum restitutio ad illam
retractandam, *Bersanus de pupillis cap.* 2.
q. 27. *num.* 21.
17 Si vero solemnitates intervenerint, sed
læsio intercessit in transactione, & tunc
restitutionem habebit minor, *Oddus de rest.
in integr. q.* 66. *art.* 4. *num.* 17., *Altimari ver.
restituitur*; & *ver.*, & *læsione probata*. Quæ
18 læsio in simplici transactione sufficiens erit
levis, *Olea de cession. jur. tit.* 2. *q.* 1. *num.* 54.,
19 aliique apud *Altimarem loc. cit.*. Et Judicis
arbitrio remittitur, *Oddus num.* 24., & 25.
Respectu vero transactionis juratæ quam-
quam negent minori restitutionem *Alex.
cons.* 42. *lib.* 1., *Parisius cons.* 96. *num.* 55. *lib.* 3.,
20 etiamsi læsio fuerit enormis, cum transa-
ctio, ut litibus imponatur finis, inducta sit,
ut plene *De Marinis var.* 2. *cap.* 233. *num.* 1.,
& *seqq.*. Nihilominus tamen, stante enormi
21 læsione, restitui minorem adversus juratam
transactionem verius firmant *Olea num.* 53.,
Mauritius de restit. in integr. cap. 210. *n.* 4.,
Bersanus de pupillis cap. 2. *q.* 27. *num.* 16., &
17., *Sarge in jurisprud. tom.* 1. *cap.* 21. *n.* 82.
22 Immo, etiamsi læsio fuerit intra dimi-
dium, tenent citati per *Oleam num.* 54. con-
cedendam esse restitutionem adversus jura-
tam transactionem. Etenim quamvis in ju-
ratis contractibus enormis saltem læsio esse
debeat, ut firmavimus *cap.* 6. *num.* . At-
tamen quia ad transactionem magis, quam
ad ceteros contractus integrum judicium,
& matura ætas necessaria est, merito infe-
rior læsio sufficiens erit, *Olea num.* 55.
23 Et dum adversus transactionem restituitur
minor, aut de nullitate dicit, omnia a se
accepta restituere debet, *l. Non solum* 4.
Cod. de præd. minor., *Altimari de nullit. contr.
tom.* 6. *rubr.* 2. *q.* 1. *sect.* 1. *num.* 424. *ver. verum
24 minor*. Hac tamen differentia, quod dum
de nullitate dicit, tenetur in principio litis
accepta offerre. Dum autem restituitur, te-
netur in fine judicii, *Calà de restitut. quæst.*
9. *num.* 12., aliique apud *Altimarem ver. sed
minor*.
25 Et si ad evitandam acceptorum restitu-
tionem vellet minor a judicio nullitatis in-
choato ad illud restitutionis transire, non
erit audiendus, *Calà num.* 18., *Altimari
loc. cit.*
26 Sed quæres; an restituatur minor adver-
sus transactionem a se fieri omissam; nem-
pe si poterat ex delicto; aliove facto per
partem adversam quietari pro certa summa,
sed ipse minor noluit facere. Lite vero per-
acta, fuit contra eumdem minorem expe-
dita sententia in majori summa, an hoc in
casu poterit minor restitui adversus senten-
tiam, ut in ea summa tantum condemne-
tur, pro qua adversarius quietare prius op-
tabat? Affirmative communiter docent *Bart.
in l. Si ex causa* §. *nunc videndum num.* 2. *ff.
de minor.*, *Oddus de restit. quæst.* 66. *art.* 5.
num. 26., *Tuschi lit. P. concl.* 173. *num.* 2., *De
Luca ad De Marinis var.* 2. *cap.* 234. *n.* 11.;
Altimari de nullit. contr. tom. 6. *rubr.* 2. *q.* 1.
sect. 1. *num.* 602. *ver. minor restituitur*. Quod
tamquam utile, & practicabile notandum
advertit *Cancerius var.* 2. *cap.* 3. *num.* 256.
27 Hinc *Bartol. loc. cit.*, quem laudat ibidem
Cancerius consulit Advocatis minorum, &
similium, ut partibus ipsis consulant ante
sententiam aliquam curare concordiam. Et
quod econverso adversarius Patronus parti
suæ consulat, ne cum minore ad tractatum,
& concordiam deveniat.
28 Vult tamen *Oddus num.* 28. prædictam
conclusionem posse procedere in casu, quo
imprudenter minor concordiæ tractatum re-
liquit, animo judicis, & sententiæ fortunam
expe-

experiendi; putando se melius in litigando, quam in transigendo facturum. Secus vero, inquit, quando dolose ipse minor egit; qui dolus quia non præsumitur, erit ideo plene probandus.

29 Dum igitur minor transactionem efficere debet, diligenter Judex de litis ambiguitate debet cognoscere; atque visis inde transactionis pactis, & conditionibus minori potius utilibus, quam damnosis, transigendum foro pronunciat, ita tradit *Menochius de arbitr. cent. 2. lib. 2. cas. 171. num. 41.*, quem laudat *Simoncellus de decret. lib. 2. tit. 6. num. 105.*

C A P. XX.

De ratihabitione.

S U M M A R I U M.

Ratihabitio dividitur, num. 1., & seqq.

In ratihabitione per minorem facienda necessaria sunt solemnitates, num. 4., & 5.

Ratihabitio sine solemnitatibus facta per restitutionem infringitur, num. 6.

Actus in minori ætate initus valide ratificatur in majori ætate, num. 7.

Ratihabitio quomodo esse debeat? n. 8., & seqq.

Ratihabitio ad ignorata non extenditur, n. 23.

In dubio præsumitur ignorantia in ratificante, num. 24.

Ratihabitio an validet actum ut nunc, aut ex tunc? num. 25., & seqq.

Tacite ratihabitio per temporis lapsum, conjecturas, & præsumptiones inducitur, num. 31., & 32.. Declaratur, num. 33., & 34.

Tacita ratihabitio non inducitur, quando partes expresse pacto convenerunt de ratificando, num. 35.

Qui promittit aliquem ratificaturum intelligitur de expressa, non de tacita ratihabitione, num. 36.

Per extrajudicialem querelam excluditur ratificatio, num. 37.

Tacita quinquennalis ratihabitio an validet contractum ex tunc, aut ex nunc, num. 38., & seqq.

Quinquennii tempus a majore ætate vigore statuti incipit, num. 42.

Quinquennalis dispositio procedit in casu, quo minor agit, non dum convenitur, num. 43., & idem de quadriennio, & decennio, n. 44.

Temporalia ad agendum sunt perpetua ad excipiendum, num. 45.

Ratihabitio ex facto non præsumitur, sed probari debet, num. 46., & 47.

Ratihabitio ex facto videtur collocata inter expressam, & tacitam, num. 48.

Ratihabitio ex facto potentior est ceteris ratihabitionibus, num. 49.

Tacita ratihabitio multipliciter evenire potest, num. 50., & seqq.

In tacita ratihabitione multa requiruntur, n. 54., & seqq.

Actus qui pro ratihabitione allegatur, si ad aliam intentionem reduci potest, videtur exclusa ratihabitio, num. 53.

Qualibet ratio est sufficiens ad ratihabitionem excludendam, num. 54.

Nuda temporis diuturnitas non est præsumptio sufficiens ad ratificationem inducendam, n. 55.

Affertur regula ad cognoscendam si, vel ne, ex actu gesto ratificatio inducta videatur, num. 56., & seqq.

Facti ratihabitio restringi debet intra limites ipsius facti, & non ultra, num. 58.

1 Ratihabitio alia est expressa, quæ verbis expressis fit, alia est tacita, quæ fit per lapsum temporis; nempe quin-
2 quennii ad proponendam contractus nullitatem, de qua egimus *cap. 5.*, atque quadriennii ad proponendam in integrum restitutionem adversus læsionem passam, de qua
3 vide in *cap. 6.*. Alia tandem est, quæ facto aliquo inducitur.
4 Expressa igitur ratihabitio est, quando pupillus, aut minor adprobat contractum a tutore, vel curatore, aut a seipso nulliter gestum. Et hæc ratihabitio aut evenit in eadem minori ætate, & fieri debet cum iisdem solemnitatibus, quæ in celebratione ejusdem actus erant necessariæ, ut tradunt *Jovius de solemnit. in contr. minor. Glos. 22. §. 23. num. 131., & 176.*, *Boronius de effect. minor. ætat. circa contract. eff. 1. num. 779., & 825.*, *Bersanus de pupillis cap. 2. q. 34. num. 4.*. Etenim quo pluries minor ratificet, quod male gessit, eo magis dicitur læsus,
5 & deceptus, *Baronius dict. num. 779.*. Ideoque adversus talem ratificationem datur mi-
6 nori in integrum restitutio, ut post alios refert *Oddus de restit. in integr. quæst. 25. art. 1. num. 5.*
7 Cum autem fiet a majore de contractu inito in pupillari, vel minori ætate, & nullam requirit solemnitatem, quæ in ipso contractu ratione ætatis observanda erat, *Jovius num. 190.*, *Boronius num. 823.*, *Bersanus loc. cit.*. Et de hac ratihabitione loquitur Tex. *l. 2. Cod. si maj. fact. rat. hab.*
8 Necesse est tamen, ut ratihabitio ista non

nuda sit, & simpliciter, benevero cum cer-
ta, & plena cognitione actus nulliter cele-
brati, ac doli in contractu forsan interventi,
atque omnium vitiorum, & defectuum, ut
tradunt *Jovius num.* 88., *Gratianus cap.* 824.
num. 52., *Ursillus ad Afflictum dec.* 249. *n.* 9.
9 Immo expresse erit dolo per minorem re-
nunciandum, *Jovius num.* 119., *Menochius*
recuper. rem. 15. *num.* 152. Intelligas tamen
secundum magis communem sententiam,
quod in minore facultas renunciandi restrin-
gi debet ad dolum præsumptum; quoniam
vero dolo nequit minor renunciare, *Jovius*
num. 120., *Menochius num.* 135., *Romanus*
cons. 54. *num.* 3., *Parisius lib.* 1. *cons.* 49. *n.* 24.
10 Nec sufficiens erit notitia præsumpta, sed
certa esse debebit, *Ayllon ad Gomesium var.*
2. *cap.* 14. *num.* 12., *Sarge in jurisprud. tom.* 4.
11 *cap.* 12. *num.* 5., *Jovius num.* 88. Etenim
scientia actus ratificandi de substantia ratifi-
cationis est, *Jovius num.* 89. Idcirco indi-
vidua, concludens, vera, & certa, non au-
12 tem generica, aut implicita esse debet; at-
que etiam esse debebit tam juris, quam fa-
cti, *Jovius num.* 89. 90., & 96.
13 Et si plura fuerint capitula separata in
eodem instrumento; ex unius ratificatione
non censetur ratificatum aliud. Immo unum
14 capitulum ratificari pro parte potest, &
pro alia parte non. Et ex pluribus capitu-
lis, si aliqua respiciant favorem ratificantis,
15 alia vero præjudicium, non extenditur ra-
tificatio in præjudicialibus, *Jovius num.* 91.
Eapropter necesse est, ut ratificandarum
16 scientia habeatur cognitis, & inspectis scri-
pturis, itaut omnia instrumenti verba legan-
tur, & perpendantur. Cum non erit suffi-
ciens sola instrumenti ratificatio cum ex-
pressione anni, diei, atque Notarii, qui sti-
pulavit, *Gratianus cap.* 162. *num.* 3., *Sorge*
17 *num.* 7. Sicque ratificatio instrumenti non
lecti non valet; sed oportet, ut ipsi ratifi-
canti legatur, nec juramentum attenditur,
Jovius num. 93. Neque lectum præsumitur
18 instrumentum, nisi expresse dicatur, quod
fuerit lectum, *Jovius num.* 94. Immo ex
19 sola ratificantis dubitatione excluditur rati-
ficatio, *Jovius num.* 96., & 102.
20 Ut igitur scientia actus ratificandi inducta
dicatur, articulari, & probari debet per eum,
qui ratificationem fuisse factam prætendit,
Jovius num. 97., quamquam velit *Castaldus*
consult. 87. *num.* 29., quem laudat *Jovius n.*
21 98., quod ad probandam ratificationem te-
stes etiam singulares sufficiant.
22 Et quia ratificatio nihil aliud est, quam
actum alias invalidum habere ratum *l.* 7.
Cod. de rescind. vendit.; ideo necesse adhuc
est, ut ratificans sciat hanc invaliditatem,
idest actum ab initio nullum, quia cessante
23 supposito, cessat dispositum, *l. fin. ff. de fid.*
instrum. Et ad ignorata ratificatio non ex-
tenditur, *Jovius num.* 101., & 102., *Mascar-*
dus concl. 1255. *num.* 66., *Gratianus cap.* 752.
num. 16.
24 In dubio tamen semper ignorantia in ra-
tificante præsumitur, *Jovius loc. cit.*
25 Sed quæres, dum minor valide actum
ratum habet expresse, an talis actus redda-
tur validus ut nunc, aut retrotrahatur rati-
habitio ad tempus contractus? Et sciendum
est, talem contractum posse esse nullum
ipso jure, ut cum in substantialibus peccet.
Et validum ab initio ob solemnitates obser-
vatas, sed ob aliquam causam restitutionis
beneficio rescindi potest. Primo casu con-
tractus validatur ex nunc, idest a die rati-
habitionis, cum non habeat principium ha-
bile, unde incipere possit, quia deficit in
requisitis substantialibus, unde nullitas a le-
26 ge inducta provenit, & consequenter inci-
piunt effectus a die ratihabitionis, *Jovius*
de solemnit. in contr. minor. Glos. 20. §. 23. *n.*
131., *Simoncellus de decr. lib.* 3. *tit.* 9. *n.* 18.,
Baronius de eff. minor. ætat. circa contract. eff.
1. *num.* 798., *Gratianus cap.* 124. *num.* 22.,
Surdus dec. 70. *num.* 22., *Altimari de nullit.*
sentent. tom. 1. *rubr.* 4. *q.* 1. *num.* 46. Hinc re-
cte *Gratianus loc. cit.*, *Surdus dec.* 245. *n.*
5., & 6., aliique volunt talem ratihabitio-
27 nem potius novum actum inducere, quam
primum habere ratum.
28 Secundo casu ratificatio convalidat actum
ex tunc, sicque validitas retrotrahitur ad
principium primi actus, cum inveniat prin-
cipium habile conservativum, & non dici-
tur novus actus, sed dependens a primo,
Jovius num. 153., *Salgadus Labyr. credit. p.*
2. *cap.* 10., *Surdus dec.* 70. *num.* 21.
29 Intelligas tamen cum grano salis, ut nem-
pe hujus secundi casus conclusio vera sit,
& procedat, quoties ageretur de præjudi-
cio ratificantis, ejusque heredum, non
autem alicujus tertii, seu habentis medio
tempore hypothecam, ut tradunt *Jovius*
num. 154., & 160., *Tiraquellus de retract.*
consan. §. 1. *Gl.* 10. *num.* 65., & 67, *Gratia-*
nus cap. 124. *num.* 26., & *cap.* 873. *num.* 18.,
Grossius de contract. minor. insp. 3. *q.* 4. *n.* 6.,
& 16., *Surdus dec.* 245. *num.* 8., *Afflictus*
dec. 335. *num.* 12., *Altimari num.* 45.
30 Et in ratificantis præjudicium tunc dicitur,
quando fuerit ipsius præjudicii conscius, &
non alias, *Jovius loc. cit. in fine.*
31 Secunda species ratihabitionis est tacita,
ea nempe quæ per temporis lapsum indu-
citur, scilicet quinquennii ad contractus
nullitatem proponendam, & quadriennii ad
restitutionem in integrum experiendam. De
prima satis egimus *cap.* 5., & de secunda
in *cap.* 6., ubi plene videas, ne illic con-
gesta reponam. Ista tamen procedunt respe-
ctu contractus onerosi; nam respectu con-
tractus lucrativi lapsus decennii inter præ-
sentes, & vicennii inter absentes necessa-
rius est, de quo vide in *cap.* 12.

32 Et ut nonnulla necessaria de hac tacita
ratificatione hic lector habeat, ideo dicimus
eam esse tacitam ratificationem, quæ non
verbis expressis, sed ex conjecturis, & præ-
sumptionibus inducitur, *Mantica de tacit.*,
& ambig. lib. 1. tit. 5. num. 4., aliique apud
Jovium num. 47.. semper tamen præsuppo-
sita ratificandarum rerum scientia; quoniam
33 hic temporis lapsus non præscriptionem,
ut quidam male sentiunt, sed ratihabitionem
inducit, quæ in ignorantem cadere quidem
nequit, *Menochius recuper. rem. 15. num. 185.*,
Gratianus cap. 513. num. 11., *& cap. 824. n.
53.*, *Simoncellus de decret. lib. 3. tit. 9. n. 37.*,
Cancerius var. 2. cap. 1. num. 40., aliique apud
34 *Bersanum de pupillis cap. 2. q. 34. num. 20.*,
& necminus in eo, qui dubitat, quia du-
bitans æquiparatur ignoranti, & neuter in-
telligitur juri suo renunciare. Sicque non
sufficeret, ut minor habuerit notitiam in
genere venditionis factæ, nisi etiam tenor
venditionis innotuerit in cunctis ejus parti-
bus, quoniam tunc ut dubitans haberi pot-
est, cum non dicatur aliquis scire factum,
nisi illud noverit cum suis qualitatibus. Et
licet minor habuerit notitiam venditionis,
si tamen non habuit notitiam, quod non
intervenit decretum, itaut potuerit credere
non posse illam impugnare, tacendo non
censetur consentire, vel ratificare, quia qui
credit non posse recusare, non censetur
habere velle. Et consequenter ut habeatur
legitimus tacitus consensus, necesse est, ut
minor habuerit notitiam defectus venditio-
nis, quæ notitia si non apparet, præsumi-
tur ignorantia; *l. Verius ff. de probat.*, vide
plene *Simoncellum num. 38.*, *& seqq.*
35 Et quando partes expresse pacto conve-
nerunt de ratificando, tunc tacita ratificatio
non operatur, sed est necesse, ut expresse
impleatur conventio, & numquam tacite
ratificatum præsumitur, *Jovius de solemnit.
36 in contr. minor. Glos. 22.*, *§ 29. num. 73.*, si-
cuti promittens aliquem ratificaturum intel-
ligitur, ut expresse ratificet, non tacite, *Jo-
vius num. 74.*
37 Per querelam tamen contractus etiam ex-
trajudicialem coram vicinis factam excludi-
tur ratificatio, ut tradunt *Mascardus de pro-
bat. concl. 1255. num. 18.*, aliique apud *Jo-
vium num. 79.*
38 Sed quæritur, an per hanc tacitam quin-
quennalem ratihabitionem contractus vali-
detur ex tunc, aut ex nunc? Et quamquam
firmavimus *num. 25.*, *& seqq.* per expressam
ratihabitionem ex nunc validari contractum
nullum, & a principio invalidum. Econverso
tamen dicendum oportet de hac tacita quin-
quennali ratihabitione, per quam ex tunc
validatur contractus, & retrotrahitur quasi
ab initio valide peractus fuisset. Et ea est
39 diversitatis ratio, quia homo cum fingendi
potestatem non habeat, ideo nequit facere,
ut in præteritum suus actus retrotrahatur.
Quod secus erit in tacita ratihabitione, quæ
per legis dispositionem cursu temporis in-
40 ducitur; etenim lex quia fingere potest,
atque potestatem habet adprobandi contra-
ctum ab initio nullum, etiam efficere, &
operare potest, ut ratihabitio præteritum
respiciat, & ad tempus contractus retrotra-
hatur, ut communiter tradunt *Menochius
recuper. rem. 15. num. 153.*, *& seqq.*, *Gratia-
nus cap. 124. num. 22.*, *& seqq.*, *Simoncellus
de decret. lib. 3. tit. 9. num. 18.*, *Baronius de
effect. minor. ætat. circa contract. eff. 1. n. 798.*,
Merlinus cent. 2. cap. 100. num. 41., *Bersa-
41 nus de pupillis cap. 2. q. 34. num. 9.*. Et
quamquam velint nonnulli, conclusionem
istam procedere in casu, quo contractus
erit solummodo nullus ob decreti deficien-
tiam; secus vero si alio ex defectu nullitas
ipsa provenerit. Nihilominus tamen con-
trarium rectius, & communius est, nempe
omne nullitatis vitium ex quovis capite pro-
veniens per quinquennii lapsum tolli, per
ea, quæ fusius adnotavimus *cap. 5. n. 117.*,
& seqq., ubi videas.
42 Duo pro coronide notanda sunt; nempe
quod tempora prædicta currere incipiunt a
die inceptæ majoris ætatis secundum juris
communis computationem, dummodo ta-
men per statutum aliquod non reputetur
quis major minori tempore, quam de jure
communi præfinitum sit, quoniam tunc a
tempore statutario quadriennium, quinquen-
nium, vel decennium accipit initium, ut
tradunt *Menochius recuper. rem. 15. n. 150.*,
Bersanus num. 19., & notavimus adhuc in
suis peculiaribus locis.
43 Alterum est, quod perpetuo erit mente
tenendum, nempe quod quinquennalis dis-
positio solummodo procedit in casu, quo
minor agit; secus vero dum convenitur,
quoniam tunc etiam elapso quinquennio con-
tractus nullitatem minor factus major oppo-
nere poterit, ut post *Malvasium cons. 86. n. 21.
44 lib. 1.* tradit *Cancerius var. 2. cap. 1. num. 38.*
Et idem dicendum est de quadriennio, &
decennio, cum nulla considerari possit diffe-
rentia, cur in uno, non in altero casu ea-
45 dem conclusio procedere debeat. Etenim
communis est regula, quod temporalia ad
agendum sunt perpetua ad excipiendum.
46 Tertia ratihabitionis species est, quæ facto
aliquo inducitur. Et quia quæ in facto con-
sistunt, non præsumuntur *l. In bello §. captæ
ff. de capt.*, *& postlim. revers.*, *l. Ei qui ff. de
probat.*, *Jovius de solemnit. in contr. minor.
47 Glos. 22. §. 29. num. 1.*. Ideo ipsam allegans
probare tenetur, *Jovius num. 4.*, *Baronius
effect. 1. circa contract. num. 821.*
48 Et hæc ratihabitionis species videtur esse
expressa simul, & tacita, ut inter utramque
collocavit *Salicet. in l. 1. Cod. si maj. fact. rat.
hab.*, & tradit *Simoncell. de decr. lib. 3. tit. 9. n. 6.*

49 Et voluntas, quæ ex facto ipso deducitur
ceteris potentior est, *Montan. de tutor. cap.*
33. *num.* 535., *Bersanus de pupill. cap.* 2. *q.*
35. *num.* 2.

50 Varii tamen sunt actus, atque plurima
sunt facta, ex quibus tacite deducitur ratifi-
candi voluntas secundum casuum diversita-
tem. Eapropter hac in re nequit certa as-
signari regula, sed totum ex Judicis arbitrio
pendere debet. Hinc solet dici inductam
ratificationem per quoscumque actus contra-
rios remedio nullitatis, & restitutionis in in-
tegrum; atque per quemlibet actum in ma-
jori ætate gestum, qui fieri nequit citra jus,
& nomen ratificationis, ut tradunt *Mascar-
dus de probat. concl.* 1261. *num.* 51., *Cravetta*
51 *cons.* 872. *num.* 3. *lib.* 5., aliique apud *Bersa-
num num.* 5.. Hinc si pupillus, aut minor
se debitorem constituit per propriam con-
ventionem, exindeque major effectus in
causam ejusmodi contractus præcise solvit,
inducta videtur ratihabitio, *Mascardus n.*57.,
Menochius recuper. rem. 15. *num.* 119., aliique
apud *Bersanum num.* 5.

52 Item si minor locavit fundum, indeque
factus major pensionem recepit, tunc loca-
tionem ratam habuisse censendum est, *Me-
nochius num.* 118., aliique apud *Oddum de
restit. in integr. quæst.* 25. *art.* 6. *num.* 65.

53 Idemque dicas, si prædium emerit habita
fide de pretio, & post majorem ætatem
superventam pretium venditori promissum
solverit, tunc emptionis contractum ratifi-
care voluisse censetur, *Capycius Latro dec.*
57. *num.* 17., *Bersanus num.* 6.

54 Quæ tamen aliaque similia exempla tunc
vera sunt, & procedunt, quando certa in-
terfuerit scientia nullitatis contractus eo mo-
do, quo firmavimus *num.* 8., *& seqq.* Nec
sufficiens erit sola scientia in genere ad in-
ducendam tacitam ratihabitionem ex actibus
modo relatis, ut tradunt *Menochius n.* 123.,
aliique apud *Bersanum num.* 15.

55 Et quamquam ratificata censeatur emptio
per minorem facta, si major effectus rei
emptæ fructus percipiat, ut tradunt *Ma-
scardus num.* 44., *Bersanus num.* 8.. Atta-
men ad hoc ut per talem perceptionem
induci possit, quod actus gestus fuit ad ra-
tificationem explendam, requiritur quod mi-
nor habuerit scientiam tam in jure, quam
in facto, contractum fuisse nullum. Quo-
niam alias solutionis actus cum referri pos-
sit ad credulitatem validæ obligationis, ne-
quit propterea ex ea deduci ratificatio, quæ
ad ignorata non trahitur. Iccirco necesse est,
ut qui se fundat in hac ratihabitione, debet
præcise probare scientiam individuam con-
tractus; quæ nequit probari, nisi ex pro-
bationibus univocis, & ad aliud non referi-
bilibus, *Bersanus num.* 15., *&* 16., plene
Card. De Luca tom. 1. *dec. Rot. Rom. lib.* 7.
dec. 38. *num.* 22.

56 Opponi potest, quod quamquam necessa-
ria sit prædicta juris, & facti scientia. Ni-
hilominus tamen scientia facti probatur ex
eo, quod contractus fuit ab ipso minore
stipulatus, quatenus ipse stipulavit. Scientia
autem juris in re adeo vulgari nullitatis
contractus ex capite minoris ætatis inducta
censetur ex temporis diuturnitate, recensi-
tis actibus tam judicialiter, quam extraju-
dicialiter expletis, & commoditate consu-
lendi juris interpretes, ut tradit *Rota dec.*
321. *num.* 9. *p.* 4. *tom.* 2. *recen.*

57 Huic tamen oppositioni respondet *De
Luca num.* 24., *& seqq.*, nempe præsumptio-
nem fuisse peritiores consultos nequaquam
sufficere ad ratihabitionem inducendam; cum
exigatur probatio scientiæ claræ, & non
præsumptæ. Multa namque in casu decisio-
nis Rotæ intervenerunt, quæ Judicem ad
ratihabitionem inducendam suaserunt. Et-
enim ibi minor per quadraginta, & plures
annos fructus exolvit, atque ratam census
per eumdem impositi extinxit. In cujus ex-
tinctione necessario impositionis qualitatem
vidisse præsumitur; & tandem ipsum contra-
ctum in judicio contra obligatum produxit,
quo usus fuit. Et ex his circumstantiis cen-
suit *Rota* rejicere allegatam ignorantiam nul-
litatis juris, & facti. Facti, ex eo quod
probabatur scientia qualitatis contractus ex
census extinctione, illius productione, &
judicio moto in vim illius adversus obliga-
tos. Juris, ex præcisa consultatione facta
cum peritioribus, ob litem in vim illius mo-
tam, in qua pernecessarie defensor, legendo
contractum, præsumitur, quod certioravit
minorem majorem factum de contractus
nullitate, ac de ratificatione, quæ ex lite
promanabat. Quibus, similibusve circumstan-
tiis deficientibus, nulla præsumptio, quod
peritiores consuluit, nequaquam sat erit ad
ratificationem inducendam, cum exigatur
probatio scientiæ claræ. Nam quoties trahi
58 potest actus, qui pro ratificatione allegatur,
ad aliam intentionem, quam ratificandi con-
tractum, numquam induci videtur ratificatio,
cum semper permaneat animadversio, so-
lutionis actum ad ignorantiam fore referi-
bilem, quia ex generali notitia contractus
nequaquam illius qualitatis notitia inducitur;
& regula est in hac materia, ut quælibet
ratio sit sufficiens ad ratihabitionem exclu-
59 dendam, ut tradunt *Mascardus de probat.
concl.* 126. *num.* 52., *Cancerius var.* 2. *cap.* 6.
num. 104.. *Menochius de præsumpt. lib.* 4.
præs. 101. *num.* 34., *Merlinus cent.* 1. *contr.* 79.
num. 10., aliique apud *Bersanum de pupillis
cap.* 2. *q.* 36. *num.* 16.; immo etiam extraju-
dicialis querela, *De Marinis var.* 2. *cap.* 18.
num. 57.. Et consequenter nuda temporis
60 diuturnitas, quamquam præsumere faciat
fuisse peritiores consultos, attamen, ut fir-
mat *De Luca loc. cit.*, non erit hæc præ-
sump-

sumptio sufficiens ad ratificationem inducendam, quoniam hujuscemodi probatio magis clara, aliisque evidentissimis circumstantiis vestita esse debet.

61 Et quamquam quoad supradicta nequit certa adsignari regula, attamen ad agnoscendum si, vel ne ex actu gesto ratificatio inducta videatur, præsens a Doctoribus adsignatur regula; nempe si factum subsequutum erit quædam executio voluntaria actus facti in minori ætate, quemadmodum visum est in supraexpositis exemplis; aut etiam quando minor minus perfecte hereditatem adiit, & major effectus hereditaria credita exegit, aut debita solvit, tunc quis dicitur actum voluntarium efficere, atque aditionem tacite ratificare ex nunc, tamquam hereditatem denuo adiisse tempore habili, ex eo quia cogi nequibat credita exigere, aut debita solvere, quoniam aditionis actus minus perfecte fuit, sequitur quod quia voluntarie ratificavit, nequit propterea adversus illum aditionis actum restitutionis auxilium implorare, quamvis se læsum proponat, quia non primus actus, sed secundus voluntarie expletus attenditur.

62 Quoties vero factum subsequutum erit quædam executio necessaria actus effecti in minori ætate, ut quando aditionis actus ab initio perfectus fuit, & tunc in ætate majori venit in consequentiam creditorum exactio, debitorumque solutio, tamquam necessario pertinens ad ipsius hereditatis legitime aditæ administrationem. Et minor factus major exigendo credita, vel solvendo debita nihil prorsus addit, vel detrahit perfectioni contractus, cum id geri videatur ex necessitate aditionis præcedentis; sicque faciens aliquid, quod venit necessario faciendum, etiamsi ipse nollet, sed jure cogente, propter id, ad quod se legitime in minori ætate obligavit, nequit idcirco hoc in casu dici, quod velit adprobare id, quod in minori ætate egit, quia non sponte facit, sed jure cogente. Et consequenter si damnosa fuerit hereditas reperta, poterit prædictus minor major effectus intra legitima tempora restitutionis auxilium postulare. Quod non ita erit in primo casu, quando voluntarie recepit pensionem rei nulliter locatæ, aut venditæ, quoniam ad hoc nemo eum cogere poterat; unde si recepit, fuit quia ita voluit, & per consequens sponte adprobavit quicquid in minori ætate gessit, plene. *Oddus de restit. in integr. quæst. 25. art. 6., Merlinus cent. 1. contr. 79. num. 10., Bersanus de pupillis cap. 4. q. 35., & 36., Verde lib. 1. instit. civ. num. 613., & seqq., Sorge in jurisprud. tom. 1. cap. 12. num. 8.*

63 Notandum pro coronide erit, quod facti ratihabitio restringi debet intra limites ipsius facti, super quo fundatur, nec ultro extendi potest. Hinc si pupillus, aut minor major effectus adprobat aliquem contractum in pupillari, vel minori ætate gestum, in quo plurima subsunt præjudicia, tunc si constiterit aliquod ipsorum sanatum fuisse media ratihabitione deducta ex facto aliquo, erit restringenda ipsa ratihabitio ad illud præjudicium, seu vitium dumtaxat, quod factum prædictum demonstrat fuisse adprobatum. Quoad cetera vero præjudicia salva erunt remedia, dummodo alia ratio non resistat, vide *Bersanum dict. q. 35. num. 17.*

C A P. XXI.

De præscriptionibus.

SUMMARIUM.

scriptiones, *num.* 31., & 32.
Minor non restituitur adversus non completam a se præscriptionem contra alium, *num.* 33.
Conventio incæpta cum defuncto currit contra suum heredem papillum, *aut minorem absque spe restitutionis*, *nam.* 34.
Conventio non incapta cum defuncto currit contra suum heredem pupillum, *aut minorem*, *nec erit locus restitutioni*, *num.* 35., & 36.
Papillas, *aut minor convenire potest tutorem*, *vel curatorem*, *ex cujus negligentia redimendi tempus lapsum est*, *num.* 37.
Si in contracta defuncti pupillus aliquid gessit, *restituitur*, *num.* 38.
Minor restituitur adversus tempus a testatore alicui dispositioni adjectum, *num.* 39.
Pupillus vendendo nulliter bona sua non transfert justum possidendi titulum, *num.* 40., & 41.. *Etiamsi emptor fuerit ignarus conditionis pupilli*, *num.* 42.. *Fallit num.* 43., & 44.

1 PRæscriptiones aliæ sunt legales, aliæ
conventionales; & quia ipsarum species diversæ sunt, ideo eas ordine diverso pertractabimus. Legales igitur præ-
2 scriptiones sunt *tempora a lege ad aliquid agendum*, *vel petendum constituta*. Et aliæ sunt temporales, aliæ perpetuæ, ut exponit *Oddus de restit. in integr. quæst.* 88. *in*
3 *princ.*. Temporales sunt ea tempora concessa ad accusationem, vel injuriæ prosequutionem; ad proponendam querelam inofficiosi testamenti; ad inventarium conficiendum; ad canonem emphyteuticum solvendum, & alia hujusmodi, ut videndus
4 *Oddus quæst.* 89.. Perpetuæ vero sunt præscriptiones longi, & longissimi temporis, ceu tradit *Oddus quæst.* 90.

5 Jure antiquo inspecto temporales istæ præscriptiones, atque etiam illæ longi temporis ipso jure contra minorem currebant, sed restitutionis auxilio succurrebantur. Novissimo tamen jure attento in *l. fin. Cod. in quib. caus. restit. non est necess.* compertum est, præscriptiones prædictas ipso jure nequaquam incipere, & currere adversus minorem ea ex ratione, quia melius est intacta eorum jura servari, quam post vulneratam causam remedium quærere, plene *Oddus quæst.* 88. *art.* 2., *Narbona de ætate ann.* 25. *q.* 23. *n.* 11., *Bersanus de pupillis cap.* 2. *q.* 31. *num.* 8.. Nec propterea restitutionis remedio indigent, *Oddus num.* 22.

6 Respectu vero præscriptionis longissimi temporis, nempe triginta, vel quatraginta annorum nihil immutatum reperitur. Etenim sicut olim contra minorem currebant, ita etiam hodie, ut in *d. l. fin.*, & sine spe restitutionis, cum non possit perfici in minori ætate; sed in majori ultra quadriennium, *Narbona num.* 13., *Gomesius de contract. cap.* 14. *num.* 3.; *Simoncellus de decret. lib.* 3. *tit.* 9.
7 *num.* 47., verum *Thesaurus in dec.* 133. *n.* 14. quem laudat *Bersanus num.* 4. *in fine*, tenet saltem adversus præscriptionem triginta annorum dari restitutionem.

8 Adversus vero pupillum nulla præscriptio currit, cum non valenti agere non currat præscriptio, plene *Oddus quæst.* 90. *art.* 2., *Narbona num.* 1., & *seqq.*, *Simoncellus dict. num.* 47., *Bersanus num.* 1., & 2.. Etiamsi
9 fuerit incepta cum defuncto majore, cujus ipse pupillus heres est, nam obdormit usquedum pupillaris ætas durat: & ideo in computando præscriptionis tempore pupil-
10 laris ætatis tempus semper tollitur, *Bersanus num.* 4.. Quod secus erit respectu minoris, adversus quem currit præscriptio cum suo prædecessore incepta, *Oddus quæst.* 88. *art.* 4., *Bersanus loc. cit.*

11 Et si pupillus tutorem habebit, qui pro eo agere posset, adhuc dormit præscriptio, quæ durante pupillari ætate jura pupilli læ-
12 dere nequit; quamquam secus erit quoad minorem, qui si adversus curatorem scientem, & negligentem habere posset regressum, nequaquam adversus præscriptionem contra ipsum decursam erit restituendus, *Bersanus num.* 5., & 6.

13 Hanc tamen conclusionem procedere intelligas respectu præscriptionis longissimi temporis; nam in præscriptione longi temporis, & in usucapione triennii, atque in biennali præscriptione adversus confessionem de recepto, si eadem fuerit cæpta contra pupilli, aut minoris prædecessorem, perficienda erit contra ipsum pupillum, aut minorem, cui tamen restitutionis auxilium conceditur, ut restituatur adversus præjudicium ob talem præscriptionem passum; pro qua restitutione impetranda sufficiens erit docere, se in pupillari ætate, vel minori fuisse de tempore, quo completa est præscriptio,
14 quia ex hoc ipso læsio detegitur, *Bersanus num.* 8., & 9.. Nam si deducto minoris ætatis tempore completa fuerit præscriptio in ætate majori, tunc nulla competeret restitutio adversus dictam præscriptionem, cum dici non possit decursa contra minorem, benevero contra majorem, *Bersanus n.* 11.

15 Sed an prædicta omnia procedant, & locum suum vindicent in temporibus, seu præscriptionibus judicialibus? Et communis omnium sententia est in contrarium; quamquam enim per *dict. l. fin.* præscriptionum tempora adversus pupillum, & minorem non currant: diversum tamen observatur in judicialibus præscriptionibus, seu temporibus judiciorum, quæ adversus pupillum, & minorem non minus quam contra quoscumque ætate majores currunt, ne lites immortales evadant, *Oddus quæst.* 88. *art.* 3. *num.* 41., *Narbona de ætate ann.* 25. *q.* 23. *num.* 15.,
16 *Bersanus de pupillis cap.* 3. *q.* 12. *num.* 1.. Dummodo tamen pupillus, aut minor habebit tutorem, aut curatorem, qui pro eo

in

in judicium comparere possit. Nam si tu-
tore, aut curatore careret, nullum prorsus
judiciale tempus curreret, quia omnia acta
essent nulla, & invalida, utpote contra in-
defensum sequuta, *Bersanus n. 1. 9.*, & *10.*
17 Et in casu, quo tempora currunt, adver-
sus ipsorum lapsum restitutio peti potest;
unde adversus lapsum tempus instantiæ Ju-
dicis auditur minor prævia restitutione, *l.*
Properandum §. fin. Cod. de judic., *Oddus n.*
18 *42.*, *Bersanus num. 2.*. Prout in dilationi-
bus a Judice, vel statuto datis, si earumdem
lapsum sit tempus, restitutionis ope erunt
denuo concedendæ, *Oddus num. 44.*
19 Hinc contra heredem minorem ipso jure
currit tempus heredi datum ad inventarium
conficiendum, ne interim creditores here-
20 ditarii fraudentur, *Oddus num. 45.*, quam-
quam restitutioni erit locus, plene *Oddus*
quæst. 89. art. 7. num. 51.. Et interim nullam
21 patitur creditorum molestiam, *Oddus n. 54.*
Etiamsi fuisset ipse minor condemnatus per
duas sententias ad solvendum æs alienum sui
22 auctoris, cum adhuc poterit restitui ad in-
ventarium conficiendum, ut ostendat, quod
hereditas non sit solvendo; & erit minor
23 audiendus, non refectis expensis, quamquam
præsumi possit dolus contra minorem prop-
ter nimis tardam petitionem restitutionis ad
inventarium conficiendum, *Oddus num. 55.*
24 Idem dicas si confectum fuerit inventa-
rium, sed male, cum adhuc restitui poterit,
ut rite faciat, *Oddus num. 56.*
25 Et quia non conceditur restitutio, nisi
læsio intercesserit, ut diximus *cap. 6. n. 21.*,
& *seqq.*. Ideo debet hoc in casu minor de
læsione docere, nempe quod in hereditate
non adest nisi tot; & quod æs alienum sit
tantum, ex quo apparet, quod majus est
æs alienum, quam hereditatis valor, *Oddus*
num. 57.
26 Currit etiam minori appellandi tempus,
sed tamen restituitur; prout etiam si fuerit
appellatum, & appellationis judicium non
fuerit prosequutum. Intelligas tamen semper
tutore, aut curatore existente, qui defen-
dere posset, nam alias nullum erit ipso jure
judicium, & restitutio non erit necessaria,
Oddus de restit. in integr. quæst. 88. art. 3. n.
46., & *47.*, *Bersanus de pupillis cap. 3. q. 12.*
num. 3., & *4.*
27 Nun erit tamen restitutio concedenda ex
eo solum, quod tempora fuerint lapsa, cum
necesse adhuc sit, ut de læsione pupillus,
aut minor doceat, nempe quod bonum
jus foveat; itaut ex appellationis judicio se
victurum speraret adversarium, *Bersanus*
num. 5., & *6.*
28 Quoties vero ageretur de renunciatione
appellationis a minore ante latam sententiam
peracta, & tunc satis probata diceretur læ-
sio ex hac sola renunciatione, ut adversus
ipsam absque alia læsionis probatione resti-
tui poterit; cum sit possibile, ut injustam
sententiam adversus pupillum, aut minorem
Judex ferat, *Bersanus num. 8.*
29 Sed quid dicendum de præscriptionibus
statutariis, seu consuetudinariis, an in ipsis
procedat dispositio *dict. l. fin.*? Et quam-
quam non desint affirmativam tenentes sen-
tentiam; itaut ab illis ipso jure minor tutus
sit, & restitutione non indigeat: nihilomi-
nus contraria sententia magis communis est,
ut nempe adversus præscriptiones statutarias
etiam temporales non sint minores ipso ju-
re tuti, sed contra ipsos currant, quam-
quam restitutionis auxilio succurri possint,
30 plene *Oddus quæst. 88. art. 5.*. Intelligas ta-
men de iis præscriptionibus, quæ de novo
municipali jure ipsis minoribus aliquod af-
ferrent lucrum; & si minores non negligе-
rent intra statuta tempora petere, aliquod
31 lucrum consequerentur. Secus vero erit,
si ageret de damno vitando, nempe si ali-
quid de proprio perderent, quoniam tunc
ipso jure illæsi conservantur, *Decius cons.*
556. num. 7., aliique apud *Oddum num. 56.*
32 Quid autem de præscriptionibus conven-
tionalibus sit, modo sequitur sermo. Con-
ventionales igitur præscriptiones sunt, quæ
consistunt in tempore inter partes statuto
ex mutua conventione; ut quando minor
pignus constituisset, vel prædium vendidisset
cum pacto intra tantum tempus redimendi;
vel si emptor, vel creditor pignoris renun-
ciasset legi commissoriæ, aut prorogasset
tempus ipsi minori; vel ceteris omissis, si
fuisset minor interpellatus ab emptore ad
redimendum. In his, similibusque casibus,
si minor intra tempus a seipso conventum,
sibique præfixum non redimeret, vel si tem-
pus prorogatum labi permisisset, aut si spre-
ta interpellatione non redimeret, & tunc
restitutionis beneficium adversus hanc decur-
sam præscriptionem habebit per juris regu-
lam in *l. Ait prætor §. ff. de minor.*, plene
Oddus quæst. 86. art. 1.
33 Necesse est tamen ut minor ostendat se
læsum, propter non redemptionem pigno-
ris, vel prædii, *Oddus num. 5.*
34 Et respectu interpellationis prædictæ, in-
telligas procedere in casu, quo minor, vel
ejus tutor, aut curator fuerit interpellatus.
Non autem si ipsi alios interpellassent, quo-
niam tunc non habebit restitutionem adver-
sus non completam a se præscriptionem
contra alium, *Oddus num. 8.*
35 Principalis tamen supraexposita conclusio
vera est, & procedit in gestis cum ipso pu-
pillo, aut minore. Nam si nihil cum eo-
dem gestum fuerit, sed totum fuerit cum ejus
prædecessore conventum, & tunc aut ce-
perit currere contra defunctum, & compleri
debet contra pupillum, aut minorem absque
ulla restitutionis spe, tamquam si contra
ipsum defunctum curreret, *Oddus quæst. 86.*
art.

art. 2. num. 10., & seqq., *Bersanus de pupillis cap. 2. q. 31. num. 12.*. Si vero contra defunctum non fuerit cæpta, & tunc adversus pupillum, aut minorem heredem incipit currere, quia pupillus, aut minor defuncto non privilegiato succedens reputatur eadem defuncti persona in omnibus actibus ab ipso defuncto gestis; neque potest ipse pupillus, aut minor uti suo speciali jure circa conventiones cum defuncto initas, benevero eodem jure censeri debet, quo defunctus censebatur, *Afflictus dec. 212. num. 1.*, *Ber-*
36 *sonus num. 13., & 14.*. Et hoc in casu nulla competit tali pupillo, aut minori restitutio, cum nihil cum eo gestum sit, neque defuncto tale remedium competebat, *Bersonus*
37 *num. 15.*. Poterit benevero hic pupillus, aut minor agere adversus tutorem, vel curatorem, ex cujus negligentia redimendi tempus, cum redimere poterat, labi fecit, *Bersanus num. 16.*

38 Quoties vero occasione contractus cum defuncto initi aliquid adhuc pupillus gesserit, & tunc restitutionem quidem habebit, cum casset ratio modo allata, *l. Æmilius ff. de minor.*, *Bersanus num. 17.*

39 Restitutionem adhuc habebit minor adversus tempus a testatore alicui dispositioni adjectum, *l. 3. §. si heres ff. de minor.*, *Bersanus num. 18.*

40 Sciendum necnon est, quod ad legitime usucapiendum, vel præscribendum ultra temporis lapsum alia duo sunt necessaria, nempe titulus, & bona fides, ut tradit *Bersanus de pupillis cap. 2. q. 30.*. Eapropter vendens pupillus nulliter bona sua, non transfert justum possidendi titulum; ideoque nequit præscriptio adversus ipsum pupillum decurrere, *l. Eum qui Cod. de auctor. præst.*, *l. fin. Cod. pro empto*, *l. Non omnis §. si pupillus ff. si*
41 *cert. petat.*, *Bersanus num. 3., & 4.*. Etenim sicuti inhibita est pupillo bonorum suorum alienatio sine debitis solemnitatibus, ita pariter per contrarium nulliter celebratum non transfertur in emptorem titulus legitimus, & habilis ad præscribendum, *Bersanus num. 5.*

42 Quod verum est, & procedit, tam si emptor sciverit, quam non venditorem esse pupillum, ex traditis per *Bersanum num. 8., & seqq.*

43 Dum autem venditio cum debitis solemnitatibus fuit per pupillum, aut minorem peracta, tunc sicuti adversus ipsam venire nequit, ita præscriptionis remedium quærere non potest, cum sit emptor tutus ex ipsius contractus natura, *Bersanus n. 2., & 11.*

44 Habebit locum necnon usucapio, aut præscriptio, si pupillus alienæ rei possessionem in aliquem transtulerit etiam sine tutoris auctoritate, quia tunc emptor ratione talis tituli recte præscriberet adversus dominum, vide *Bersanum num. 1.*

C A P. XXII.

De jure congrui.

SUMMARIUM.

Jus congrui ratione sanguinis Mosaico tempore adhuc in usu erat, num. 1., & etiam apud Hebreos, num. 2.

Græcorum leges realem conjunctionem decreverunt, num. 3.

Imp. Federicus II. in omni Regno Provinciæ eam observari jussit per Constitutionem Sancimus, *de jure proth., num. 4.*

Consuetudo, aut statutum in aliquibus Populis observari debet, num. 5.

Constitutio Sancimus *in Regno Neapolitano est in viridi observantia. Et contrariam asserenti probandi onus incumbit, n. 6., & 7.*

In vicinorum gratiam edita est, num. 8.

Definitur jus congrui, num. 9.

Jus congrui adversus jus commune est, n. 10., Odiosum est, num. 11., & 12.

In materia juris congrui rei sine statuta observari debent, num. 13.

Personalis actio in rem scripta in hac materia conceditur, num. 14.

Jus congrui usquedum non experitur adversus emptorem, talis emptor est verus dominus empti fundi, num. 15.

Juris congrui actio coram quo Judice experiri debet, num. 16., & seqq.

Jus accrescendi locum habet in materia juris congrui, num. 19.

Non dicitur esse quod jure non est, num. 20.

Pars inhabilis viciniori retrahenti accrescit, num. 21.

Jus congrui cedi nequit sine re, num. 22.

Specialis cessio juris congrui cum ipsa re non est necessaria, num. 23.

Retractus conventionalis cedi potest sine re, num. 24. Fallit, num. 25.

Si pluru bona distincta, & separata unico pretio fuerint distracta, an vicinus, qui und tantum realiter conjunctus est, omnia bona retrahere possit? num. 26., & seqq.

Venditor fundi debet prius denunciare vicinos, num. 31.

Parentes ut præferantur debent esse etiam re conjuncti, num. 32.

San-

Sanguinis conjunctio retrahentis cum venditore esse debet, num. 33.
Regulatur secundum ordinem successionis, n. 34.
Venditionis tempus inspici debet, num. 35.
Usque ad gradum successibilem extenditur, n. 36.
Conjunctus utroque latere excludit conjunctum ex uno latere, num. 37.
Frater sororem excludit ad retrahendum fundum a patre venditum, num. 38. Fallit, num. 39.
Sanguine conjunctus in minima parte realiter conjunctus excludit extraneum vicinum realiter conjunctum in centuplicata parte, n. 40.
Socii post parentes admittuntur, num. 41.
Socius in minima parte re conjunctus ceteros contermineos excludit, num. 42.
Post socios admittuntur conjuncti, qui sunt sub uno servitio, num. 43.
Vicini admittuntur ad retrahendum secundum partes confinantes, num. 44. Fallit, n. 45. Declaratur, num. 46.
Vicini qui denunciantur ad retrahendum habent tempus triginta dierum, num. 47.
Pretium sine fraude ab emptore solutum quantumcumque excessivum solvi debet, num. 48.
Denunciatio tam judicialiter, quam extrajudicialiter fieri potest, num. 49.
Denunciatio quid continere debet, num. 50.
Denunciatio tam per emptorem, quam per venditorem fieri potest, num. 51.
Scientia præter denunciationem habita non præjudicat vicino, num. 52.
Denunciatio quolibet die fieri potest, num. 53, & etiam in Ecclesia, num. 54, & noctis tempore, num. 55.
Denunciatus veniens post mensem non auditur, num. 56.
Qui renunciat juri suo neque intra mensem auditur, num. 57.
De consuetudine servatur, ut tempus quadraginta dierum vicino concedatur, num. 58.
Tempus continuum est, nec mora purgari potest, num. 59.
Tempus juris congrui a Judice potest coarctari, num. 60.
Denunciatione non facta, decennium vicino conceditur, num. 61.
Decennium a quo tempore currat? n. 62., & seq.
Decennium currit etiam ignoranti, num. 65. sed restituitur per clausulam generalem si qua mihi justa causa, *num. 66.*
Venter prægnans retractum sanguinis habet, num. 67.
Qui in utero est ad sui commodum pro nato habetur, num. 68.
Usquedum venter in lucem veniet, retractus suspensus est, num. 69.
Venter de venditionis tempore conceptus esse debet, num. 70. Declaratur, num. 71.
Pupillus, & minor fundum sibi conjunctum retrahere potest, num. 72.
Infans an denunciari possit? num. 73.
Pupillus an possit denunciari? num. 74.
Tempus denunciationis quantum duret? n. 75.
Tempus quatuor mensium a die denunciationis currit, num. 76., & 77.
Tutor, aut curator retrahere negligens ad interesse tenetur, num. 78.
Pupillus, aut minor non restituitur, si ad id quod interest tutorem, vel curatorem convenire potest, num. 79. Fallit, num. 80.
Tutoris discussio est facienda antequam restitutio petatur, num. 81. Declaratur, num. 82., & seqq.
Pupillus, aut minor ut restitui possit, quid probare debeat, num. 85.
Solus temporis lapsus non est sufficiens ad restitutionem obtinendam, num. 86.
Si pupillus, & tutor erunt contermini, erit fundus inter illos dividendus, etiamsi proprio nomine tutor emerit, num. 87.
Oblatio fraudolenta non attenditur, num. 88.
Fraus probatur conjecturis, num. 89.
Emptor, & venditor cogi possunt cum juramento ad pretii veritatem dicendam, n. 90.
Usuræ per retrahentem minorem solvi debent, num. 91.
In emptoris beneficium conceduntur, num. 92.
Ob pretii receptionem non censentur remissæ, num. 93.
Solvi debent, etiamsi fundus fuerit sterilis, n. 94.
Usuræ ratione fructuum taxari debent, n. 95., & ex prudenti Judicis arbitrio, num. 96., aut ad rationem quinque pro centenario, num. 97.
Usuræ cessant, si emptor pretium non solvit, num. 98.
Minor veniens intra quadrimestre tenetur solvere usuras. Major vero intra mensem veniens non tenetur, num. 99., & seqq.
Emptoe tenetur ad fructus medii temporis in beneficium retrahentis, num. 103., & 104. Deductis expensis in percipiendis fructibus, num. 105. Et pro agri custodia, num. 106., & pro fructibus conservandis, num. 107.
Retrahens tenetur refundere emptori expensas erogatas pro instrumentis, & peritis, n. 108.
Minor retrahit fundum sine Judicis decreto, num. 109.
Minor denunciatus ad retrahendum an juri congruo renunciari possit? num. 100., & seqq.
Denunciatione non sequuta, decennium vicinis ad retrahendum conceditur tam majoribus, quam minoribus, num. 115., & seqq.
Minor restituitur adversus lapsum decennii, num. 119.
Restitutio a minore petita juvat etiam majorem communem prothomisim alicujus rei indivisibilis cum minore habenti, num. 120.
Restitutio peti debet intra quadriennium a die majoris ætatis, num. 121.
Minor tam activum, quam passivum retractum habet, num. 122.
Statutum simpliciter loquens etiam minores comprehendit, num. 123., & 124.
Sola curatoris auctoritas est necessaria, n. 125.

Judicis decretum non est necessarium, ubi Principis licentia habetur, num. 126.

Minor sine solemnitatibus vendens, quia contractus est nullus, non currunt vicino tempora retractus, num. 127., *& seqq.*

Statutum de actu valido loqui videtur, num. 130.

Contractus nullus nomen contractus non meretur, num. 131.

In contractu nullo cessat retractus, num. 132.

Verbum alienare *importat contractus perfectionem, num.* 133.

Res non dicitur vendita antequam dominium ad emptorem non transit, num. 134.

Venditio tunc dicitur perfecta, quando omnibus suis partibus constat, num. 135.

Statutum ad actum perfectam extenditur, num. 136.

Venditor ratum habens contractum nullum, ex nunc retractus tempus currere incipit, num. 137. 143., *&* 144.

Vicinus cogere potest emptorem, ut ostendat titulum, num. 138.

Vicinus petere potest ab emptore, ut contractum nullum validet, vel ipsum in sui beneficium revocare, num. 138., *&* 139.

Nullitas contractus ab eo tantum, in cujus favorem contractus annullatur, deduci potest, num. 140. *Declaratur, num.* 141., *&* 142.

In statutis non datur fictio, num. 145.

Quod per fictionem fit, improprie factum dicitur, num. 146.

Verba statuti vere, & proprie intelligenda sunt, non improprie, num. 147.

Vicinus retrahens, an primum emptorem convenire possit ad damna, & interesse in casu, quo minor adversus ipsum retrahentem agit, nullum declarando contractum ex defectu solemnitatis, num. 148., *& seqq.*

Vigilantibus, & non dormientibus jura subveniunt, num. 163.

Contrahens cum minore non censetur scire eum esse minorem, num. 164.

Scientia est quid facti, num. 165.

Qui in facto se fundat, probare debet, num. 166. *Fallit, num.* 167., *& seqq.*

1 JUs congrui, quod alias retractus, ac pro-
thumiseos vocatur, adeo in prisca ob-
servantia fuisse vidimus, ut adhuc ratio-
ne tamen sanguinis Mosaico tempore feli-
citer usu erat; ex eo potissimum, ne ex
familia bona aufugerent, majorumque insi-
gnia in exteros irent, ut colligitur ex *Nu-
mer. cap.* 56. Pariterque ob affectionem,
quam quilibet in majorum bonis habet ex
deductis per *Jabolenum in l. Libertus* 56. *ff.*
de bon. libert., & Imp. Constantinum in *l.*
Lex qua 28. *§. hæc vero Cod. de adm. tut.*
2 Et ob hoc apud Hæbreos jus istud prævа-
luit; prout clare demonstrant Sacri Textus
in *cap.* 25. *Levitic. num.* 25. *cap.* 33., *Hieremiæ*
num. 7.; *& cap.* 4. *Ruth. num.* 8.

3 Quod jus inter realiter conjunctos Græ-
corum leges exinde constituerunt; & post
eas Imp. Fredericus II. Rex Neapolitanus
4 in omni Regni Provincia illud tamquam legem
divulgari jussit in sua *Constit. incip. Sancimus*
amodo; *tit. de jur. prothom.* Et in ceteris
Populis sive ex consuetudinis, sive statuti
5 vi observatum quidem fere ubique esse tra-
dunt post alios *Tiraquellius* in præfatione
sui tractatus de utroque retractu; & *Ron-*
della in rubr. jure prothomis.
6 In nostro igitur Regno prædicta Consti-
tutio tamquam summa lex in viridi obser-
vantia est, & in dies frequentissime expe-
situr; absque eo quod, qui ipsius vigore jus
prædictum experiri velit, ejusdem observan-
tiam adprobare tenetur; sed ad contrarium
7 asserentem probandi onus incumbit, *Ron-*
della num. 17. *ver. qua ratione.*
8 Ratio autem hujus Constitutionis naturali
æquitati nititur, nempe in vicinorum gra-
tiam, quibus multum interest bonos vicinos
habere. Etenim quam perniciosum, pericu-
losum, & fastidiosum sit malum vicinum
habere, omnibus fere notum fecit expe-
rientia, & nonnulla adduximus in *cap.* 6.
num. 276.
9 Et jus congrui ita fuit dictum, quia æquo
juri congruit, ut vicini fundum vendendum
ad novorum dominorum forsan molestiam
evitandam obtineant; ideoque magis ceteris
prævalet definitio, quam ex Corradino ex-
ponit meus Germanus D. Blasius Ricucci
in *addit. ad praxim civil.* Domini Genitoris
D. Christophori *cap.* 27. *num.* 7., ut nempe
jus congrui sit jus emendi, vel habendi rem
alteri venditam, aut alio *æquivalenti titulo*
datam pro æquali pretio, & cum iisdem pa-
ctis, & conditionibus juxta tempus a lege
definitum.
10 Hinc adversus jus commune hoc jus con-
grui esse volunt *Tiraquellius de retract. con-*
sang. in præfat. ex *num.* 21., ubi in *n.* 61.,
Olea de cess. jur. tit. 3. *q.* 4. *num.* 7., *Tuschi*
lit. l. concl. 583. *num.* 17., post alius *De Ma-*
rinis var. a. cap. 116. *num.* 34.
11 Pariterque odiosum fore tradunt *Tiraquel-*
lius num. 56., *Olea loc. cit.*, *Gratianus cap.*
947. *num.* 14., *Parisius cons.* 82. *num.* 4. *lib.* 3.,
De Franchis dec. 392. *num.* 9., *De Marinis*
loc. cit., ea ex ratione quia tendit adversus
liberum arbitrium, quod quilibet in se sua
disponenda retinet; quicquid in contrarium
senserint *Alex. cons.* 197. *num.* 11. *lib.* 7., *Vor-*
de lib. 3. *instit. civ. num.* 1846., aliique.
12 Immo vult *Tiraquellius num.* 64., *& seqq.*
ut adhuc respectu conterminorum, seu vi-
cinorum dicendum sit odiosum. Cum repu-
gnet, idest statutum partim favorabile, par-
tim odiosum fore. Ideoque tamquam odio-
sum semper stricte intelligendum est, Do-
ctores citati.
13 Et quoad admissionem, aut dejectionem

re-

retractus semper rei sitæ statuta observanda sunt. Hinc si in uno loco perficitur venditionis contractus, & in altero res sita est, quamquam locus initi contractus jus congrui non agnoscat, nihilominus tamen distracta res juri congrui subjacet, habita ratione statutorum, quæ in loco rei sitæ permanent; *Tiraquellius de retract. lignag.* §. 1. *Glos.* 1., *Afflictus de jure prothom.* §. 1. *Glos. Sancimus num.* 21., ubi *Rumm. num.* 1., *& seqq.*; *Sabellius tom.* 4. *resol.* 68. *num.* 6.

14 Et quoad juris congrui actionem experiendam personalis actio in rem scripta vicinis conceditur, ut post alios docet Dominus Genitor *in prax. civ. cap.* 27. *num.* 21.

15 Et per contractus perfectionem non acquiritur jus congrui, benevero simplex, & nuda potentia retrahendi; quæ potentia usquedum ad actum non trahitur, emptor verus dominus empti fundi est cum dominio tamen resolutivo, *Rendella de jur. prothom.* §. *in primis Glos. non solverit n.* 4., *& seqq.*

16 Quæ actio experiri potest non tantum coram competenti Judice rei conventi, ut tradunt *Tiraquellius de retract. consang.* §. 8.
17 *Glos.* 5., *De Franchis in dec.* 389. *num.* 1., aliique; sed etiam coram Judice rei sitæ, *De Franchis loc. cit.*, ubi Addentes; *Ammend. ad eumdem in dec.* 392. *num.* 1., *Afflictus de jure prothom.* §. 1. *Glos. Sancimus*, ubi *Rummus in addit. ad tertium quæs. ver. item pone num.* 11. *fol. mihi* 87., *Sabellius* §. *jus congrui num.* 23. *in fine*; *Verde lib.* 3. *instit. civ. n.* 2050., *Altimari de nullit. sentent. tom.* 1. *rubr.* 9. *q.* 26. *num.* 160.

18 Sed si emptor fundi retrahendi sit clericus, coram quo Judice erit conveniendus? Grandis erat quæstio, quis nempe foret dicendus actor, & quis reus in hoc judicio juris congrui. *Marius Giurba in dec. sicul.* 25. *num.* 15., *& seqq.* retrahentem reum existimabat. Cujus sententiæ adversatus fuit *De Marinis var.* 2. *cap.* 44., ubi actorem esse retrahentem firmavit. Et quicquid in ipsorum tempestate, & post ipsos observatum fuit, hodie tamen per multas Regias Sanctiones diffinitum est secundum opinionem Marii Giurbæ, ut nempe retrahens sit reus. Nam emptor ideo actor dicendus est, quia emendo irritat conterminum ad fundum a se emptum retrahendum, ideoque non obstante quod talis emptor fuerit clericus, quia tamquam actor consideratur, merito coram Judice laico retrahentis tamquam rei conveniendus est. Et inter alias Regias Sanctiones edita fuit sequens sub die 16. Martii 1762.

„ Uniformandosi il Re al sentimento di „ codesta Real Camera proposto con rappre„ sentanza de' 25. dello scorso mese, nella „ quale fu 'l dubio fatto dalla Corte di Ca„ serta, se dovea attendersi la consuetudine „ praticata in questo stato, che gli Ecclesia„ stici non soffrano, nè godano il congruo, „ riferì essersi dal Re Cattolico augustissimo „ Padre della M. S. già stabilito, e deter„ minato, che le cause di congruo sieno ad „ istanza de' laici, o di ecclesiastici debbano „ sempre trattarsi avanti al Giudice laico, al „ quale privativamente la cognizione appar„ tiene per la principal ragione di esser que„ sta una azione reale, la quale deve rego„ larsi nella decisione della medesima colle „ leggi communi, e municipali, senza atten„ dere qualunque altra pretesa consuetudine „ in contrario. Ha la M. S. dichiarato, e „ vuole, che nella causa di congruo, sia di „ pretenderlo, sia di riceverlo gl' Ecclesiastici „ in Napoli, e nel Regno siano trattati ugual„ mente che i laici, e che per gl' uni, e per „ gl'altri debbono i Giudici laici, a quali pri„ vativamente la cognizione di tali cause ap„ partiene, regolarsi nella decisione della me„ desima colle Consuetudini di Napoli nella „ Capitale, e colla Costituzione *Sancimus* nel „ Regno. Lo prevengo di Real ordine alle „ Signorie Loro Illustrissime per intelligenza, „ e governo di codesta Real Camera; nella „ prevenzione ancora di essere in tale con„ formità dati gl' ordini corrispondenti alla „ Corte di questo Regio Stato. Caserta 16. „ Marzo 1762. = Bernardo Tanucci.

19 Accrescendi jus locum habet in hac juris congrui materia. Hinc si unus, aut plures ex conterminis renunciant, aut inhabiles ad contrahendum sunt, alter conterminus habilis illorum adhuc partem jure accrescendi, si velit, acquirit. Etenim non idoneus ad jus congrui habetur pro non conjuncto, quia
20 non dicitur esse, quod jure non est, *l. Paulus ff. de V. S.*, *l. Ubi autem non apparet ff. de in diem addit.*, *l. Quoties ff. qui satisd. cog. cap.* 1. *de vot. in* 6., *Afflictus de jur. prothom.* §. 1. *Glos. Sancimus num.* 29. 42., *&* 46., *Rendella eodem tract.* §. *in primis Glos. unusquisque secundum suam opinionem, n.* 21..

21 Et si plures sunt retrahentes, pars inhabilis aut renunciata viciniori accrescit, *Card. Tusch. lit. l. concl.* 583. *num.* 14.

22 Cedi tamen hoc jus congrui nequit, nisi cum ipsa re, *Afflictus* §. 6. *Glos. scriptum est num.* 15., *Olea de cess. jur. tit.* 3. *q.* 2. *num.* 29. *ver. uno tamen casu Sabellius tom.* 3. §. *jus congrui num.* 8., *& tom.* 4. *resol.* 68. *num.* 38., *De Franchis dec.* 242. *num.* 1., ubi *Amm. n.* 1., *& De Luca num.* 2., *Manfrella ad Capyc. Latro dec.* 46. *num.* 14., Dominus Genitor in *prax. civ. cap.* 27. *num.* 14., ubi meus Germanus additionator *num.* 195.. Necessaria tamen
23 non est specialis cessio juris congrui cum ipsa re; sed sufficiens erit rei translatio per titulum habilem, nam res cum sua causa transit, *Afflictus num.* 20., *Sabellius n.* 8., *Dominus Genitor loc. cit.*

24 Fallit tamen in retractu conventionali. Etenim pactum retrovendendi, aut reemendi

cedi quidem posse communiter tradunt Gra-
tianus cap. 903. num. 2., & seqq., De Faria
ad Covarruvias var. 1. cap. 9. num. 51., Alti-
mari ad Rovitum tom. 3. conf. 14. num. 37.,
& de nullit. contract. tom. 1. rubr. 1. sect. 2 q. 7.
num. 15., Verde lib. 3. instit. civ. num. 1515.,
Olea num. 39.. Nisi soli retrahenti, & non
aliis reemendi potestas fuerit concessa, Olea
25 num. 41., Altimari ad Rovitum dict. num. 37.
ver. qui limitat.

26 Et si plura bona quantumvis distincta, &
separata unico pretio distracta fuerint, vici-
nius qui uni tantum realiter conjunctus est,
poterit, si vellet, non solum fundum con-
terminum, sed cetera alia bona retrahere
secundum Jacobum Novellum de jure congrui
num. 215., verum quod fundum contermi-
27 num retrahere tantum potest, sed tamen
si emptor omnes fundos retrahere volenti
offerat, cogitur omnes retrahere, tenet Ti-
28 raquellius de retract. consang. §. 23. Glos. 2.
num. 9.. Nihilominus tamen, quod solum
fundum sibi conjunctum retrahere potest,
& ad alios recipere cogi nequit melius do-
cent, & probant Afflictus de jure prothom.
§. 6. Glos. scriptum est num 5., Gratianus cap.
745. num. 65., Sabellius tom. 4. resol. 68. n. 71.,
Verde lib. 3. instit. civ. num. 1896., De Fran-
chis dec. 17. num. 22., ubi De Luca num. 6.,
Sorge in jurisprud. tom. 2. cap. 39. num. 73..
29 Sicque Judex deducta æstimatione cetero-
rum fundorum, retrahendum fundum æsti-
mare solummodo curabit, ex deductis per
Ulp. in l. 1. ff. de eviction.

30 Fallit vero si retrahendus fundus fuerit
alteri accessorius, utputa domus unasimul
cum horto, quoniam tunc retrahens utrum-
que accipere debebit, Afflictus n. 7., Gra-
tianus num. 67., Sabellius loc. cit., Verde
n. 1898., Sorge loc. cit.

31 Et ut ad quicquid nostri interest acceda-
mus, ceteris omissis, notare oportet; quod
vigore Constit. Sancimus non permittitur
fundi alienatio, nisi prius denuncientur, qui
per ordinem in ipsa Constitutione sunt vo-
cati; cujus verba sunt hæc. Non aliter ei
concedimus alienare, nisi prius denuncietur
illis, quos vocamus per ordinem in jure pro-
thomiseos. In primis vocentur parentes,
qui sunt conjuncti, postea socii, qui simi-
liter sunt conjuncti; post hos vocentur
illi, qui sunt sub uno servitio, & sunt con-
juncti ex aliqua parte; post omnes istos illi,
qui sunt conjuncti, etiamsi sint extranei. Si
autem plures sunt, qui habent jus prothomi-
seos, omnibus denuncietur, ut infra triginta
dies solvendo justum pretium sine mora quan-
tus verus emptor sine fraude dederit, unus-
quisque secundum suam portionem accipiat.
Verum si infra statutum terminum pretium
justum non solverit, de cetero non habeat jus
prothomiseos.

32 Pro intelligentia igitur, & declaratione
hujus constitutionis sciendum est, quod per
ly parentes qui sunt conjuncti non intelli-
gendum est de iis, qui sunt conjuncti tan-
tum sanguine, benevero de iis, qui adhuc
sunt conjuncti re, ut adversus singulariter
scripta per De Rosam in prax. civ. decret.
cap. 13. num. 70., & seqq., est vera, & com-
munis opinio in praxi adprobata, ut tra-
dunt Sianus ad Nicolinum in prax. civ. n.
46. fol. mihi 99., Sorge in jurisprud. tom. 2.
cap. 40. num. 14. in fin., Dominus Genitor in
prax. civ. cap. 27. num. 3., ubi meus Germa-
nus additionator num. 105., & seqq., & vi-
de Afflictum de jure prothom. §. 1. Glos. San-
cimus num. 36., Verdem lib. 3. instit. civ. n. 2038.

33 Et hæc sanguinis conjunctio debet esse
retrahentis cum venditore, Rendella de jure
prothom. §. in primis, Glos. parentes num. 2..
34 Et secundum ordinem intestatæ successionis
regulatur, De Rosa num. 72., Dominus Ge-
nitor num. 4.. Venditionis tamen tempus
inspiciendum est, Dominus Genitor n. 74.,
35 Rendella num. 2. ver. consideratur, Tiraquellius
de retract. consang. §. 1. Glos. 9. num. 94., Olea
36 de cess. jur. tit. 3. q. 4. num. 17.. Et protrahi-
tur conjunctio usque ad gradum successibi-
lem, nempe ad decimum gradum de jure
Civili, qui erit quintus de jure Canonico,
Dominus Genitor num. 7., Rendella num. 4.,
Tiraquellius num. 23., De Marinis var. 2.
37 cap. 116. num. 30.. Et ex utroque sanguinis
latere conjunctus excludit conjunctum ex
uno latere, Dominus Genitor num. 9., Go-
mesius in l. Tauri 8. num. 8. ver. item etiam.
38 Et attento jure nostri Regni in concursu
fratris, & sororis, frater sororem excludit
ad retrahendum fundum a patre venditum,
Dominus Genitor num. 11., Capyc. Latro
39 lib. 1. dec. 57. num. 27., quod secus erit, si
fieret venditio a collaterali, vel ab extra-
neo, quoniam hoc in casu cessat ratio re-
gulæ successionis ab intestato vigore consti-
tutionis in aliquibus; & si cessat finis legis,
cessat etiam ejus dispositio. Concludendum
40 igitur quoad hoc est, quod sanguine con-
junctus quantumvis in minima parte realiter
conjunctus fuerit, ceteros extraneos con-
terminos etiam in centuplicata parte reali-
ter conjunctos excludit, Dominus Genitor
num. 13. ver. & eadem.

41 Post parentes admittuntur socii, idest qui
rem communem cum venditore possidebant,
quamquam divisam, Afflictus de jure pro-
thom. §. 1. Glos. Sancimus num. 15. ver. quarto
nota Rendella eod. tract. §. in primis Glos. so-
cii num. 8.. Qui socii, parentibus exceptis,
ceteros conterminos excludunt, etiamsi ad-
huc in minima parte fuerint conjuncti, Ren-
42 della num. 7., & 16., Gratianus cap. 526.
num. 4., & cap. 874. num. 17., Sabellius §. jus
congrui num. 10., Verde lib. 3. instit. civ. n. 1915.

43 Post socios admittuntur conjuncti, qui
sunt sub uno servitio; & hi secundum ma-
gis

gis probatam sententiam relatam a Domino
Genitore *num.* 87. sunt, qui pro diviso ali-
qua prædia de feudo possident, pro quibus
annuam quantitatem quilibet eorum domino
directo tribuit; sicque si ipsorum unus suam
portionem venderet, ceteri jus congrui ha-
bebunt, aliis conterminis exclusis.
44 Tandem admittuntur extranei contermini.
Et in concursu omnes admittuntur, habito
respectu confinationis cujuscumque fundi;
sicque qui majorem portionem habebit,
majorem partem recipiet. Nisi tamen ma-
jor pars fuerit triplicata quantitative, e. g.
45 unus in tres palmos, alter in novem; quo-
niam tunc iste ceterum ex una parte, seu
tribus palmis conjunctum excludit, dummo-
46 do non fuerit parens, socius, aut sub uno
servitio, ut supra dictum est, Dominus Ge-
nitor *num.* 13., *Afflictus* §. 7. *Glos. item de*
ipsa prothomisi num. 1., *Rendella* §. *scriptum*
est, *Glos.* una pars nihil habeat *num.* 6.
47 Omnes igitur supradicti secundum ipsorum
prærogativam vocandi, & denunciandi sunt,
si velint, vel nolint jure congrui; quibus
triginta dierum tempus conceditur ut deli-
berent, & pretium solvant sine fraude ab
emptore solutum quantumcumque excessi-
48 vum, *Capone contro.* 1. *num.* 43., *De Ma-*
rinis tom. 3. *alleg.* 82. *num.* 1., *De Luca ad*
Franchis dec. 390. *num.* 2., *De Rosa consult.*
27. *num.* 14., aliique apud *Altimarem de nul-*
lit. contract. rubr. 1. *p.* 2. *q.* 15 *num.* 398.
49 Et hæc denunciatio fieri potest tam judi-
cialiter, quam extrajudicialiter; *Afflictus* §.
2. *Glos. ut infra* 30. *dies num.* 10. *in fine*, *Ren-*
della §. *in primis Glos. vocentur num.* 2., *Gra-*
tianus cap. 957. *num.* 11. Et continere de-
bet emptorem, pretium, qualitates, & omnia
50 pacta, alias nulla erit, *Rendella* §. *Sancimus*
Glos. denuncietur num. 10., *Sabellius tom.* 4.
resol. 68. *num.* 55., *De Luca ad Franchis dec.*
588. *num.* 6. Dominus Genitor *in prax. civ.*
cap. 27. *num.* 24. Et tam per venditorem,
quam per emptorem erit facienda, hac ta-
51 men differentia, quod ante venditionem,
seu contractus perfectionem ad venditorem
pertinet. Post venditionem vero, & con-
tractum perfectum spectat ad emptorem,
ut tradit Dominus Genitor *num.* 23., & 24.
52 Et denunciatione non sequuta, si aliunde
contermino advenerit scientia, non erit suf-
ficiens, & non nocebit; quoniam denuncia-
tio non solum fit, ut vicino pateat vendi-
tio, sed etiam ut deliberet, si velit, vel ne
emere, *Afflictus* §. 2. *Glos. ut infra* 30. *dies*
num. 13., *Rendella* §. *Sancimus Glos. denun-*
cietur num. 7., *Gratianus cap.* 742. *num.* 3.,
Sabellius tom. 4. *resol.* 68. *num.* 55.
53 In omni tamen die fieri potest denuncia-
tio, *Afflictus num.* 11., Dominus Genitor
54 *num.* 31.. Et ubique etiam in Ecclesia, &
Missa, Dominus Genitor ibidem; & etiam
55 de nocte, *Verde lib.* 2. *inst. civ. num.* 1845.
56 Veniens igitur finitimus denunciatus intra
mensem, & pretium solvens, admittendus
erit ad jus congrui. Transacto autem men-
57 se, amplius non auditur; & etiam intra
mensem neque audiretur, si antea juri suo
renunciasset, *Tiraquellius de retract. lignag.*
§. 1. *Glos.* 9. *num.* 119., *Afflictus* §. 6. *Glos.*
scriptum est num. 19., *Gratianus cap.* 672. *n.* 1.
58 Scias benevero de consuetudine servari,
ut per Judicem quadraginta dierum tempus
vicino concedere possit ad deliberandum,
ut post alios notat Dominus Genitor *n.* 18.
59 Et hic terminus continuus est; & ultimus
dies pro vicino absque spe purgandæ moræ
interpellat, *Rendella* §. *in primis Glos. ut in-*
fra triginta dies num. 2.
60 Et quamquam varii sint Doctores, si,
vel ne possit Judex tale tempus restringere.
Nihilominus melior illorum sententia est,
qui tenent coarctari posse a Judice, justa
existente causa; ut quando emtori grave
damnum immineret ex totius temporis di-
latione, ut si fame periret; aut si nimis a
creditoribus vexaretur; aut apud hostes fue-
rit captivus, ut judicatum per S. C. testa-
tur *De Franchis in dec.* 588. *num.* 6., & 10.,
ubi *De Luca num.* 1., & *seqq.*, & tenent
Afflictus §. 2. *Glos. ut infra* 30. *dies num.* 16.,
Rendella §. *in primis Glos. infra quatuor men-*
ses num. 25., *De Luca ad De Marinis vari*
2. *cap.* 224. *num.* 1., & *seqq.*; Dominus Ge-
nitor *in prax. civ. cap.* 27., ubi meus Ger-
manus additionator *n.* 182.
61 In casu vero, quo super contractu inito
nulla denunciatio intercesserit, & tunc de-
cennium vicino ad jus congrui petendum
conceditur, ut fuit statutum in laudata Con-
stit. *Sancimus* §. 5., cujus decennii tamen
principium a die celebrati contractus curre-
62 re volunt *Tiraquellius de retract. lignag.* §. 1.
Glos. 10. *n.* 108., *Covarruvias var.* 3. *cap.* 11.
num. 2., ubi *De Faria num.* 2., *Riccius col-*
lect. 6. *ver. item*; *Verde lib.* 3. *instit. civ. num.*
1859. Verum tradit *Afflictus* §. 2. *Glos. ut*
infra 30. *dies*, *num.* 3., & *seqq.*. Sufficere
63 specificam contractus scientiam sive veram,
sive præsumptam. Attamen *Gomesius in l.*
Tauri 70. *num.* 16., *Boerius dec.* 112. *num.* 4.,
64 aliique apud meum Germanum *num.* 167.
firmant, decennium currere a die veræ,
naturalis, & *actualis*, non fictæ traditionis
rei, ut puta per clausulam constituti, aliam-
ve similem, ex rationibus, quas apud eos-
dem videas.
65 Quod decennium adhuc ignoranti currere
tradit *Boerius num.* 6., & *seqq.*. Cui tamen
ignoranti succurritur per restitutionem in
66 integrum ex clausula generali *si qua mihi*
justa causa, *Tiraquellius de retract. lignag.*
§. 35. *Glos.* 4. *num.* 35., & 42., *Afflictus dec.*
37., ubi addent; *Capyc. Latro lib.* 2. *consul.*
6. *num.* 22.
67 Hucusque dicta necessaria hic ponere exi-
stima-

stimavi, non solum quia pertinent ad firmandas regulas pro pupillis, & minoribus; sed etiam ut a Tyronibus sciantur; cum sint de materia nimis communiori, & in praxi frequentiori, & multum scitu digna sunt.

68 In primis igitur dicimus respectu retractus
sanguinis, ut adhuc venter prægnans ad retrahendum fundum a consanguineo distractum admittendus sit, *Tiraquellius de retract. consang.* §. *1. Glos. 9. num. 75.*, *& seqq.*, aliique apud meum Germanum *dict. cap. 27. num. 92.*. Etenim qui in utero est pro nato habetur ad sui commodum per sententiam
69 Pauli in *l. Qui in utero 7. ff. de stat. homin.*.
Declarat tamen *Tiraquellius num. 77. in fine* suspensum manere jus congrui usquedum venter in lucem veniat, cum esse poterit abire in monstrum, portentum, aut mortuus nascatur. Uterus tamen de venditionis
70 tempore conceptus esse debet, *Tiraquellius*
num. 80.; *& seqq.*. Nisi conditionaliter facta
71 fuerit venditio, quoniam tunc sufficeret an-
te conditionis eventum uterum concipi, ex deductis per *Tiraquellium num. 95.*, *& seqq.*
72 Respectu vero realis conjunctionis certum
quidem est posse pupillum, aut minorem jus congrui experiri adversus distractum fundum sibi conjunctum, prout statutum etiam fuit in Constit. *Sancimus* §. *2.*. Sicque in-
73 fantes, aut pupilli, aut minores contermi-
ni denunciandi sunt; de quorum denuncia-
74 tione, seu citatione vide *p. 2. cap. 1.*. Cujus
denunciationis tempus ad quatuor menses porrigitur, & non jam ad mensem sicuti in majore statutum est, quemadmodum con-
75 stitutum fuit *in dict. Constit. Sancimus* §. *2.*,
cujus verba sunt: *Ut infra 30. dies solvendo justum pretium sine mora quantum venis emptor sine fraude dederit; unusquisque suam portionem recipiat, Verum si infra statutum terminum pretium justum non solverit, de cætero non habeat jus prothomiseos. Nisi forte quisquam eorum fuerit in captivitate ... aut si fuerit minor 25. annis. Et licet fuerint isti absentes ex justa causa, tamen tutores, vel curatores, vel procuratores, vel defensores infra quatuor menses debent venire, & solvere justum pretium cum legitimis usuris, & necessariis expensis, & accipere jus prothomiseos, & extraneos emptores omnino repellere;*

76 Qui quatuor menses a die denunciationis
currunt, *Rendella* §. *in primis Glos. infra quatuor menses n. 15.*. Quamquàm *Afflictus* §. *2. Glos. ut infra 30. dies n. 1. in princ.*, ubi *Rummus in addit. ad 10. notab. n. 1.* velit, quod isti quatuor menses numerandi erunt post lapsum aliorum 30. dierum; quasi quod illi habeantur in locum restitutionis in integrum adversus lapsum 30. dierum. Quod multum
77 a veritate alienum mihi esse videtur; nam
constitutio hoc non expressit, & sicuti habetur tempus 30. dierum respectu majoris, ita quadrimestre respectu minoris. Quo
78 elapso, & pupillorum tutores, aut curato-
res minorum non curarunt uti retractu, ad omnia damna, & incommoda illis advenientia teneri eos statuit Imp. Fredericus in *d. const. Sancimus* §. *2. ver. & si neglexerint hoc facere, resarcire de propriis bonis suis quicquid incommodi illi habebunt*; vide *Rendellam* §. *in primis Glos. quicquid incommodi n. 1.*.
79 Sicque pupillis, & minoribus non alia con-
ceditur in integrum restitutio adversus temporis lapsum, quam tutores, vel curatores convenire ad id, quod interest, *Afflictus n. 32.*, *Rendella* §. *in primis Glos. infra quatuor menses n. 4.*

80 Qui tutores, vel curatores si solvendo
non fuerint, tunc pupilli, aut minores poterint restitui, ut emptorem conveniant ad relaxandum fundum vigore juris congrui, *Afflictus n. 34.*, *Caput. apud. Rendell.* §. *in primis Glos. & si neglexerint n. 3.*. Sicque prius
81 facienda erit curatoris discussio; & quam-
quam *Afflict.*, *& Caput.* velint hoc procedere in majore, non in minore, qui liberum habet arbitrium, aut curatorem discutere, aut emptorem pro fundo retrahendo convenire. Nihilominus tamen etiam respe-
82 ctu minoris contra *Afflictum*, *& Caput.*
stat firma, & indubitabilis conclusio, ut prius ad curatorem, exindeque ad emptorem actio dirigatur; dummodo essemus in casu, quo judicialiter facta fuit denunciatio; cum speciale sit in judiciis, ut prius discutiatur curator, & tandem in subsidium conceditur restitutio per id, quod diffinivit Imp. Justinianus *in l. Properandum 12.* §. *sin vero Cod. de judic.*. Possunt tamen esse vera dicta per
83 *Afflictum*, *& Caput.* in casu extrajudicialis
denunciationis; nam cum simus extra judicium, liberum est minori quemcumque velit prius discutere, & convenire, nec per unius electionem fit respectu alterius aliquod
84 præjudicium, prout statuerunt Impp. Dio-
clet., & Maxim. *in l. fin. Cod. si tut.*, *vel cur. interv.*, & vide per nos dicta *cap. 5. n. 3.*, *& seqq.*

85 Ad hoc tamen ut pupillus, aut minor
tam adversus emptorem, quam suum tutorem, aut curatorem restitui possit, necesse est, ut ipse pupillus, aut minor in debito tempore promptam pecuniam ad finem retrahendi retinebat, & quod fundi emptio saltem utilis eidem erat, *De Anna tom. 1. alleg. 27. n. 24.*, *De Marinis var. 1. cap. 329. num. 15.*, *& var. 2. cap. 116. num. 21.*, *& cap. 117. num. 2.*, *& lib. 3. alleg. 117. n. 8.*, *& seqq.*
86 Etenim solus temporis lapsus sufficiens non
est ad restitutionem obtinendam, ut notavimus *cap. 6. num. 75.*, *& seqq.*
87 Quæres: Tutor erit etiam conterminus
sicut pupillus fundo retrahendo, quid juris? Et dicendum est, quod tunc conveniens

erit,

erit, ut fundus proportionabiliter dividatur
inter pupillum, & tutorem. Et si forte tu-
tor proprio nomine contraxit, adhuc tunc
principali suo pupillo portionem suam re-
fundere debebit, *Rendella de jure prothom.*
§. in primis Glos. resarcient de proprio.
88 Minor, aut ejus curator denunciatus ve-
niens intra legitimum tempus ad denuncia-
tum fundum retrahendum, pretium justum,
& sine fraude solutum præstare tenetur;
nam omnis fraudulenta oblatio, aut solutio
rejicitur, *De Luca ad Franchis in dec. 390.*
num. 3., *Alex. ad De Marinis tom. 3. alleg. 82.*
89 *num. 2.* Et hæc fraus conjecturis, & ad-
miniculis probatur, vide *Alex. num. 3.*
90 Et ad pretii veritatem eruendam potest
emptor cogi, ac etiam venditor, ut cum
juramento declarent, quale fuerit verum
pretium solutum, aut oblatum, *Rendella §.*
causa vero dotis Glos. exigere juramentum n.
13. *Alex. ad Capyc. Latr. lib. 2. consul. 96.*
num. 33.
91 Et non solum justum pretium, sed etiam
legitimas usuras debebit minor denunciatus
solvere, ut fuit dispositum in dict. Constit.
92 *Sancimus §. 2.*, quæ usuræ in emptoris be-
neficium conceduntur, *Rendella §. in primis*
Glos. legitimis usuris num. 6. Debenturque
ex condictione hujus constitutionis, & sic
actionis jure. Expropter nequaquam vicino
93 retrahenti ob solius pretii receptionem cen-
sentur remissæ, *Rendella num. 2.*
94 Immo erunt tales usuræ solvendæ, etiamsi
fundus fuerit infructuosus, quia simpliciter
eas solvi absque ulla præstationis causa no-
stra constitutio statuit, ut legenti patet, &
notat *Rendella num. 4.*
95 Et non alias taxari debent, quam ratione
fructuum; *Rendella num. 13.*, *Covarruvias*
var. 3. cap. 4. num. 2. ver. ex quibus infertur,
96 ubi *De Faria num. 15.*, *De Anna consl. 15.*
num. 15., æstimandorum tamen ex prudenti Ju-
97 dicis arbitrio; *De Faria num. 18.*; aut ex
communi regula quinque pro centenario,
ut tradunt *Rendella loc. cit.*, *Anna num. 16.*,
Sabellius §. fructus num. 10. ver. quod debentur.
98 Cessarent vero dictæ usuræ, si emptor
pretium non adhuc solverit, sed illius fidem
habuit venditor pro solvendo fundi pretio,
nam sicuti emptor ad usuras solvendas non
erat adstrictus, *Covarru. num. 5.*, ubi *De Fa-*
ria num. 25. Ita neque & retrahens; quo-
niam emptori non erit solvendum damnum
nullatenus jam per eum passum.
99 Sed quæres: Cur ad solutionem talium
usurarum adstrictus videtur minor, dum in-
tra legitimum tempus post denunciationem
venit; & non jam quilibet major, si intra
mensem eidem post denunciationem con-
cessum adhuc ad retrahendum accedat? Et
facilis est responsio, quam tradit *Rendella*
§. in primis Glos. legitimis usuris num. 11 ver.
ideo nota, ubi ait eam esse differentiæ ra-
tionem, quod ideo Imp. Fredericus in casu
30. dierum respectu majorum ipsos ad usu-
ras non obligavit, quia fuit memor senten-
tiæ Ulpiani in *l. Si debitori 21. ff. de judic.*
ut in decursu modici temporis nulla mora,
nullumque compensabile damnum conside-
rari possit; ideirco in sua constitutione pre-
tium sine usuris exolvendum statuit; quod
100 dici nequit in casu minorum, ubi ex plu-
rimorum mensium decursu a solutionis die
aliquod damnum, & interesse emptori ad-
venire posse existimatur.
101 Erit benevero liber ab usurarum solutio-
ne minor, si intra primos triginta dies jure
congrui usus fuerit. Etenim quia isto casu
utitur jure, seu communi dilatione cuilibet
majori concessa, merito secundum ejusdem
regulam judicandus erit; alias sequeretur ab-
surdum, quia ipsius minoris privilegium in
sui damnum, & perniciem verteretur con-
tra præscriptum in *l. Quod favore Cod. de*
102 *legib.*, vide *Rendella loc. cit.*, ubi etiam
subdit, quod veniens minor adhuc imme-
diate post 30. dies, ad usuras pariter tene-
bitur, quia utitur jure congrui vigore bene-
ficii, cui addictæ sunt usuræ.
103 Ad parilitatem vero inter contrahentes
servandam, sicuti minor ad usuras in empto-
ris beneficium tenetur, ita emptor ad perce-
ptos fructus medii temporis in beneficium
minoris, secundum notata per Ulp. in *l.*
Illud sciendum 29. §. item emptori ff. de ædilit.
edict., *Rendella num. 8.* Et quamquam *n. 9.*
104 *& 11.* in contrarium abire videatur, nem-
pe fructus emptori penitus spectare, ante-
quam per conterminum fuerit petitus re-
tractus, quia ante talem declarationem nul-
lum jus tali contermino acquisitum est; be-
nevero conservatur simplex, & nuda retra-
hendi potentia, ut diximus *num. 15.* Nihi-
lominus tamen absque ulla ratione dictum
esse hoc videtur. Etenim quamquam sit
verum, simplicem, nudamque retrahendi
potentiam conservari contermino ante vo-
luntatem retrahendi. Attamen ex tunc, quo
retrahendi animum conterminus iste patefe-
cit, omnes ejus actiones, & rationes retro-
trahuntur ad diem initi contractus, quasi
quod ab initio retrahendi voluntatem de-
monstravit. Nec dicere valet, non dari re-
trotractionem in præjudicium tertii, sicque
præjudicium emptori inferretur, dum fru-
ctus per conterminum abdicarentur; nam
responderetur verum quidem esse non dari
retrotractionem in tertii præjudicium; atta-
men falsum est tali emptori præjudicium
inferri; quoniam in locum fructuum con-
ceduntur usuræ. Et iniquitatem quidem fa-
ceret, emptorem unasimul usuras, & fru-
ctus acquirere posse. Expropter ut ordo
justitiæ, & æquitatis servetur, dicendum est,
emptorem usuras, & conterminum fructus
lucrari debere.

Cer-

105 Certum tamen eſt, eſſe emptori refun-
dendum quid quid in percipiendis fructibus
expendidit, *Tiraquellius de retract. conſang.*
§. 15. Gloſ. 1., Rendella loc. cit., Barbatus
de aſſiſtent. Gloſ. 5. num. 35., Menochius de
arbitr. in addit. ad caſ. 258. num. 28., Rodo-
rius ad De Marinis var. 1. cap. 152. num. 6.,
106 aliique apud *Sorgem in juriſprud. tom. 2. cap.*
22. num. 8., & etiam pro agri cuſtodia, ne
107 fructus ſcilicet furarentur, *Tiraquellius n. 25.*
Pariterque in fructibus conſervandis, *Meno-*
chius num. 29., prout omnia iſte probat *Pau-*
lus in l. Si a patre 39. §. fructus intelliguntur
deductis impenſis, quæ quærendorum, colli-
gendorum, conſervandorumque eorum gratia
108 *fiunt ff. de petit. heredit.*. Et etiam per re-
trahentem exolvendum erit emptori quic-
quid expendidit pro inſtrumenti confectione,
& appretiatione fundi, *Rendella §. in primis*
Gloſ. expenſis neceſſariis num. 1., & 4.
109 Quæres: an dum minor retrahere inten-
dat, erit neceſſarium Judicis decretum? Ne-
gative reſolvit *Altimari de nullit. contract.*
tom. 6. rubr. 2. q. 1. ſect. 1. num. 206. ver. nemo
minor. Etenim Judicis decretum neceſſarium
non eſt, ubi Principis habetur licentia per
id, quod reſcripſit Imp. Aurelian. in *l. 2.*
Cod. quando dec. opus non eſt.
110 Sed quid dicendum in caſu, quo minor
denunciatus juri congruo renunciaſſet, an
& quando talis renunciatio valida eſſe pot-
erit? Et dicendum eſt, quod ſi minor cu-
ratorem habet, quæcumque ipſius renun-
ciatio adhuc jurata nullo modo nocere ei-
dem poteſt, ut videas *cap. 6. n. 93., & ſeqq.*
111 Dum autem curatorem non habebit, va-
lida erit ſimplex ejus renunciatio, ſed ob
quamquam læſionem ex Judicis arbitrio re-
gulandam reſtitui poterit, per nota in *l. Si*
curatorem 3. ver. ſi vero Cod. de in integr. re-
ſtit.. Et fortius erit valida, ſi fuerit jura-
mento vallata, vigore auth. Sacram. puber.
112 *Cod. ſi advers. vendit.*, vide *dict. cap. 6. n.*
92., ubi tamen habetur non dari reſtitutio-
nem adverſus juratam renunciationem, niſi
113 ob enormem læſionem; quemadmodum
etiam datur reſtitutio adverſus læſivum con-
tractum celebratum cum omnibus juris ſo-
114 lemnitatibus, *l. Si quidem 11. §. ſi vero Cod.*
de præd. minor., l. Cum & minores 4. Cod. ſi
adverſ. rem judic., l. Etiamſi 30. ff. de minor.,
& diximus *dict. cap. 6. num. 94.*
115 Memorata denunciatione nequaquam præ-
habita decennium jam conterminis noſtra
Conſtitutio *Sancimus* ad finitivum fundum
retrahendum conceſſit in §. tranſcurſo ſe-
quentibus verbis: *Tranſcurſo vero decennio,*
ſi non denunciavit, nulla de cætero moveatur
controverſia illis, qui poſſident ex aliquo con-
tractu, vel ex donatione, vel ex teſtamento.
116 Et hoc non ſolum majoribus, ſed mi-
noribus etiam procedere ipſamet Conſtitu-
tio clare demonſtrat. Etenim quia minores
non excepit, prout excipere placuit in tem-
pore denunciationis, merito dicendum eſt
adhuc minores ſub eadem diſpoſitione ob-
ſtringere voluiſſe; alias ſi volebat, poterat
quidem excipere, prout altero in caſu ex-
ceptos jam effecit; quod comprobatur ex
reſcripto Imp. Juſtiniani in *l. Unica §. ſin.*
autem Cod. de caduc. tollen., in illis verbis:
nam ſi contrarium volebat, nulla erat diffi-
cultas conjunctim ea diſponere.
117 Adverſari tamen videtur Tex. ejuſdem
Imp. Juſtiniani in *l. Sancimus 5. Cod. quib.*
in cauſ. in integ. reſtit., ubi ſpecifice ſtatutum
fuit, nequaquam præſcriptiones a minoribus
incipere poſſe; ſicque iiſdem necminus cur-
rere, exceptiis iis longiſſimi temporis. Cui
oppoſitioni reſpondetur, Textum prædictum
118 loqui de temporalibus præſcriptionibus in
corpore juris contentis, quæ quia a jure
productæ ſunt, idem jus ſuper reſtitutione
diſpoſuit; quod non procedit quidem in
præſcriptione, de qua habetur ſermo, quæ
non a jure, ſed a ſtatuto deſcendit, ut poſt
alios declarat *Altimari de nullit. contr. tom.*
6. rubr. 2. q. 1. ſect. 1. num. 105. ver. fin., & vi-
de *Surdum dec. 49. num. 3. in fine, & Napo-*
danum ſuper conſuet. ſi quis emit num. 50. de
jur. congr.. Certum tamen eſt, adverſus hoc
decennii lapſum reſtitui minorem, ut tra-
119 dit *Afflictus §. 2. Gloſa ut infra 30. dies*
num. 30. ver. nemo nota, ubi *Rummus in addit.*
num. 1., & 2., dummodo promptam pecu-
niam in debito tempore, atque utilitatem
in retrahendo probabit, ut diximus *num. 85.*
Quicquid in contrarium velit *Tiraquellius*
de retract. conſan. §. 35. Gloſ. 2.
120 Quod reſtitutionis beneficium adhuc ma-
jori juvat communem prothomiſim alicujus
rei indiviſibilis cum minore habenti, non
autem diviſibilis, *Alex. ad De Marinis lib.*
3. alleg. 127. num. 8., & 9. Petique debet
121 intra quadriennium a die majoris ætatis,
eo modo, quo firmavimus *cap. 6.*
122 Uſquemodo de pupillo, & minore acti-
vum retractum habente ſermonem egimus;
nunc quicquid de paſſivo erit, videamus.
Hinc dicimus, pupillum, & minorem ſicuti
activum retractum habere; ita & paſſivum
debere pati; *Tiraquellius de retract. conſan.*
§. 1. Gloſ. 13. num. 13., Benedella poſt tracta-
tum *Rendellæ §. verum num. 7. fol. mihi 189.*
Etenim ſtatutum ſimpliciter loquens, adhuc
123 minores comprehendit, *Maſtrillus dec. 161.*
num. 10.. Tum quia quodcumque ſtatutum
124 de retractu rem ipſam afficit, taliter quod
in ejus materia ſemper rei ſitæ ſtatuta ob-
ſervanda ſunt, ut diximus *num. 13.*, cum
inde certum ſit, conſuetudinem aſpicientem
rem ipſam ſimul majores, & minores liga-
re per ſententiam *Modeſtini in l. Si ſine*
33. §. Lucius Titius ff. de adm. tut.. Et hoc
in caſu neque Judicis decretum neceſſarium
eſt, ſed ſola curatoris auctoritas neceſſaria
eſt,

125 est, *Altimari de nullit. contract. tom. 6. rubr.*
2. q. 1. sect. 1. num. 206. ver. tertio si contra-
126 ctus. Etenim Judicis decretum necessarium
non est, ubi Principis habetur licentia per
id; quod rescripsit Imp. Aurelian. in *l. Il-*
lud 2. Cod. quando decr.

127 Quæres modo de aliquo peculiari casu,
nempe minor fundum Sempronio vendit,
non servatis juris solemnitatibus, taliter
quod contractus nullus est, an contermino
prædicti fundi retractus tempora currant ex
die talis contractus nulliter gesti? Et certa
conclusio est, tempora ipsa nequaquam cur-
rere posse; nam cum nullus sit contractus,
nullum producit effectum, & quasi non
confectus fuisset habetur, ut post infinitos
refert *Altimari de nullit. contr. tom. 5. rubr.*
1. sect. 2. suppl. 3. q. 48. num. 1., quem laudat
meus Germanus D. Blasius Ricucci *in addit.*
ad prax. civ. Domini Genitoris *cap. 27. n. 212.*
128 Qui contractus dominii translationem non
parit, & per traditionem non transfertur
possessio aliqua, sed simplex detentio facti,
& non juris, *Altimari num. 44.*, meus Ger-
129 manus *num. 219.*. Sicque quia iste emptor
ex nomine non est dominus, aut possessor
fundi, sed ejusdem dominium penes mino-
rem venditorem remansit, ideo adversus ta-
lem emptorem experiri retractum, non posse
per conterminum, cui actio non adhuc ac-
quisita fuit, & tradunt *Tiraquellius de retract.*
consan. §. 1. Glos. 2. num. 5., *Tuschi lit. S.*
concl. 578. num. 23., *Grotianus cap. 752. n. 60.*,
Sabellius tom. 4. resol. 68. num. 41., *Rendella*
§. Sancimus Glos. non aliter sub num. 9., *Verde*
lib. 3. instit. civ. num. 1960., *Surdus dec. 122.*
num. 11., *Notarr. ad Franchis dec. 392. ver. &*
130 *ita*. Etenim statutum semper de actu va-
lido, & perfecto loqui videtur, *Surdus loc.*
cit., *Tuschi lit. V. concl. 100. num. 1.*, *Romanus*
cons. 78. sub num. 2.. Et contractus nullus
131 nomen contractus non meretur, *Verde loc.*
cit., per Tex. *in l. Non putavit §. non quæ-*
vis ff. de bonor. possess. contr. tabul., *in l. Ait*
prætor §. hæc verba ff. de negot. gest., *& in*
l. Si se 4. §. condemnatum ff. de re judic.

132 Immo ex nostra Constit. *Sancimus* ad-
probari videtur cessare retractum in contra-
ctu nullo. Etenim ita ibidem legitur; *Si*
voluerit alienare prædictas res per venditio-
nem, vel per emphyteusim, vel locationem,
non aliter ei concedimus alienare, nisi &c.
Imperator igitur noster non de venditione
imperfecta intellexit benevero de alienatio-
ne, quæ species perfectæ venditionis est,
& quod venditæ rei dominium in empto-
rem transit; cum ly verba *alienare* contra-
133 ctus perfectionem importent, mediante
dominii translatione in emptoris beneficium,
per sententiam *Ulpiani in l. Alienatum 67.*
134 *ff. de V. S.*. Immo neque dici potest ven-
dita res, de cujus dominio id agitur, ne
ad emptorem transeat, ut verbis *Labeonis*
utar in l. Cum manu fata 80. §. nemo potest
135 *ff. de contrah. empt.*. Ideoque tunc erit per-
fecta venditio, quando omnibus suis parti-
136 bus constabit, ut tradit *Cajus in l. Factu-*
rus 1. ff. de orig. jur.. Et statutum nonnisi ad
actum perfectum extenditur, *Surdus*, *Tu-*
schi, *& Romanus loc. cit.*

137 Bonum tamen consilium præbet *Verde*
num. 1961., ut nempe vicinus retrahere vo-
lens venditorem conveniat ad validandum
contractum, vel ipsum in sui beneficium
revocare; qui venditor, supposito quod
perfectæ nunc erit ætatis, si ratum habuerit
contractum, retractus tempora ex nunc inci-
perent currere. Nec poterit vicinus expelli a ju-
138 dicio exceptione *tua non interest*, si petierit
ostendi titulum, quo emptor rem obtinuit, quia
ratione juris congrui interest scire contractus
qualitatem, & vide *Tiraquellius de retract.*
139 *lignag. §. 1. Glos. 2. num. 10.*. Et licet, dum
venditor ad contractum validandum conve-
nitur, de jure tertii opponi videatur, quod
a jure non permittitur. Nihilominus tamen
cum intersit vicino retrahere volenti, ut
contractus validetur ad finem sua jura ex-
periundi, merito venditorem ita convenire
potest; nam quoties tertius veniens, aut
primario, aut secundario in causa interesse
habet, erit penitus audiendus, ut tradit *Can-*
cerius var. 2. cap. 16. num. 125., & seqq.

140 Et ob eamdem rationem adhuc dicendum
est, quod quamvis nullitas contractus ab eo
tantum, in cujus favorem contractus ipse
annullatur, deduci debeat, ut tradunt *Mer-*
linus cent. 1. cap. 21., ubi *Scoppa*, *Gratia-*
nus cap. 27. num. 59., *& cap. 202. num. 23.*,
Surdus dec. 179. num. 17., *De Luca ad Fran-*
chis in dec. 35. num. 1., aliique apud *Al-*
timarem de nullit. contr. tom. 4. rubr. 1. sect. 2.
suppl. 2. q. 38. num. 126., *& tom. 6. rubr. 2. q.*
1. sect. 1. num. 15.. Nihilominus tamen adhuc
141 ille, cujus interest, ne semper suspensus
maneat contractus, petere potest, ut minor,
prout quilibet alius, in cujus gratiam annul-
latur actus, declaret, si velit, vel ne con-
tractui acquiescere, *Merlinus num. 19., & 20.*,
Scoppa num. 26., *Cancerius var. 2. cap. 13. n.*
49., *De Faria ad Covarruviam var. 2. cap. 4.*
num. 67., *Gomesius var. 2. cap. 2. n. 21. in fine.*

142 Et idem dicendum erit, quando ipso ju-
re nullitas esset exclusiva juris agentis, *Pa-*
risius lib. 1. cons. 33. num. 43., *Surdus dec. 108.*
num. 15., *Altimari de nullit. contr. tom. 6.*
rubr. 2. q. 1. sect. 1. num. 593. ver. & quando
exclusiva.

143 Ex quibus sequitur, quod ratus habitus
contractus nullus ab eo, in cujus commo-
dum talis erat, poterit exinde per conter-
minos jus prothomiseos exerceri, *Tiraquel-*
lius de retract. consan. § 1. Glos. 2. num. 9.,
Rendella §. in primis Glos. infra quatuor
menses num. 21.

144 Et hæc ratihabitio ex nunc vires contra-

ctui addit, cum fit respectu tertii, *De Fran-
chis dec. 86. num. 3.*, ubi addent, *Merlinus
cent. 1. cap. 68. num. 21.*, *De Marinis var. 1.
cap. 25. num. 14.*, *Verde lib. 3. instit. civ. h. 1872.*
145 Immo quia in statutis non datur fictio,
sed semper mera veritas inspicienda est, ut
tradunt *Baldus conf. 294. num. 2. lib. 1.*, *Ti-
raquellius de retract. conf. §. 1. Gl. ios. 10. n. 69.*,
Sanfelic. dec. 26. num. 21. lib. 1., nam omne,
quod per fictionem fit, improprie factum
146 dicitur, per sententiam *Juliani in l. Lege
Cornelia 12. ff. de testam.*. Statutique verba
nequaquam improprie sint intelligenda, sed
vere, proprie, & naturaliter ex deductis
147 per *Marcellum in l. Non aliter ff. de leg. 3.*,
ideo nequaquam in casu prædicto admittenda
erit retractatio, ne statuti tempus per fi-
ctionem curreret.
148 Quærea etiam; Sempronius minoris fun-
dum absque solemnitatibus emit, a quo ex-
inde per vicinum retrahitur. Evenit, quod
minor ipse adversus retrahentem vicinum
agit, nullum declarando contractum; qui
vicinus ad se defendendum, & ut sibi omne
damnum restituatur, primum emptorem vult
convenire, an possit? Negat, & recte *Tira-
quellius de retrac. consan. §. fin. num. 41.*, *&
seqq.*, quem laudat *Altimari de nullit. contr.
tom. 2. rubr. 1. q. 15. num. 419.*, & inter alias,
quas *Tiraquellius* affert probationes, sunt
sequentes.
149 Retrahens sponte in jus, & locum empto-
ris intruditur, quemadmodum retrahens in-
vitus relaxare fundum tenetur. Sed qui
sponte agit quicquid ab invito extorquet,
de evictione agere nequit, ex doctrina *De-
cii conf. 74. per Gl. ios. singularem in l. Quod si
nolit §. si mancipium ff. de ædilit. edict. igitur.*
150 Et ea favet ratio, quia retrahens contra-
ctum ipsum adprobare videtur, alias non
retraheret; & ideo a statuto, & consuetu-
dine conceditur tempus vicino, ut se de
contractu informatum efficiat. Et si male
informatus venerit, ipsemet erit in culpa,
quæ sibi tantum nocere debebit.
151 Insuper. Vicinus iste, aut erat sciens,
aut nesciens nullitatis contractus. Si sciebat,
poterat uti modo, quem tradit *Verde loc.
cit.*, instando nempe pro firmitate contra-
ctus; quod si non curavit facere, grandis
sua culpa fuit, dum nullitatis periculum
sponte accepit. Sicque iste retrahens con-
tractum tali modo nullum scienter adpro-
bare videtur, atque ita nullam de evictione
actionem ventilare potest, prout statuit Imp.
Dioclet. *in l. si fundum 27. Cod. de evict.*,
in illis verbis. *Si fundum sciens alienum,
vel obligatum comperavit Athenocles, neque
quicquam de evictione convenit; & quod eo
nomine dedit, contra juris poscit rationem.
Nam si ignorans, desiderio tuo juris forma
negantis hoc reddi refragatur.* Et quia vo-
lenti, vel scienti nulla fit injuria, neque
152 dolus, *l. Cum donationis 34. Cod. de trans-
act. cap. scienti 27. de reg. jur. in 6.*. Et da-
153 mnum, quod quis sua culpa sentit, sibi
debet, non aliis imputare, sunt verba Bo-
nifacii VIII. *in cap. damnum 86. eod. tit.*.
Ideo sequitur firma nostra conclusio.
154 Si vero prædictus retrahens fuit nesciens
nullitatis contractus, & tunc adhuc eamdem
conclusionem procedere sequentibus ratio-
nibus adprobatur. Emptor dum minoris
fundum absque solemnitatibus emit, nulli
facit injuriam; nec in dolo, aut mala fide
dici potest, nisi respectu ipsius minoris, in
cujus beneficium annullatur actus, & resti-
tui debent fructus, ut diximus *cap. 5.*, *& 6.*
Et si dicatur, quod ita contrahendo fuit
in culpa, per quam inde consequitur evi-
ctio, ideoque ipsam resarcire debet, ad hoc
respondetur sequenti argumentatione: quod
is de evictione tenetur, ex cujus facto evi-
ctio sequitur. Sed evictio ex culpa secundi
emptoris habetur. Igitur. Minor probatur.
Grandis quidem retrahentis culpa dici de-
bet, dum in tempore sibi debito in somniis
stetit, & de conditione, & qualitate con-
trahentium; ac de accidentalibus, & sub-
stantialibus contractus nequaquam se fecit
informatum. Etenim retrahens non con-
traxisse videtur cum minoris emptore, sed
cum ipso minore, taliter quod primus em-
ptor nihil novi injungere contractui potest.
Et si in culpa primum emptorem conside-
rare velimus, ex eo quia solemnitates non
adimplevit in conditionali contractu, adhuc
culposus in majori gradu existimandus pa-
riter erit retrahens, qui dum poterat inqui-
rere pro firmitate purificati contractus, o-
mnino defecit; & dolum dolo compensari
155 ait *Martianus in l. Si duo dolo malo fece-
rint, invicem de dolo non agent, ff. de dolo
malo.*
156 Et quamquam contractum nullum re-
trahens nesciebat, debebat tamen, & scire
poterat in inquirendo; cum idem sit scire,
ac scire debere, & potuisse, *l. Si duo 38.
in fine ff. de acquir.*, *vel amitt. hered.*, *l.
Quod re 5. in fine ff. si cert. petat.*, *l. Julia-
nus 21. ff. ad S. C. Maced.*. Ideoque in cul-
pa fuit. Nam dum quis retrahit, dicere de-
bet, quod instat retrahere fundum sibi con-
tiguum, quem Titius emit a Cajo. Et con-
sequenter de conditione, Caj primi vendi-
toris, cum quo retrahens contrahere vide-
tur, instrui necessario debet. Nec dicere
157 valet, quod contrahentium auctores inqui-
rendi non sunt; nam in casu nostro minor
inter contrahentes connumeratur, quia pri-
mus emptor non ex se vendit, seu cedit
fundum, sed quasi ipse non emisset, coa-
ctus reponit vicinum retrahentem in sui lo-
cum. Sicque minor ut venditor retrahens,
tamquam emptor considerantur. Taliter
quod ipsa venditio cum minore, & retra-

hen-

hente censetur ab initio facta, ut tradunt
De Luca ad Franchis in dec. 488. *num. 6.*,
Altimari de nullit. contr. tom. 2. *rubr.* 1. *q.* 15.
num. 405., aliique. Eapropter si vicinus re-
trahens tamquam primus emptor minoris
consideratur, merito sui onus esse debet in-
quirere contractum, & ejus validitatem pro-
curare. Alias ex facto suo, quia nempe in
inquisitione defecit, provenit evictio:

158 Et ex prædictis evanescit adhuc, quod
dici poterit, ut sciens vitiosam rem vendens
de evictione tenetur, *l. Emptarem* 12. *§. de-
nique ff. de action. empt.*, *l. Si res vendita ff.
eodem*. Nam quando vitium est patens, ma-
nifestum, atque extrinsecum fallit regula
prædicta. Et in casu nostro satis scitum est,
solemnitates actus extrinsecos esse.

159 Hanc tamen nostram principalem conclu-
sionem destruere videtur Textus Juliani in
l. Minor 39. *ff. de eviction.*, ubi habetur te-
neri de evictione eum, qui a minore emit,
& exinde alteri vendidit, adversus quem
ipse minor tandem restituitur.

160 Verum recte respondet *Tiraquellius de
retract. consang. § fin. num. 47.*, hujus Textus
dispositionem procedere in specie, de qua
loquitur, nempe de voluntaria alienatione,
non autem de necessaria, & coacta, prout
in casu nostro. Etenim qui a minoris em-
ptore emit voluntarie, non tenetur inquire-
re illius auctorem, cum quilibet possessor
præsumendus sit legitimus dominus; & tali
emptor minoris ex se vendit; & ex perso-
na sua dominium rei transfert in novum
emptorem. Hinc si evictio sequitur, eve-
nit tantum ex solo facto emptoris minoris,
qui nulliter contraxit, & hunc actum suum
nullum in alterum ex propria sua persona,
proprioque facto per novum contractum
transtulit; meritoque eum *Julianus de evi-
ctione teneri* ait; & non erit secundus em-
ptor aliqua culpa notandus, quoniam secum
contrahentem, & non alium cognoscere de-
161 bebat, per sententiam *Ulp. in l. Qui cum
alio ff. de reg. jur.*: Quod tamen considerari
162 nequit in casu necessariæ alienationis per
petitum retractum, quoniam secundus em-
ptor non per novum contractum a primo
emptore fundum accipit, benevero ob re-
tractus vim in primi emptoris jus plenissime,
& in omnibus suis partibus subintrat; habe-
turque tamquam si primus emptor ab initio
fuisset, & cum minore proprie contraxisset;
sicque minor ipse tamquam pars contrahens
cum secundo emptore habetur, & ideo iste
secundus emptor debebat illius conditionem
inquirere; & si defecit, nemini, quam sibi,
culpam inferre debet. Et si forsan primum
163 emptorem, quia nempe nulliter contraxit,
culposum describere velimus, cur & secun-
dum, qui in inquirendo defecit, adhuc cul-
posum notare nolimus? Vigilantibus enim,
& non dormientibus jura subveniunt. Ac
culpam culpa, dolum dolo compensari jam
supra notavimus.

164 Tandem scias, quod quamquam a con-
trahente cum minore non præsumatur scire
eum esse minorem; ut tradunt *Castill. dec.*
20. *num.* 2., aliique apud *Baronium in prælud.
circa judicialia num.* 165., cum scientia sit
165 quid facti, *Baronius num.* 166.. Ideoque
qui in ea se fundat, probare ipsam debebit,
166 *Baronius n.* 167., nihilominus tamen con-
clusio hæc fallit primo si cum minore con-
trahens fuerit eidem conjunctus. Fallit se-
167 cundo, si fuerit vicinus. Fallit tertio si
pars contrahens post, vel parum ante con-
tractum secum contrahentem minorem con-
fessus fuit. Et fallit quarto, si publicum,
& notorium erat in Civitate, illum talem
168 esse minorem; plene *Baronius num.* 168.,
& seqq.

169 Et ex his deducitur etiam, quod vicinus
retrahens, tamquam pars cum minore con-
trahens debebat tamquam vicinus scire con-
trahentem fore minorem; immo erit præ-
sumendum illum scivisse talem, ob quam
juris præsumptionem opitulari non potest
tali vicino refugium negandi se scivisse illum
minorem, cum jam præsumatur talis scien-
tia, & consequenter firma remanet nostra
conclusio.

C A P. XXIII.

De solutione.

SUMMARIUM.

Solutio definitur, num. 1.
Legitima solutio provenit tam ex parte personæ, quam ex circumstantiis solvendi, num. 2.. *Declaratur, num.* 3., *&* 6.
Solutio species alienationis est, num. 4.
Alienatione prohibita, censetur adhuc prohibita solutia, num. 5.
Dominium ex consumptione videtur in accipientem translatum, num. 6., *&* 7.
Pecunia quanda dicatur consumpta, num. 8., *& seqq.*
Ignorantia in pupillo, & minore semper præsumitur, num. 15.
Pupillus debitum utroque jure nequit valide sol-

solvere, num. 16.

Pupillus meliorem potest efficere suam conditionem, num. 17., & seqq.

Pecunia si a creditore fuerit casu fortuito amissa, pupillus liber erit, num. 19.

Solutio a pupillo facta sustinetur multis in casibus, num. 20., & seqq.

Minor curatorem habens si suo creditori solvit sine curatoris auctoritate, valet solutio, n. 25.

Liberatio facilius inducitur, quam obligatio, num. 26.

Curatoris auctoritas ad restitutionem non est necessaria, num. 27.

Minor prudenter solvendo quicquid vere debet, non restituitur, num. 28.

Pupillus cum auctoritate tutoris recte solvit, num. 29., & 30., aut cum Judicis decreto, num. 31.

Tutor si erit creditor pupilli tenetur sibipsi solvere, num. 32.

Deficiente pecunia in patrimonio pupilli, cetera bona mobilia, & immobilia vendi possunt, num. 33., & seqq.

Solus tutor solvere potest debitum pupilli, n. 36.

Quilibet solvere potest suo creditori, num. 37.

Solutio nequit fieri pupillo sine tutoris auctoritate, n. 38, & 39. Fallit, n. 40., & seqq.

Solutio valide fit soli tutori, num. 47., dummodo in pupilli utilitatem fuerit pecunia conversa, num. 48.

Idem dicendum de eo, qui pro tutore se gerit, num. 49.

Solutio valide fit soli tutori cum Judicis decreto, etiamsi pecunia fuerit inde male consumpta, num. 50. Declaratur, num. 51., & seqq.

Soli tutori valide fit solutio pensionum, & annuorum reddituum, num. 54. Fallit, num. 55., & 56.

Pecunia recte tutori, vel curatori soluta perit periculo ipsius tutoris, vel curatoris, non vero solventis, num. 57.

Si plures sunt tutores, & debitor cum unius auctoritate solvit, an liberatur, num. 58.

Minori solvens non liberatur, num. 59., nec minus solvens curatori, num. 60.

Minori solvens cum auctoritate curatoris, sed pecunia fuerit inde male consumpta, non liberatur, num. 61. Declaratur, n. 62., & seqq.

Minor factus major pecuniam dissipans, nullum habebit auxilium, num. 65., secus si casu fortuito pecuniam amiserit, n. 66.

Minor restitutionem petens adversus solutionem, quomodo agere debeat, num. 67.

1 Solutio aliquando est debiti, aliquando indebiti. De solutione indebiti dicemus *cap. seq.* Hic tantum sermo erit de solutione debiti, & nil aliud est, *quam ejus quod debetur realis legitima facta præstatio*, ut tradit *Osualdus ad Donellum comment. lib. 16. cap. 9.*, quem laudat *Narbona de ætate ann. 25. q. 18. num. 1.*, Legitima igitur
solutio provenit tam ex parte personæ, cum
2 qua de solutione agitur, quam ex circumstantiis solvendi; quoad primum, ut sit qui recte solvat, & cui recte solvatur. Quoad secundum, ut solvatur quo tempore, quo loco, & quantum oportet, ut refert *Narbona num. 2.*

3 Et quoad personas attinet, necesse est, ut neutri earum, aut solventis, aut accipientis impedimento sit bonorum interdictio; cum is solum ex obligatione præstare, aut accipere teneatur, cui propriæ facultatis ar-
4 bitrium ex jure datum est. Etenim solvendi actus species alienationis est., *Narbona num. 3.*, *Baronius de effect. minor. ætat. circa contr. eff. 14. num. 1., & 10.*, *Bersanus de pupillis cap. 1. q. 17. num. 2.* Ideoque cui bonorum suorum administratio, & alienatio
5 prohibita est, ita etiam & solutio, & solutionis receptio interdicta videtur. Et quia ex iis, quibus bona interdicta sunt præcipue sunt pupilli, & minores, idcirco inquirendum erit qua ætate ad solvendum, & solutum accipiendum pupilli, & minores habiles judicentur.

6 De solventis igitur persona primo dicimus, quod pupillus sine tutoris auctoritate solvens suo creditori, nulliter solvit; ideoque pecuniam a creditore vendicare potest, dummodo non fuerit consumpta, quia alias non erit amplius vendicationi locus, & plena pupillo remanebit liberatio, per sententiam *Ulpiani in l. Quod si forte 14. §. sunt quidam ver. pupillum ff. de solution.*, & Juliani in *l. Non omnis 19. §. si pupillus ff. de reb. credit.*, *Narbona num. 16., & seqq.*, *Bersanus num. 2., & seqq., & cap. 2. q. 23. n. 1., & 2.*, *Baronius effect. 1. circa contract. n. 3., & 4.* Etenim ex consumptione videtur dominium in accipientem translatum, plene
7 *Narbona num. 17.* Et tunc consumpta dicitur pecunia, quando in extinctionem æris
8 alieni, vel in acquisitionem prædiorum versa est; aut mutuo data, *dict. l. Non omnis §. pupillus*, *Bersanus num. 3.*

9 Ista tamen conclusio procedit in debito naturali simul, & civili, ut advertunt *Baronius num. 5.*, *Bersanus cap. 1. quæst. 17. n. 1.* Et pariter in re soluta, quæ sine decreto alienari potest. Nam quoties res, quæ solvitur nequit sine judiciali decreto alienari,
10 quicquid solutum fuerit, repeti poterit, ut videas *cap. seq.*
11 Dum autem de debito naturali tantum sequuta fuerit solutio, & tunc licet jure communi inspecto nulla repetitio huic debitori scienter solventi competat per sententiam Pauli in *l. Naturaliter 13.*, & *Africani in l. Frater 38. ff. de condict. indeb.*, *Pomponii in l. Si tuo 83. ff. de solut.*, & etiam per rescriptum Impp. Constantii, & Maximiani in *l. Cum quis 10. Cod. de jur., & fact. ignor.* Nihilominus tamen pupillo ex ætatis privilegio

12 legio competit repetitio per reſtitutionis
auxilium, ſi cum tutoris auctoritate ſequuta
fuit ſolutio, quoniam tunc pro legitima
haberetur. Tutoris vero auctoritas ſi defe-
cerit, & tunc procedit ea diſtinctio, ut ſi
res ſoluta extet, & vendicabitur ordinario
13 auxilio condictionis indebiti. Si non extet,
dabitur repetitio per viam reſtitutionis. Re-
ſpectu vero minoris in utroque caſu ſem-
per auxilium reſtitutionis neceſſarium erit,
de quibus omnibus plene videas *cap. ſeq.*
14 Si vero fuerit neutro jure debitum, &
tunc ex ſolo juris communis beneficio da-
bitur repetitio. Etenim etiam cuicumque
ætate majori licitum eſt condicere, ſeu re-
petere indebitum utroque jure per ignoran-
tiam ſolutum, ut in *l. 1., & toto tit. ff. de
condict. indeb.*, *Berſanus de pupillis cap. 1.
q. 17. num. 5., & 6.*, & in pupillo, & minore
15 ſemper præſumitur ignorantia, ut dicemus
cap. ſeq., ubi alia quamplura ad materiam
ſolutionis neutro jure debitæ.
16 Hic vero de ſolutione tantum utroque
jure debita principaliter erit ſermo; quæ
ſolutio nequit valide fieri per pupillum. Im-
mo neque debitorem ſuum poteſt pupillus
creditori ſuo delegare, ut tradit *Ulpianus
in l. Pupillo 15. ff. de ſolut.*
17 Nec valet dicere, poſſe pupillum efficere
meliorem ſuam conditionem, etiamſi tuto-
ris auctoritas non intervenerit, ut in *princ.
inſtit. de auct. tutor.*. Et dum pupillus ſol-
vit quod debet, meliorem reddit ſuam con-
ditionem, cum liberet ſe a ſervili miſeria
debendi. Nam reſpondet *Narbona de ætate
18 ann. 25. q. 18. num. 5.*, hoc verum eſſe in ac-
quirendo, non autem cum de patrimonio
aliquid diminuit, ut conſtat ex doctrina *Mar-
celli in l. pupillus 11. ff. de acquir. rer. domin.*
Et quia non ſine propriæ facultatis diminu-
tione ſolutio contingit, merito improbatur,
& dominium ex ea in accipientem transfer-
ri prohibetur.
19 Certum tamen eſt, quod ſi pecunia fue-
rit a creditore caſu fortuito omiſſa, erit
pupillus a ſolutione liberatus. Nam quod
dicitur, non poſſe pecuniam creditoris ac-
cipientis fieri, non debet in pupilli odium
retorqueri; cum ipſius pupilli favore intro-
ductum ſit, ut poſſit, ſi velit pecuniam an-
te conſumptionem vendicare. Eapropter
damnum amiſſæ, perditæque pecuniæ ad
creditorem recipientem pertinet; ne allo-
quin deterioris conditionis haberetur pupil-
lus, quam quilibet major, ut tradit *Berſa-
nus cap. 2. q. 23. num. 4. per Gloſ. in l. Non
omnis 19. §. ſi pupillus ver. ejus ff. de reb. cred.*
20 Quandoque tamen ſuſtinetur ſolutio a pu-
pillo facta; & primo in ſolutione debiti de-
functi ætate majoris, cujus ipſe pupillus
heres eſt; quo in caſu valida erit ſolutio a
ſolo pupillo peracta, quia cum defuncti de-
bitum ſit, debebit pupillus eodem jure uti,
quo defunctus utebatur; qui ſicuti tutoris
auctoritate non indigebat, ita neque & pu-
pillus, qui ipſius defuncti debita ſolvit, *Ber-
ſanus num. 7.*, & favere videtur ſententia
*Scevolæ in l. Pupillus 24. ff. quæ in fraud.
credit.*. Si vero defunctus erat etiam pu-
21 pillus, & tunc ſecundum pupillares regu-
las fieri ſolutio debebit, *Berſanus num. 8.*,
etiamſi heres defuncti fuerit ætate major.
Etenim quamquam debitum pupilli in ætate
majorem tranſierit, nihilominus tamen ſem-
per conſideratur, & reputatur ejuſdem na-
turæ, & conditionis, tamquam ſi in perſona
defuncti pupilli ſubſiſteret, prout colligitur
ex Textu *Meciani in l. Si ejus pupilli 64.
22 §. 1. ff. ad S. C. Trebell.*. Non tamen hic he-
res ætate major pro ſolvendo pupilli debi-
to, tutore indigeat; quia tutor datur ratione
ætatis; benevero ut animadvertat, ſi, vel
ne pupillus dicatur legitimus debitor, & ad
ſolvendum adſtringi poterat, *Berſanus n. 9.*
23 Hinc infertur, quod ſi defuncti pupilli de-
bita minus legitime fuerint contracta, ad
eadem ſolvenda non poterit ejus heres ætate
major adſtringi, prout pupillus adſtringi ne-
que poterat; verum ſi ſolverit ſcienter, &
tunc nullam habebit repetitionem; ſi autem
ignoranter, & repeteret, probata per ipſum
ſolventem ignorantia, ut dicemus *cap. ſeq.*
24 Secundo liberabitur pupillus per accepti-
lationem. Licet enim pupillus nequeat de-
bita propria ſine tutoris auctoritate ſolvere,
poterit tamen a creditore ſuo valide ſine
tutoris auctoritate per acceptilationem libe-
rari, cum non militet eadem ratio, quod
diſtrahat pecuniam, ſed agitur de actu mere
pupillo favorabili, ut tradit *Berſanus de pu-
pillis cap. 2. q. 25. num. 10.*, per ſententiam
Ulp. in l. Pupillum ff. de acceptilat.
25 De ſolutione vero reſpectu minoris con-
trarium obſervatur. Solvens enim minor
curatorem habens quicquid vere debet ſuo
creditori abſque curatoris auctoritate, valida
erit ſolutio; & in creditorem pecuniæ ſo-
lutæ dominium a minore transfertur, ex
traditis per Ulp. in *l. 1. §. ſi fuit quæſitum in
26 fine ff. ad S. C. Trebell.*. Etenim facilius
inducitur liberatio, quam obligatio; & ſic
favore liberationis tenet ſolutio, *Berſanus
num. 6.*, *Baronius de effect. minor. ætat. circa
contract. eff. 11. num. 6., & 7.*, *Salgadus la-
byr. credit. p. 1. cap. 27. num. 14.*, cum neceſ-
ſaria non ſit curatoris auctoritas ad reſtitu-
27 tionem, ut *in dict. l. 1.*, ideo quamquam
adultus curatorem habeat, ejus tamen offi-
cium quia neceſſaria ad reſtitutionem non
eſt, iccirco videtur inhabilis, & ut tamquam
ad hanc rem non habeat adultus curatorem,
ut tradit *Gloſ. in d. l. 1. ver. neceſſaria*. Hinc
28 eſt quod ſolvens minor quicquid vere de-
bet, atque prudenter ſolvit, non habebit
reſtitutionem, cum non erit læſus, *Baro-
nius num. 7.*, *Narbona de ætate ann. 25. q. 18.
num.*

num. 22., *Oddus de reſtit. in integr. q.* 52. *art.*
5. *num.* 30.
29 Et ad pupillum redeundo dicendum eſt,
quod non quia pupillus tutore carens ſuo
creditori ſolvere non poteſt, nequit propter-
ea in ſua pupillari ætate a ſuo creditore
conveniri. Etenim cum tutoris auctoritate
recte ſolvere poteſt; ut docet *Julianus in*
l. Quoties tutor 10. *§. ſicut autem ff. de adm.*
tutor., prout etiam poteſt debitorem ſuum
creditori ſuo delegare, ut tradit *Paulus in*
l. Poteſt pupillus ff. de auct. tutor.; qui tutor
30 potiſſimum incumbere debet, ut pupilli
debita integre ſolvantur, ut poſt alios re-
fert *Berſanus cap.* 2. *q.* 23. *num.* 11. Et ſi
31 non adeſſet tutor., poterit creditor apud
Judicem inſtare, ut cum effectu detur; &
eo magis teneret ſolutio, ſi Judicis juſſu
peracta fuit, *Oddus de reſtit. in integr. quæſt.*
52. *art.* 3., *Baronius num.* 16.
32 Et ſi tutor fuerit creditor ſui pupilli, de-
bebit ſibimetipſi ſolvere; & ſi neglexerit,
non poterit exinde uſuras pro tempore,
quo diſtulit, exigere, per ſententiam Juliani
in *l. Quoties tutor* 10. *§. ſicut autem ff. de*
adm., *& peric. tut.*, *Surdus de alimen. tit.*
1. *q.* 45. *num.* 64., *Gratianus cap.* 129. *n.* 31.,
Romanus conſ. 187. *num.* 3. *ver. tertio*; aliique
apud *Berſanum de pupillis cap.* 2. *q.* 23. *num.*
12., & 13.. Et ſi in pupilli patrimonio non
33 adeſſet pecunia, ex qua tutor ſibi vel aliis
ſatisfacere poſſet, liceret ei tunc ex bonis
mobilibus ſolvere, & in ipſorum defectum ex
immobilibus cum Judicis tamen auctoritate,
& ſervato ordine *l. A Divo Pio §. in ven-*
ditione ff. de re judic., *Afflictus dec.* 13. *num.*
14., *Berſanus num.* 14.
34 Hinc ſi neglexerit tutor petere a Judice
adjudicationem bonorum pupilli debitoris,
non poterit pupillus interuſuriis, quibus oc-
caſione ſui debiti premebatur, amplius one-
rari, *Cancerius var.* 1. *cap.* 9. *num.* 46., *Berſa-*
nus num. 15., ubi tamen recte animadvertit
prædicta procedere, quando expediens fuiſ-
ſet pupillo ſua bona diſtrahi, ut debita ſa-
tisfierent. Nam ſi conſtiterit magis expedire
35 pupillo, ut bona non diſtrahantur, atque
interuſuriorum onus ferra, ut ſi fructus bo-
norum excederent quantitatem intereſſe de-
biti, tunc non erit tutori imputanda negli-
gentia in non ſolvendo ſibipſi; ideoque ab
interuſuriorum conſequutione repelli non
poterit, cum ceſſet ratio eximendi pupil-
lum a damno, & tradunt *Surdus num.* 73.,
Gratianus num. 28.
36 Ceterum indubitatum erit, poſſe ſolum
tutorem ab ære alieno pupillum exonerare,
ſuis creditoribus ſatisfaciendo per ſententiam
Marcelli in l. Non ſit 12., *& Pauli in l.*
Si fundus 13. *ff. de reb. eorum*; *Romanus conſ.*
386. *num.* 5., *Cancerius loc. cit.*, *Berſanus*
num. 16.
37 Nunc de perſona pupilli, cui ſolutio erit
facienda videamus. Et generalis eſt regula,
poſſe creditoribus recte ſolvi, ex traditis
per *Martianum in l. Solutum* 49. *ff. de ſolu-*
tion., atque reſcripſerunt Impp. Dioclet.,
38 & Maxim. in *l. Invito* 12. *Cod. eodem*; Ne-
ceſſe eſt tamen, ut creditor ſit debitæ æta-
tis; nam pupillo ſine tutoris auctoritate
ſolutio fieri nequit, ut tradit Ulp. *in l. Pu-*
pillo 15. *ff. de ſolut.*, *& Marcellus in l. In*
pupillo 47. *ff. eodem*, *Narbona de ætat. ann.*
25. *q.* 18. *num.* 24, *Antonellus de temp. legal.*
lib. 3. *de menſib. cap.* 3. *num.* 10., *Baronius*
eff. 11. *circa contract. num.* 9., *Gomeſius var.*
2. *cap.* 14. *num.* 4., *Berſanus de pupillis cap.*
2. *q.* 24. *num.* 1., *&* 2., ubi ſubdit, quod ſi-
cuti pupillo abſq. tutoris conſenſu vetita eſt
obligatio, ita pariter neque ei licitum eſt
39 diſtrahere debitoris nomen, recipiendo ſo-
lutionem, cum paria ſint contrahere, &
diſtrahere; nam ſolutionis actus ſpecies alie-
nationis eſt, tam in eo, qui ſolvit, quam
in eo, qui ſolutum adhuc recipit. Et licet
creditor accipiendo pecuniam potius acqui-
rere, & locupletari, quam alienare, & ef-
fundere videatur; nihilominus tamen hujuſ-
ſcemodi acquiſitio alienationis lenocinium
eſt, quia ſolutionem recipiens obſtrictum
ſibi debitorem liberat, atque obligationem,
& actionem amittit, qua majori utilitate
obligatum debitorem prius habebat. Cum
aliquando magis interſit actionem de pecu-
nia retinere, quam ea ſublata pecuniam ſo-
lutam recipere, ita recte tradit *Narbona*
num. 28.
40 Hæc tamen concluſio fallit primo, quan-
do ex ſolutione ſibi facta pupillus effectus
fuerit locupletior, nam ſolutionem iterum
petendo, doli mali exceptione repelleretur,
per ſententiam Ulp. *in l. Apud Celſum* 4.
§. ſi quis ff. dol. mal. except., *Pauli in l. In*
pupillo 4. *ff. de except.*, *& Pomponii in l. Si*
pupilli 66. *ff. de ſolut.*, *Berſanus cap.* 2. *q.* 24.
num. 6.
41 Fallit ſecundo, ſi conſtaret pecuniam pu-
pillo ſolutam non eſſe conſumptam, ſed
adhuc extare; nam tunc doli mali pariter
exceptio obſtabit; & idem erit in caſu,
quando talis pecunia quacumque ratione di-
ci poterit ſalva, *Berſanus num.* 7., *&* 8.
42 Fallit tertio, quando fuerit ſoluta pecu-
nia pupillo tamquam adjecto ſolutioni, non
jam tamquam habenti actionem ad ipſam
ſolutionem, quoniam tunc tali pupillo ſine
tutoris auctoritate recte ſolvi poteſt per
Textum expreſſum in *l. Si ſtipulatus* 11.
ff. de ſolut., ubi *Pomponius* ita ait; *Si ſti-*
pulatus fuero mihi, aut pupillo dari, pro-
miſſor ſine tutoris auctoritate ſolvendo pu-
pillo, liberatur a me. Et ratio eſt, quia
pupillus hoc in caſu nudum factum præſtat;
& in iis, quæ in facto conſiſtunt, tutoris
auctoritas non erit regulariter neceſſaria.
Tenetur benevero pupillus pecuniam ſibi,

ut

43 ut adjecto solutam restitueret stipulatori,
quatenus extaret; nam si fuerit male con-
sumpta, non tenebitur stipulatori eam resti-
tuere, cum ipsi imputandum sit, quod hu-
jusmodi personam ad solutionem recipien-
dam elegerit, plene *Narbona de ætate ann.
25. q. 18. num.* [illegible] , *Bersanus num.* 12. ...
44 Fallit quarto, si fuerit pecunia per pu-
pillum consumpta pro aliqua necessaria cau-
sa, cum erit eadem sufficiens, ut solvens
liberatus maneat; & sat erit, si de ipsa ne-
cessitate quandocumque appareat, etiam in
principio solutionis, non expectato exitu,
ut sentire videtur *Marcellus in l. In pupillo
47. ff. de solut.*, & in puncto tradit *Bersanus
num.* 11., & 12., ubi refert casum laudati
J. C. Marcelli, nempe si pupillus aliquam
rem ex pecunia soluta sibi comparavit, quam
45 tamen erat necessario empturus, erit nihi-
lominus debitor liberatus, etiamsi res inde
perierit, antequam litem pro nova petenda
solutione ipse pupillus contestaretur. Quod
tamen diversum esse videtur in casu primæ
fallentiæ, ubi spectandum erit tempus, quo
pupillus agit adversus debitorem, ad con-
sequendam novam solutionem ad effectum
sciendi, si ex solutione facta locupletior,
vel ne fuit pupillus effectus, ut post alios
declarat *Bersanus num.* 13.
46 Fallit quinto si jussu Judicis peracta fuit
solutio, *Baronius de effect. minor. ætat. circa
contract. eff. 11. num.* 36.
47 Aliquoties vero non pupillo, sed soli tu-
tori fit solutio, & tunc validam adhuc fore
solutionem tradit *Martianus in l. Solutam
49. ver. tutori ff. de solut.*, *Baronius num.* 35.
Dummodo tamen constiterit fuisse pecuniam
48 conversam in pupilli utilitatem, alias solu-
tio solventi non proderit, & adversus ipsum
ad iterum solvendam pupillus restitui pot-
erit, *Baronius num.* 37., *Gomesius var.* 2.
cap. 13. *num.* 4., *Cancerius var.* 2. *cap.* 6. *n.* 115.,
Oddus de restit. in integr. quæst. 52. *art.* 2. *n.* 15.,
De Franchis dec. 206. *num.* 12., *Bersanus cap.*
2. *q.* 24. *num.* 15. Immo etiam ei, qui pro
49 tutore se gerit valide fit solutio, si pecu-
nia in pupilli utilitatem fuerit conversa, per
sententiam Pauli in *l. Debitores 28. ff. de solut.*
50 Verum si Judicis decretum intervenerit
in actu, quo soli tutori fieret solutio, &
tunc plenissimam liberationem consequere-
tur debitor, sublato prorsus restitutionis be-
neficio, etiam in casu, quo pecunia soluta
fuerit inde male consumpta, vel deperdita;
dummodo tamen solutio ipsa fuerit coacta,
51 & non spontanea, ut si fuerit debitor com-
pulsus per Judicem ad solvendum, & ipso
debitore contradicente non obstante, Judex
mandaverit solutionem fieri; nam alias sim-
plex Judicis auctoritas non sufficeret, sed
necessarium erit Judicis præceptum; ut vo-
lunt *Antonellus de temp. legal. lib. 3. de men-
sibus cap. 3. num.* 14., *Narbona de ætate ann.
25. q. 18. num. 33. in fine*, per Text. Ulp. in
l. Ait prætor 7. §. permittitur ff. de minor.,
& Imp. Justiniani in *l. Sancimus 25. Cod. de
adm. tutor.* Hinc *Oddus quæst. 52. art. 3. n.* 24.
52 dat formam, & cautelam debitori, ut re-
cte, & secure possit solvere pupillo, mino-
ri, aut ejus tutori, vel curatori; ait enim,
ut expectet, quod sit requisitus, ut solvat.
Ipse postea opponit de pupillari, vel mino-
ri ætate, & quod non vult solvere, quia
non potest secure solvere. Tunc pupillus,
vel minor adeundo Judicem, qui non ob-
stante oppositione, & exceptione ætatis
debitori jubet, ut solvat, tunc debitor sol-
vendo erit plene securus, non autem secus;
& hanc cautelam esse summopere notandam
tradunt etiam *Gomesius var. 2. cap. 13 n.* 4.,
& *Cancerius var. 2. cap. 6. num.* 116. Nam
53 alias imputandum esset debitori, qui Judi-
cis jussum non expectavit, ut advertit *De
Franchis dec. 206. num.* 14.
54 Pluribus tamen in casibus validissima erit
solutio per debitorem soli tutori, vel cura-
tori peracta, jussu Judicis non interveniente,
sine ulla restitutionis spe; nempe in iis so-
lutionibus, quæ ex pensionibus, usuris, &
annuis redditibus pupillo, vel minori acce-
dunt, ut expresse statuit Imp. Justinianus in
l. Sancimus 25. Cod. de adm. tut., ubi post-
quam in solutionibus tutori, vel curatori
faciendis Judicis jussum præscripsit, ut mox
diximus, sequentes restrinxit solutiones his
verbis: *Non autem hanc legem extendimus
etiam in iis solutionibus, quæ ex redditibus,
vel pensionibus, vel aliis hujusmodi causis
pupillo, vel adulto accedunt*; & tradunt
Oddus de restit. in integr. quæst. 52. art. 2. n.
17., *Narbona de ætate ann. 25. q. 18. n.* 27.,
*Antonellus de temp. legal. lib. 3. de mensib.
cap. 3. num.* 13.
55 Verum si præsciebat debitor, tutorem,
vel curatorem prædictam pecuniam esse con-
sumpturam, tunc ei solvendo, liberationem
non consequeretur, sed adversus ipsum de-
bitorem habebit pupillus restitutionis bene-
ficium, ut tradit *Antonellus loc. cit.*, ubi ex
56 *Altogrado cons. 43. num.* 5., & *Guttier. de
tutel. p. 2. cap.* 22. subdit, necessarium tunc
esse, ut Judicis auctoritas adhibeatur, qui
assumpta judiciali cognitione, per suam sen-
tentiam pronunciet, tali tutori, vel curatori
solutionem fieri posse.
57 Dum autem pecunia fuerit rite, & recte
soluta tutori, vel curatori, qui inde male
eam consumpserit, & tunc peribit periculo
ipsius tutoris, vel curatoris, in cujus do-
minio pecunia soluta permanebat, non autem
solventis, *Bartol. in l. Si fine §. interposito
ff. de adm. tut.*, *Baronius de effect. minor. ætat.
circa contract. eff. 11. num.* 38.
58 Et si plures fuerint tutores, atque debi-
tor cum unius auctoritate solverit, quidem
liberabitur, nisi fuerint dati conjunctim, &
non

non divisim, ita quod unus sine alio nihil
agere possit, *Baronius num.* 28.
59 Respectu vero minoris adhuc dicendum
est, quod minori solvens non liberabitur,
si perperam ille pecuniam dissipavit; sed
adversus solventem erit locus restitutioni,
per rescriptum Impp. Dioclet., & Maxim.
in *l. 1. Cod. si adv. solut.*, *Oddus de restit. in
integr. quæst.* 52. *art.* 1. *num.* 1., *Narbona de
ætate ann.* 25. *quæst.* 28. *num.* 33., *Bersanus de
pupillis cap.* 2. *q.* 24. *num.* 22.. Et idem erit
60 si curatori suo facta fuerit solutio, *Oddus
art.* 2.
61 Et si minori, etiam cum curatoris au-
ctoritate debitor solverit, & pecunia fuerit
inde male consumpta, non liberabitur, sed
adversus ipsum debitorem habebit minor
restitutionem, *Baronius num.* 21.
62 Et pro majori intelligentia hanc regulam
constituunt Doctores; nempe quod solvens
pupillo, aut minori quandoque plenam, quan-
doque pleniorem, & quandoque plenissimam
liberationem acquirit. Plena liberatio tum
erit, quando soli pupillo, vel minori fit
solutio absque curatoris auctoritate, & Ju-
dicis decreto, sed pecunia in illius utilita-
tem conversa, & consumpta est. Et hoc in
casu pupillo, vel minori solutionem repe-
tenti exceptio de dolo malo competit. Ple-
63 nior liberatio erit, quando facta fuit solu-
tio pupillo, aut minori cum auctoritate tu-
toris, aut curatoris, sed pecunia non fuit
male consumpta, nam alias adversus solven-
tem locus erit restitutioni. Plenissima vero
liberatio erit, quando facta fuit solutio pu-
64 pillo, aut minori cum tutoris, vel curato-
ris auctoritate, & Judicis decreto, quoniam
tunc adversus solutionem nulla competit re-
stitutio, plene *Baronius num.* 17., *& seqq.*,
Bersanus num. 25.
65 Nota tamen, quod si minor factus major
pecuniam perdidisset, & dissipaverit etiam
intra tempora restitutionis petendæ, non erit
audiendus, quia restitutionem non habebit,
nam dissipationis actus non erit actus de-
pendens necessario ab actu receptionis. Sic-
que dici nequit, quod imprudentia causata
a minori ætate in recipiendo pecuniam fuit
causa, quod postea eamdem factus major
dissipaverit, ita *Oddus de restit. in integr. quæst.*
52. *art.* 1. *num.* 8.. Prout neque restitueretur,
66 si non sui fragilitate, sed casu fortuito pe-
cuniam amiserit, *Oddus num.* 10.
67 Notandum tandem est, quod petens re-
stitutionem adversus solutionem sibi factam,
debet in libello asserere, quod ipse intendit
restitui adversus læsionem; in quam incidit
propter solutionem pretii sibi male factam,
non autem adversus ipsam obligationem,
propter quam facta est solutio; e. g. si fun-
dum minor vendidit, exindeque promissum
pretium recepit, quod inconsulto perdidit,
hoc in casu non debet petere, quod velit
restitui adversus venditionem, supposito quod
in ipsa non intercesserit læsio, benevero ad-
versus solutionem, in qua læsio consistit, ita
declarat Paulus de Castro *conf.* 248. *ver. ul-
terius quæro lib.* 2., quem laudat *Oddus n.* 13.

C A P. XXIV.

De indebiti solutione.

SUMMARIUM.

Indebitum quatuor modis dicitur, num. 1., *& seqq.*
Definitur, num. 5.
Indebitum dicitur, quando præcedit ignorantia, & solutio, num. 6.
Indebitum non præsumitur, sed probari debet, num. 7., *& 9.*
Scienter indebitum solvens donare censetur, n. 8. *Fallit, num.* 13., *& 14.*
In dubio præsumitur ignoranter, & per errorem facta solutio, num. 11.
Minor sive scienter, sive ignoranter indebitum solvens, repetere potest, num. 11.
Scientia in pupillum, & minorem non cadit, num. 12.
Minor indebitum repetere volens, quid exponere debeat in libello, num. 15.
Minor repetere potest quicquid ejus nomine tutor, vel curator solverit, num. 16.
Tutor indebite solutum repetere potest, num. 17.
Declarantur plures casus, num. 18., *& seqq.*
Creditor non potest excipere compensationem debiti naturalis contra pupillum, vel minorem, num. 30., *& 31.*
Minor indebitum solvens etiam jussu Judicis, restituitur, num. 32.
Minor indebitum solvens cui vere debetur, sed non ab ipso minore debitum restituitur, n. 33.
Minor indebitum solvens alteri minori, & res consumpta est, non restituitur, num. 34.
Mutuum factum a minore alteri filiofamilias minori, si fuerit consumptum, non repetitur. Et si fuerit restitutum necminus repetatur, num. 35.
Ante diem solvens non repetit, num. 36.. *Fallit in minore, num.* 37.

In-

1 INdebitum quatuor modis considerari potest. Primo naturaliter, & civiliter simul,
ut quando nullo modo sit debitum, *Baronius de effect. minor. ætat. circa judicial. eff.
18. num. 19.*, *Altimari de nullit. contract. tom.*
2 *1. rubr. 1. sect. 2. q. 6. num. 4.*. Secundo indebitum naturaliter, sed civiliter debitum, *Ba-*
3 *ronius num. 20.*, *Altimari num. 6.*. Tertio
indebitum civiliter, sed naturaliter debitum,
4 *Baronius num. 21.*, *Altimari num. 8.*. Quarto dicitur indebitum per exceptionem, utro-
que tamen jure debitum, *Baronius num. 22.*
5 Indebitum vero generaliter sumptum de-
finitur, *ut sit contractus, quo quis ignoran-
ter, & per errorem solvit, quod non debet*
§. is quoque instit. quib. mod. re contr. oblig.,
Altimari num. 2.. Hinc merito dicitur in-
6 debitum; cum præcedat ignorantia, & so-
lutio, ut Ulpianus tradit in *l. 1. ff. de condict.
indebit.*

7 Hæc tamen ignorantia erit per solven-
tem probanda. Etenim solvens non erit
præsumendus voluisse facile suas pecunias
jactare, atque indebitas effundere. Hinc qui
dicit indebitum solvisse, probare debet,
quod per accipientis dolum, aliamve justam
ignorantiæ causam sit indebitum ab eodem
solutum; alias nullam repetitionem habere
8 ait J. C. in *l. Cum de indebito 25. ff. de
probat.*, quia scienter indebitum solvens
donare censetur per sententiam Ulp. in *l.
1. ff. de condict. indeb.*, *Baronius num. 2.* Et
prædicta ignorantia, sive error, ac solutio
plene probanda erit; itaut de solutione cer-
ta apparere debeat solutio; cum per solam
confessionem de recepto nequeat indebitum
repeti; quia talem solutionem non esse ve-
9 ram solutionem tradit *Tuschi lit. l. concl. 84.
num. 1.*. Ideoque probationes certissimæ, &
necessario concludentes esse debent, *Alti-
mari num. 71.*
10 In dubio tamen præsumitur ignoranter, &
per errorem facta solutio, etiam in facto
proprio, vel in jure, *Baronius n. 6., & 7.*
11 Verum omnia prædicta de solvente majo-
re intelligas; nam si erit minor, tam si sci-
enter, quam ignoranter, & sive per erro-
rem facti, sive juris solutionem fecerit, re-
petitionem habebit, per sententiam Ulpiani
in *l. Interdum 29. ff. de condict. indeb.*, *Ba-
ronius effect. 18. circa judicial. num. 9.*, *Alti-
mari de nullit. contr. tom. 1. rubr. 1. sect. 2. q. 6.
num. 65.*. Hinc ad repetendam pecuniam
12 pro naturali debito solutam sufficiens erit
si doceat, quod solverit indebitum civiliter;
quia in pupillum, & minorem non cadit
scientia, neque error ob judicii infirmitatem,
Bersanus de pupillis cap. 1. q. 17. num. 16..
13 Sicque ipsi minori solventi non incumbit
probare ignorantiam, sive solutionis erro-
rem. Benevero qui pecunias accepit, osten-
dere, & probare debet pecunias fuisse sibi
debitas, alias ad restitutionem teneretur, ut
tradit J. C. in *l. Cum indebito 25. ff. de pro-*
14 *bat.*. Etenim minori non currit regula,
ut qui scienter indebitum solvit, præsumi-
tur donasse, ut diximus *num. 8.*. Nam licet
minor donare possit, attamen si ex dona-
tione læditur, restituitur; satis enim dicitur
læsus, quando id, quod non debet, solvit
ut debitum. Et licet juris fictione donare
censeatur, explicite tamen non erit dona-
tio, neque virtutis actus, itaut donatarium
obligare possit; ideoque dicitur hoc in casu
minorem potius suum inconsulte profunde-
re, quam prudenter, & liberaliter se gerere
donando. Hinc praxis est, quod major dum
indebitum repetit, debet in libello conclu-
15 dere, quod ignoranter indebitum solvit.
Minor vero dicere debet, quod impruden-
ter solvit, ideoque repetit, ita docet *Ar-
tinus instit. quib. alien. lic. vel non §. fin.
num. 7.*, quem laudat *Oddus de restit. in in-
tegr. q. 52. art. 5. num. 38.*
16 Et non solum indebitum a se solutum
potest minor repetere, sed etiam quicquid
ejus nomine tutor, vel curator solverit,
per sententiam Papiniani in *l. Cum indebi-
tum 57. ff. de condict. indeb.*. Immo & ipse-
17 met tutor repetere poterit, ut tradit *Scæ-
vola in l. Stychus 63. §. tutor creditori ff.
eodem.*
18 Pro sana tamen principalis conclusionis
resolutione plures distinguendi sunt casus.
Et primo aut minor solvit debitum jure
naturali, & civili, sed res quæ solvitur sine
judiciali decreto alienari nequit, & tunc
solutum sine tali decreto minor ipse repe-
tit, *Baronius de effect. minor. ætat. circa ju-
dicial. eff. 18. num. 12.*, *Altimari de nullit. contr.
tom. 1. rubr. 1. sect. 2. q. 6. num. 66.*. Si vero
19 erit res, quæ sine decreto alienari poterit,
sed solutio cum tutoris, aut curatoris au-
ctoritate peracta fuit, & tunc repeti non
20 poterit, *Baronius num. 13.*, *Altimari n. 67.*.
Neque per viam restitutionis in integrum,
quia legitime facta fuit solutio, *Bersanus
de pupillis cap. 1. q. 17. num. 1.*
21 In casu tamen, quo tutoris, vel curato-
ris auctoritas defecerit, sed penes credito-
rem extabit res, & tunc absque restitutione
dabitur repetitio. Si vero fuerit consumpta,
non poterit repeti, neque erit locus resti-
tutioni; sed pupillo plena nascetur liberatio,
Baronius num. 14., *Altimari num. 67.*, *Ber-
sanus num. 2., & seqq.*
22 Secundus casus erit, aut debitum erit al-
tero jure tantum, aut civili, aut naturali,
& tunc si cum tutore facta fuit solutio, &
non repetitur, nisi per viam restitutionis in
integrum, *Baronius num. 15.*, *Altimari n.
68.*; *Bersanus num. 6., & seqq.*. Si autem
sine tutore, & res soluta extet, & per viam
23 restitutionis repeti poterit, *Baronius n. 16.*,
Altimari loc. cit., *Narbona de ætate 25. ann.
q. 18. num. 15., & 16.*, immo *Bersanus n. 10.*,

& seqq., cum aliis firmat, neque hoc ulti-
24 mo casu necessariam esse restitutionem, per
rationes, quas apud eumdem videas. Intel-
ligas tamen istam conclusionem procedere
25 respectu pupilli; nam respectu minoris in
utroque casu, idest tam si extet res soluta,
quam non, semper restitutionis auxilium ne-
cessarium erit. Et ea est diversitatis ratio,
quia pupillus tutore carens nequit pecuniæ
dominium in suum creditorem transfundere.
Minor vero si curatorem non habebit, illius
dominium transferret, sed restitutionis auxi-
lio juvabitur, plene *Bersanus n.* 19., *&* 20.
Et si curatorem habebit, sed sine ejus au-
26 ctoritate solveret, & tunc quemadmodum
pupillus rem solutam extantem vendicabit;
consumptam vero per restitutionis auxilium
repetere poterit, *Bersanus num.* 22., *&* 23.,
& vide *Oddum de restit. in integr. q.* 52. *art.* 13.
27 Tertius casus erit, aut erit debitum neu-
tro jure, & recuperabit pupillus, aut minor,
tam ex ætatis privilegio, quam jure com-
muni, ex condictione indebiti, sive cum
tutoris auctoritate solverit, sive non, *Ber-
sanus num.* 5.
28 Quartus tandem casus erit debitum utro-
que jure, sed indebitum ope exceptionis.
Pro cujus declaratione sciendum est, aliud
esse indebitum ope exceptionis dilatoriæ,
aliud ope exceptionis peremptoriæ aut
odiosæ, aut favorabilis. Exemplum exce-
ptionis dilatoriæ est debitoris in diem, quia
quod debet, est indebitum ante diem. Exem-
plum peremptoriæ odiosæ est debitoris filii-
familias, qui obligatus erit utroque jure,
sed juvabitur ope exceptionis Macedoniani,
quæ potius odio mutuantis, quam favore
recipientis introducta est. Exemplum pe-
remptoriæ favorabilis est debitoris dolo, vel
metu, vel vi coacti ad promittendum. In
istis namque casibus semper minor ope resti-
tutionis repetere potest, plene *Oddus q.* 52.
art 5. *num.* 33., *& seqq.*
29 Nec erit necesse, ut de solutione per
minorem facta appareat certa probatio ex
dictis *num* 7.. Ad illius enim demonstratio-
nem erit minori probatio minor sufficiens,
Altimari num. 73.
30 Et quamquam regula sit, quod creditor
possit excipere licere sibi retinere pecuniam
solutam in compensationem debiti natura-
lis. Nihilominus regula isthæc procedit in
majore, non autem in pupillo, & minore.
Nam alias esset elusoria indebiti repetitio
31 huic ætati competens, *Bersanus de pupillis
cap.* 1. *q.* 17. *num.* 17. Et si pupillus com-
pensationem sui crediti cum tali debito ad-
miserit, poterit inde illud repetere tamquam
indebite solutum, secundum *Glos. in l. Ait
prætor ver. patitur ff. de negot. gest.*, *Bersa-
nus num.* 18
32 Sed quid dicendum in casu, quo Judicis
jussu minor indebitum solvit, num adversus
hanc solutionem restitui possit? Affirmative
de communi tradit *Oddus de restit. in integr.
q.* 52. *art.* 6., ea ex ratione, quia minori
læso adhuc adversus rem judicatam datur
restitutio, & diximus *cap.* 6. *num.*
33 Restitutionem pariter habebit minor ad-
versus indebiti solutionem factam cui vere
debebatur, sed non ab ipso minore, sed ab
alio debitam; quamquam enim majori in
ætate cesset repetitio, quia ille, qui jam
recipit, recipit quod sibi vere debetur, per
Textum Pauli in *l. Repetitio* 44. *ff. de condict.
indeb.*. Attamen in minore militat diversa
ratio, quia etiam creditor naturalis recipit
quod sibi debetur, & nihilominus contra
solutionem a minore tali creditori factam
datur restitutio, prout cum aliis concordan-
tibus firmat *Oddus quæst.* 52. *art.* 9.
34 Indebiti solutio facta a minore alteri mi-
nori aut pupillo restitutionem non admittit,
dummodo res fuerit consumpta. Et respectu
mutui est Textus Pauli in *l. Si minor* 35.
ff. de minor., ubi minor non repetit a filio-
familias minore quicquid eidem mutuavit,
atque consumptum est. Etenim potior est
causa consumentis, qui agit de damno vi-
tando. Et quoad indebitum solutum, &
mutuum eadem currit ratio, & dispositio,
quia ad obligandum recipientem sunt similes,
35 & pares contractus, ita *Oddus art.* 10.. Ve-
rum facta restitutione non datur adversus
eam repetitio, quia naturalis obligatio im-
pedit, *Oddus num.* 76.
36 Quoad debitum vero omni *jure*, sed in-
debitum ope dilatoriæ exceptionis sciendum
est, quod si quilibet ætate major ante diem
solvit, nequit solutum repetere per senten-
tiam Pauli in *l. In diem debitor, adeo de-
bitor est, ut ante diem solutum repetere non
37 possit, ff. de condict. indeb.*. Minor tamen
econverso repetit ope restitutionis, quoniam
læsus videtur, quia non fecit uti diligens
paterfamilias, prout singulariter tradit *Od-
dus art.* 11., ubi tamen subdit aliter servari,
si forte modico tempore ante diei adven-
tum solverit; vel si periculum esset, illam
pecuniam fore dissipaturam.

CAP.

C A P. XXV.

De jurejurando.

SUMMARIUM.

Jusjurandum definitur, num. 1.
Jurare per Creaturas idem est, ac jurare per Deum, num. 2.
Promissio facta sub fide, & verbo Nobilium est jurata in foro externo, num. 3.
Jusjurandum licitum est, si suis circumstantiis fuerit munitum, num. 4., & seqq.
Jusjurandum dividitur, num. 9., & 10.
Pupillus a jurando repellitur, num. 11.
Pupillus ex juramento præstito non obligatur, num. 12.
Pupillus veniens adversus juramentum præstitum, non dicitur perjurus, num. 13.
Tutor si velit, potest in litem pro pupillo jurare, num. 14. *In aliis vero juramenti causis tenetur jurare*, num. 15.
Pupillus nequinius alteri juramentum deferre potest; num. 16.
Juramentum species alienationis est, num. 17.
Pupillus cum auctoritate tutoris potest juramentum deferre, num. 18. *Sed læsus restituitur*, num. 21. *Declaratur*, num. 22.
Pupillus nequit remittere juramentum parti, num. 19., *usque cum tutoris auctoritate*, n. 20.
Pupillus doli capax ex suo juramento obligatur, num. 23., & seqq.
Pupillus tutorem habens cum ejus auctoritate jurare debet, num. 34.
Minor juramenti capax est, num. 35.
Per minoris juramentum auctoritas Judicis, & curatoris suppletur, num. 36.
Juramentum tam in ipso contractu, quam ante, vel post interponi potest, num. 37.
Juramentum minoris aliunde quam per ipsius contractus instrumentum constare debet, num. 38., & 39.
Minor etiam verbo jurare potest, num. 40.
Minor per Procuratorem speciale mandatum habentem jurare potest, num. 41. *Declaratur*, num. 42.
Minor alicui contrahenti potest cum juramento consentire, num. 43.
Minor tam in contractibus, quam in Judiciis juramento obligatur, num. 44.
Minor nequit petere absolutionem a juramento ad ipsius contractus rescissionem, num. 45.
Juramentum minoris firmat contractum celebratum sine solemnitatibus, etiam per statutum requisitis, num. 46.
Statutum simpliciter contractum annullans non habet locum in jurato, num. 47, & 48.
Lex civilis super juramento disponere non potest, num. 49.
Dispositio juris Canonici, & non statutorum servanda est, num. 50.
Juramentum minoris valebit, etiamsi blanditiis, & suasionibus fuerit inductus, num. 51.
Minor ut per juramentum obligetur, quæ sunt necessaria? num. 52.
Juri, quod quis ignorat, renunciare non videtur, num. 53.
Certioratio si non constat, non præsumitur, num. 54.
Minor semper præsumitur ignorare jus suum, num. 55.
Juramentum non tollit præsumptionem ignorantiæ, num. 56. 59., & 60.
Juramentum quod facit minorem majorem, intelligitur ficte, num. 57.
Juramentum non facit minorem sagacem, & prudentem, num. 58.
Juromentum non habet vim certiorationis, num. 61., & seqq.
Minor beneficiis sibi competentibus potest cum juramento renunciare, num. 64., & *sine juramento nulla est renunciatio*, num. 65.
Renunciatio minoris ætatis, aut restitutionis in integrum expresse fieri debet, num. 66.
Minor jurans omnia, & singula in instramento contenta esse vera, potest contraoenire ratione minoris ætatis, num. 67.
Juramentum specifice super aliqua obligatione interponere debet, num. 68.
Verba, omnia, & singula esse vera in expressis solummodò verificari debent, num. 69.
Statutum, quod contractus minoris etiam juratus sit nullus, servari debet, num. 70.
In statuto juramenti mentio expresse fieri debet, num. 71.
Statutum simpliciter loquens, contractum juratum non comprehendit, num. 72.
Juramentum minoris erit nullum, quoties cum ipso contrahens sciret minorem ipsum fore statim pecuniam dilapidaturum, num. 73. *Et scientia præsumitur, si statim post contractum minor dilapidare inciperet*, num. 74. *Et taliter contrahens in dolo, & mala fide esse præsumitur*, num. 75.
Juramentum per minorem præstitum in contractu remitti potest per alteram partem contrahentem, num. 76. *Nec erit necessaria superioris habilitatio*, num. 77.
Minor jurare non poterit, si statutum minoribus jurare prohiberet, num. 78.
Statutum seculare potest irritum reddere subditorum juramentum in contractibus ad forum seculare pertinentibus, num. 79.
Juramentum non valebit, quoties instrumentum fuerit nullum ex defectu solemnitatis non observatæ, num. 80.
Statutum interdicendo minori bonis, nisi contraheret cum curatoris auctoritate, vel alia solemnitate, tali solemnitate non observata, erit nullum juramentum, num. 81.

Juramentum præstitum in contractu simulato erit nullum, num. 82. *Fallit*, num. 83.
Juromentum dolo adversarii extortum nullum est, num. 84. *Fullit*, num. 85.
Juramentum præstitum per vim, & metum nullam est, num. 86. *Declaratur*, num. 87.
Minor dolose, & scienter in judicio veritatem cum juramento denegando, potest hoc non obstante in integrum restitutionem postulare absque metu perjurii, num. 88.
Juramentum calore iracundiæ præstitum nullum est, num. 89.
Juramentum per errorem præstitum nullum est, num. 90., *etiamsi fuerit duplicatum*, num. 94.
Consensui nihil magis repugnat, quam error, n. 91.
Ubi est error nulla est voluntas, num. 92.
Juramentum non supplet consensum, num. 93.
Ubi est defectus consensus, non requiritur juramenti reloxotio, num. 95.
Juromentum non obligat minorem dubitontem, num. 96.
Juri, quod quis ignorot, renunciare non videtur, num. 97.
Juramentum non obligat filiumfamilias minorem pro contractu facto ob niminm patris reverentiam, num. 98.
Juromentum non obligat minorem jarontem solvere mutuum sub spe futuræ numerationis, num. 99.
Juromentum ex falso causa interpositum nullum est, num. 100., *etiamsi causa fuerit partim vera, & partim falsa*, num. 101.
Sententia ex falso causo lata nulla est, n. 102.
Minor jurans se non contracturum, si postea contrahot, & jurat pro contractus observantio, hoc secundum juramentum nullum est, num. 103. 105., & 111.
Testomentum non confirmotur juromento minoris, ut revocari non possit, num. 104.
Contractus nullus principaliter favore publicæ utilitatis non firmatur juramento, num. 106.
Juramentum præstitum per curatorem non nocet minori, num. 107.
Minor constituendo procurotorem, si jurat illum non revocaturum, potest, juramento hoc non obstante, illum revocare, num. 108.
Minor Judæus, hæreticus, aut excomunicatus non ligatur juramento, num. 109.
Minor prodigus juromento non obligatur, n. 110.
Juramentum non firmobit contractum, si alio defectu, quam minoris ætatis, fuerit nullus, num. 112., *Decloratur*, num, 113., & *seqq.*
Juramentum minoris sine interventu curatoris an valeat, num. 128., & *seqq.*
Auth. Sacram. puber. *an procedut tom in juramento assertorio, quam in promissorio*, n. 154., & *seqq.*
Jurans minor se majorem, an privetur beneficio restitutionis in integrum, num. 158., & *seqq.*
Exceptio juramenti corporaliter præstiti producit effectum litis finitæ, num. 174.
Minor non privatur restitutione, si adversarii dolo fuerit inductus ad juramentum corporaliter præstandum, num. 175.
Dolus in jurante semper intelligitur exclusus, num. 176., & 177.
Minor dolo jurons se majorem a restitutione excluditur, num. 178., *sed contra curatorem scientem recurrere debet*, num. 179., & 180. *Limitatur*, num. 185., & 186.
Jura deceptis, & non decipientibus subveniunt, num. 179.
In pori re magis succurritur minori, quam adversario, num. 181.
In dubio quis fuerit in dolo, an minor, an adversorius, pro minore judicondum erit, n. 182., *etiomsi contra minorem odesset aliqua præsamptio scientiæ, seu doli*, num. 183. *Fallit*, num. 184.

1 JUsjurandum, seu juramentum est invoca-
tio divini nominis in testem veritatis, ut
tradit D. Thomas 2. 2. *q.* 89. Quæ di-
2 vini nominis invocatio comprehendit etiam
juramentum factum per creaturas. Ideoque
jurare per creaturas, idem est ac jurare per
Deum, *Afflictus dec.* 389. *num.* 2., *Verde lib*
3 4. *instit. civ. num.* 561.. Hinc promissio facta
sub fide, & verbo nobilium, vel alterius
rei, est jurata in foro externo, *Afflictus.
dec.* 234. *num.* 7., *Bajardus od Clarum* §. *perjurium
num.* 4., *Scoppa ad Merlinum cent.* 1.
cap. 53. *num.* 5., aliique apud *Verdem n.* 562.
4 Quod juramentum tamen licitum est, quoties
suis circumstantiis videtur munitum, &
est de fide, ut habetur ex *Deutoron.* 6., in
illis verbis: *Laudabuntur omnes, qui jurant
in eo*. Et legitur etiam 1. *ad Roman.* 2.,
aliisque S. Scripturæ locis relatis per *Verdem
num.* 564., & quamquam *Motth.* 5. habetur.
Ego autem dico vobis, non jurare omnino.
Nihilominus intelligendum hoc erit de juramento
temerario; ut plene apud *Verdem
num.* 565.
5 Ut autem licitum sit, tria sunt necessaria,
vel ut communiter Doctores tradunt, debet
habere tres comites, nempe judicium,
justitiam, & veritatem; prout deducitur ex
illis verbis *Hierem.* 4.: *Jurabis, vivit Dominus,
in justitin, judicio, & veritote, Verde
num.* 567., *Scoppa ad Merlinum cent.* 2. *cap.*
17. *num.* 4., *Boronius de effect. minor. ætat.
circa contract. eff.* 1. *num.* 741.. Dicitur *in ju-
6 stitio*, quæ aut sit legalis, aut distributiva,
aut commutativa semper in juramentu est
necessaria juxta materiei exigentiam; cum
nequeat esse juramentum cum suæ, vel al-
7 terius salutis damno. Dicitur *in judicio*, ut
nempe cum rationabili causa interponatur
ab eo, qui habet consensum, animi motum,
& perfectum judicium. Dicitur *in veritare*,
8 ut nempe interponatur in re, in tempore,
in affectione, & in credulitate, ut scilicet
quis juret quicquid servare velit, vel sibi
verum videatur, *Baronius loc. cit.*, *Verde
num.* 568.

Du-

9 Duplex est juramentum, alterum assertorium, alterum promissorium. Primum est, quando quis jurat, asserendo rem ita esse, vel non. Sicque requirit veritatem de præsenti, aut de præterito adesse, non autem de futuro. Hinc *Sotus de justit.*, *& jur. lib.* 8. *art.* 1. *q.* 1. *concl.* 2. ita juramentum assertorium definit, *ut sit assertio jurata ad præteritorum, vel præsentium confirmationem*; & tradit *Jovius de solemnit. in contr. minor.*
10 *Glos.* 19. §. 3. *num.* 37., & 38.. Secundum est, quando quis promittit aliquid, & jurat se promissa observaturum; sicque expectat veritatis implementum de futuro; itaut non incurratur perjurium, nisi promissionis inobservantia sequuta, *Verde num.* 570., *Jovius num.* 47., *& seqq.*, *Oddus de restit. in integr. q.* 24. *art.* 4. *num.* 30., & 31., *Menochius de præsumpt. lib.* 3. *præs.* 12. *num.* 41.
11 Quia igitur judicii perfectio in jurante necessaria est, ideo non habens pupillus animi discretionem, qua cognoscere, & distinguere possit causas, super quibus juramentum interponitur, neque ipsius juramenti præstantiam percipere, merito a jurando expellitur. Et ex juramento a se præstito nequaquam obligatur, ut tradere videtur Ulp.
12 in *l. Jusjurandum* 34. § *pupillo ff. de jur. jur.*, *Bersanus de pupillis cap.* 2. *q.* 26 *num.* 1. Et consequenter adversus illud veniens, nequa-
13 quam erit perjurus, *Narbona de ætate anni decimi cum dimidio quæst.* 11. *a.* 2. *in fin.*
14 Ejus tamen tutor poterit, si velit, in litem pro pupillo jurare, invitus tamen cogi nequit, per sententiam Ulp. in *l. Videamus* 4. *ff. de in lit. jur.*, *Bersanus num.* 16.. In aliis vero juramenti causis, nempe calumniæ,
15 & veritatis dicendæ tenetur tutor, si de veritate instructus sit, pro pupillo jurare, ut statuit Imp. Justinianus in *l. Cum & Judices* 2. §. *quod observari Cod. de jur. jur. propt. calumn.*, *Bersanus num.* 19.
16 Pupillus vero sicuti jurare nequit, ita neque alteri deferre juramentum potest; cum jusjurandum de iis esse dicatur rebus, quæ ad liberam pertinent administrationem, ut ait *Paulus in l.* Jusjurandum 17. §. *pupillus ff. de jur. jur.*, *Narbona de ætate ann.* 25. *q.* 39. *num.* 1.. Immo alienationis species est,
17 quia respectu debitoris jurantis loco solutionis habetur, ut tradit *Cajus in l. Jusjurandum* 27., & *Paulus in l. Duobus reis* 28. §. *quod si reus ff. eodem*, *Bersanus num.* 22., & 23.. Cum tutoris tamen auctoritate recte
18 juramentum deferre pupillus potest, ut d. §. *pupillus*; *Bersanus num.* 24., *Narbona n.* 2.
19 Remittere vero parti juramentum nequaquam pupillus poterit, per sententiam *Mo-*
20 *destini in l. Jusjurandum* 32. *ff. de jur. jur.*, & neque tutore auctore, quia ita remittere species donationis est, ut ibidem notat *Glosa*.
21 In casu autem, quo cum tutoris auctoritate fuerit per pupillum delatum juramentum, si ex tali juramento fuerit ipse pupillus læsus, in integrum restitui poterit, *Glos. in l. Jusjurandum* 17. *ver. debet ff. de jur. jur.*, *Montan. de tutor. cap.* 33. *num.* 393., aliique apud *Bersanum de pupillis cap.* 2. *q.* 26. *num.* 26.
22 Non semper tamen potest tutor deferre juramentum adversario sui pupilli, sed tantum, quando probationes deficiunt, ut tradit *Cajus in l. Tutor pupilli* 35. *ff. de jur. jur.*, *Montan. num.* 392., *Bersanus num.* 27.
23 Verum omnia prædicta intelligas procedere de pupillo non doli capace; nam quoties doli capax fuerit, tunc ex suo juramento valida oritur obligatio, ut communiter tradunt *Abbas cons.* 108. *num.* 1. *lib.* 2., *Seraphin. de privileg. juram. privil.* 83. *num.* 24, *Tuschi lit. P. concl.* 175. *num.* 1., *Narbona de ætate ann. decimi cum dimidio quæst.* 11. *a.* 5., *Simoncellus de decretis lib.* 3. *tit.* 8. *num.* 139., *Baronius de effect. minor. ætat. circa contract. eff.* 1. *num.* 11., *Afflictus dec.* 322. *num.* 3., *Bersanus de pupillis cap.* 2. *q.* 26. *num.* 4., & tunc doli capax dicitur, quoties pubertati proxi-
24 mus fuerit, *Simoncellus loc. cit.*, *Baronius num.* 12., *Jovius de solemnit. in contr. minor. Glos.* 16. §. 8. *num.* 22.. Quis autem sit pubertati proximus diximus *p.* 1. *cap.* 14.
25 Quod autem per pupillum doli capacem valide propter juramentum contrahitur obligatio, probari videtur primo in jure Canonico *in cap. ex literis* 10. *de sponsalib. n.* 2., ubi *Alex. III.* Episcopo Pictaviano rescripsit, impuberem teneri servare juramentum, quod præstiterat de ducenda in uxorem Berta, ne animæ periculum incurrat. Hinc recte ait *Vivius com. opin.* 676. *num.* 2., quod quemadmodum tenetur pupillus stare contractui summi præjudicii, qualis est matrimonium, eo magis ceteris contractibus in vim juramenti stare cogendus erit. Expropter hanc sententiam utpote juri Canonico magis accommodatam sequendam esse monet *Affli-*
26 *ctus num* 4., & 5., ubi subdit, standum esse juri Canonico in materia juramenti, ob favorem animæ, ne perjurii ansa detur, nulla servata differentia, si juramentum sit promissorium, aut confirmatorium, & tradit *Surdus cons.* 25. *num.* 25., quem laudat *Bersanus num.* 4., & 5.
27 Adprobatur etiam ex jure civili per Tex. in *l. Videamus* 4. *ff. de in lit. juran.*, ubi ita *Ulpianus* ait: *Videamus in tutelari causa quis jurare, & adversus quem possit. Et quidem ipse pupillus si impubes est, non potest.* Ex quibus verbis infertur, ergo pupillus pubes jurare potest; qui dubio procul pubertati proximus esse censetur, *Narbona loc.*
28 *cit.*. Facit etiam Textus Venulei in *l. Licet dubitatum* 44. *ff. de liberal. caus.*, ubi ita legitur: *In eum, qui impubes juraverit, idest qui & jurare potuerit, danda est utilis actio.* Ex iis igitur verbis, *qui impubes juraverit, idest qui & jurare potuerit*, evidenter colligitur,

gitur, impuberem jurare posse; sed cum potuerit, idest quando fuerit doli capax, quemadmodum exponit ibidem *Glos. ver. potuerit*, & tradit *Bersanus num. 6.*, ubi laudat *Mandosam de ætate minori cap. 4. in secunda pueri terminat. num. 25.*, *& seqq.*, *& Hodiern. ad Surdum dec. 278. num. 40.*

29 Quia igitur tam de jure Canonico, quam de jure Civili pupillus doli capax ex juramento a se præstito obligatur; merito adversus tale juramentum veniens punitur tamquam perjurus ad instar adulti, *Jovius de solemnit. in contract. minor. Glos. 16. §. 8. n. 23.*, *Bersanus de pupillis cap. 2. q. 26. num. 8.*, & fuit sententia *Cai in l. Pupillum 92. ff. de reg. jur.*, & docuit *Glos. in l. Impuberem lit. ætatem ff. ad l. Corn. de fals.*

30 Nec obstat dicere, quod in juramento a tali impubere præstito deficit judicium, quod ex necessitate ad juramenti validitatem exigitur; nam ut respondet *Corneus conf. 187. num. 5. lib. 1.*, quem sequitur *Afinius de execut. cap. 327. num. 12* & post ipsum laudat *Narbona de ætate anni decimi cum dimidio quæst. 11. num. 10.* verius esse, quod in pupillo pubertati proximo prædictum argumentum non procedat, quia ea in ætate necessarium judicium ad juramenti validitatem quidem consequitur; atque cessat præsumptio debilitatis ingenii; & stante doli capacitate obligatur ex juramento, & tradit etiam *Jovius num. 24.*

31 Neque urget altera objectio, quod *auth. Sacram. puber. Cod. si adver. vendit.* de solo pubere loquitur, eapropter in eo procedere solummodo debet, ut notant *Tuschi lit. M. concl. 253. num. 63*, *Capone de pactis quæst. 64. num. 8*, *Afflictus dec. 322. num. 2.*, aliique. Nam respondet *Narbona num. 13.*, quod secundum probabiliorem sententiam adhuc in pubertati proximis suum locum vindicat; atque juri congruit, ut ad ipsos tamquam doli capaces extendatur; nam ultra jura *n. 28.* allegata, viget illa juris regula, odia restringi, favoresque ampliari. Sicque dispo-
32 sitio *dict. auth.* tamquam favorabilis, ut docet *Bart. in dict. auth. num. 19.*, quem laudat *Jovius num. 2.*, & post alios *Baronius effect. 1. circa contract. num. 330.*, *& 379.*, ad pubertati proximos extensionem adhuc admittit ob animæ salutem, quæ ceteris rebus erit præferenda, plene *Bersanus de pupillis cap. 2. q. 16. num. 10.* Et quamquam sint, qui velint, dispositionem præfatæ *auth. sacram. puber.* odiosam esse, sicque restringendam; nihilominus tamen taliter asserentes in gravem errorem lapsos fuisse tradit *Bersanus num. 12.* Et insuper ubi subest animæ favor, facienda erit extensio adhuc in odiosis, & pœnalibus, ut plene refert
33 *Surdus conf. 25. num. 42. lib. 1.*, *Baronius n. 379.*, *Bersanus num. 13.*

34 Hic tamen impubes tutorem habens, cum ejusdem auctoritate jurare debebit, *Abbas conf. 108. num. 2. lib. 2.*, *Tuschi lit. M. concl. 253. num. 64.*

35 Respectu vero minoris, seu puberis, nulli dubium, esse ipsum juramenti capacem per *dict. auth. sacram. puber.*, vigore cujus juramenti robur accipit contractus, qui inviolabiliter custodiendus, & servandus erit, minori ætate non obstante, *Jovius Glos. 16. §. 8. num. 1.*, *Baronius effect. 1. circa contract. num. 323.* Hinc est, quod per tale juramentum Judicis, curatorisque auctoritas supple-
36 tur, *Jovius num. 21.*, *& Glos. 19. §. 1. num. 1.*, *& seqq.*, *Baronius num. 348*, *& 385.*, *Simoncellus de decretis lib. 3. tit. 8. num. 137.* Intelligas tamen, si curatorem minor non habebit, ut infra dicemus. Et hoc juramen-
37 tum interponi potest tam in ipso contractu, quam antea, vel postea, *Jovius Glos. 16. §. 8. num. 27.*, *Simoncellus num. 149*, *Baronius num. 435.*, *& seqq.*

38 Ut autem hoc minoris juramentum validet contractum nullum ex defectu solemnitatis, necesse est, ut aliunde, quam per ipsius contractus instrumentum constet. Etenim quia instrumentum istud, remoto juramento, nullam habet firmitatem, ex eo quod sine solemnitatibus in statuto, aut ex jure requisitis confectum est, sequitur, quod ex tali instrumento dici nequit probata jurata obligatio, quoniam eidem penitus a statuto adempta est probatio, ut docent *Rolandus conf. 43. num. 3. lib. 3.*, *Ruinus conf. 201. num. 14. lib. 1.*, aliique apud *Gratianum cap. 513. n. 2.*, *& 3.* Hinc *Parlador. rer. quotid.*
39 *lib. 2. cap. 4. num. 20.*, aliique apud *Jovium num. 28.* dicunt sufficere, ut contrahens in alio instrumento antea juret, se observaturum quemcumque fecerit contractum.

40 Et hoc juramentum non erit necesse, ut fuerit tactis scripturis præstitum. Cum erit sufficiens verbo tantum præstitum, *Parlador.*
41 *num. 5.*, *Jovius num. 30.*, etiam per procuratorem, ad id tamen speciale mandatum habentem, *Parlador. num. 22.*, *Jovius n. 31.*, *Simoncellus num. 151.* Necesse erit vero, ut
42 in mandato adsit clausula, in qua juraverit non venire contra mandatum, *De Ponte conf. 6. num. 11.*, quem laudat *Baronius effect. 1. circa contract. num. 384.*

43 Et hæc omnia procedunt non solum in minore contrahente, & jurante, sed adhuc si alicui contrahenti consentiret; ut quando filius minor patri alienanti consentiret, atque juraret non venire contra. Et quamquam filius adventitia bona etiam cum juramento alienare nequeat, poterit tamen patri alienanti consentire cum juramento, ut a retractando exclusus erit, *Simoncellus de decretis lib. 3. tit. 8. num. 148.*, nisi magna intervenerit reverentia, ut dicemus *num. 98.*

44 Et vera sunt etiam tam in contractibus, quam in judiciis, *Simoncellus num. 152.*, *&*

in

in num. 553. dicit esse mirabilem cautelam, & practicam, quando minor comparet in judicio sine curatore, ut facias eum jurare de non veniendo contra processum, & sententiam, quoniam tunc valebit judicium, sententia, & processus.

45 Et dum minor juravit, nequit petere absolutionem a juramento ad ipsius contractus rescissionem. Immo etiam absolutione petita a juramento, contractus remanebit firmus, *Simoncellus n.* 155: nisi, lesio intercesserit, quoniam tunc in integrum restitutionem habebit, ut dicemus *num.*

46 Et si cum legis prohibitione concurrat adhuc Statutum annullans minoris contractus sine solemnitatibus celebratum, etiam tunc per juramentum firmus remanebit contractus, *Simoncellus num.* 156., *Gabriel tit. de*

47 *minorib. concl.* 5. *num.* 9.. Etenim Statutum simpliciter contractum annullans, non habet locum in jurato, *Simoncellus num.* 167., *Parisius cons.* 16. *num.* 88. *lib.* 2., *Baronius effect.* 1. *circa contract. num.* 346.. Tam si Statutum

48 dirigat verba in rem, quam in personam, *Baronius num.* 349., cum nequeat Statutum

49 disponere super contractu jurato, quia juramentum est quid spirituale, super quo lex civilis disponere nequit, *Baronius n.* 350..

50 Et semper dispositio juris Canonici, & non Statutorum servanda erit, *Baronius n.* 354.

51 Et si blanditiis, vel suasionibus fuerit minor ad jurandum inductus, adhuc juramentum valebit, *Simoncellus lib.* 3. *tit.* 8. *n.* 158.

52 Nonnullis tamen in casibus juramentum per minorem præstitum nullam firmitatem producit in contractu, super quo interponitur; & primo quoties de beneficiis ejus minori ætati competentibus nequaquam fuerit certioratus. Etenim ut minor per juramentum obligetur, necesse est, ut in ipso juramenti actu de beneficio minoris ætatis, & restitutionis in integrum, quod sibi competit certificetur; alias juramentum, tamquam ad ignorata præstitum, nequaquam protraheretur, & consequenter nullum produceret effectum, *Seraphinus de privileg. juram. privileg.* 83. *num.* 59., *Gratianus cap.* 513. *n.* 22., *Simoncellus num.* 205., *De Marinis var.* 2. *cap.* 136. *num.* 7., *Sorge in jurisprud. tom.* 1. *cap.* 19. *num.* 37. *in fine*.

53 Juri enim, quod quis ignorat, renunciare quidem non videtur per sententiam Pauli in *l. Mater* 29. *ver. cum & hi ff. de inofficiosiam.*, & *in l. Legitimam* 8. *ff. de petit. hereait.*, *Baronius num.* 425.

54 Quæ certioratio si non constat, præsumi nequit, cum sit quid facti, & solemnitas extrinseca, plene *De Marinis num.* 8., & 9.

55 Immo præsumptio stat pro minore, qui semper jus suum ignorare præsumitur, ut tradit Ulp. in *l. Si quis* 3. *ver. proinde ff. ad S. C. Maced.*, & *Paulus in l. Regula est* 9. *ver.* 20 *ante ff. de jur.*, & *fact. ignor.*, plene *Menochius de præsumpt. lib.* 3. *præs.* 82. *n.* 6., & 7., *Sardus dec.* 216. *num.* 25., & 26., etiam

56 ipso jurante, *Surdus num.* 27., quia juramentum non tollit præsumptionem ignorantiæ, quæ pro minore militat, *Baronius de effect. minor. ætat. circa contract. eff.* 1. *num.* 422..

Nam juramentum, ut nonnulli ajunt, quamvis ipsum minorem faciat majorem: nihil-

57 ominus tamen, ultra quod ficte hoc intelligendum sit, ut dicemus *num.*, etiam licet præsumat minorem majorem, non ta-

58 men facit eum sagacem, & prudentem, ut post alios tradit *Surdus num.* 28., *Jovius Glos.* 19. §. 7. *num.* 34., *Simoncellus de decret. lib.* 3. *tit.* 8. *num.* 136., *Grossus de contract. 5. minor. insp.* 2. *q.* 49. *num.* 6., *Ursillus ad Afflictum in dec.* 322. *num.* 1.. Et quamquam *Gomezius var.* 2. *cap.* 14 *num.* 18., ubi *Ayllon num.* 19., aliique relati per *Simoncellum num.* 159., &

59 Caponem *de pactis quæst.* 64. *num.* 7. velint certiorationem prædictam non requiri, ex eo ducti, quod minor eo ipso quod contractum jurat, cognoscit jam suum contractum esse infirmatum, alias inutiliter juraret, si absque juramento contractus valeret. Nihilosecius tamen prior sententia verior, & communior est, consideratis tum rationibus tum Doctorum auctoritatibus. Nec verum dici potest adversariorum assertum, quod minor jurando cognoscit suum contractum esse infirmatum; nam veritas in contrarium est, quia in minore adhuc jurante semper

60 ignorantia præsumitur, ut mox diximus. Pariterque actus juramenti per minorem habitus ex eadem facilitate, qua contraxit, inductus censetur, ita *Jovius de solemnit. in contr. min. Glos.* 19. §. 7. *num.* 36., & §. 50. *n.* 45., & 46.

61 Nec obstat alia oppositio, juramentum certiorationis vim habere, ut tradunt *Alex. cons.* 24. *num* 9. 17. 22. *lib.* 1., *Gabriel tit. de jur. jur. concl.* 3., aliique relati per *Baronium eff.* 1. *circa contract. num.* 396.. Nam ut respondet ipsemet *Baronius num.* 400., certio-

62 rationem inductam a juramento esse fictam, & præsumptam; prout etiam fictam, & non veram, & realem esse majoritatem ab ipso juramento inductam; & duæ fictiones non possunt concurrere circa idem. Insuper re-

63 spondetur, quod unicum juramentum diversos effectus operari nequit, quando spectat ad eamdem personam diverso ex jure, quoniam tunc facto uno, non censetur factus alter. Etenim quamquam contractus confirmatio a juramento dependeat per *auth. sacram. puber.*, certioratio autem eamdem dependentiam sane non habet, ut tradit *Capone de pactis quæst.* 61. *num.* 4., & *in controv.* 4 *num.* 14., & 15.

64 Ut igitur minori juramentum noceat, necessaria est certioratio omnium beneficiorum sibi competentium, quibus adhuc cum juramento renunciandum erit, ut in integrum resti-

restitutioni locus esse non possit, ut volunt
Oddus de restit. in integr. quæst. 26. num. 31.,
aliique relati per *Jovium Glos. 19 §. 6. num. 5*,
65 nam si sine juramento restitutionis benefi-
cio fuerit renunciatum, nulla erit renuncia-
tio, & restitutioni erit locus, *Jovius num. 1., & seqq.*

66 Nec erit sufficiens, si promiserit minor
etiam cum juramento non controvenire
quacumque ratione, vel causa, sed tamen
minoris ætatis, aut restitutionis in inte-
grum non meminerit, nam tum adhuc
poterit, juramento non obstante, & sine
perjurii timore restitutionis beneficium im-
plorare, *Oddus quæst. 48. num. 48.*, *Jovius*
67 *num. 11.*. Et si minor simpliciter juravit,
*omnia, & singula in instrumento contenta ve-
ra esse*, adhuc ratione minoris ætatis sine
perjurii timore contravenire poterit, *Jovius
num. 12.*. Etenim juramentum specifice su-
68 per aliqua obligatione interponi debet, nam
alias generale non obligat, *Jovius num. 13.*;
sicque verba illa *omnia, & singula esse vera*
69 in expressis solummodo verificari debent,
Jovius num. 14., *Oddus quæst. 24. art. 3. n. 16.*

70 Secundo minoris juramentum erit nullum,
quoties extaret Statutum, quod contractus
minoris, quamquam juratus, non valeat, nisi
certa solemnitate servata; nam alias præsu-
meretur fictitius & simulatus, atque dolo
initus, *Jovius Glos. 19. § 1. num. 27.*, *Simon-
cellus lib. 3. tit. 8. num. 165.*, *Baronius effect.
1. circa contract. num. 467.*. Etenim in Statu-
71 to expressa juramenti mentio esse debet;
nam si simpliciter disponeret, contractum
per minorem e. g. sine decreto peractum
præsumi dolo, vel simulatione confectum,
tunc tale Statutum ad contractum juratum
non extenditur; quia dispositio simpliciter
72 loquens, non censetur disponere in materia
jurata, nisi de juramento fiat expressa men-
tio, *Jovius num. 28.*, *Simoncellus num. 167.*

73 Tertio non confirmatur minoris contra-
ctus per juramentum, quando contrahens
cum minore jurante versaretur in turpitudi-
ne; ut si sciret, quod minor secum con-
trahens statim pecuniam ab ipsomet acce-
ptam foret consumpturus; tali enim in casu
juramentum non confirmabit contractum,
necminus quantum ad impediendum restitu-
74 tionis beneficium, *Baronius num. 432.* Immo
tunc præsumitur, quod cum minore contra-
hens sciverit minorem ipsum fore dilapida-
turum, si statim post contractum, brevique
intermisso spatio prædictus minor dilapidare
inciperet, *Baronius num. 433.*, *Seraphinus
de privileg. juram. privil. 83. num. 61.*, Et ita
contrahens in dolo, & mala fide esse cen-
setur, *Baronius num. 434.*

76 Quarto nullum erit juramentum, quoties
fuerit per partem remissum. Etenim pars,
in cujus favorem fertur juramentum, remit-
tere idem potest. Nec tali in casu necessa-
ria erit aliqua superioris absolutio, seu ha-
77 bilitatio, quia parte remittente, Deus adhuc
remittere censetur, *Baronius n. 457.*, *& seq.*

78 Quinto erit nullum, quando Statutum pro-
hiberet minoribus jurare. Et ipsis jurantibus,
erit ipso jure nullum juramentum, *Baronius
num. 462.*, *& seqq.*, *Jovius Glos. 19. §. 1. n. 31.*
79 Etenim Statutum seculare potest irritum red-
dere subditorum juramentum in contractibus
ad forum seculare pertinentibus, impedien-
do illius vim, antequam præstetur, ne ex
illo oriatur obligatio. Supposito, quod id
postulat finis politicus, atque bonum Reipu-
blicæ, ita *Dondeus consult. 2. num. 14.*, quem
laudat *Jovius num. 32.*

80 Sexto quando Statutum requirit certam
solemnitatem in contractu, & eadem non
80 adhibita, vult quod instrumentum nullum
faciat probationem, tunc juramentum nihil
operatur, quia sicuti instrumentum non pro-
bat contractum, ita nec etiam juramentum,
Gabriel lib. 2. tit. de minorib. concl. 5. num. 33.,
& lib. 6. tit. de statutis concl. 2. num. 11., *Si-
moncellus lib. 3. tit. 8. num 168.*

81 Septimo quando Statutum interdiceret mi-
nori bonis, nisi contrahat cum curatoris au-
ctoritate, aliave simili solemnitate; nam tunc
juramentum non valebit per minorem in
contractu præstitum, dicta solemnitate non
adhibita, quia administrationem non haberet,
Simoncellus num. 169.

82 Octavo non procedit in juramento præsti-
to in contractu simulato. Nam sicuti simu-
latus est contractus, ita & juramentum, *Si-
moncellus num. 171.*, ubi tamen subdit, quod
83 si minor jurat, *omnia, & singula vera esse*,
prout communiter apponere in instrumentis
Notarii assolent, & tunc simulationem obji-
cere nequit, quia suum detegeret perjurium,
ideoque non audiendus.

84 Nono erit nullum juramentum, si adver-
sarii dolo fuerit interpositum, *Simoncellus
num. 172.*, *Jovius Glos. 16. §. 8. num. 52.*, *&
Glos. 19. §. 10. num. 39.*, *Baronius effect. 1. cir-
ca contract. num. 562.*. Si vero jurantis ad-
85 huc dolus intervenerit, & tunc unius dolus
cum altero compensatur, *Simoncellus n. 173.*

86 Decimo quando fuerit præstitum per vim,
& metum, *Simoncellus num. 174.*, & vide
omnino *Baronium num. 490.*, *& seqq.*, ubi
firmat non esse ipso jure nullum juramen-
87 tum, sed obligatorium, & sic relaxandum;
quod de jure Canonico indubitatum est; &
vide etiam *Jovium Glos. 19. § 1. num. 48.*

88 Undecimo non procedit Authentica: disposi-
tio in minore dolose, & scienter in judicio
negante veritatem cum juramento; cum pot-
erit, eo non obstante, in integrum restitu-
tionem postulare absque perjurii metu, quia
in perjurium jam incidit, dum falsum jura-
vit, ita *Simoncellus lib. 3. tit. 8. num. 175.*

89 Decimosecundo erit nullum juramentum,
si calore iracundiæ fuerit præstitum, *Simon-*

cel-

cellus num. 176., *Jovius num.* 40., *Baronius*
num. 562., *Bajardus ad Clarum* §. *homici-*
dium num. 20.
90 Decimotertio erit nullum, si fuerit per
errorem præstitum. Etenim enim juramen-
tum nihil operatur, & non obligat, quia
deficit consensus, qui est ex tribus requisi-
tis ad juramenti validitatem, *Baronius num.*
426., *Simoncellus loc. cit.*. Nihil enim ma-
91 gis consensui repugnat, quam error, ut tra-
dit Ulp. in *l. Si per errorem* 15. *ff. de jurisd.*
92 *omn. judic.*. Qui contractus nullus erit ipso
jure, per sententiam *Pomponii in l. In omni-*
bus 56. *ff. de act.*, & *oblig.*. Nec juramen-
tum supplet consensum, quia ubi consensus
93 deficit, juramentum non obstat, quia sequi-
tur naturam contractus, cui apponitur; &
dum actus corruit, etiam juramentum illius
naturam sequens corruit, *Baronius n.* 427.,
Jovius Glos. 19. §. 6. *num.* 14. *ver. nam licet*, &
ver. licet verius, immo quantumvis fuerit du-
94 plicatum juramentum, semper prætextu
erroris rescinditur, & revocatur, *Decius*
cons. 600. *in fine*, aliique apud *Baronium n.*
95 429.. Et stante consensus defectu in jura-
to contractu, non erit necessaria absolutio,
sive relaxatio ipsius juramenti, ex doctrina
Paul. Rub. resol. practicab. cap. 95. *num.* 211.,
quem citat *Baronius num.* 428.
96 Decimoquarto erit nullum in minore du-
bitante, quia nec dubitans juri suo renun-
ciasse dicitur, *Baronius num.* 430., & dubi-
tans erranti æquiparatur; atque dubitanti
succurritur, ut ignoranti, *Baronius num.* 431.,
97 & juri, quod quis ignorat, renunciare non
videtur, *l. Mater* 19. *ver. cum & hi ff. de inoffic.*
testam. l. Legitimam 8. *ff. de petit. hered.*
98 Decimoquinto limitatur in filiofamilias mi-
nore pro contractu facto ob nimiam Patris re-
verentiam, *Simoncell. de decret. lib.* 3. *tit.* 8. *n.* 179.
99 Decimosexto limitatur in minore jurante
solvere mutuum sub spe futuræ numeratio-
nis; quia tali in casu non reputatur ma-
jor, ad hoc ut eidem currant tempora de
non opponendo exceptionem non numera-
tæ pecuniæ, quæ alias intra biennium op-
poni deberet per Rescriptum Imp. Justiniani
in *l. In contractibus* 14. *Cod. de non numer.*
pecun.. Deficit enim tali minori consensus,
eo quia pecunia non numeratur, prout spe-
rabatur; ideoque juramentum non repræsen-
tat eum majorem, ut ex ipso juramento
obligetur, ut declarat *Baldus in l. fin. in fin.*
Cod. eodem, aliique apud *Simoncellum n.* 182.
100 Decimoseptimo limitatur, quando fuisset
interpositum juramentum ex falsa causa,
quoniam tunc juramentum non obligat ju-
rantem, *Jovius de solemnit. in contr. minor.*
Glos. 19. §. 1. *num.* 40., *Baronius effect.* 1. *cir-*
ca contract. num. 546., *Gabriel tit. de minorib.*
101 *concl.* 5. *num.* 40., *Parisius cons.* 96. *num.* 24.
lib. 1., *Andreol. contr.* 136. *num.* 11. Etiamsi
causa expressa partim esset vera, & partim
falsa, *Jovius loc. cit.*, *Baronius num.* 547.
102 Etenim juramentum æquiparatur sententiæ
per Tex. Ulp. in *l. Sed & si possessori* 11.
ff. de jur. jur., & sententia ex falsa causa la-
ta nulla est, ut tradit *Scævola in l. Sejæ*
egregiæ 26. *ff. de tut.*, & *curat. dat.*, *Baronius*
num. 548., & 549.
103 Decimoctavo restringitur, quando ipse
jurans prius jurasset, se non contracturum,
nam si postea contrahit, & jurat pro con-
tractus observantia, hoc secundum juramen-
tum non convalidat contractum, nec juran-
tem obligat, *Jovius num.* 44.
104 Decimonono non procedit in testamen-
to, quod non confirmatur juramento mino-
ris, ut revocari non possit, *Simoncellus de*
decret. lib. 3. *tit.* 8. *num.* 182.
105 Vicesimo fallit in minore, qui prius ge-
neraliter juravit non impugnare contractum
a se deinde faciendum, si postea contrahit,
non validatur ex prædicto juramento con-
tractus postea peractus, *Simoncellus n.* 190.,
Baronius effect. 1. *circa contract. num.* 555.
106 Vicesimoprimo limitatur, quando esset
nullus contractus principaliter favore publi-
cæ utilitatis, quoniam tunc non firmatur ju-
ramento, *Simoncellus num.* 184., *Jovius Glos.*
19. §. 1. *num.* 42., *Cancerius var.* 1. *cap.* 8. *n.* 37.
& *p.* 2. *cap.* 1. *num.* 11.
107 Vicesimosecundo non nocet minori jura-
mentum per suum curatorem præstitum,
Simoncellus num. 189., *Baronius num.* 551.
108 Vicesimotertio non procedit in depen-
dentibus a mera voluntate, ut quando mi-
nor constituit procuratorem, & juravit se
illum non revocaturum, nam juramento hoc
non obstante, potest illum revocare, si ju-
sta sit revocandi causa, *Simoncellus n.* 192.,
Gabriel lib. 2. *tit. de jur. jur. concl.* 2. *num* 7.
109 Vicesimoquarto erit nullum secundum ju-
ramentum super contractu interpositum,
quando minor prius jurasset de non alienan-
do, sine auctoritate curatoris, & Judicis de-
creto; nam si inde alienat cum juramento,
istud juramentum erit nullum, quia obstaret
primum, plene *Simoncellus n.* 196., & *seqq.*
110 Vicesimoquinto juramentum non firma-
bit contractum, si alio defectu, quam mi-
noris ætatis fuerit nullus, *Simoncellus n.* 206.
Sed quia hoc non est indistincte verum, cum
totum dependeat a verbis, quibus juramen-
tum concipitur, secundum quorum conce-
ptionem erit judicandum; ideo plures di-
stinguendi sunt casus. Primus est, quando
111 minor ad beneficium ætatis solum se ad-
strinxit, jurando non contravenire ratione
minoris ætatis, & hoc in casu juramentum
non firmat contractum, nisi respectu illius
defectus, qui ex ætate provenit. Etenim qui
ætatis defectum remittit, alios quidem de-
fectus remittere non videtur, *Simoncellus de*
decret. lib. 3. *tit.* 8. *num.* 207., *Jovius Glos.* 19.
§. 6. *num.* 15.

112 Secundus casus est, quando minor ad juris communis beneficium solummodo cum juramento adstrinxit, nam tunc non censetur renunciasse defectui speciali ex jure eidem competenti; ideoque poterit contravenire ratione minoris ætatis, *Simoncellus num.* 208.

113 Tertius casus est, quando generaliter,
& indefinite juravit minor, dicendo, *& omnia
prædicta in instrumento contenta observare
juro*, sed tamen ex verbis præambulis, vel
adjunctis juramento colligi potest ejus re-
strictio, ut si dixerit Tabellio, *& talis sciens
se minorem, juravit tactis scripturis non
controvenire*; nam tunc juramentum debet
omnino restringi ad beneficium ætatis, quia
illa generalitas, atque indefinita verba cum
declarata inde videantur, perinde videtur,
ac si dicere voluisset, non contravenire ra-
tione minoris ætatis. Eapropter huic tan-
tum defectui, non vero ceteris renunciasse
114 videtur, etiamsi dixisset, *& juro prædictis
nullo modo, pacto, vel via contravenire*,
quoniam intelligendum adhuc est, nullo mo-
do, vel via ratione minoris ætatis, prout
præambula, vel subsequentia verba manife-
stant, ut tradit *Simoncellus n.* 212., & 213.

115 Quoties vero ex verbis præambulis, aut
subsequentibus nulla restrictio colligi potest,
& tunc nonnulli firmant, minorem jurantem
simpliciter servare contractum sibi præjudi-
care in utroque remedio, tam competenti
de jure communi, quam speciali ratione
ætatis. Attamen communius, & verius alii
tradunt, adhuc tunc minorem solummodo
ætatis ratione præjudicari, ita ut juramentum
ipsum minorem majorem repræsentet, ut
116 plene apud *Simoncellum num.* 215. Etenim
quamquam una renunciatione plura jura tolli
valeant, attamen procedit id, quoties appa-
ret, voluisse aliquem pluribus defectibus re-
117 nunciare. Et in casu præsenti, cum simus
in dubio, facienda erit interpretatio contra
contrahentem cum minore, qui sibi impu-
tet, si cautius non contraxit. Et juramen-
118 tum semper præstitum censetur secundum
qualitatem personæ. Et sic a minore intel-
ligitur præstitum juramentum eo tantum in
casu, quo minoris ætatis defectus suppletur,
Simoncellus num. 216.; ubi etiam ampliat
procedere, quamquam fuerit generaliter ju-
ratum non contravenire aliqua ratione, vel
119 causa, quia adhuc per hujuscemodi jura-
mentum, dicitur solummodo sublatus mino-
ris ætatis defectus, & non intelligitur cogi-
tatum de alio impedimento annullativo;
nam iste generalitas restringitur ad minorem
120 ætatem, quia talia verba generalia, *jura-
vit non contravenire aliquo modo, vel ratio-
ne, vel causa* simplex juramentum inducunt,
ut in puncto tradunt *Decius cons.* 349., *Ru-
nus cons.* 212. *num.* 6. *lib.* 1., aliique relati
per *Simoncellum loc. cit.*

121 Dum autem verba generalia ad minorem ætatem restringi, reducique non possunt, & tunc juramentum validabit contractum quacumque ratione invalidum. Exemplum erit, quando minor generaliter jurat non contravenire, ratione minoris ætatis, vel alia quacumque ratione, vel causa. Ista enim verba *alia quacumque ratione, vel causa* reduci nequeunt ad causam ætatis, quia jam expressa fuit, ideoque ad alios defectus de jure communi provenientes extendi debent, *Alex. cons.* 89. *num.* 2. *lib.* 2., *Roland. cons.* 59. *n.* 22. *lib.* 1., aliique apud *Simoncellum de decret. lib.* 3. *tit.* 8. *num.* 230., *& Jovium de solemnit.*
122 *in contr. minor. Glos.* 19. § 6. *num.* 17., & 19.,
ubi adhuc firmat idem esse, si renunciavit
minor omni legum auxilio, & citat *Meno-
chium cons.* 37. *num.* 130. *lib.* 1., *Mancin. de
juram. p.* 4. *eff.* 1. *q.* 13. *num.* 3., & alios.

123 Si vero enormissima læsio in ipso contra-
ctu intervenit, & tunc juramentum non erit
obligatorium; ideoque poterit minor con-
travenire, etiam nulla juramenti absolutione,
seu relaxatione petita, ut tradunt *Bursat.
cons.* 75. *num.* 5. *lib.* 1., *Decius cons.* 45. *in fine*,
124 aliique apud *Simoncellum num.* 231. Verum
ad cautius agendum semper absolutio adhi-
benda erit, de quo vide D. Genitorem in
prax. civ. p. 1. *cap.* 10. *num.* 53.

125 Immo si minor in ipso contractu promiserit non contravenire, nec etiam ratione enormissimæ læsionis, tunc clausula ista non obstante, poterit contravenire, & contractum rescindere, ut plene probat *Simoncellus n.* 232., & 233.

126 Vicesimosexto quæritur, an minoris ju-
ramentum erit nullum, quando dum jurat,
curatorem habet, & illius interventum non
adhibet: Et primo dicimus, nullam esse dif-
ficultatem in casu, quo minor curatorem
non habet, & contrahendo jurat, quoniam
tunc vigore *auth. Sacram. puber.* validum
erit juramentum, ut tradunt *Tuschi lit. M.
concl.* 253. *num.* 1., *Cancerius var.* 2. *cap.* 1.
num 265., *Gomesius var.* 2. *cap.* 14. *num.* 26.,
ubi *Aylon num.* 27., *Staiban. tom.* 2. *cap.* 162.
num. 13., *ex cap.* 163. *num.* 28., *Afflictus dec.*
322. *num.* 2., ubi *Ursill. num.* 1., *Thoras in
comp. decis. ver. minor duodecim annorum*,
Sorge in jurisprud. tom. 1. *cap.* 19. *num.* 3., &
127 fuit sententia *Martini* antiqui glossatoris,
quæ pro æqua, & vera visa fuit Imp. Fre-
derico contra Bulgarem, ut post alios tra-
dit *Capone controv.* 4. *num.* 14., & 15. Ipsam-
que de consuetudine servari etiam testatur
Parisius cons. 97. *num.* 1. *lib.* 1., mundumque
universum ita practicare fatentur innumeri
apud *Simoncellum num.* 137. Non desunt ta-
128 men qui opponunt dicendo, juramentum
duplicem defectum supplere non posse, æta-
tis scilicet, & juris civilis Judicis decretum
requirentis; ac proinde si juramentum facit
illum majorem, ceteras solemnitates supplere
ne-

nequit ; quorum oppositioni ita respondet
Capone de pactis quæst. 61. num. 4. sequenti-
bus verbis : Respondeo ex doctrina Andr. De
Isern. in cap. 1. ver. quando etiam tit. qui
succedere teneantur , & ex Tex. in cap. cum
inter canonicos de elect. , quod quando duo
actus spectant ad eamdem personam diverso
jure , tunc facto uno , non censetur factus
alius ; secus si eadem jure , quod est dicere ,
quando dependet ab alio , tunc uno facto , fit
aliud . Secus si a diverso ; ut in casu nostro
confirmatio contractus dependet a juramento ,
sic etiam supplementum solemnitatum .
129 Immo ego opinor , quod si recte consi-
deretur prædicta oppositio asserti duplicis
defectus , nempe ætatis , & deficientiæ
decreti Prætoris , eadem sine rationabili
fundamento invenietur . Etenim si ætas per
juramentum suppletur , atque minor evadit
major , non erit propterea eidem etiam
necessaria aliqua dispensatio super solemni-
tatibus , quæ alias in persona minoris essent
necessariæ ; quia si tamquam major conside-
ratur , solemnitatibus minoris personæ ne-
cessariis nequaquam indiget . Sicque dum
per juramentum suppletur ætas , potest vir-
tute ipsius juramenti tamquam major con-
tractum valide efficere , quia Judicis decre-
tum venit in consequentiam minoris ætatis ,
qua remissa , omnia ab eadem dependentia
remissa adhuc censentur , quemadmodum ac-
cessoria sublato principali reipsa removentur .
130 Quoad propositam vero principalem quæ-
stionem , si minor curatorem habet , & sine
ejus interventu contrahit cum juramento ,
an validus erit contractus ? Affirmant quam-
plures , ut Covarruvias , in cap. quamvis pa-
ctum 2. relect. p. 1. num. 7. , Gratianus cap.
233. num. 30. , Gomesius var. 2. cap. 14. n. 18. ,
ubi Ayllon num. 19. , Duardus de societate
lib. 2. cap. 3. q. 2. num. 34. , De Rosa consult.
38 num. 38. , Baronius de effect. minor. ætat.
circa contract. eff. 1. num. 344.
131 Contraria tamen opinio mihi semper
placuit , tum ex juribus , tum ex rationibus ,
tum ex DD. auctoritatibus , quibus eadem
fulcita videtur . Porro aperta sunt jura , &
primo in l. Jurisgentium 7. §. & generaliter
ff. de pact. , ubi Ulpianus ita docuit : Et ge-
neraliter quoties pactum a jure communi re-
motum est , servari hoc non oportet , nec le-
gatum , nec jusjurandum de hoc ad actum , ne
quis agat , serrandum Marcellus lib. 2. digest.
scribit . Et si stipulatio sit interposita de
his , pro quibus pacisci non licet , servanda
non est , sed omnimodo rescindenda . Hinc
videas , quod dum contra legem fit contra-
132 ctus , juramento non confirmatur , quod
& tradunt Gratianus cap. 724. num. 40. , Ca-
pone contr. 68. num. 36. , Jovius Glos. 19. §. 99 ,
Baronius effect. 1. circa contract. num. 369. ,
Scoppa ad Merlinum cent. 2. cap. 56. n. 12. ,
133 aliique . Atqui contra legem erit minoris
contractus , dum curatorem habet , & sine
eo contrahit , taliter quod contractus erit
nullus , prout Impp. Diocl. , & Maxim. , At-
tiano rescripserunt in l. Si curatorem 3. Cod.
de in integr. restit. , ubi : Si curatorem habens
minor 25. ann. post pupillarem ætatem res
vendidisti , hunc contractum servari non opor-
tet ; & tradunt Henriq. de fidejussor. cap. 7. n. 86. ,
Duardus de societ. cap. 3. q. 2. n. 32. lib. 1. , Capone n.
35. ; ideoque juramento confirmari nequit ; nam
ut subdit Capone n. 36. in fine , impossibilem esse
134 confirmationem , nisi subjectum confirman-
dum supponeretur , quia confirmatio non
dicitur actus de per se stans , sed oportet
habere confirmabilem , ubi pedes figat .
135 Probatur secundo postrema hæc opinio
ex l. Non dubium 5. Cod. de legib. , ubi Impp.
Theod. , & Valentin. ita Florentio rescri-
pserunt : Nullum enim pactum , nullam con-
ventionem , nullum contractum inter eos vide-
ri volumus subsequutum , qui contrahunt ,
lege contrahere prohibente : . . . & si quid
fuerit subsequutum ex eo , vel ob id , quod
interdicente lege factum est , illud quoque
cassum , atque inutile esse præcipimus . Secun-
dum prædictam itaque regulam , qua ubicum-
que non servari factum lege prohibente cen-
suimus , certum est , nec stipulationem hujus-
modi tenere , nec mandatum illius esse mo-
menti , nec sacramentum admitti . Quia igi-
tur minori sine auctoritate curatoris , quem
habet , vetitum est contrahere , & sequutus
contractus nullus est , merito juramento non
confirmatur .
136 Et quamvis non desint firmantes , con-
tractum nullum , & a lege improbatum ju-
ramenti virtute validari , ut Gomesius var. 2.
cap. 14. num. 18. ver. tertio extende , ubi Ayllon
num. 29. , Jovius Glos. 19. §. 11. , Merlinus
cent. 1. controv. 56. num. 7. , De Rosa consult.
38 num. 39. : nihilominus tamen ultra quod
ipsorum opinio directe adversatur dispositio-
137 ni dict. l. Jurisgentium , & dict. l. Non du-
bium ; etiam quatenus vera foret , tum ipsam
dici veram posse ait Merlinus num. 14. , quo-
ties nulla doli esset præsumptio , quod adhuc
tradit ibidem Scoppa n. 12. , ne tale juramen-
tum iniquitatis vinculum diceretur . Ceterum
quis asserere audebit , quod in contrahente
cum minore absque solemnitatibus non ad-
sit dolus ? Etenim sine difficultate est , cul-
138 pam , & dolum committere eum , qui cum
minore , solemnitatibus neglectis , contrahit ,
ut tradunt Gratianus cap. 823. num. 30. , Me-
nochius de præsumpt. lib. 3. præs. 82. num. 4. ,
& præs. 84. num. 6. , Romanus cons. 54. n. 5. ,
& cons. 437. num. 3. , aliique apud Caponem
139 contr. 68. num. 39. Hæcque præsumptio est
juris , & de jure , & probationem non ad-
mittit in contrarium , Gratianus cap. 823. n.
30. , Menochius recuper. rem. 15. num. 179. , Pa-
risius cons. 49. num. 3. lib. 1. , Staibanus resol.
32. num. 35. , Altimari de nullit. contract. tom. 1.

140 *rubr. 1. q. 11. num. 159.* Eapropter ſi in
dolo fuit contrahens cum minore abſq. ſo-
lemnitatibus, ipſius minoris juramentum ut-
pote dolo extortum nullum eſt, & conſe-
quenter nullam contractui præbet firmita-
tem, nam ut docet *Jaſon in dict. auth. Sa-
cram. puber.*, quem laudat *Capone loc. cit.*,
conditionem, ut non adſit dolus, in jurato
contractu ineſſe.
141 Ratione etiam prædicta opinio compro-
batur. Prima autem deſumitur ex *dict. L.
Si curatorem Cod. de in integr. reſtit.* in illis
verbis: *Cum non abſimilis ei habeatur mi-
nor curatorem habens, cui a Prætore cura-
tore dato bonis interdictum eſt.* Si igitur
minor curatorem habens prodigo, cui bona
interdicta ſunt, aſſimilatur, qui ſicuti neque
juramento, ſpreta curatoris auctoritate, con-
trahere poteſt, ita neque & minor, *Capo-
ne num. 35.*, *De Marinis var. 2. cap. 137. 4.
5., & 6.*
142 Secunda ratio eſt. Minor curatorem ha-
bens pupillo æquiparatur, *Gloſ. in l. Impu-
beribus ff. de acquir. hered.*, *Sabellius §. mi-
nor num. 23.*, *Baronius effect. 13. circa con-
tract. num. 31.*, *Berſanus de pupillis cap. 2.
q. 13. num. 23.* Atqui pupillus incapax jura-
menti eſt, ut diximus *num. 11.*, *& ſeqq.*, ita
etiam & minor curatorem habens.
143 Tertia ratio eſt. Si minor curatorem
habens valide cum juramento contraheret,
fruſtratorius eidem foret actus dationis cu-
ratoris, quia ſemper cum juramento contra-
heret; ſicque actus valeret, & curator ad
nihilum ſerviret, ita *De Marinis num. 4.*
144 Quibus juribus, & rationibus attentis,
merito *Pariſius lib. 1. conſ. 96. num. 12.*, *&
ſeqq.* teſtatur, opinionem iſtam aliis recep-
tiorem fore. Atque ſemper eadem viſa fuit
juri conſona laudato *De Marinis loc. cit.*, &
fere ab omnibus Doctoribus recepta, ut tra-
dit *Capone contr. 68. num. 34.*
145 Nec obſtat aſſertum adverſariorum, inter
quos *De Luca ad De Marinis num. 4.*, *&
ſeqq.*, nempe validitatem contractus mino-
ris ſine curatore, quem habet, celebrati in
ſola juramenti religione firmari, quæ ſem-
per militat, ſive curatorem minor habet,
vel ne; ſicque unicus effectus militare ſem-
per debet, & non obſtare dicimus, cum
falſum ſit, eamdem vim habere juramentum
in minoris contractu, tam ſi curatorem mi-
nor habeat, quam non. Etenim dum cu-
ratorem non habet, mero jure contractus
146 valet, ſed in quo erit læſus reſtituitur per
Reſcriptum Impp. Dioclet., & Maxim. in *l.
Si curatorem 3. Cod. de in integr. reſtit.*
Habens vero minor curatorem, ejuſque au-
147 ctoritate neglecta contrahit, ipſo jure con-
tractus erit nullus, de quo vide *cap. 2. n. 31.*,
& ſeqq. Qua de re ſi minoris contractus
curatore carentis mero jure validus eſt, me-
rito juramenti virtute pleniorem recipit fir-
mitatem, quoniam retinet confirmabilem,
ubi pedes figat. Non idem tamen dici poteſt
in caſu, quo curator adeſſet, ejuſque aucto-
ritas in contrahendo non adhibeatur, nam
quia talis contractus ipſo jure nullus, & in-
validus eſt, ideo per juramentum confirma-
ri nequit.
148 Neque ſuſtinendum patior, quod ſimili-
ter firmat *De Luca loc. cit.*, nempe con-
tractum a minore cum juramento confectum
non conſiderari tamquam factum a minore
ſed a majore, quia talis per juramentum
minor ipſe repræſentatur. Nam primo re-
ſponderi poteſt ſecundum ſuperius tradita,
nequaquam verum dici, juramentum a mi-
nore curatorem habente præſtitum tantam
habere vim, ut tamquam a majore præſti-
tum conſideretur, ex eo quod talis minor
prodigo interdicto, ac pupillo æquiparatur.
Sicque abſurdum erit dicere, ejus juramen-
tum tamquam a majore præſtitum conſide-
rari; benevero naturam ejus, qui reputatur,
& cui aſſimilatur gerere debet; cum inde
ſupra firmavimus, pupillum, & prodigum
neque cum juramento valide contrahere poſſe.
149 Reſpondetur ſecundo. Quod autem di-
citur, per juramentum minorem repræſen-
tari majorem, intelligitur ficte, & non vere,
& realiter, ut tradit *Aſinius de exequut. §. 9.
cap. 133.*, quem laudat *Baronius de effect.
minor. ætat. circa contract. eff. 1. num. 400.* Et
150 quoties aliquid contra majorem decernitur,
non procedit adverſus majorem fictum, &
repræſentatum per juramentum, ut tradunt
Sanfelicius in prax. civ. ſect. 36. num. 18, *&
19.*, *Maradei ſingul. 339. num. 20.* Eaprop-
ter quamquam minor per juramentum re-
151 præſentatur major, attamen quia fictus in-
telligitur, ideo quæ pro vero majore ſtatuta
ſunt, in majore ficto procedere non poſ-
ſunt. Firma igitur remanet concluſio, quod
minor curatorem habens, ſi ejus auctorita-
tem contrahendo negligit, contractus quan-
tumvis juratus nullus, & invalidus erit.
152 Viceſimoſeptimo, & ultimo, ceteris omiſ-
ſis, quæritur, an *auth. ſacram. puber.* pro-
cedat tam in juramento aſſertorio, quam
in promiſſorio? Exemplum pro majori in-
telligentia ponitur, ut ſi contrahendo minor
confitetur ſe aliquid recepiſſe, & cum ju-
ramento promittit ſe id obſervaturum, hoc
153 in caſu juramentum reſpicit futurum, cum
ſit de non veniendo contra promiſſum; &
tale juramentum appellatur promiſſorium,
ſeu confirmatorium, ut tradit *Menochius de
præſumpt. lib. 3. præſ. 12. num. 41.* Dum autem
154 quis juramento affirmat ita fuiſſe, aut ali-
quid recepiſſe, & tunc tale juramentum
reſpicit præteritum, & vocatur juramentum
aſſertorium.
155 Quibus poſitis dicimus cum *Bartolo*, aliiſ-
que relatis a *Pariſio conſ. 96. num. 21. 22. 95.,
& 96.*, *& conſ. 97. num. 13. 17. lib. 1.*, diſpoſi-
tio-

tionem *auth. Sacram. puber.* solummodo pro-
cedere, & habere locum in juramento pro-
missorio, & sic de futuro, non autem in
juramento assertorio. Et hoc esse de mente
omnium tradit *Parisius dict. num.* 17., & vide
latissime *Jason. in dict. auth. Sacram. puber.*
num. 77., *& seqq.* Et hanc resolutionem
demonstrare videntur illa verba ejusdem *auth.*,
nempe: *Sacramenta puberum sponte facta*
super contractibus rerum suarum non retra-
ctandis inviolabiliter custodientur. Igitur tunc
custodiendum erit sacramentum, quoties im-
positum videtur super contractu non retra-
ctando, & sic respiciente futurum, ut quan-
do contrahit, & jurat non retractare con-
tractum.

156 Jurans minor se majorem, etiam absque
dolo, privatur beneficio restitutionis in inte-
grum; hac tamen differentia, quod si jura-
mentum fuerit simpliciter, seu verbis præ-
stitum, & tunc restitutionem non habebit,
si per testes vellet minor suam ætatem mi-
157 norem probare; secus vero, si per instru-
menta. Dum autem fuerit juramentum cor-
poraliter præstitum, hoc est tactis scriptu-
ris, & tunc non per testes, neque per in-
strumenta poterit minor ætatem suam pro-
bare ad effectum obtinendi in integrum re-
stitutionem, ut statuerunt Impp. Dioclet.,
& Maxim. in *l. Si alterius* 3. *Cod. si minor*
se major., & diximus *cap.* 5. *num.* 81., *& seqq.*
& cap. 6. *num.* 256., *& seqq.*

158 Difficultas tamen erit, an majoris ætatis
asseveratio nominatim, & expresse corpora-
liter jurata esse debeat; aut sufficiens erit
simplex majoris ætatis asseveratio, si post-
modum corporaliter juretur, omnia, & sin-
gula in instrumento contenta vera esse?
Barbatus cons. 53. *vol.* 2. late defendit, quod
tale generale juramentum nihil operatur.
Sicque non incidit minor in pœnam priva-
tionis suorum beneficiorum. Et primo di-
cit, quod ubi aliqua requiritur specialis men-
tio, non sufficit generalis. Secundo, quod
dict. l. Si alterius loquitur per ablativos ab-
solutos, nempe *hujuscemodi juramento cor-*
poraliter præstito, qui ablativi resolvuntur
in conditionem, & conditio inducit formam,
quæ specifice, & non in æquipollenti im-
pleri debet. Tertio, quod jurans omnia, &
singula in instrumento contenta verba esse,
intelligitur jurasse de iis, quæ principaliter
in dispositione continentur, non autem quæ
dicta sunt assertive, & enunciative. Quarto,
quod dispositio *dict. l. Si alterius* videtur esse
pœnalis, quia privat a restitutione. Et pœna
privationis numquam habet locum, nisi ex-
presse dicatur, proindeque extendi nequit.

159 His tamen, aliisque nequaquam obstan-
tibus contrarium strenue, & latissime defen-
dit *Parisius lib.* 1. *cons.* 97. *num.* 84., *& seqq.*,
nempe ut etiamsi minor simpliciter se ma-
jorem asseveravit, si demum in fine instru-
menti corporaliter juravit, omnia per se di-
cta, & promissa vera esse, per hujusmodi
clausulam ita in fine appositam censetur esse
præstitum juramentum formaliter super ipsa
majori ætate. Et primo ait, quod *dict. l.*
Si alterius non vult, quod juramentum spe-
cialiter vel singulariter apponatur in ipsa
majoris ætatis asseveratione, sed generaliter
loquitur, debere in instrumento corporaliter
apponi. Ideoque sat erit, ut in qualibet in-
strumenti parte sit appositum, cum lex duo
requirat, nempe asseverationem majoris æta-
tis, & juramenti appositionem in instrumen-
to, & non jam magis in una, quam in al-
tera instrumenti parte, prout Textum hunc
communiter ita intelligere Doctores, tradit
160 *Parisius num.* 103. Et quoties lex non re-
quirit aliquid specialiter, sat erit, ut gene-
raliter illud fiat, ut probat *Parisius n.* 105.,
etenim clausula in fine apposita refertur ad
supradicta, estque relativa eorum, quæ su-
perius dicta sunt; & maxime clausula *omnia,*
161 *& singula*, quia operatur, ut omnia simul
in dispositione veniant, & pariter quod o-
mnia singulariter comprehensa censeantur, *Tu-*
162 *schi lit. C. concl.* 296. *num.* 1., atque impor-
tat specialem specificationem, etiamsi per
relationem fiat, *Tuschi num.* 2. Cum natura
istius clausulæ sit, ut nihil prætermissum cen-
seatur, *Tuschi num.* 8. Eapropter juramen-
tum super omnibus, & singulis interpositum
163 refertur specifice ad omnia, etiam minima,
ac si specialiter super singulo fuisset juratum,
Tuschi num. 14.

164 Merito igitur minor, qui dixit se majo-
rem, exindeque juravit omnia, & singula
esse vera, non auditur, si velit se minorem
docere. Cum hæc verba *omnia, & singula*
exprimunt omnia, adhuc dum dixit se ma-
jorem, *Tuschi num.* 16., *&* 22., *Parisius n.*
91., *Alex. cons.* 17. *num.* 2. *lib.* 3., & fortius
165 cum aderit prægnantior clausula, nempe
singula singulis congrue referendo, quia habet
vim specificationis omnium, & singulorum,
ac si de novo specificarentur, *Parisius n.*
92., *Tuschi num.* 17.

166 Immo simplex clausula *omnia, & singula*
adeo singula dicta specificat, ut nullam pati
possit restrictionem. Etenim dictio *omnia*
quamquam universalis sit, attamen quando
eidem additur alia dictio, *& singula*, nullam
patitur restrictionem, sed omnia præcise com-
prehendit, *Tuschi num.* 18., *&* 19.

167 Ad ea autem, quæ adducit *Barbatus*
respondetur; & quoad primum utique ve-
rum non est, minorem debere specialiter
asserere se majorem cum juramento, quia
in contrarium demonstratum est fore veri-
tatem, & plene probat *Parisius num.* 109.
ad 115.

168 Necminus obstat secunda ratio *Barbati*,
quod nempe *dict. l. Si alterius* loquitur per
ablativos absolutos importantes conditionem,
quæ

quæ inducit formam adimplendam specifice, & non in æquipollenti. Equidem fateri volumus, argumentationem hanc veram esse, nihilominus tamen diversa trahenda erit consequentia; etenim conditio, a qua tota vis argumentationis dependet, verificanda est in specie juramenti, ut nempe corporaliter præstetur, prout ex illis verbis, *hujusmodi juramento corporaliter præstito*, quod juramentum quoties corporaliter præstitum videtur, ejus adimplementum specifice verificatum est. Nec dici poterit, quod talis conditio respicit formam juramenti, quod præstandum erit corporaliter sub ipsa juramenti asseveratione; nam respondet *Parisius num. 116., & seqq.*, quod Tex. nequaquam hoc dicit. Et eum ita intelligere, esset facere ipsum de novo. Et quatenus ita haberetur, adhuc diceretur impleta per clausulam illam in fine instrumenti appositam, *omnia, & singula cum juramento vera esse*, quæ clausula, ut demonstratum est, habet vim specificationis quoad præcedentia; reducitque juramentum ad validandam simplicem majoris ætatis asseverationem.

169 Neque gravat tertia *Barbati* ratio, ut nempe *jurans omnia, & singula vera esse* intelligitur jurasse tantum super iis, quæ in dispositione principaliter continentur, non autem enunciative, & assertive: nam respondet *Parisius dict. cons. 97. num. 120.*, quod assertio majoris ætatis principaliter per minorem emanata videtur. Et quatenus secus, adhuc communior est Doctorum conclusio, ut *clausula omnia, & singula* referatur ad omnia superius dicta, tam principaliter, quam incidenter, ut tradunt *Bart.*, alique *in l. Si cui servi §. si a filio ff. de leg 1.*, *Ruinus cons. 103. num. 11. lib. 4.*, *Alexan. cons. 17. num. 2. lib. 3.*, *Tuschi lit. C. concl. 296 num. 21.*

170 Quarta tandem *Barbati* ratio evincitur adhuc a *Parisio num. 122., & seqq.*, nempe quod quamquam *dict. l. Si alterius* pœnalis sit, & lex pœnalis extendi nequeat; nihilominus tamen præsens quæstio non est in materia extensiva, sed comprehensiva, quia lex inducit pœnam contra minorem jurantem se majorem. Nec dici potest, quod *dict. l.* inducit pœnam eo casu, quo juramentum specialiter super ipsa assertione appositum est; nam lex ipsa nequaquam hoc dicit, & esset facere quid de novo. Firmum igitur remanet, quod etiamsi asseveratio majoris ætatis simpliciter peracta fuit, per clausulam tamen in fine instrumenti appositam, nempe *juravit omnia, & singula prædicta esse vera*, censetur præstitum juramentum etiam in forma specifica super ipsa asseveratione quoad effectum privationis beneficiorum. Quicquid *Barbatum* sequendo dicat etiam *Oddus de restit. in integr. q. 54. art. 3.*

171 Opposita igitur exceptione juramenti corporaliter præstiti, eadem producit effectum litis finitæ, quia nullam in contrarium recipit probationem, *Parisius lib. 1. cons. 97. num. 129.*, *Alexius ad Capyc. Latro consul. 155. num. 23.*

172 Si adversarii dolo fuerit minor inductus ad juramentum corporaliter præstandum, restitutionem non amitteret, ut tradunt *Oddus quæst. 24. art. 5. num. 42.*, *Card. De Luca de*
173 *alienat. disc. 29. num. 22., & seqq.*. Non
enim alicujus juramentum adversarii dolum
purgare debet; cum dolus semper ab eo,
qui jurat, exclusus intelligatur, *Oddus n. 44.*,
174 quod verum est, & procedit, etiamsi ad-
versarii dolus non adfuisset, sed instrumen-
torum falsitas appareret, *Oddus num. 46.*

175 Et sicuti adversarii dolus ipsi adversario
nocere debet, ita minoris dolus eidem mi-
nori adhuc nocumento esse debet. Hinc mi-
nor dolo jurans se majorem, a restitutione
exclusus erit, per Rescriptum Dioclet., &
Maxim. in *l. Si is, qui 2. Cod. si min. se*
major.. Etenim jura deceptis, & non de-
176 cipientibus subveniunt, per sententiam Ulp.
in *l. Auxilium ff. de minorib.*, *Oddus q. 24.*
art. 6. num. 48.. Hoc tamen in casu habebit
177 minor recursum contra curatorem; qui
prædicta sciens fieri passus fuit, *l. Minor*
adit. ff. de minor., *Oddus num. 49.*

178 Verum tamen est, quod si tam minor, quam adversarius in dolo fuerunt, & tunc in pari re magis succurrendum erit minori, quam adversario, & dolus cum dolo compensatur; *Oddus q. 24. art. 7. num. 52.*, *Jovius de solemnit. in contr. minor. Glos. 19. §. 7. num. 43.*, *Afflictus dec. 393. num. 2.*. Nec potest adversarius minoris ipsi minori propriam turpitudinem objicere, ex eo quod contra juramentum venit, quia in hac objectione seipsum culpat, qui sciebat, minorem jurare falsum, quando jurando, se majorem esse asserebat, *Oddus num 55.*, *Card. de Luca loc. cit.*

179 Dum autem dubium erit, quis fuerit in
dolo, an minor, an adversarius, & tunc
pro minore judicandum erit; sicque resti-
tutio non impeditur, *Oddus num. 56.*, *Card.*
De Luca loc. cit.. Etiamsi contra minorem
180 adesset aliqua præsumptio scientiæ, seu
doli, *Oddus num. 57.*, *Aymon cons. 221. n. 9.*
181 Oportet benevero, ut adversarius minoris
probet, minorem ipsum scivisse se fuisse
minorem, quando se majorem esse asseruit.

182 Sciendum tamen est, quod duobus in casibus potest minor restitui in principali conclusione, qua firmatum est, non posse minorem restitui, ex eo quia se majorem esse asseruit. Et primo quando fuit minor ipse admissus ad probandum, quod vere sit minor, & plene probavit. Nam licet admitti non debuisset, nihilominus tamen constito de veritate, & de perjurio, dandus

erit

erit veritati locus, *Oddus quæst.* 24 *art.* 8. *num.* 58.. Quod procedit in omni juramenti specie. Nam quoties non debebat admitti, & fuit admissus, etiam in casu juramenti corporaliter præstiti, juri suo adversarius renunciasse censetur. Immo vult *Bodus cons.* 1. *num.* 2. *lib.* 4., quem laudat *Oddus art.* 2. *num.* 12., non esse denegandam minori restitutionem, si expresse de minori ætate constaret; pariterque firmat *art.* 4. *num.* 39., quod si minor se paratum offert probare evidenter minorem ætatem, & ostendere suum perjurium, tum debet Judex illum omnino audire, & admittere ad audientiam in petitione restitutionis in integrum, saltem de æquitate.

183 Secundus casus erit, quando dolus, vel juramentum fuisset adhibitum, & præstitum in alio instrumento, quam in illo, de quo agitur; quoniam tunc non poterit ipsi minori objicere adversarius, quod ipse minor juraverit se esse majorem, & quod scienter, & dolose hoc asseruerit, *Oddus art.* 8. *num.* 59.

C A P. XXVI.

De mora.

SUMMARIUM.

Mora in creditoris detrimentam magni ponderis est, num. 1.

Definitur, num. 2.. *Dividitur, num.* 3., & 4.

Mora regularis contrahitur per interpellationem extrajudicialem, quando interpellatus tenetur jure actionis, num. 5.. *Secus vero quando tenetur Judicis officio, num.* 6.

Mora purgari non potest, ubi dies, & pœna adjecta est, num. 7., & 8.

Ultima dies termini interpellat pro homine, n. 9.

Lapsus termini magis, quam hominis expressa interpellatio constituit debitorem in mora, num. 10.

Mora semper purgari potest, ubi jus partis non fuerit deterius effectum, num. 11., & *seqq.*

Mora de jure civili purgari potest, num. 17.

Quod alteri prodest, & nemini nocet concedendum est, num. 18.

Æquitas scripto rigori anteponenda est, n. 19.

Verba legis congruam interpretationem recipere debent, num. 20.

Ad pœnam excludendam quæcumque interpretatio admittitur, num. 21.

Interpretatio ad moræ exclusionem fieri debet, num. 22.

Qualibet probabilis causa a mora excusat, n. 23.

In dubio præfertur illa opinio, quæ purgationi moræ favet, num. 24.

Mora purgari non potest, quando agitur de conditionibus adimplendis, num. 25.

Mora in judicialibus purgari non potest, n. 26. *Necminus quando creditor in illa die promtus est in loco ad recipiendum, num.* 27.. *Neque quando datus est terminus ad moram purgandam, num.* 28.. *Nec etiam quando mora erit geminata, num.* 29., & *neque quando purgationi moræ fuisset renunciatum, num.* 30., & 31.

Mora irregularis contrahitur absque ulla interpellatione ex privilegio ætatis, num. 32.

Mora favore pupilli, & minoris ipso jure in contractibus bonæ fidei contrahitur adversus debitorem, non autem in contractibus stricti juris, num. 33.

Mora favore pupilli non constituitur in pluribus casibus, num. 34., & *seqq.*

Quoties ætas beneficii causa est, ipsa cessante, cessare debet beneficium, num. 48.

Mora in favorem pupilli cessat, dum devenit ad majorem ætatem; aut ipso pupillo decedente, majore herede relicto, num. 49.

Moræ privilegium in pupilli, aut minoris cessionarium non transit, num. 50.

Mora adversus pupillum, aut minorem debitorem non contrahitur, nisi cum tutoris auctoritate interpelletur, num. 51., & *seqq.*. *Et concurrere debent requisita lucri cessantis, & damni emergentis, num.* 53., & 54.. *Sed an Judicis decretum sit etiam necessarium, num.* 56. 60., & *seqq.*

Mora pro interesse compensativo contrahitur adversos pupillum, & minorem, num. 55.

Opiniones tot variæ sunt, quot variæ sunt hominum voluntates, num. 57.

Quilibet adfirmare potest quicquid sibi magis videtur, num. 58.

Homo connumeratur inter mobilia, quæ servari possunt, num. 59.

Mora incepta cum defuncto majore an transeat in pupillum successorem? num. 68., & *seqq.*

1 MOram in creditoris detrimentum magni ponderis esse ait *Menochius de arbitrar. cas.* 220. *num.* 1., quem refert *Sabellius* §. *mora num.* 1., & definitur apud
2 *Baldum in l. Mora ff. de usuris*: *ut sit quoddam quid, quod in facto consistit*, & vide *Tuschi lit. M. concl.* 371. *num.* 1.
3 Dividitur in regularem, & irregularem. Mora regularis est, quæ committitur per legitimam interpellationem loco, & tempo-
4 re. Mora irregularis contrahitur reipsa absq. ulla

ulla interpellatione, sed ex sola mora, vel
negligentia solvendi, *Tuschi num.* 3., *Sabel-
lius loc. cit.*, *Bersanus de pupill. cap.* 1. *q.*
23. *num.* 1.
5 Mora vero regularis communis est, *Tu-
schi loc. cit.*, & contrahitur per interpella-
tionem extrajudicialem, quando interpella-
tus tenetur jure actionis, *Tuschi lit. M. con-
cl.* 373. *num.* 1.. Dum autem tenetur nobili
6 Judicis officio, & tunc extrajudicialis inter-
pellatio non constituit eum in mora, sed
litis contestatio requiritur, *Tuschi num.* 6.,
Alex. cons. 7. *num.* 11. *lib.* 2.
7 Et ubi dies, & pæna est adjecta, tam in
contractibus stricti juris, quam bonæ fidei,
mora purgari nequit, *Antonellus de temp.
legal. lib.* 4. *cap.* 15. *num.* 1., *Gratianus cap.* 207.
num. 13., aliique apud *Jovium de solemnit. in
contr. minor. Glos.* 11. §. 11. *num.* 43.. Nam
8 quoties a lege datur terminus, & fortius ab
homine, quia mitius agitur cum lege, quam
cum homine, purgationi moræ nequaquam
erit locus, ut tradunt relati per *Jovium n.* 44.
9 Cum certum sit in jure, ultimam diem ter-
mini pro homine interpellari, eumdemque
in mora constituere absque hominis inter-
pellatione, per Tex. Africani *in l. Trajecti-
tia* 22. *ff. de obligat.*, & apertissime statuit
Imp. Justinianus *in l. Magnam* 12. *Cod. de
contrah. stipul.*, & tradunt *Antonellus lib.* 4.
cap. 3. *num.* 1., *Gratianus cap.* 579. *num.* 13.,
10 aliique apud *Jovium num.* 48., & 51., ubi
subdit, quod efficacior erit lapsus termini
ad constituendum debitorem in mora, quam
hominis expressa interpellatio.
11 Nihilominus tamen, quod mora semper
purgari potest, verius est, maxime attenta
æquitate Canonica, ut pluribus relatis firmat
Jovius num. 90., & 106., dummodo jus par-
tis non fuerit deterius effectum, *Gyzzius
ad Capyc. Latr. obser.* 30. *num.* 1., aliique apud
12 *Jovium num.* 93., nempe per expensas in
lite passas, aliudve passum damnum, *Jovius*
13 *num.* 87., nisi esset promptus actor damna
resarcire, quoniam tunc moræ purgatio erit
admittenda, *Antonellus lib.* 4. *cap.* 15. *num.* 4.,
Jovius num. 88.. Etiam post litis contesta-
14 tionem, & in quacumque judicii parte, tam
in prima, quam in secunda instantia, & us-
que ad tertiam sententiam, ut probat *Jo-
vius num.* 90., & 118., & *seqq.*
15 Et quoties jus partis non fuerit deterius
effectum purgari potest mora, non obstante
diei, & pænæ appositione, maxime si mo-
dicum intercesserit tempus, *Cyriacus contr.*
158. *num.* 5., *Jovius num.* 93., & 94. Quan-
16 tum autem sit hoc modicum tempus, non
conveniunt Doctores, quorum opiniones
usque ad decem refert *Jovius num.* 153., ubi
Judicis arbitrio totum remittit.
17 Et quod de jure Civili adhuc mora pur-
gari potest docuit *Paulus in l. Si servum
Stichum* 91. §. *sequitur, ver.* & *Celsus ff. de verb.
oblig.*, *Gratianus cap.* 658. *n.* 25., aliique apud
Jovium n. 160., ubi subdit quod si Juriscon-
sulti cogitassent de celeri satisfactione obla-
ta in tempore, vel paulo post, & quod *jus*
partis non sit effectum deterius, aut quod
debitor exhibetur paratus omne damnum
resarcire, permisissent unanimiter moræ pur-
gationem; cum juris civilis voluntas sit, ut
quod mihi prodest, & tibi non nocet, mihi
18 sit concedendum, quamquam de stricto *ju-
ris* rigore istud non habeatur, sed æquitas
suggerit, prout refert *Paulus in l. In sum-
ma* 2. §. *item, ver. quod factum quidem mihi
prodesse potest, ipsi autem nihil nociturum
est, hoc æquitas suggerit, etsi jure deficia-*
19 *mur, ff. de aqua pluv. arc.*. Et æquitas scrip-
to rigori anteponenda est, cum dicatur pars
essentialis ipsius juris, a quo appellatur *ju-*
stitia, ut ait *Bonet. de arm. cap.* 26. §. 5. *n.* 10.,
quem laudat *Jovius Glos.* 11. §. 11. *num.* 163..
Et verba legis quantumvis præcisa, congruam
20 recipiunt interpretationem, *Cravetta cons.* 3.
21 *num.* 12., aliique apud *Jovium n.* 164., quem-
admodum quæcumque interpretatio ad ex-
cludendam pœnam admittitur, *Altogradus
cons.* 84. *num.* 59. *lib.* 1., *Jovius num.* 165. Et
consequenter pro debitore ad moræ exclu-
sionem semper interpretatio fieri debet,
22 *Surdus cons.* 97. *num.* 15., *Rota* post *Merli-
num de pignorib. dec.* 142. *num* 44., *Jovius n.*
23 *167.* Eo magis, quia quælibet probabilis
causa a mora excusat, licet credulitas sit
erronea in facto, & rationes, ex quibus
aliquis se movet ad excusandum sint frivolæ,
temerariæ, & injustæ, ut pluribus relatis
24 firmat *Jovius num.* 168., & *seqq.*. Cum in
dubio illa opinio, quæ purgationi moræ fa-
vet, erit præferenda, *Jovius num.* 171., *Fon-
tanella dec.* 407. *num.* 18., *Cacheranus dec.* 71.
num. 68.
25 Plures benevero adsunt casus, in quibus
mora nequaquam purgari potest. Primus
est, quando agitur de conditionibus adim-
plendis, seu quando aliquid per modum
conditionis fuisset oppositum, *Jovius n.* 172.,
Cyriac. contr. 239. *n.* 17., *Gratianus cap.* 137. *n.* 3.,
& *cap.* 337. *n.* 31., *Rota* post *Salgadum labyr.
credit. dec.* 95. *n.* 35.
26 Secundus est in judicialibus, in quibus dies
non interpellat pro homine, sed requiritur
personalis intimatio ad moram constituen-
dam, & non erit sufficiens intimatio facta
domi cum dimissione copiæ, *Jovius n.* 176.,
Antonellus de temp. legal. lib. 4. *cap.* 3. *num.* 2.
Nisi dolo se abscondit *Antonellus n.* 7.
27 Tertius est, quando creditor in illa die
promptus est in loco ad recipiendum, &
non alias, *Jovius n.* 177., *Antonellus n.* 11.,
Olea de cess. jur. tit. 1. *q.* 6. *n.* 52.
28 Quartus est, quando datus fuit terminus
ad moram purgandam, & effluxit, *Jovius
n.* 182., *Cyriac. contr.* 158. *n.* 34.
29 Quintus est, quando mora erit geminata.

Jo-

Jovius n. 183., *Antonellus lib.* 4. *cap.* 15. *n.* 20., *Subellius lib.* 4. *resol.* 65. *n.* 11., *Sperellus dec.* 71. *num.* 5., ubi subdit, quod si adjecta fuit certa dies, exindeque lata fuerit sententia, quæ in judicatum transiit, & tunc non erit admittenda moræ purgatio, quia una mora contrahitur per diei adventum, altera post rem judicatam, & sequitur *Jovius n.* 184. Intelligas tamen hoc procedere secundum rigorem juris civilis, non vero secundum æquitatem canonicam, *Jovius n.* 185.

30 Sextus casus est, quando purgationi moræ fuisset renunciatum, *Jovius n.* 186., *Capyc. Latro dec.* 30. *n.* 12., *Sperell. dec.* 71. *n.* 45., ubi subdit, quod nemo de hoc dubitat, immo volunt *Baldus in l. Sancimus n.* 4. *Cod. de fidejus.*, aliique relati per *Jovium loc. cit.*, quod inexpurgabilis erit mora, etiam de æqui-
31 tate canonica, stante pacto, quod purgari nequeat. Aliosque casus videas apud *Jovium n.* 173. 175. 181. 187., *& seqq.*

32 Quicquid ulterius sit de mora regulari, superest; ut de irregulari videamus, quæ contrahitur absq. ulla interpellatione ex privilegio ætatis. Hinc favore pupilli, & minoris ipso jure in contractibus bonæ fidei mora contrahitur adversus debitorem, ut statuerunt Impp. Dioclet., & Maxim. *in l. In minorum* 3. *Cod. in quib. caus. in integr. restit.*, & fuit sententia *Pauli in l. Titia Sejo* 87. *§. usuras ff. de leg.* 3., & tradunt *Peregrin. de fideicom. art.* 49. *num.* 87., *Menochius de arbitr. cas.* 223. *n.* 17., *Mantica de conject. ult. volunt. lib.* 7. *tit.* 10. *n.* 28., *Jovius Glos.* 11. *§.* 11. *n.* 78., *Carpanus ad statutum Mediolan. cap.* 43. *n.* 10., *Bersanus de pupillis cap.* 1. *q.* 22. *n.* 1., *De Franchis dec.* 16. *n.* 1., *Surdus dec.* 25. *n.* 15., *Oddus de restit. in integr. quæst.* 82. *art.* 9. *n.* 99., ubi quod nulla erit necessaria in integrum restitutio.

33 Hinc inferas ex prædicto Textu, quod in contractibus stricti juris, ut in mutuo, & similibus, requiritur ex parte pupilli, & minoris interpellatio, ad hoc ut mora contrahi possit, ut in puncto advertit *Leotardus de usuris quæst.* 82. *n.* 13., *Bersanus n.* 2., *De Luca ad Franchis in dec.* 16. *n.* 4. *in fine.*

34 Et quod attinet ad principalem conclusionem sciendum est, quod pupilli, aut minoris favor quandoque evanescit, debitoremque in mora non constituit. Et primo contra alium pupillum, vel minorem; quia inter privilegiatos privilegia confunduntur, ut in specie tradunt *Mantica loc. cit.*, *Gratianus cap.* 400. *num.* 29., *Bersanus num.* 3.. Intelligas tamen quando uterque tractat de damno
35 vitando; nam si alter agit de lucro captando, alter vero de damno vitando, & tunc ætatis favor, qui de damno vitando agit, impartiendus erit *Oddus de restit. in integr. quæst* 18. *art.* 5., *De Luca ad Franchis in dec.* 16. *num.* 1.. Et etiam intelligas de mora incipienda cum ipso pupillo, aut minore; quo-
36 ties autem incepta fuit cum defuncto, qui major erat, & tunc etiam contra minorem currit, per sententiam *Pauli in l. Æmilius* 39. *ff. de minor.*, cum contra heredem mora
37 transmittatur, per Tex. Africani *in l. Cum patrifamilias* 27. *ff. de usuris*, & in puncto docet *de Franchis dict. dec.* 16. *n.* 8., *&* 9.

38 Secundo cessat mora, si pupillus creditor non habet tutorem, cui recte, & tuto fieri non possit a debitore solutio, quoniam tunc nulla subest ratio, qua debitor in hac mora irregulari constitui debeat, ut sensit *Paulus in l. Cum quidem* 17. *§. si pupillo ff. de usur.*, *De Franchis n.* 1., *Leotardus n.* 20., *Bersanus n.* 4. Hinc subdit *De Franchis n.* 6., quem
39 laudat *Bersanus n.* 5., esse alienum ab omni æquitate, & valde iniquum, quod pupilli debitores in pœnam retardatæ solutionis incidere debent, quando per ipsos non stetit, quominus solutio adimpleatur. Quod etiam, & in minore procedit, ut refert *Cynus in l. Minorum* 10. *Cod. in quib. caus.*, *De Franchis n.* 1., *&* 2., *Bersanus n.* 4. *in fine.* Immo quilibet debitor, si creditori suo ob aliquod
40 justum impedimentum solvere non potuit, erit a mora excusatus, nec tenebitur ad interesse officio Judicis debito, per Text. Scævolæ in *l. Thais ancilla* 41. *ver. Lucius ff.*
41 *de fideicom. libert.*. Etenim mora delicti species est, & ideo ubi culpa non adest, committi nequit, *Bersanus num.* 6., *Tuschi lit. M.*
42 *concl.* 371. *num.* 4. Et culpa imputari nequit debitori solvere impedito, ut tradit Pomponius in *l. Inter stipulantem* 3. *§. si per venditorem*, *ver. mora ff. de action. empt.*, *Bersanus num.* 7.

43 Nec objicere valet, quod pupillis, & minoribus etiam in lucro succursum est; ideoque ipsis adhuc succurrendum erit tempore inhabili in iis, quæ acquirere antea non potuerunt. Nam respondetur, quod usuræ non propter lucrum petentium, sed propter moram non solventium debentur, ut in specie tradit J. C. in *l. Cum quidam* 17. *§. A*
44 *pupillo ff. de usuris*, *Bersanus n.* 8.. Quod tamen procedit, quoties pupillus, aut minor ob retardatam solutionem aliquod damnum non fuerit passus. Nam alias committeretur mora irregularis, etiam jure communi inspecto, & perseveraret, tam si adesset tutor, cui solutio fieri poterit, quam non, ne alioquin locupletaretur debitor cum aliena jactura. Exemplum erit in pupillo tutorem habente, qui cum debitis solemnitatibus prædium distraxit, sed pretium non fuit solutum ab emptore, tunc statim post prædii traditionem contrahitur mora, quæ durat, etiamsi pupillus postea tutore careret, & emptor etiam volens non poterit pretium solvere. Nam aut pretium non solvit, aut solvere non potest, percipit tamen fructus ex prædio sibi vendito, sicque intrat mora irregularis, & durat donec em-

ptor fruitur re, & pretio, per Rescriptum Impp. Dioclet., & Maxim. in *l. Curabit* 5. *Cod. de act. empt.*, & in specie tradunt *Roderic. de ann. reddit. lib.* 2. *q.* 15. *num.* 41., *Bersanus de pupill. cap.* 1. *q.* 22. *num.* 11.. Et pa-
46 riter procedere intelligas respectu debitoris extranei; idest pupillo non conjuncti sanguine. Etenim si pupilli debitor fuerit persona ipsi conjuncta in gradu tamen proximiori, taliter quod tutela legitima ei deferri deberet, & nihilominus ipsam suscipere neglexit, aut recusavit, & tunc nullam vantabit excusationem a mora irregulari sub prætextu, quod tutor non existat, cui fieri possit solutio; nam si ipse tutelam, & administrationem suscepisset, poterat sibi ipsi tamquam tutori suum debitum solvere, & pecuniam in emptionem ad pupilli beneficium erogare. Et quamquam debitor petere tutorem non teneatur, intelligitur tamen de debitore extraneo, cui nec tutela legitima, nec successio defertur; non autem de conjuncto proximiore cui culpa, & delictum imputatur, dum tutorem dare non procuravit, ita in puncto decisum habetur apud *De Franchis in dec.* 16. *num.* 5., & tradit *Bersanus num.* 9., & 10.

46 Tertio mora irregularis ex ætatis privilegio inducta tantum durat, quantum creditor in ipsa pupillari, vel minori ætate permanet. Ipsa autem completa, cessat privilegii causa, & consequenter non currit interesse, donec legitima interpellatio inde sequatur, concurrentibus requisitis damni emergentis, vel lucri cessantis, sicuti in quocumque creditore non privilegiato constitutum est, *Roderic. num.* 40., *De Franchis n.* 4., & 11., ubi *De Luca num.* 3., *Bersanus n.* 13., *Jovius Glos.* 11. §. 11. *num.* 80., per Tex., & *Glos. in l. Titia Sejo* 90. §. *usuras ff. de leg.* 2.
47 Etenim non causæ, sed personæ hoc privilegium concessum est ab Impp. Dioclet., & Maxim. *in l. In minorum* 3. *Cod. in quib. caus. in integr. restit.*; ideo ad alios non transit, & finita minori ætate, expirat, *Jovius.*
48 *num.* 82.. In jure namque statutum est; quod quoties ætas beneficii causa est, ipsa cessante, cessare beneficium debet, ex traditis per Ulp. *in l. Si tutor* 9. *ff. de tut.*, & *rat. distr.*, *Bersan. num.* 14.

49 Et sicuti cessat mora in favorem pupilli, aut minoris contracta, quoties ad majorem ætatem ipse pervenit, ita pariter, & fortius cessat in casu, quo pupillus, vel minor decessit; herede majoris ætatis relicto, quoniam privilegium illud non est transitorium ad heredem ætate majorem, *Leotardus de usuris quæst.* 82. *num.* 24., *Roderic. de ann. redditib. lib.* 2. *q.* 15. *num.* 40., *Bersanus de pupillis cap.* 1. *q.* 23. *num.* 10.

50 Et nec minus transfertur prædictum privilegium in ipsius pupilli, aut minoris cessionarium, cui statim cessat mora, quæ alias currebat pro pupillo, & minore ob moram debitoris irregularem, prout innuere videtur *Papinianus in l. Ex pluribus* 43. *ff. de adm. tut.*, & tradunt *Leotardus num.* 25., *Bersanus loc. cit.*

51 Quærendum modo sequitur, an pupillus debitor possit erga suum creditorem in mora constitui, sua pupillari ætate adhuc durante? Negative respondet J. C. *in l. Sed*
52 *si ex stipulatu* 94. *ff. de verb. oblig.*, nisi cum tutoris auctoritate, aut solus tutor interpelletur, & tradunt *Mascardus de probat. concl.* 1074. *num.* 92., *Hodiern. ad Surdum in dec.* 262. *num.* 13., *Bersanus cap.* 1. *q.* 22. *n.* 16., & 17., ubi adhuc de minore debitore idem esse tradit, adversus quem sine sui curatoris auctoritate non incurritur mora, & tradunt *Jovius Glos.* 11. §. 11. *num.* 154., *Narbona de ætate ann.* 25. *q.* 35. *num.* 7.. Sed an Judicis decretum necessarium etiam erit, dicemus *num.* 56. 60., & *seqq.*

53 Et ultra legitimam interpellationem necesse est etiam, ut concurrant requisita lucri cessantis, vel damni emergentis; nam sola mora ex interpellatione adhuc judiciali resultans non producit interesse petitionem, nisi pariter doceat creditor de passo lucro cessante, vel damno emergente, quemadmodum in quocumque creditore juxta sententiam communiter receptam regulariter observatur, ut tradunt *Gait de credit. cap.* 2. *tit.* 7. *q.* 5. *num.* 1672., & 1740., *Scaccia de commerc.* §. 1. *q.* 7. *p.* 2. *ampl.* 8. *num.* 269., *Surdus dec.* 345. *num.* 9., & 10., aliique apud
54 *Bersanum num.* 18.. Quibus concurrentibus, obstrictus erit pupillus, aut minor ad interesse præstationem in sui creditoris beneficium, & eo magis, si iste fuerit adhuc pupillus, aut minor, quia inter personas par habentes privilegium, jus commune servandum erit, *Hodiern. ad Surdum num.* 14. *Bersanus num.* 19.

55 Quoties vero ageretur de interesse compensativo vigore *l. Curabit præses* 5. *Cod. de act. empt.*, & tunc non requiritur mora regularis, sed sufficiens erit irregularis, quæ reipsa contrahitur adhuc adversus pupillum, vel minorem, ne alioquin ætatis privilegium esset iniquitatis munimen; cum non permittant jura, ut pupillus cum aliena jactura locupletetur, *Leotardus de usur. q.* 84. *num.* 19., *Bersanus num.* 20.

56 Sed an ultra tutoris, vel curatoris auctoritatem necessarium adhuc erit Judicis decretum, ut pupillus, aut minor erga suum creditorem in mora per interpellationem constituatur? Hac in re legem non habemus expressam, ut advertit *Simoncellus de decretis lib.* 2. *tit.* 6. *num.* 116.. Iccirco variæ opiniones ortæ sunt, quod & variæ sunt ho-
57 minum voluntates, ut notat Ulp. in *l. Quia poterat* 4. *ff. ad S. C. Trebell.*, & unicuique quod sibi magis videtur, firmare

per-

58 permissum esse edicit *Paulus* ex *Labeonis*
sententia in l. Qualem 42. *ff. de arbitr.*
59 Tres igitur opiniones refert *Simoncellus*
loc. cit.. Prima est negativa. Secunda affir-
mativa. Tertia ita distinguit, nempe, aut in
contractu, in quo intervenit obligatio, inter-
cessit decretum, & tunc in interpellatione
nullum aliud necessarium erit decretum. Aut
in primo contractu non intervenit, & tunc
in interpellatione erit interponendum. Prima,
& secunda opinio applicabilis erit in casu
suo, ut mox dicemus. Tertia autem distin-
guens pro falsa notatur *a Simoncellio loc. cit.*
Et quoad primum distinctionis membrum
dicit, quia quamquam in obligatione inter-
cessit decretum, debet pariter & in inter-
pellatione interponi, cum sit novus actus,
ex quo nova induci possit obligatio, super
qua quidem non intercessisset decretum, si
in prima obligatione de hoc fuerit excogi-
tatum. Et respectu secundi dicit, non posse
minorem interpellari, & in mora constitui;
quoties obligatio a principio fuerit omnino
nulla, ad cujus observantiam nequaquam
minor tenetur, ut toto *tit. ff. de reb. eorum*, &
toto *tit. Cod. de præd. minor.*. Et cum sit
nulla obligatio, nequit propterea minor in-
terpellari, ad hoc ut interpellatio ipsum in
60 mora constituat; nam ex nulla obligatione
nulla etiam oritur mora, ex doctrina *Scæ-
volæ in l. Si pupillus* 127. *ff. de verb. oblig.*,
& in l. Nulla intelligitur 89. *ff. de reg. jur.*
61 Hinc pro perfecta casus resolutione ita
firmandum existimat *Simoncellus num.* 117.,
nempe aut minor curatore caret, & judi-
cialiter interpellatur, & tunc nequit in mo-
ra constitui, cum non habeat legitimam
standi in judicio personam, & sequitur *Nar-
bona de ætate ann.* 25. *q.* 35. *art.* 15., *Baro-
nius effect.* 26. *circa judicial. num.* 6.
62 Aut extrajudicialiter interpellatur a parte
super re, quæ sine decreto alienari potest,
& tunc valet sine decreto interpellatio, &
moram minor contrahit, quia cum possit
illius alienationem sine decreto efficere, ita
etiam super eadem interpellari, & in mora
constitui, *Simoncellus loc. cit. ver. secundus*,
63 *Narbona num.* 13., *Baronius num.* 9.. Dum
autem interpellatur super re, quæ sine
decreto distrahi nequit, & tunc nulla erit
interpellatio, deficiente decreto, prout
nulla esset venditio rei prædictæ cum sola
tutoris, vel curatoris auctoritate, *Simoncel-
lus ver. tertius*, *Narbona loc. cit.*, *Baronius*
64 *num.* 9., immo cum aliis firmat *Narbona*
num. 14., idem adhuc procedere, quoties
minoris obligatio fuerit alternativa, tam ad
res, quæ servari, quam quæ non servari
possunt, quamquam ipsius minoris, utpote
debitoris electio sit, quicquid solvere velit.
65 Et prædicta omnia vera sunt, & proce-
dunt tam in pupillo, & minore tutorem,
aut curatorem habente, quam non; ut tra-
dunt *Simoncellus num.* 128. *in fin.*, *Baronius*
loc. cit.
66 Sed videamus, cur J. C. *in d. l. Sed si ex
stipulatu* §. *de. qua annulmus. num.* 51. men-
tionem solummodo fecit de tutore, & ni-
hil dixit de decreto, quod quidem non
omisisset, si necessarium esse existimasset.
Nonnulli putarunt legem hanc loqui de rebus,
quæ servari non possunt, cum loquatur de
homine mortali, qui potest una hora, vel
momento decedere, idcirco sine decreto
interpellatio fieri potest. Istorum tamen di-
ctum non caret difficultate; etenim homo
67 inter mobilia, quæ servari possunt, connu-
meratur, quia minor libertatem servo suo
sine decreto dare nequit, quemadmodum
sine eo immobilia alienare non valet, plene
*Baronius de effect. minor. ætat. circa contr.
eff.* 1. *per tot.*. Melius igitur respondet
Simoncellus de decret. lib. 2. *tit.* 6. *num.* 118.,
quod *dict. l. Sed si ex stipulatu*, intelligenda
est, & procedit de jure digestorum, quo non
requirebatur decretum, nisi in immobilium
alienatione, ut in *l.* 1., *& tot. tit. ff. de reb.
eor.*. Hodie vero ex jure *Cod. in l. Lex quæ
tutores Cod. de adm. tut.* necessarium est de-
cretum in interpellatione illius Stichi, ex
eo quod connumeretur inter res, quæ ser-
vari possunt, in quibus hodie vigore *dict. l.
Cod.* statutum est idem, quod in immobili-
bus. Non igitur mirum, si in *dict. l. Sed si
ex stipulatu*, nulla fuit de decreto facta men-
tio. Ceteris in contrarium adductis recte
respondet *Narbona de ætate ann.* 25. *q.* 35.
num. 18., *& seqq.*, ubi videas.
68 Usquemodo dicta intelligenda sunt de mo-
ra in ipso pupillo, aut minore incipienda.
Quid autem dicendum ubi erat mora jam
incepta cum defuncto majore, cui pupillus
successit, an adversus ipsum pupillum præ-
dicta mora perseveret? Et certum est in jure,
quod mora defuncti transit in heredem jure
hereditario, per Tex Africani in *l. Cum pa-*
69 *trisfamilias* 27. *ff. de usuris*. Etiamsi talis he-
res fuerit pupillus, aut minor, ut volunt
Leotardus de usuris quæst. 82. *num.* 19., *Ho-
diern. ad Surdum dec.* 262. *num.* 7., *De Fran-
chis dec.* 16. *num.* 9., *Bersanus de pupill. cap.*
1. *q.* 22. *num.* 21.. Cum sufficiens sit semel
70 intervenisse moram, ut perpetuo duret, per
sententiam Pauli in *l. Titia Sejo.* 89. §. *usuras
ff. de leg.* 2., *De Franchis num.* 10., *Bersa-
nus num.* 22.
71 Notanda tamen est distinctio, quam tradit
Thesaurus in dec. 247. *num.* 3., nempe aut
interesse debitum proveniat ex conventione
ab initio cum defuncto expresse contracta,
ut si promisit solvere intra certum tempus
sub refectione omnium damnorum, & inte-
resse, & tali in casu tenetur pupillus ad
præstandum creditori interesse usquedum se-
quatur satisfactio sortis, ex eo quod heres
promissa per defunctum adimplere obstrictus

est. Si vero interesse ob solam defuncti morem debetur absque ulla ejus partione, & tunc pupillus heres tenetur pro tempore tantum, quo defunctus fuit in mora, neque contra ipsum currit, nisi constiterit se fuisse conscium talis debiti per creditoris interpellationem; vel alio modo. Nam alias prædictus pupillus, vel minor heres tamquam successus in factum alienum ignorare poterit defuncti debitum; *Bersanus num.* 23., ubi citat *Rodriquez de concurs. credit. p.* 1. *art.* 2. *num.* 17. *ver. hinc*.

72 Nec necessarium erit Judicis decretum, etiamsi ageretur de minore curatorem non habente, & de rebus immobilibus, aut aliis, quæ servando servari possent, ut firmat *Narbona de ætate ann.* 25. *q.* 35. *num.* 36. Nam sicuti obligatio, cujus vigore fuit minor interpellatus loco defuncti, cui ipse heres successit, vel ab illius testamento originem trahit, etiam sine decreto satisfieri potest per sententiam Ulp. in *l. Magis puto* 5 § *si pupillus ff. de reb. eor.*, & per Rescriptum Impp. Severi, & Anton. in *l.* 1., & Impp. Dioclet., & Maxim. *in l. Prædium* 3. *Cod. quando decr.*, ita pariter & in solutione post interpellationem cessando minor, merito moram incurrat. Immo *Norbona num.* 17. dat regulam, quod in omnibus casibus potest minor interpellari, & nisi solverit, quod ex interpellatione incidat in moram, in quibus leges ipsi minori alienationem rerum suarum permiserunt. Cum perpetuum sit in jure, ei posse interpellationem fieri, qui solvere potest.

C A P. XXVII.

De compensatione.

S U M M A R I U M.

Compensatio definitur, num. 1.
Compensatio non datur de liquido ad illiquidum, num. 2.
Liquidum quando dicitur, num. 3.
Compensatio duplex est, num. 4. *&* 5.
Dolo facere videtur, qui petit, quod restiturus est, num. 6.
Quicquid alteri facere velis, tibi asperum esse non debet, num. 7.
Res, quæ compensantur, debent esse ejusdem rationis, num. 8. *Declaratur, num.* 9.
Compensatio ex omnibus actionibus tum realibus, quam personalibus fieri potest, n. 10.
Pupillus, aut minor nequit compensare sine tutoris, vel curatoris auctoritate, & sine Judicis decreto, num. 11., *& seqq. Declaratur, num.* 15., *&* 16.
Solus tutor potest creditori sui pupilli objicere compensationem, num. 17.
Tutor potest suum creditum in compensationem deducere cum debito sui pupilli, num. 18.
Adversus pupillum creditorem potest compensatio per suum debitorem opponi, num. 19. *Declaratur, num.* 20.
Debitor pupilli nequit de compensatione excipere ob debitum tutoris, num. 21.
Durante tutela nequit pupillus rationis redditionem a tutore exigere, num. 22.
Pupillus nequit contra tutorem exercere actiones separatas ab ipsa tutela, & durante administratione natas, num. 23.
Pupillus nequit, durante tutelæ administratione objicere tutori compensationem sui debiti, n. 24. *Fallit in tutore contra pupillum, n.* 25.
Finita tutela licitum est pupillo, & tutori de compensatione excipere, num. 26.
Pupillus a tutore repetit operas, quas in ipsius tutoris utilitatem præstitit, num. 27.
Tutor potest compensare operas, quas sibi pupillus præstitit, cum rata alimentorum eidem pupillo datorum, num. 28.
Legatum relictum a tutore pupillo an animo compensandi cum ejus debito relictum censeatur, num. 29., *& seqq.*
Inter plures tutores ejusdem pupilli pro debitis, & creditis ad ipsam tutelam spectantibus admittitur compensatio, num. 32., & 33.

1 Compensatio definitur a J. C. Modestino in *l.* 1. *ff. de compensat. ut sit debiti, & crediti invicem inter se contributio.*

2 Oportet tamen, ut utrumque debitum, & creditum sit liquidum; nam liquidi ad illiquidum non fit compensatio, ut Imp. Justinianus statuit in *l. fin. Cod. de compensat.*, *Scoppo ad Merlinum cent.* 2. *contr.* 24. *n.* 12., *Verde lib.* 4. *instit. civ. num.* 1186. Liquidum

3 vero dicitur, quod statim debetur, & in eodem loco; vel etiamsi mox liquidari poterit; immo dicitur liquidum, quod contra quindecim dies erit solvendum, vide *Verdem num.* 1192.

4 Dividitur compensatio in voluntariam, & necessariam; prima perficitur partium consensu, & appellatur extrajudicialis; nam inter partes ipsas perficitur, *Verde num.* 1187.

5 Secunda vero fit Judicis mandato, etiam invito creditore; quia melius est solutionem non efficere, quam eamdem inde repetere, ut advertit *Pomponius in l. Ideo* 3. *ff. de compen-*

penſat. Quod & æquitas adhue ſuadet.
Etenim dolo facere videtur, qui petit quod
6 reſtituere tenetur, ut tradit *Paulus in l. Dolo
facit ff. de dol. mal., & met. except.* Nec
7 aſperum tibi eſſe videtur quicquid pro ce-
teris efficere velles, ut Ulp. ait *in l. 1. ver.
quis enim ff. quod quiſque jur.*
8 Res autem quæ compenſantur, ejuſdem
rationis eſſe debeant. Etenim invito dubita-
re nequit una ſpecies cum altera compen-
ſari; plene *Verde num.* 1193. Quod verum
eſt in foro ſoli; non autem in foro inter-
9 no, in quo diverſa rite compenſantur, *Mo-
lin. de juſtit. diſp.* 49. *num.* 5., aliique apud
Verdem num. 1194.
10 Et quia compenſationes ex omnibus actio-
nibus ipſo jure fieri poſſunt, tam ſi fuerint
reales, quam perſonales, per Reſcriptum
Imp. Juſtiniani in *l. fin. Cod. de compenſat.*,
ideo videndum oportet, num pupillus, aut
minor compenſare; aut adverſus ipſos com-
penſatio opponi poſſit. Et quoad primam
partem dicendum eſt, non poſſe pupillum,
aut minorem compenſare ſine tutoris, vel
11 curatoris auctoritate, quemadmodum ipſis
interdictum eſt ad quemcumque ſolutionis
actum devenire, cum compenſatio ſpecies
ſolutionis ſit, ut colligitur ex Pauli Textu
l. Dediſſe 76. ff. de V. S., & in puncto tradit
*Berſanus de pupillis cap. 2. q. 25. num. 1., &
2.*, ubi cum *Gratiano cap. 728. num. 9.*, *Ama-
to reſol. 50. num. 7.*, aliiſque ſubdit compen-
12 ſationem quoad effectum non diſcrepare a
vera, & reali ſolutione, plenamque libera-
tionem producere, quamquam ſolvendi actus
ſit fictus. Easpropter ſicuti nulla erit ſolutio
per ipſos facta ſine tutoris auctoritate, ita
pariter & compenſatio, *Berſanus num. 3.*
Etenim qui compenſat, dicitur aut debitum
ſuum ſolvere, aut creditum ſuum exigere,
13 ut deducitur ex Pauli Textu in *l. Amplius
15. ff. rem rat. haber.*, & ex Tex. Imp. Ale-
xandri *in l. Neque ſcriptura 6. Cod. de com-
penſat., & in l. 1. Cod. rer. amot.*, & vide
*Cacheranum dec. 92. num. 12. in fine, & Sur-
dum dec. 24. num. 6.*
14 Immo ultra tutoris, vel curatoris aucto-
ritatem neceſſe eſt adhuc, ut Judicis decre-
tum interveniat, ubi minor vellet compen-
ſationem objicere, per Tex. Gordiani in *l.
1. Cod. ſi maj. fact. alien.*, & in puncto tra-
dit *Simoncellus de decret. in præfat. num.* 118.,
ubi ex aliis ſubdit hoc verum eſſe, etiamſi
15 fuerit minor debitor alternative ad ſpeciem,
vel quantitatem, & opponeret exceptionem
compenſationis ad debitum ſimplicis quan-
titatis; dummodo altera ex parte eſſet etiam
quantitas debita; nam alias ſpeciei ad quan-
titatem non procederet compenſatio, ex
traditis per *Scævolam in l. Si debeas 22. ff.
de compenſ.*, *Simoncellus num.* 119.
16 Prædicta tamen procedunt in ea com-
penſationis ſpecie, quæ hominis miniſterio
per oppoſitionem fit. Etenim ſunt nonnulli
caſus, in quibus lex ipſo jure abſque ho-
minis miniſterio operatur compenſationem
in debitoris favorem, ut videndus *Berſanus
de compenſat. cap. 1. q. 6.* Easpropter ſi pu-
pillus, aut minor in aliquo ipſorum decla-
ravit ſe uti velle compenſatione, non pot-
erit amplius ipſam retractare, ſive fuerit ſibi,
ſive debitori ſuo favorabilis: nam non ad
ipſius pupilli, aut minoris petitionem, ſed
ab ipſa legis operatione provenit; illiuſque
declaratio foret idem, quod explicare idem,
quod a lege factum eſt, prout generaliter
in quocumque debitore, ſive pupillo, ſive
majore tradunt *De Luca ad Q.eam de ceſſ.
jur. q. 42. num. 10.*, aliique apud *Berſa-
num de pupillis cap. 2. q. 25. num. 4., & 5.*,
17 *& in num. 7.* firmat ſolum tutorem abſque
pupillo poſſe creditori ipſius pupilli com-
penſationem abjicere. Immo tutor ipſe cre-
ditum ſuum deducere poteſt in compenſa-
tionem cum debito pupilli. Et quamquam
creditor compenſare non cogatur quod alii,
18 quam debitori ſuo debet, ſunt verba *Papi-
niani in l. In rem 18. ver. creditor ff. de com-
penſ.*, inſpecta compenſationis natura, quæ
requirit exiſtentiam debiti, & crediti in ea-
dem perſona adverſus eumdem, & quidem
nomine proprio, ut tradunt *Giurba ad con-
ſuet., Meſſan. cap. 9. Gloſ. 9. num. 9.*, *Nigr.
de except. cap. 13. §. 9. num. 5*, *Berſanus n. 9.*
Nihilominus tamen vetitum non eſt tutori
objicere ſui crediti compenſationem adver-
ſus pupilli creditorem, ex eo quod lex fin-
git, tutoris creditum in pupillum miniſterio
ceſſionis tranſiviſſe, immo ceſſionem ipſam
vere, & effective operatur, ad hoc ut com-
penſatio valere poſſit, *Berſanus num. 11., &
ſeqq.*, & plene *in cap. 5 q. 18. num. 9., &
ſeqq.*, *Guttier. de compenſat. lib. 4 q. 13. n. 16.*
19 Quoad aliam partem, num adverſus pu-
pillum, aut minorem creditorem poſſit per
ſuum debitorem compenſatio opponi, dice-
mus cum Ulp. in *l. Ait prætor 3. §. 1. ver.
pupillus ff. de negot. geſt.*, quod agens pupil-
lus cum tutoris auctoritate, aut etiam ſolus
tutor adverſus pupilli debitorem poteſt iſte
compenſationem opponere, quod adhuc
colligitur ex Reſcripto Impp. Dioclet., &
20 Maxim. *in l. Si tutores 11. Cod. de compenſ.*
Verum ſi pupilli debitum fuerit tantum na-
turale, & tunc ob ætatis beneficium habebit
reſtitutionem, ut ei compenſatio non oppo-
natur, *Gloſ. in d. l. Ait prætor, ver. patitur*,
*Oddus de reſtit. in integr. quæſt. 51. art. 2. n.
32.* Nec pupilli debitor poterit de compen-
21 ſatione excipere ob debitum tutoris; cum
obſtet eidem regula, non poſſe in compen-
ſationem adduci alterius debitum, per ſen-
tentiam *Papiniani in l. In rem 18. ver. credi-
tor ff. de compenſ.* Ideoque agens tutor
tutorio nomine adverſus pupilli debitorem,
nequit per eumdem opponi faciendam eſſe
com-

compensationem crediti pupilli cum debito,
quod habet tutor erga debitorem conven-
tum, ut tradunt *Donellus comment. jur. civ. lib. 16. cap. 15. num. 30., De Luca de plura-
litat. homin. legal. cap. 7. num. 5.*, aliique apud
Bersanum de pupillis cap. 2. q. 25. n. 15., & 16.

22 Et quia evenire assolet, quod tutor, &
pupillus ad invicem debitores, & creditores
existant; ideo in eo, quod respicit com-
pensationem hincinde admittendam, scien-
dum est, meliorem esse tutoris conditionem,
quam pupilli. Hinc durante tutela quemad-
modum pupillus rationum redditionem a
tutore exigere, aut ex causa administratio-
nis adversus eum agere nequit, per senten-
tiam *Pauli in l. Nisi finita ff. de tutel.*, &
per Rescriptum Imp. Severi, & Antonini
in l. Adversus 2. Cod. de adm. tut., atque Imp.
Philippi *in l. Rationes 14. Cod. eodem*, & pa-
23 riter neque pupillo permittitur, ut contra
tutorem exercere possit actiones separatas
ab ipsa tutela, duranteque administratione
natas, ut probat *Bersanus cap. 5. q. 17. n. 3.*.
24 Ita etiam neque ipsi pupillo licebit, du-
rante tutelæ administratione, objicere tutori
compensationem sui debiti cum credito,
quod ipse pupillus habet adversus eumdem
tutorem, *Guttier. de compens. lib. 4. q. 13. n.
17.*, aliique apud *Bersanum num. 4.*. Econ-
tra tamen permissum est tutori, ut possit
25 compensare debitum suum cum credito,
quod ipse tutor habet adversus pupillum,
durante adhuc tutela, *Guttier. num. 18., Ber-
sanus num. 5.*

26 Finita tandem tutela licitum erit pupillo
credita sua in compensationem contra tuto-
rem deducere, si forte tutor ipse ageret ad
repetitionem sumptuum, quos administratio-
nis occasione pro pupillo fecit. Prout econ-
tra agendo pupillus contra tutorem pro de-
biti consequutione, poterit adhuc tutor com-
pensationem objicere cum expensis, & sum-
tibus ab eodem factis, *Bersanus num. 6.*

27 Et inter credita pupilli adversus tutorem
computari adhuc debent operæ, quas ipse
pupillus præstitit ad sui tutoris tamen utili-
tatem. Expropter tutor compensare eas
potest ad ratam alimentorum eidem pupillo
28 datorum, aut cum ceteris sumtibus in il-
lius beneficium erogatis, *Guttier. de compen-
sat. lib. 5 q. 19. num. 57.*, aliique apud *Bersa-
num num. 7.*

29 Sed quid dicendum in casu, quo tutor
pupilli debitor remansit, & dum moritur
tutor, aliquid in ejus testamento in pupilli
favorem legavit; num tale legatum com-
pensandi animo relictum censeatur? Hujus
casus resolutio ab illius articuli decisione
pendet, an tutoris debitum ex tutelæ ad-
ministratione resultans voluntarium sit, aut
necessarium. Si fuerit voluntarium, & tunc
non habebit locum compensatio, nisi aliter
ex conjecturis compensandi animus argue-
retur. Si vero necessarium, & secus erit,
quoniam tunc inspecta sola debiti natura
intrat præsumpta compensatio absque ulla
conjectura ex aliunde perquirenda secundum
receptissimam in hac materia Doctorum di-
stinctionem, quam refert *Bersanus de com-
pensat cap. 2. q. 30.*

30 Equidem tamen dicendum est, tutoris de-
bitum semper necessarium reputari, ut pro-
bavit *Ruinus cons. 92. num. 6. lib. 5.*, ea ex
ratione, quia tutelæ onus tenentur ferre le-
gitimi tutores, quamvis inviti, nisi aliqua
justa causa excusarentur, ut toto *tit. ff. de
excus. tut.*. Expropter tutoris legatum cum
pupilli credito semper compensandum esse
firmavit *Ruinus loc. cit.*, quem sequuntur
Caucerius var. 1. cap. 7. num. 151., Bersanus
31 *de pupillis cap. 5. q. 17. num. 9.*, ubi tamen
subdit, rationem prædictam dumtaxat pro
legitimis tutoribus locum habere, non autem
extendi posse ad ceteros tutores, qui a lege
non coguntur, ut tutelam suscipiant, sed
ipsam voluntarie gerere voluerunt.

32 Admittitur etiam compensatio inter plures
tutores ejusdem pupilli pro debitis, & cre-
ditis ad ipsam tutelam spectantibus, quam-
vis tutelam inter se diviserint; cujus divisio
non est juris, sed jurisdictionis, quæ modum
dumtaxat imponit administrationi, *Guttier.
de compens. lib. 4. q. 13 num. 11., Bersanus
num. 10.*. Quod verum est, etiamsi aliquis
33 ex tutoribus sit creditor pupilli ex causa
omnino separata a tutela; quoniam tunc
adhuc eidem permissum est objicere suum
creditum alteri tutori adversus ipsum agenti
ad id, quod causa suæ administrationis de-
bet, *Guttier. num. 12., Bersan. num. 13.*

C A P. XXVIII.

De deposito.

S U M M A R I U M.

Depositum definitur, num. 1. *Unde dicitur, num. 2.*

Sola possessio corporalis, seu realis transit penes depositarium, num. 3.

Possessio naturalis, & civilis, prout & dominium rei depositatæ apud deponentem manet, n. 4.

Depo-

Depositarius uti nequit re depositata invito domino, num. 5. Fallit, num. 6.
Depositarius si utitur pecunia sibi commissa, non tenetur ad aliquod interesse, etiamsi fuerit in mora restituendi, nisi ob causam lucri cessantis, & damni emergentis, num. 7.
Depositarius tenetur de dolo, & lata culpa, num. 8. Non de levi, num. 9. Fallit, num. 10., & seqq.
Pupillus in sui bonum potest depositum efficere, num. 13.
Minor si in deponendo se imprudenter gesserit, restituitur, ibid.
Pupillus, aut minor depositum recipiens, tantum ex dolo de in rem verso tenetur, n. 14.
Pupillus, aut minor si rem depositam male perdidit, in integrum restituitur ad hoc, ut non teneatur tantundem reddere, num. 15.

1 Depositum definitur a Ulp. in *l. 1. ff. deposit., ut sit quod custodiendum alicui datum est*. Et dicitur ex eo quod
2 ponitur; proprie tamen, & stricte sumptum est quod gratis custodiendum accipitur, *Ver-*
3 *de lib. 3. instit. civ. num. 706.*. Et apud depositarium sola corporalis, seu realis possessio
4 transit, *Verde num. 719.*. Cum possessio naturalis, & civilis apud deponentem maneat, sicuti & dominium rei depositatæ, *l. Licet 17. ff. de deposit., Verde num. 739.* Eapropter depositarius re depositata uti nequit, domino invito, cui furti actio alias competeret;
5 per sententiam Pauli in *l. Si sacculum 29. ff. deposit.*, & per Rescriptum Imp. Gordiani in *l. Si depositi 3. Cod. eodem*, nisi de-
6 positum in pecunia numerata consisteret; nam tunc depositarius poterit eadem uti, nec furti reus erit, *Glos. in dict. l. Si de-*
7 *positi, Verde num. 729.*. Neque pro tali pecunia sibi commissa tenetur ad aliquod interesse, etiamsi fuerit in mora restituendi; nisi ultra moram concurreret adhuc interesse lucri cessantis, vel damni emergentis in damnum creditoris, *Leotardus de usur. q. 8. num. 17., & q. 32. num. 2.*, aliique apud *Jovium de solemn. in contr. min. Glos. 16. §. 11. n. 233.*
8 De dolo, & lata culpa depositarius tenetur, ut tradit *Celsus in l. Quod nerva 32. ff. deposit., & Ulp. in l. Si ut certo 5. §. nunc vi-*
9 *dendum ff. commod.*. Non autem de levi, ubi malus dolus non adest, per sententiam *Pauli in l. Si sine dolo 20. ff. eodem, Verde num. 737., Jovius num. 222., & 234.*
10 Quandoque tamen adhuc de levi tenetur; & primo si depositarius ad eam se obligavit, prout etiam ad levissimam, prout insinuare videtur Ulp. in *l. 1. §. sæpe evenit ff. deposit., Jovius num. 235.*. Secundo de levi culpa tenetur, si pro custodia mercedem
11 recepit, quoniam tunc erit locator operis, & contractus ad utriusque commodum initus obligat etiam ex levi, *dict. l. Si ut certo §. nunc videndum*. Tertio tenetur etiam de levissima; si ad ipsius depositarii commodum
12 factum fuit depositum, *dict. §. nunc videndum* & Ulp. pariter in *l. Si quis 4. ff. de reb. cred.*
13 Sed quoniam ii deponere possunt, quibus legitime administrare permissum est. Et econtra ii depositarii esse possunt, quibus rite obligari liceat, ut tradit *Verde lib. 3. instit. civ. num. 711.*. Ideo videndum est circa personam pupilli, & minoris; & firmat *Verde*, quod quia pupillus administratione caret, potest deponere, si fecerit ad ipsius bonum. Alias, etiamsi fuerit minor, si in deponendo se imprudenter gesserit, restitui poterit, & tradit *Oddus de restit. in integr. q. 53. art. 1. num. 2.*
14 Depositum vero pupillus, aut minor nequaquam recipere potest; quod si recepit, tantum ex dolo de in rem verso, & in quantum locupletior factus est, obligatus remanebit, per sententiam Ulp. in *l. 1. §. in pupillum ff. depositi*; *Verde num. 712., Narbona de ætate ann. 10. cum dimidio, quæst. 12.*,
15 sed si pecuniam, vel rem depositam male perdidit, & tunc restitutionem in integrum habebit, ad hoc ut non teneatur tantundem reddere, *Oddus num. 3.*, ubi etiam subdit, quod si minor ex pacto apposito in contractu depositi non poterit ad sui libitum depositum restituere, atque ejusdem amissionis periculum imminebit, & tunc pariter restitutionem habebit, ut depositum ad sui libitum reddere possit.

C A P. XXIX.

De testamentis.

SUMMARIUM.

Testamenti etymologia, num. 1. Definitur, num. 2.
Testamentum quocumque vulgari sermone fieri potest, num. 3.
Testamenti factio cuicumque legitimæ personæ libera est, num. 4.
In testamenti factione leges conditi testamenti attendi debent, num. 5.
Testamentum duplex est, num. 6.
Enumerantur solemnitates testamenti in scriptis, num.

num. 7., & seqq.

Testamentum nuncupativum dicitur a nuncupando, num. 13.

Testamentum nuncupativum non exigit scripturam, num. 14.

Testator pubes esse debet, num. 15.. Et sufficiens erit, ut ultima pubertatis dies sit capta, num. 16.

In testamenti factione malitia ætatem non supplet, num. 17.

Pupillus testari nequit etiam cum tutoris auctoritate, num. 18.. Neque per pubertatis advenientiam convalescit testamentum, num. 19. necminus favore piæ causæ, num. 20.. Fallit, num. 21., & seqq.

Pubes curatorem habens testari potest, etiam illo contradicente, num. 26., & etiam codicillos, aliasve ultimas voluntates, majoratum, & mortis causa donationem efficere potest, num. 27., & seqq.

Pupillus si codicillum confecit in ætate pupillari, & decedente post pupillarem ætatem, firmus remanebit codicillus, num. 30.

Pubes testando potest suis filiis tutorem relinquere, num. 31.

Pubes nequit tutorem, vel curatorem heredem instituere, num. 32.. Fallit, num. 33.

In dubio fraus non præsumitur, num. 34.

Alleganti testamentum invalidum ex defectu minoris ætatis probare incumbit, num. 35.

1 TEstamentum, sive ejus etymologia *est mentis testatio*, ut refert *Gallic. lib. 1. noct. cap. 12.*, & definitur *in l. 1. ff. de*
2 *testam.*, *ut sit voluntatis nostræ justa sententia de eo, quod quis post mortem suam fieri velit herede instituto*. Et quocumque vulgari sermone fieri potest, dummodo verba
3 sint clara, & integra; cum nullum sit testamentum factum signis, cifris, & abbreviaturis, *Novell. 107. cap. 1.*, *Verde lib. 2. instit. civ. num. 849* supra finem *Tuschi lit. C. concl. 123.*
4 Hæc testandi factio cuicumque legitimæ personæ libera est. Cum non valeat actus, per quem testandi factione seipsum quis privet, *l. Nemo potest ff. de leg. 1.*. In qua testandi factione leges conditi testamenti at-
5 tendi debent; & taliter confectum testamentum ubique firmum manet, & in propria patria, & ubi bona existant, quamvis illic tales leges non serventur, *Verde n. 850.*, *Mantica de conjectur. ult. volunt. lib. 6. tit. 8. num. 14.*, *Surdus conf. 2. num. 21. lib. 1.*, *De Marinis var. 1. cap. 141. num. 6.*, *Thesaurus dec. 123. num. 11.*

6 Aliud est in scriptis, aliud est nuncupativum. Istud est, quod coram testibus tantum fit. Illud vero quando cum scriptura, per id, quod Justinianus statuit in *l. Hac consultissima Cod. de testam.*. In qua scriptu-
7 ra testes subscribere debent per nomen, & cognomen testatoris adhuc nomine adjecto, per sententiam Pauli in *l. Singulos 30. de te-*
8 *stam.*, & scripturam testes ipsi sigillare tenentur, ut Ulp. tradit in *l. Ad testium 22. §. si quis ff. eodem*, *Verde num. 850.*

9 Qui testes numero septem esse debent, rogati, contestes, continuato actui testandi simul præsentes, inspicientes, & audientes testatorem usque ad perfectum testamentum, *dict. l. Hac consultissima*, & Dioclet., & Maxim. *in l. Si non speciali 9. Cod. de testam.*, *Verde num. 855., & seqq.*. Et si testator fuerit cæcus, octavus testis erit interveniendus,
10 *dict. l. Hac consultissima*, ubi adhuc statuitur, quod testator nesciret, aut nequiret subscri-
11 bere, octavus testis adhibendus erit, qui testis dicitur testamentarius, & præsentibus, ceteris septem testibus subscribere debet, atque declarare, se de mandato testatoris scripsisse, & subscripsisse, vide *Verdem n. 850.*
12 Qui testator tamen oportet, ut sit pubes, ut mox dicemus.

13 Testamentum vero nuncupativum dicitur *a nuncupando*, ut tradit Ulp. in *l. 1. in princ. ff. de hered. instit.*. Ideoque scripturam non exigit, sed sufficiens erit nominari heredem
14 coram testibus, *Verde num. 852. in fine*, & tam in testamento in scriptis, quam nuncupativo requiritur, ut testator sit pubes,
15 hoc est masculus in anno decimoquarto, & femina in anno duodecimo completo, ex traditis per Ulp. in *l. Qua ætate 5. ff. de testam.*, ubi adhuc habetur sufficere pro testamenti validitate, ut ultima dies sit cæpta,
16 & tradunt *Antonell. de temp. legal. lib. 2. cap. 5. num. 1.*, *Virgil. de legitim. person. cap. 1. num. 17.*, *Baronius de effect. minor. ætat. circa judic. in prælud. num. 49.*, *Narbona de ætate ann. 14. q. 46. num. 2., & 18.*, *Bersanus de pupillis cap. 4. q. 1. num. 13.*, *Altimari de nullit. contr. tom. 6. rubr. 2. q. 1. sect. 1. n. 96.*
17 Et licet nonnullis in casibus malitia suppleat ætatem; nihilominus tamen in hac testamenti factione malitia non supplet ætatem. Etenim lex voluit, hanc puberis ætatem fore necessariam; sicque noluit permittere, ut testamentum condere possit, qui pubertatem fuerit adhuc adeptus, quamvis illi proximus sit, atque doli capax, *Narbonn num. 7.*, *Bersanus num. 3.*, *Crass. de success. §. testamentum q. 20. num. 3.*, *Bruneman. ad l. Si frater Cod. qui testam. fac. pos.*, *Gomesius in l. Tauri 3. num. 2.*

18 Hinc est, quod pupillus testari nequit, etiam cum tutoris auctoritate, *Bersanus n. 5.*, aliique apud *Altimarem loc. cit. ver. sic pupillus*. Et necminus si fuerit miles, ut præscripsit Imp. Justin. in *l. fin. Cod. de testam. milit.*

19 Et per pubertatis supervenientiam non convalescit; nam quod a principio non valet, tractu temporis convalescere nequit, per Tex. *in l. pen. ff. de reg. jur.*, & tradit *Ulp. in l. 1. §. si filius ff. de leg. 3.*, & *Modestinus in l. Si filiusfamilias 19. ff. de testam.*

Et

20 Et prædicta vera sunt etiam in testamento
piæ causæ, quia ejus favor nequit supplere
intellectum, quem pupillus non habet, plene
*Tiraquell. de privileg. piæ causæ privil. 79., Cla-
rus §. testamentum q. 5. num. 3., Tuschi lit. T.
concl. 104. num. 3., Nnrbona de ætate ann. 14.
q. 46. num. 7.*, aliique apud *Bersanum n. 7.*
21 Per statutum vero, legem, aut per Prin-
cipem poterit pubertati proximus, dolique
capax ad testandum habilitari, ut volunt *La-
ra de vita homin. cap. 20. num. 77., Tuschi n.
4., Romanus cons. 199. num. 4., Gomesius in
l. Tauri 3. num. 3., Sabellius § Princeps n. 11.,
Card. de Luca de donat. disc. 15. num. 9., Al-
timari dict. num. 96. ver. sed per Statutum.*
22 Etenim Princeps, vel Statutum dispensare
potest ea, quæ de jure Civili introducta sunt,
Crassus §. testamentum q. 17. num. 26., aliique
apud *Bersanum num. 9.*. Dummodo tamen
nullum præjudicium ab intestato venientibus
23 inferatur, *Addit. ad Sanfelic. decis. 405. ver.
secundo observa*, aliique apud *Altimarem loc.
24 cit.*. Pariterque si per ejus parentem non
fuerit pupillariter substitutus. Nam contra
talem substitutionem Princeps dispensare
nequit, *Narbona num. 14., Baronius effect. 1.
circa ultim. volunt. num. 9., Thesaurus dec. 87.
num. 10., Altimari ver. dummodo.*
25 Hinc valebit impuberis testamentum, si
cum instituerit, qui de jure communi suc-
cederet, licet ab intestato per Statutum
excluderetur, *Tusch. n. 5., Romanus loc. cit.*
26 Ad regulariter igitur sustinendum testa-
mentum pubertatis ætas necessaria est. Non
autem curatoris auctoritas; hinc si pubes
curatorem habet, etiam ipso contradicente
testamentum condere potest, ex traditis per
*Modestinum in l. Aurelio Sempronio 21. §. Ca-
jus ff. de leg. 2., Cancerius var. 1. cap. 7. n. 9.,
Sabellius §. pubertas n. 3., Narbona de ætate
ann. 14. q. 46. num. 52., Baronius effect. 1. circa
contract. num. 245., Bersanus de pupill. cap.
4. q. 1. num. 14., Altimari de nullit. contr. tom. 6.
27 rubr. 2. q. 1. sect. 1. num. 96. ver. & in dicta
ætate.* Et etiam Codicillo, aliasque ultimas
voluntates, *Altimari ver. & potest, Baronius
effect. 2. circa ultim. voluntat., Antonell. de
28 temp. legal. lib. 2. cap. 5. num. 4.* Item, &
majoratum, *Altimari ver. masculus, Narbo-
na de ætate ann. 14. q. 46., & ann. 25. q. 20.*
29 Atque mortis causa donationem, *Altimari
ver. potest donare, Surdus cons. 77. num. 32.*
30 Et respectu Codicilli, sciendum est, quod
si in pupillari ætate codicillum pupillus fe-
cerit, & in eo legatum, aut fideicommissum
ab intestato venientibus præstandum manda-
vit, servanda erit ejus voluntas, etiamsi in
eadem voluntate decesserit post finitam pu-
pillarem ætatem, ut tradit Ulp. in *l. 1. §. si
filiusfamilias ff. de leg. 3., Bersanus num. 16.*
Et quamquam testamentum in pupillari æta-
te confectum etiam nullum fit post puber-
tatis supervenientiam, ut dictum est *num. 19.*
Nihilominus tamen in codicillis aliter habe-
tur, quia pupillo decedente post pupillarem
ætatem, voluntate non mutata, firmus re-
manebit codicillus, cum facilius confirmetur
codicillus, quam testamentum, plene *Gloss.
in dict. l. 1., Bersanus num. 16., & seqq.*
31 Pubes testando etiam suis filiis tutorem
relinquere potest, *Romanus cons. 4. n. 18.*,
32 aliique apud *Altimarem ver. & minor*; Tu-
torem vero, & curatorem instituere here-
dem nequit, quia per eum metus præsumi-
tur illatus, *Montan. de tutel. cap. 30. n. 80.,
Sabellius §. pubertas num. 4., & §. testamentum
num. 15.*. Circumscripta tamen fraude, me-
33 tu, aut dolo, ejus institutio quidam valida
erit, *Altimar. ver. sed non; Sabell. §. institu-
tio num. 17., Guttier. de tutel. p. 2. cap. 14.
num. 21.*. In dubio autem non præsumi do-
34 lum tradit *Hodiern. controv. 14. num. 14.*, alii-
que apud *Altimarem ver. secus esset.*
35 Ad invalidandum vero testamentum ex
defectu minoris ætatis, alleganti probare
incumbit, cum testatio perfecta præsuman-
tur, ut tradunt *Tuschi lit. T. concl. 136. n. 3.,
Baronius in prælud. circa judicial. num. 133.,
Virgilius de legitim. pers. cap. 1. num. 22.*, post
alios *Altimari ver. minoritas.*

C A P. XXX.

De hereditatis aditione.

SUMMARIUM.

Hereditatem adire quid est, num. 1.

Differentia aditionis inter heredem suum & extraneum, num. 2.

Heredes diverso modo esse possunt, n. 3., & seqq.

Heres habet anni tempus ad deliberandum, n. 7. 10. 11.

Heres si intra annum decedit, residuum temporis ad suam heredem transit, num. 8., & 9.

Tempus deliberandi potest ab homine statui, n. 12., & seqq.

Heres postquam deliberavit, hereditatem petere potest, num. 16.

Heres hereditatem petens præambulum conficere potest, num. 17.

Inventarium incipi debet intra 30. dies; & compleri intra alios 60. dies; quoad bona

præsentia; intra annum, quoad bona absentia; quod tempus a die aditæ hereditatis currere incipit, num. 18., & 19.

Inventarii effectus, num. 20., & seqq.

Heres non conficiens inventarium privatur falcidia, num. 24.

Heres hereditatem repudians, amplius eam quærere non potest, num. 25.. Declaratur num. 26., & seqq.

Minor hereditatem sibi delatam non adeundo in integrum restituitur; & etiamsi deliberandi tempus fuerit decursum, num. 36., & 37.

Minor intra annum deliberandi decedens, residuum temporis ad heredem transit, num. 38.

Infans si post annum ad deliberandum concessum decedit, hereditate sibi relicta non adita, an ipsius heres ad dictam hereditatem adeundam restitui possit? num. 39., & seqq.

Hereditas non adita non transmittitur, n. 44.. Fallit in hereditate paterna, num. 45.. Declaratur, num. 46., & 47.

Minor adeundo hereditatem absque inventaria restituitur, num. 48.

In minore non præsumitur dolus, aut malitia, n. 49.

Restitutio conceditur etiam contra alium minorem, aut Ecclesiam num. 50.

Minor restitutus ad adeundam hereditatem cum beneficio inventarii poterit iterum restitui, ut nullo modo sit heres, num. 51.

Minoris interest litibus non vexari, num. 52.

Minore petente adire hereditatem cum beneficio inventarii, citandi erunt omnes creditores ad opponendum restitutioni, num. 53.

Restitutio inutilis est, parte non citata, n. 54.

Pupillus, aut minor damnosam hereditatem adeundo restituitur in integrum, si legitime cum tutoris auctoritate adivit, num. 55.. Alias erit tutus ipso jure absque ullo restitutionis beneficio, num. 56.

Alienationes bona fide per pupillum factæ post aditam hereditatem non retractantur per successores, repudiata inde per pupillum hereditate; secus si mala fide, num. 57. 58., & 59.. Et si pupillus solvendo existat, poterit conveniri in quantum fuit effectus locupletior, num. 60.. Declaratur, num. 61., & 62.

Minor hereditatem repudiando, ad ipsam adeundam restituitur, num. 63., & 64.. Declaratur, num. 65.

Minor an restituatur adversus non aditam, aut repudiatam hereditatem, si hereditas ipsa fuerit ob alio occupata, num. 66.

Pupillus patris hereditatem absque ulla solemnitate accipere potest, num. 67.

Filius dicitur continuare dominium in bonis patris defuncti, num. 68.

Infanti si fuerit hereditas relicta, solus pater, aut avus, in cujus potestate est adire debet, num. 69., & si fuerit infans mortuus ante acceptam hereditatem, ipsam solummodo ad patrem transmittit, num. 70.

Infante herede relicto, ejus patre non existente, solus tutor adibit, num. 71.

Infans etiamsi sui juris erit, solus pater ejus nomine adire poterit, num. 72.

Infans etiam emancipari potest, num. 73.

Pupillo herede relicto, cum patris consensu hereditatem adire debet; & eo recusante, solus pupillus adibit, & econtra, n. 74., & 75.

Patre non existente, cum tutoris auctoritate debet pupillus adire, num. 76.

Decretum Judicis non est necessarium, num. 77.

Sine tutoris auctoritate nequit pupillus hereditatem adire, etiam lucrosam, num. 78.. Fallit in proximo pubertati, num. 79.

Pupillus in acquirendo tutoris auctoritate non indiget, num. 80.. Fallit, num. 81., & seqq.

Tutor sine consensu pupilli nequit eidem hereditatem acquirere, num. 84.

Tutoris auctoritas necessaria est in restituenda hereditate, num. 85.

Hereditatis restitutio non est solutio, sed successio, ex qua obligatio oritur, num. 86.

Pupillus si plures tutores habebit, unius auctoritas sufficeret in adeunda hereditate, num. 87., & seqq.

Pupillus tutorem non habens, potest cum Judicis auctoritate hereditatem adire, num. 90. Declaratur num. 91., & Judice non existente solus pupillus poterit adire, dummodo periculum fuerit in mora, num. 92., & 93.

Minor patrem habens cum ejus auctoritate adire debet, num. 94. Patre non existente, si curatorem habebit, ejus auctoritas erit necessaria; alias solus adire poterit, & læsus restitutionem habebit, num. 95.

Judicis decretum non est necessarium, ubi curatoris auctoritas intervenit, num. 96.. Secus vero curatore non existente, num. 97.

In adimplenda conditione hereditati, vel legato adjecta, solus pupillus, aut minor sine tutoris, vel curatoris auctoritate efficere potest, num. 98.

1 HEreditatem adire nihil aliud est, *quam ire ad hereditatem, ipsamque consequi*, ut ait *Terentius in l. Delata 151. ff. de V. S.*
2 Et proprie competit heredi extraneo; nam respectu heredis sui non dicitur adire hereditatem, sed se immiscere bonis hereditariis, ut *instit. de hered. qualit., & differ. §. extraneis*. Hinc est, quod heredes alii sunt sui,
3 & necessarii; alii necessarii; alii extranei. Necessarii heredes sunt, qui hereditatem adire coguntur, ut servi heredes instituti a domino, quia velint, nolint, fiunt statim liberi & necessarii heredes post mortem testatoris, ut tradit Ulp. *in l. Sed & si 6. §. si servum ff. de hered. instit.*. Heredes sui, &
4 necessarii dicuntur, qui immediate proximiores sunt sub potestate testatoris tempore mortis, ut filii, qui immediate sunt sub potestate patris. Et dicitur filius heres suus, quia continuat patris hereditatem. Et quamquam vivente patre non sit realiter de ejus bonis dominus, nihilominus ecit dominus

in

in ſpe. Dicitur etiam heres neceſſarius, quia
5 velit, nolit, cogitur filius eſſe heres ex *l. XII.*
Tabularum. Jure prætorio tamen inſpecto, non
cogitur filius eſſe heres; ſed eidem permit-
titur ab hereditate abſtineri, ut notat Ulp.
in l. Ei qui 12. ff. de acquir. hered., vide
Verdem lib. 2. inſt. civ. num. 1995.
6 Extranei heredes vero ſunt, qui extra te-
ſtatoris poteſtatem exiſtunt. Hinc filius eman-
cipatus, quia ſub patris poteſtate non eſt,
heres extraneus appellatur; prout & extra-
neus heres erit filius reſpectu matris, quæ
filium ſub poteſtate non habet, *inſtit. de he-
red. qualit. & differ. §. ceteri.*
7 Heres igitur antequam hereditatem adeat,
tempus habet deliberandi, ſi velit, vel ne
adire; & erit annale, quod non alias, quam
a die ſcientiæ currit. Et ſi intra talem an-
num deceſſerit heres, reſiduum temporis ad
8 ſuum heredem remanebit; hac tamen diffe-
rentia inter heredem ſuum, & extraneum,
quod heres ſuus, ſive ſciverit, ſive ignora-
verit fuiſſe ſibi delatam hereditatem; tranſ-
9 mittit eam ad ſuam poſteritatem. Extraneus
vero non alias, quam quando ſciverit ſibi
delatam fuiſſe, per Textum Imp. Juſtiniani
in *l. Cum in antiquioribus 19. Cod. de jur.
deliber.*, ubi *Gloſ. notabiliter.*
10 Hanc tamen annalem deliberationem ſu-
pervacuam, & prorſus denegandam eſſe
exiſtimavit inde ipſemet Imp. Juſtin. in *l.
fin. §. & hæc quidem Cod. eodem.* Ait enim,
ſi heredi hoc deliberandi tempus conceditur
ad cognoſcendum, ſi, vel ne hereditas ſit
oneribus gravoſa, ad hoc, ſi debeat, vel
ne eam adire. Et econverſo hoc provideri
quidem poterit per inventarii confectionem,
quo mediante ſine damno ab hereditate di-
ſcedi poteſt, fruſtra propterea erit locus
deliberationi relinquendus. Verum tamen
idem Imp. *Juſtin.* majori conſideratione
motus, annalem deliberationem firmam re-
11 manere ſtatuit; & ulterius decrevit, poſſe
hoc deliberandi tempus ab homine ſtatui;
quando ſcilicet heres hoc petierit, aut ex
vana formidine, aut ex callida machinatione.
12 Et tunc aut petitur a Principe, & concedi-
tur tempus annale; aut a Judice inferiore,
& erit novem menſium, & ſemel datum
amplius non conceditur. Verba Textus pro
lectoris commodo hic ponenda curavimus:
*Et hæc quidem de iis ſancimus, qui delibe-
rationem nullam petendam eſſe curaverint;
quam putamus quidem penitus poſt hanc le-
gem eſſe ſupervacuam, & debere ei derogari.
Cum enim liceat eis & adire hereditatem,
& ſine damno ab ea diſcedere ex præſentis
legis auctoritate, quis locus deliberationi
relinquitur. Sed quia quidem, vel vana for-
midine, vel callida machinatione pro delibe-
rando nobis ſupplicandum neceſſarium eſſe
exiſtimant, quatenus eis liceat, annale tem-
pus tergiverſari, & hereditatem inſpicere, &
alias contra eam machinationes excogitare,
& eamdem deliberationem flebilibus aſſertio-
nibus repetita prece ſæpius accipere. Ne
quis nos putaverit antiquitatis penitus eſſe
contemptores, indulgemus quidem eis petere
deliberationem vel a nobis, vel a noſtris ju-
dicibus; non tamen amplius ab Imperiali
quidem culmine uno anno, a noſtris vero Ju-
dicibus novem menſibus: ut neque ex Impe-
riali largitate aliud tempus eis indulgeatur,
ſed & ſi fuerit datum, pro nihilo habeatur,
ſemel enim, & non ſæpius eam peti conce-
dimus.*
13 Sed quæ ſit ratio, & utilitas impetrari
ab homine deliberandi tempus, cum a lege
ſit jam anni ſpatium conceſſum? Fruſtra
enim precibus impetratur, quod jure com-
muni permiſſum eſt, ut reſcripſit Imp Leo
ad Erythrium in *l. Unica Cod. de Theſaur.
lib. 10.* in illis verbis: *Ut ſuperfluum ſit, hoc
precibus poſtulare, quod jam lege permiſſum
eſt.* Ad quod reſpondet Oinotomus *lib. 2.
inſtit. civ. tit. 19. de heredum qualitate, &
differentia §. extraneis num. 9.*, impetrationem
hanc utilem heredi eſſe poſſe, quia quando
aliquid de tempore legali elapſum eſt, ha-
beret tunc majus deliberandi tempus. Et
etiam tempus legale currit a die ſcientiæ,
hereditatem eſſe delatam; & hoc tempus
a die conceſſionis tantum.
14 Non ſemper tamen novem menſium tem-
pus indiſtincte concedendum erit, ſed etiam
minus, quando Judici videbitur, ut tradit
Ulp in *l. 1. ubi ait prætor ff. de jur. delib.*, hac
tamen determinatione, ut non ſit minus
centum dierum, ex ſententia Pauli in *l. 2.
ff. eodem.*
15 Deliberatione facta, poteſt heres heredi-
tatem petere; eamque petendo, non tene-
tur exprimere, an ſit heres ex teſtamento,
vel ab inteſtato. Cum petitio hereditatis ſit
in rem, & ideo tamquam petitio univerſa-
lis, cauſa non expreſſa, admittitur; niſi ali-
ter Judici videretur, ut declaratio fiat, quo-
16 niam tunc poterit Judex actorem ad decla-
randum cogere, plene *Verde num. 2026.*, per
Tex. in *l. Si defenſor 10. §. illud ff. de in-
terrog. action.*
17 Petens igitur heres hereditatem, atque
heredem declarari, pro præambuli ſolemni-
tate inſtare debet, quod præambulum eſt
decretum legitimum, declarans aliquem eſſe
heredem defuncti, *De Franchis dec. 204. n. 1.*,
quam præambuli praxim late tradit *Ricciua
in prax. civ. tom. 1. p. 1. tit. 5. per tot.* Et
18 expeditur cum beneficio legis, & inventarii,
cum ſit inventarium legitima bonorum de-
ſcriptio pro tempore mortis defuncti ab
herede facta. Quod inventarium incipien-
dum erit intra 30. dies, & terminandum
intra alios 60. dies quoad bona præſentia,
& intra annum quoad bona abſentia, prout
ſtatuit Imp. Juſtin. in *l. fin. §. ſin autem Cod.*

de jur. delib. . Et tale tempus, secundum
19 æquiorem, communioremque sententiam
relatam a *Verde lib. 2. instit. civ. num.* 2040.
incipit currere a die aditæ hereditatis; quia
ante ejus aditionem non est heres, dum-
modo malitiose non distulerit adire, vide
Riccium loc. cit. cap. 2. num. 16.
20 Plures sunt inventarii effectus. Primus
est ut nequeat heres, pendente illius con-
fectione, a creditoribus, vel legatariis con-
veniri, *dict. l. fin. §. donec tamen*; exceptis
quatuor casibus, quos tradit *Verde n.* 2055.,
ubi videas.
21 Secundus effectus est, ut heres non te-
neatur de proprio pro creditoribus defuncti
satisfaciendis, sed tantum secundum vires
hereditarias, *dict. l. fin. §. cum igitur*, *& §.*
& si præfatam, *& §. sin vero*. Et adeo gra-
22 vis est hic inventarii effectus, ut etiamsi
heres pro debito defuncti obligetur proprio,
& principali nomine, & in solidum, & sub
quibusvis aliis clausulis, adhuc non tenetur
ultra vires hereditarias, nisi expressa, &
specialis renunciatio beneficii inventarii in-
terveniat cum obligatione satisfaciendi ultra
vires hereditarias, ut in S. C. expresse de-
cisum fuit sub die 16. Martii 1623., ut tradit
Sanfelicius dec. 212. *num.* 18. *tom.* 2., & no-
tat *Verde num.* 2062.
23 Tertius effectus est, ut possit detrahere
quartam ex legatis, *dict. l. fin. §. & si præfa-*
tam. Etenim non conficiens heres inventa-
24 rium privatur Falcidia, ex præscripto Imp.
Justin. *in auth. de heredib.*; *& falcid. § si vero.*
25 Sciendum etiam est, quod si heres ante-
quam adeat hereditatem, ipsam repudiat,
amplius eam quærere nequit. Et si semel
adivit, non habet amplius facultatem ejus
relinquendæ, per Tex. Impp. Dioclet., &
Maxim. *in l. Sicut major* 4. *Cod. de repud.*
26 *hered.*, Intelligas tamen respectu heredis
extranei. Nam quoad heredem suum, vo-
luit Imp. Justin. *in l. fin. Cod. eodem*, quod
si filius paternam hereditatem recusavit, pot-
erit inde intra triennium patere, ut adeat,
& audiendus erit, dummodo res alienatæ
27 non fuerint. Sed an per creditores, aut
etiam per substitutos, & coheredes talis alie-
natio sit intelligenda, vide *De Marinis lar.*
2. cap. 96. num. 5., ubi ad solos creditores
extendit, & rejicit contrarium tenentes. Si
vero de materna ageretur hereditate, &
28 eam filius recusavit, & tum quæstio est,
nam duo Textus invicem certare videntur.
Hinc J. C. *in l. filii* 6. *ff. ad Tertyll.* vo-
luit posse filium, qui maternam hereditatem
recusavit, intra annum se pœnitere, & ad
eam admitti. Econtra Imp. Gordianus in
29 *l. Cum ignorantia* 2. *Cod. de juri*, *& fact.*
ignor. præscripsit, non esse talem filium ad
prædictam pœnitentiam admittendum. Verum
Glos. in utraque lege varias ostendit solu-
30 tiones. Prima est, quod si filius non recu-
savit in totum, sed dixit nolle adire, quasi
ad tempus velit esse in suspenso, & pro-
cedit *l. Filii*. Si autem recusavit eo modo
ut in perpetuum eam non habeat; & pro-
cedit *l. Cum ignorantia*; & hæc solutio pla-
cuit Riccio *in prax. civ. tom.* 1. *p.* 1. *lit. S.*
31 *cap.* 6. *num.* 11.. Secunda solutio est, quod
l. Filii, procedit in casu, quo filius venit
intra annum, *& l. Cum ignorantia* procedit
in casu, quo venit post annum. Tertia so-
32 lutio est, quod *l. Filii* procedit in casu,
quo alius non adivit, *& l. Cum ignorantia*
in casu, dum alius jam accepit.
33 Mihi tamen secunda solutio magis arridet,
tamquam juri, & rationi aliis conformior;
quod ut notum faciam, lectoris benevolen-
tiam attentioni magnopere commendo. J. C.
igitur in *dict. l. Filii* usque ad annum filium
pœnitentem admittit, ex eo potissimum,
quod possessio bonorum filii annalis est.
Proindeque si citra annum venerit filius,
erit excludendus. Qui autem attente dispo-
sitionem Imp. Gordiani *in dict. l. Cum igno-*
rantia expenderit, quidem observabit, nullo
modo textui J. C. adversari. Etenim Im-
perator non denegat expresse, & simplici-
ter filio pœnitentiam, sed tunc quando tar-
de venerit, sub illis verbis, *sera prece sub-*
veniri tibi desideras. Igitur si non sera pre-
ce, idest tarde, & citra tempus se pœnite-
bit filius, erit certe subveniendus; quasi quod
dicere voluit Imperator, quod quia sera
prece, idest ultra tempus, seu annum veni-
sti, ideo tibi subvenire non possum.
34 Non assentior primæ solutioni, quia jam
supponit, *dictam l. Filii* non intelligi de
vera recusatione hereditatis, sed quod quasi
ad tempus filius voluit esse in suspenso. Et
hæc suppositio vana equidem est, quia *d. l.*
Filii loquitur de vera recusatione heredita-
tis a filio factæ; & patet primo ex illis
verbis; *filius, qui se nolle adire heredita-*
tem matris dixerit, an potest, mutata volun-
tate, adire; quæ verba clare demonstrant,
quod quia filius adire noluit, & dixit nolle
adire, jam recusavit, & se abstinuit ab he-
reditate; & ideo subdit Textus, *an potest,*
mutata voluntate, adire. Etenim si non se
abstinuit, non erat necesse mutare volunta-
tem, sed declarare quæ in suspenso erant,
Et etiam patet ex illis verbis Textus; *pœ-*
nitentia ductus usque ad annum admittenda
est, ergo si se pœnitet, consequenter antea
se abstinuit ab hereditate. Circa vero quæ-
stionem, si quis dixerit, *nolo adire heredi-*
tatem, an statim repudiare videatur, vide
late apud *Manticam de conject. ult. vol. lib.* 12.
tit. 14. *num.* 3., *& seqq.*
25 Neque placet tertia solutio, quia dispo-
sitio *l. Filii* non est fundata, quia hereditas
non fuit ab alio adita, sed ob proprium,
& singulare privilegium filii, cum annalis
sit ejus bonorum possessio. Et pariter Text.
in

in *l. Cum ignorantia*, non ostendit, quod hereditas fuit ab alio occupata, ut legenti clare patet. Ceterum quis dicit, excludi filium pænitentem intra annum a materna hereditate recusata, quoties alius agnatus, aut cognatus adierit? Etenim si filius, recusata paterna hereditate, intra triennium petit se pænitere, & recuperare bonorum possessionem, etiamsi per substitutos, & coheredes occupata fuerint bona, atque per ipsos distracta, ut resolvit *De Marinis var. 2. cap. 96. num. 5.*, ita & pariter idem dicendum erit respectu maternæ hereditatis.

36 Quibus omnibus pro præsentis tractatus declaratione expletis, superest, ut expendamus, an prædicta omnia locum etiam habeant contra pupillos, & minores. Et dicimus, quod si pupillus, aut minor delatam sibi hereditatem non adierit, in integrum restitui poterit, per Rescriptum Imp. Gor-
37 diani in *l. 1. Cod. si ut omiss. hered.*, quamvis deliberandi tempus fuerit decursum, ut tradit *Verde lib. 1. inst. civ. num. 661.*, & respectu infantis, si intra annum deliberandi
38 ipse decesserit, residuum temporis ad illius heredem transire statuit Imp. Justinian. in *l. Cum in antiquioribus Cod. de jur. deliber.*

39 Quæstio tamen est, si infans post annum ad deliberandum concessum decedit, absque eo quod hereditatem sibi relictam non adierit, an ejus heredes ipsius infantis nomine possint restitui ad talem hereditatem adeundam? Et dicendum videtur, patrem jure specialissimo ad talem hereditatem admitti debere: nam ipse jure patrio omnia infanti delata, quasi eidem quæsita capere potest.

40 Patre vero non existente, nequaquam ad ceteros infantis heredes restitutionis beneficium ad talem hereditatem adeundam conceditur, benevero ad conjunctiores prioris defuncti revertitur, sicque ad eos, qui vocabantur, si hereditas infanti prædicto jam delata non fuisset, prout rescripsisse videntur Imp. Theod., & Valent. in *l. Si infanti 18. Cod. eodem*, & plene tradit *Verde lib. 2. instit. civ. num. 2072. ver. 13. de herede infante*, ubi post *Cancerium var. 3. cap. 2. num. 71.*, & alios firmat, quod sicuti heredes infantis non habent restitutionem in integrum ad petendam hereditatem infanti non relictam, ita pariter & ei non delatam.

41 Verum contraria opinio communior, & verior est contra *Verdem*, qui nonnullorum opinionem inconsulto sequendo firmare voluit, denegans restitutionis beneficium heredi infantis adversus hereditatem ei delatam, & non aditam. Etenim *dict. l. Si infanti* non denegat heredi infantis restitutionem ad dictam hereditatem adeundam, benevero habito respectu ad jus commune, firmat, quod quia hereditas non fuit agnita, ideo erit sicuti ab initio non fuisset delata. Placent sane quæ adducit *Romanus consil. 58. num. 4.* sequentibus verbis: *Communis tamen omnium sententia, cui adhærere debemus, est saltem restitutionis beneficium in heredem transmitti per Text. in dict. l. qui duos, & per Text. in dict. l. Pomponius. Nec obstat litera in d. l. Si infanti, dum dicit omnes hereditates ad eum devolutas, & non agnitas, ita intelligi, quasi ab initio non essent ad eum delatæ, quia illud verum est habito respectu ad jus commune, non autem ad beneficium restitutionis in integrum competens adversus aditionem omissam, verba enim legis generaliter loquentia in dubio jus commune, non autem speciale beneficium institutionis considerare videtur.*

42 Et revera infans eo ipso, quo sine aditione decedit, dicitur læsus; sicque transmittit restitutionis beneficium ad suos heredes, cum hoc privilegium sit transmissibile, ex sententia Ulpiani in *l. Non solum ff. de restit. in integr.*, & in *l. Minor autem §. fin. ff. de minor.* Hinc quamquam infans here-
43 ditatem utpote non aditam haud transmittat, ex regula, quod hereditas non adita non transmittatur, *l. Unica §. in novissimo Cod. de caduc. tollen.*; pariterque quia infans nescit se fuisse heredem, nequit propterea hereditatem, quam nesciebat, transmittere, prout & deliberandi jus. Nihilominus tamen hereditatis infantis restitutionis beneficium, tamquam transmissibile competere potest, ut omnium primus consuluit Bartolus *cons. 178.*, quem sequuntur *Alex. cons. 86. num. 2. lib. 3.*, aliique apud *Gratianum cap. 820. n. 20., & seqq.*, etiam vigore clausulæ generalis *si qua mihi justa causa*, ut *Oddus de restit. in integr. quæst. 50. num. 74. ver. in contrarium*, aliique apud *Altimarum de nullit. contr. tom. 6. rub. 2. q. 3. num. 542. ver. Et hereditas extranei.*

44 Quæ procedunt adhuc respectu minoris absque aditione decedentis, quoniam ejus heres restitutionis beneficium pariter habebit, ut communiter tradunt *Gomesius var. 2. cap. 9. num. 33.*, *Surdus dec. 138. num. 10.*, *Gratianus num. 24.*, aliique apud *Altimarum ver. limita etiam.*

45 Intelligas tamen procedere respectu infantis, aut minoris extraneam hereditatem non agnoscentis; non autem respectu sui heredis paternam hereditatem non agnoscentis; cum talis sit suitatis potentia, ut transmittatur per filium patris hereditas non adita ad quoscumque heredes, etiam extraneos, per Rescriptum Impp. Dioclet., & Maxim. in *l. Apud hostes 8. Cod. de suis, & legit.*, & Imp. Gordiani in *l. Si fratris 3. Cod. de jur. deliber.*, *Gomesius num. 19. ver. octavo infero*; *Paschalis de patr. pot. p. 4. cap. 1. n. 39.*, *Hersanus de pupillis cap. 4. q. 3. num. 3., & seqq.*, & eo fortius dicas quoad matrem, *Bersanus q. 4. per totam.*

46 Quod tamen suitatis beneficium, seu prærogativa consideratur tantum respectu filii in

in patris potestate existentis, non autem
emancipati, ut tradunt *Costa de restit. in
integr. dist. 76. num.* 8., *De Luca ad Franchis
dec.* 282. *num.* 2., quoniam filius emancipa-
tus paternam hereditatem non agnoscens,
ipsam ad heredes suos non transmittit, sed
ad proximiores defuncti patris devolvitur,
dict. l. Fratris, in fine; & quamquam per Tex.
Imp. Justiniani *in l. Meminimus ver. cum igi-
tur, Cod. de legit. heredib.* sublata sit differen-
47 tia patriæ potestatis, & emancipationis,
attameo quoad effectum supradictum reman-
sit differentia, ut plene tradit *Gomesius n.*
24., *Verde lib. 2. instit. civ. tit.* 19. *de petit.
hered. num.* 2074. *in rubr. de transmissionibus,
ver. Id operatur.* Hinc est, quod aut filius
sit in potestate, & absque agnitione dece-
dit, & suus heres habebit beneficium trans-
missionis virtute suitatis. Si tamen erit eman-
cipatus, & tunc sicuti quilibet extraneus
succurrendus erit beneficio restitutionis.
48 Restituitur pariter minor adversus heredi-
tatem aditam inconsulto, scilicet sine inven-
tario. Etenim agnoscens heres hereditatem,
sibi delatam absque beneficio inventarii, te-
netur creditoribus hereditariis ultra vires he-
reditatis, ut diximus *num.* 21. Et minori
talis deficientia non nocet, cum adversus
ipsam restitui possit, ut tradit *Gizzius ad
Capyc. Latr. dec.* 129. *num.* 12., aliique apud
Altimarem de nullit. contr. tom. 6. *rubr.* 2. *q.*
1. *sect.* 1. *num.* 547. *ver. minori competit, & ver.*
49 *hic restitutio*. Etenim adversus minorem
non præsumitur dolus, aut malitia, ut ad
inventarium conficiendum non restituatur,
Altimari ver. & minor restituitur.
50 Quæ restitutio conceditur etiam contra
alium minorem, aut Ecclesiam, *Hodiern. ad
Surdum dec.* 30. *num.* 7., aliique apud *Alti-
marem ver. & restituitur.*
51 Et restituto minore, ut cum inventarii
beneficio adeat, poterit iterum restitui, ut
nullo modo sit heres, *Surdus de alim. tit.*
9 *q.* 26. *num.* 92. Etenim interest pupillo,
52 aut minori litibus non vexari; sicque eidem
conceditur restitutio, non solum, ubi illius
patrimonium diminuitur, sed etiam ad evi-
tandas lites cum creditoribus hereditariis,
ex sententia *Ulp. in l. Minoribus* 6. *ff. de
minorib.*
53 Et cum petat minor adire hereditatem
cum beneficio inventarii, omnes creditores
citandi erunt ad restitutioni opponendum;
alias nulla erit restitutio, *Oddus de restit. q.*
62. *art.* 5. *num.* 61.
54 Pupillus igitur, aut minor, qui damno-
sam adivit hereditatem cum tutoris auctori-
tate, adversus eamdem poterit in integrum
restitui. Et si tutoris auctoritas non inter-
cessit, quia nulla tunc erit hereditatis adi-
55 tio, merito erit ipso jure tutus adversus
onera hereditaria, & absque ullo restitutio-
nis beneficio poterit ab hereditate abstinere,
vel ipsam repudiare, *Bersanus de pupillis
cap.* 4. *q.* 2. *num.* 26., ubi reprobat *Oddum q.* 62.
56 *num.* 41. tenentem, non esse necessariam
restitutionem, etiamsi pupillus tutore aucto-
re adiverit.
57 Et si per pupillum post aditam heredita-
tem tutore auctore fuerunt bona fide per-
actæ nonnullæ alienationes, nequaquam a
futuro herede, aut a creditoribus heredita-
riis retractari poterunt, atque emptor se-
curus erit, nec molestari poterit, etiamsi
pupillus non solvendo extiterit, *l. Quoties* 44.
ff. de acquir. hered. Etenim erat tunc verus
58 heres, & poterat pro herede se gerere.
Et quamquam abstinendo desinat esse heres,
non tamen desinit esse ab initio, sed ex
tunc; quia actus abstensionis non retrotrahi-
tur, plene *Bersanus num.* 28. Si vero
mala fide fecerit pupillus alienationes, &
59 tum per futurum heredem, aut defuncti
creditores, per quos fuit hereditas depre-
hensa, retractari illæ poterunt, *l. Pupillus
ff. quæ in fraud. credit.*, *Bersanus num.* 29.,
& si maluerit convenire pupillum ad pretii
60 restitutionem, tunc ipsemet tenetur, qua-
tenus solvendo existat, atque ex pretio fa-
ctus fuit locupletior, *l. Quoties ff. de acquir.
hered.*, *Bersanus num.* 30.
61 Prædicti tamen creditores intelliguntur de
personalibus actionem solummodo persona-
lem adversus defunctum habentibus. Respe-
ctu vero habentium actionem hypothecariam,
poterunt ipsi bona hereditaria obligata pro-
sequi; cum actio realis possessorem sequa-
tur, *l. Pignoris ff. de pignor.*, *Bersanus n.* 31.
62 Idem dicas pro solutionibus a pupillo re-
ceptis, quia si debitores hereditarii dicto
pupillo solverint antequam ab hereditate se
abstineret, non poterunt exinde a futuro
herede inquietari; neque a creditoribus,
quibus erant obligata nomina debitorum de-
functi, quoniam dicuntur liberati per solu-
tionem bona fide pupillo factam, *l. Filius*
90. *ff. de solut.*, *Bersan. num.* 33.
63 Restitutionem ad hereditatem adeundam
competit etiam minori adversus hereditatem
sibi delatam, & repudiatam, ex sententia
Pomponii in l. Et si sine 8. §. *restitutus ff. de
minor.* Intra tamen quadriennium post ma-
64 jorem ætatem; prout etiam quando aditam
hereditatem repudiare velit, *Jovius de so-
lemnit. in contr. minor. Glos.* 15. §. 3. *num.* 4.,
aliique apud *Altimarem de nullit. contr. tom.*
6. *rubr.* 2. *q.* 1. *sect.* 1. *num.* 547. *ver. minor factus.*
65 Intelligas tamen respectu heredis extranei.
Nam quoad heredem suum, sciendum est,
quod si filius a paterna hereditate se absti-
nuit, quamquam regula sit, quod semel re-
pudiata hereditate, amplius adiri nequit: ni-
hilominus tamen fallit in filio respectu he-
reditatis paternæ, qui filius quantumvis ma-
jor, si ab hereditate patris se abstinuit, pot-
est intra triennium se pœnitere, & heredi-
ta-

tatem recuperare; qui filius si fuerit minor, triennium currere incipit a die elapsi quadriennii, quod post factum majorem ad se restituendum concessum est, ex Rescripto Imp. Justiniani in *l. fin. Cod. de repud. hered. De Marinis var. 2. cap. 96. num. 5.*, *Riccius in prax. civ. tom. 1. p. 1. tit. 5. cap. 6. num. 10.*

66 Quæstio tamen est, si restitutionem minor habebit adversus non aditam, aut repudiatam hereditatem in casu, quo res non erit integra, ut si fuerit hereditas ab alio occupata? vide *cap. 6. num.*

67 Dum autem pupillus hereditatem sibi delatam adire vult, an Judicis decretum, & tutoris auctoritas sit necessaria? Et quoad pupillum heredem suum sciendum est, posse ipsum patris hereditatem jure suitatis absque ulla solemnitate accipere, ut firmat *Verde lib. 2. instit. civ. tit. 19. num. 2072. in rubr. de herede infante, ver. 11. certum est*; etenim
68 tradit J. C. *in l. In suis 11. ff. de liber., & posthum.*, heredem suum, nempe filium dici continuare dominium in bonis patris, taliter ut nulla hereditas videatur fuisse, quia adhuc patre vivo, dominus existimabatur. Et post mortem patris, non videtur percipere hereditatem, sed magis bonorum liberam administrationem consequi.

69 Si vero alicui infanti in patris, avique potestate existenti hereditas aliqua fuerit relicta, & tunc solus pater, aut avus, in cujus potestate infans erit, ipsius nomine adibit, atque bonorum possessionem petet, per Rescriptum Impp. Theodos., & Valent. in *l. Si infanti 18. Cod. de jure delib.*, *Virgilius de legitim. pers. pupil. cap. 1. num. 64.*, *Buro-*
70 *nius de effect. minor. ætat. circa contr. effect. 13. num. 5.*. Et si fuerit mortuus infans ante acceptam hereditatem, ipsam solummodo ad patrem ex speciali privilegio transmittit; non vero ad alium heredem, *Virgil.*, *& Buronius loc. cit.*

71 Sed si pater non adesset, & tunc tutor infantis nomine hereditatem ei quæsitam, sive vivo patre, sive post ejus mortem adire poterit, *dict. l. Si infanti, §. sed si hoc, ver. parente*, *Baronius num. 6.*, *Jovius Glos. 15. §. 9. num. 11.*, *Simoncellus de decret. lib. 2. tit. 6. num. 53.*, *Altimari de nullit. contr. tom. 6. rubr. 2. q. 1. sect. 1. num. 546. ver. tutor solus.*

72 Et in casu, quo pater existit, etiamsi infans sui juris esset, poterit adhuc ipsius nomine hereditatem adire, & acquirere, *d. l. Si infanti §. ea vero*. Sed quomodo potest Infans esse sui juris, dum quando emanci-
73 patur, consensu caret? Verum est, quod quamquam infans ex defectu consensus emancipari nequeat, fallit hoc tamen mediante Rescripto Principis, ut possit Judex competens, patribus præsentibus, emancipationis decretum interponere, per Tex. Imp. Anastasii *in l. Jubemus 5. Cod. de emancip. liber.*, & refert *Glos. in dict. l. Si infanti §. fin. lit. l.*

74 Quoad majorem Infantia, & sic de persona pupilli dicimus, quod si ejus patre vivente fuit sibi hereditas relicta, & nequit solus pater eam adire, sed ipsemet pupillus cum patris consensu, per sententiam Ulp. *in l. Mare ff. de acquir. hered.*, & rescripserunt Impp. Theod., & Valent. *in d. l. Si infanti 18. §. si autem Cod. de jur. deliber.*, *Baronius effect. 15. circa contract. n. 9.*,
75 ubi subdit, quod si pater nolit consentire filio adeunti, poterit tunc filius, si doli fuerit capax, sine patre adire; & econverso filio negante, solus pater adibit.

76 Patre vero non existente, vel si sui juris pupillus foret, tunc tutoris auctoritas erit necessaria, ex sententia Pauli *in l. Pupillus 9. ff. de acquir. hered.*, *dict. l. Si infanti §. si autem*, *Baronius num. 10.*, *Bersanus de pupill. cap. 4. q. 2. num. 1.*. Judicis tamen auctoritas nequaquam necessaria erit, *l. Obligari*
77 *§. pupillus ff. de auctor. tutor.*, *l. potuit Cod. de jur. delib.*, *Simoncellus de decret. lib. 2. tit. 6. num. 53.*

78 Et tutoris auctoritate non interveniente, nulla erit aditio per pupillum facta, *Baronius num. 10.*, *Jovius Glos. 15. §. 9 num. 1.*, etiamsi lucrosa fuerit, ut tradit *Cajus in l. Obligari 9. ff. de auctor. tut.*, *Bersanus de pupillis cap. 4. q. 2. num. 5.*, nisi tamen talis pupillus fuerit pubertati proximus, quoniam
79 tunc absque tutoris auctoritate lucrosam hereditatem adire poterit, *Tuscht. lit. M. concl. 252. num. 28.*, *Altimari dict. num. 546. ver. si vero*.

80 Et quamquam pupillus quoad acquirendum tutoris auctoritate non indiget, ex sententia *Marcelli in l. Pupillus 11. ff. de acquir.*
81 *rer. dom.*: secus tamen erit in hereditate adeunda, ut firmat ibidem *Glosa*. Etenim pupillus adeundo, dicitur quasi contrahere cum omnibus creditoribus hereditariis, & obligatur æri alieno, & oneratur legatis, fideicommissis, ceterisque oneribus, ut notat Ulp. *in l. Mora 8. ff. de acquir. hered.*, *Glos. in §. neque, instit. de auct. tutor.*, ubi subdit etiam, non valere objectionem, quod cessante causa timoris onerositatis, poterit
82 quidem solus pupillus adire, quoniam raro accidit, hereditatem haud onerosam fore, & jura ad ea, quæ frequentius accidunt, adaptantur, ex sententia Celsi *in l. Nam ad ea ff. de legib.*

83 Et adeo certa est conclusio, ut nequeat pupillus sine tutoris auctoritate hereditatem adire, quod eam communiter sequuti sunt Doctores omnes, ut refert *Altimari de nullit. contr. tom. 6. rubr. 2. q. 1. sect. 1. num. 546.*

84 Hinc sicuti pupillus sine tutoris auctoritate adire nequit, ita neque tutor sine pupilli consensu, per Rescriptum Impp. Valerian., & Galien. *in l. Potuit 5. Cod. de jur. deliber.*, *Buronius num. 10.*, *Montan. de tutel. cap. 30. num. 120.*, *Jovius Glos. 15. § 9. n. 9.*, Ber-

Bersanus num. 7. Eapropter si tutor solus adivit, nequit dici pupillo quaesita hereditas, quia aditionis actus in mera adeuntis voluntate consistit, *Bersanus num. 8.*

85 Et non solum pro hereditate adeunda, sed etiam quando pupillo erit hereditas restituenda, necessaria erit tutoris auctoritas; quemadmodum necessaria adhuc erit, quando ipsemet pupillus foret gravatus restituere hereditatem, ut docet Ulp. in *l. Restituta* 37. §. *pupillus ff. ad S. C. Trebell.*, & *Metianus in l. Servo* 65. §. *si pupillo ff. eodem*,

86 *Altimari ver. sic pupillus.* Etenim hereditatis restitutio non est solutio, sed successio, ex qua obligatio creditoribus hereditariis oritur, ut tradit *Paulus in l. Nam enim ff. eodem.*

87 Et si plures tutores pupillus haberet, auctoritas unius sufficeret in adeunda hereditate, *Pomponius in l. Et si pluribus 4. ff. de auctor. tutor., l. Pupillus 49. ff. de acquir. hered., Altimari num. 547. ver. in adeunda, Bersanus de pupillis cap. 4. q. 2. num. 18.* Et

88 si duo erant tutores, & unus administrabat, alter non; atque pupillus hereditatem adivit cum auctoritate illius tutoris, qui non administrabat, & tunc pariter valida erit aditio, & erit pupillus hereditati obligatus, ut tradit *Aphricanus in l. Pupillum 49. ff.*

89 *de acquir. hered.*, nisi tali tutori interdicta fuerit administratio, ut explicat ibidem *Glosa*.

90 Quid autem dicendum in casu, quo tutorem pupillus non habebit? Et tunc cum sola Judicis auctoritate poterit pupillus hereditatem adire, quemadmodum rescripserunt Impp. Theod., & Valent. *in l. Si infanti § fin. Cod. de jur. deliber.*, *Baronius effect. 13. circa contract. num. 15.*, *Bersanus*

91 *num. 2.*. Qui tamen Judex eum impuberem esse, ac tutore carere scire debebit, ut statuerunt Impp. Constant., & Maxim. *in l. Banorum 7. Cod. qui admitt. ad bonor. possess.*

92 Immo tradit *Romanus in l. De pupillo ff. de nov. oper. nunciat.*, quod si neque Judex adesset, poterit tunc solus pupillus adire,

93 quod verum sentit tamen *Baronius num. 16., & 17.*, quem laudat *Altimari num. 546. ver. sed si pupillus*, quoties periculum fuerit in mora, alias non.

94 Quoad personam vero puberis, seu minoris dicimus, quod si patrem haberet, & cum ejus auctoritate adire poterit. Ipso non existente, & curator adesset, & istius auctoritas erit necessaria; curatore etiam deficiente, poterit solus adire, *Baronius n. 28., & seqq.*, *Altimari ver. pubes aut habet.* Lae-

95 sus vero restitutionem habebit. Cum possit post aditionem ab hereditate se abstinere vel repudiare, quamvis factus major exegisset a debitoribus hereditariis, *Baronius n. 34.*

96 Et in casu, quo curatoris auctoritas intercessit, non erit necessarium Judicis decretum; quoniam in jure sola curatoris auctoritas statuta videtur *in l. Cum quidem Cod. de adm. tut.*, *Simoncellus de decret. lib. 2.*

97 *tit. 6. num. 54.*. Deficiente vero curatore, Judicis decretum necessarium erit, *Simoncellus loc. cit.*

98 Et tandem nota, quod quando agitur de adimplenda conditione hereditati, aut legato adjecta, poterit eam pupillus absque tutoris auctoritate, atque minor sine curatore adimplere, ex sententia J. C. *in l. Conditionibus 5. ff. de condit., & demonstrat.*. Etenim adimplendo pupillus, aut minor conditionem, non dicitur adire hereditatem, sed puram reddere institutionem, quae antea conditionalis erat, *Mautan. de tutel. cap. 13a. num. 168.*, *Bersanus de pupillis cap. 1. q. 2. num. 23.*, *Altimari num. 547. ver. verum in conditione*,

CAP. XXXI.

De hereditatis repudiatione.

SUMMARIUM.

Repudiatio quid, num. 1.
Nullum majus testimonium, quam verborum inspecta qualitas, num. 2.
Si quis dixerit, nolo adire hereditatem, an videatur statim repudiare? num. 3.
Repudiatio re, & verbis fieri potest, n. 4., & 5.
Repudiatio de hereditate defuncti esse debet, num. 6.
Differentia inter repudiare hereditatem, & abstinere ab hereditate, num. 7.
Repudiatio dupliciter accidere potest, num. 8.
Hereditas non adita an per pupillum repudiari possit, num. 9., & seqq.
Tutor sine pupilli consensu, aut infantis nequit hereditatem repudiare, num. 12.
Pluribus tutoribus extantibus unius auctoritas sufficit, num. 13.
Minor an possit repudiare hereditatem, & legatum, num. 14., & 15.
Minor si hereditatem lucrosam repudiavit, etiam cum tutoris auctoritate restitui potest, num. 16.
Pupillus onerosam agnoscens hereditatem sui patris potest ab ea se abstinere absque restitu-

stitutione. *Pubes vero debet restitutionem petere*, *num.* 17., & 18.

Minor adversus quamlibet aditam successionem minus lucrosam restitui potest, *num.* 19.

In pupilli, *vel minoris electione erit restitutionem petere*, *aut contra tutorem agere*, *n.* 20.

Restitutio intra quadriennium post majorem ætatem peti debet, *num.* 21.

Pupillus, *aut minor factus major si credita hereditaria exegit*, *non censetur ratificata aditio*, *num.* 22., & 23.

Minor etiamsi cum inventario hereditatem adivit semper restituitur, *num.* 24.

Minor si hereditatem damnosam repudiavit, *potest restitui ad illam adeundam*, & *iterum ad ipsam repudiandam*, *num.* 25.

Minor an restituatur adversus repudiatam hereditatem, *si res non erit integra*, *num.* 26.

Pupillus, *aut minor restitutus ad aditam hereditatem repudiandam*, *non tenetur reficere legata per ipsum soluta*, *nec retractare solutiones creditoribus factas*, *num.* 27.

Pupillus institutus heres cum onere fideicommissi nequit repudiare hereditatem sub prætexta, *quod foret damnosa*, *nisi fideicommissarius foret mortuus*, *num.* 28., & 29.

Pupillus, *aut minor restitutus adversus aditam hereditatem*, *omnia ipsi perventa restituere debet*, *num.* 30.

Restitutionis effectus est, *ut jus suum unicuique servetur*, *num.* 31., & 32.

Restitutio per sententiam a Judice minori concessa, *nulla mentione facta de repositione in primævum statum*, *habetur pro apposita*, *n.* 33. *Declaratur*, *num.* 34., & 35.

In contractu nullo locupletationis probatio ad minoris adversarium pertinet. *Spectat vero ad minorem in contractu beneficio restitutionis rescindendo*, *num.* 36.

Minor si petit restitui ad aditam hereditatem repudiandam, *non debet probare quod fuit læsus ob gravosam hereditatem*, *n.* 37., & *seqq.*

1 HEres quis relictus, & hereditatem non
desiderat, ipsam repudiare potest.
Cum repudiatio sit actus, per quem
quis non vult acquirere in iis, quæ pendent
a sola voluntate repudiantis, ut refert *Tu-*
2 *schi lit.* R. *concl.* 202. *num.* 1.. Hinc si quis
dixerit, *renuncio hereditati*, *vel repudio hereditatem*,
hereditas jam repudiata censetur;
cum nullum sit mentis nostræ majus testimonium,
quam verborum inspecta qualitas,
prout tradit *Celsus in l. Labeo* 7. §. *id tubero*
ff. de suppellect. leg.. Sed si quis dixerit,
nolo adire hereditatem an videatur statim
3 repudiare, vide *Manticam de conject. ultim.
volunt. lib.* 12. *tit.* 14. *num.* 3., & *seqq.*. Et
non tantum verbis, sed etiam re, aut alio
quovis voluntatis judicio repudiatio fieri pot-
4 est, ut docet *Paulus in l. Recusari ff. de
acquir.*, *vel omitten. hered.*; Et sicuti nuda
voluntate quis heres efficitur, ita contraria
destinatione statim ab hereditate repellitur,
§. *fin. ver. sicut autem*, *de hered. qualit.*, &
differ. Mantica num. 2.
6 Ut autem repudiatio valida sit, & repu-
dianti noceat, de defuncti hereditate esse
debet, nam de viventis bonis nulla nocet
facta repudiatio, sed post ejus mortem pot-
erit per ipsum repudiantem adire hereditatem,
ex sententia *Hermogeniani in l. Qui
superstitis* 93. *ff. de acquir.*, *vel omitt. hered.*
7 Hoc tamen repudiationis nomen heredi
extraneo competit; etiam respectu heredis
sui, nempe filii, non dicitur repudiare, sed
se abstinere ab hereditate, per Rescriptum
Imp. Antonini *in l.* 1., & 2. *Cod. de repud.*,
& *obstinen. hered.*
8 Repudiatio vero dupliciter accidere pot-
est, & ad hereditatem non adhuc aditam, sed
solum delatam, & ad hereditatem delatam,
& pariter aditam repudiandam. Et quicquid
de utroque casu respectu pupilli, & mino-
ris sit, modo breviter videamus. Et quoad
9 primum, dum nempe hereditas delata est,
& non adhuc adita, nequit per pupillum
repudiari sine tutoris auctoritate, & facta
repudiatio nihil eidem nocebit, per Rescri-
ptum Impp. Dioclet., & Maxim. *in l. Pu-
pillorum Cod. de repud. hered.*, & idem di-
10 cas de legato. Etenim cum repudiatio sit
species alienationis, merito nec hereditatem,
nec legatum repudiare pupillus potest sine
tutoris auctoritate, & Judicis decreto, per
11 sententiam Ulp. *in l. magis puta* §. *si pupil-
lus ver. fundum ff. de reb. cor.*, *Simancellus de
decret. lib.* 3. *tit.* 8. *num.* 63., *Bersanus de pu-
pillis cap.* 2. *q.* 16. *num.* 4., & *cap.* 4. *q.* 2. *n.*
12., & 20., *Altimari de nullit. contract. tom.*
6. *rub.* 2., & 3. *q.* 1. *sect.* 1. *num.* 547. *ver. nam
pupillus*, & *ver.* & *sicut*.
12 Et sicuti nequit pupillus sine tutoris au-
ctoritate hereditatem repudiare, ita neque
tutor sine pupilli consensu, per Tex. *Pauli*,
& *Glosam in l. Tutor* 8. *ff. de bonor. possess.*,
Bersanus de pupillis cap. 2. *q.* 16. *num.* 6.;
etiamsi de infante ageretur. Nam licet
possit solus pro infante adire, non tamen
potest solus repudiare; quoniam inter repu-
diare, & adire illud potissimum interest, quod
adeundo dicitur quærere, & repudiando di-
citur alienare, *Bersanus num.* 9., & *cap.* 4.
q. 2. *num.* 14., cum inde certum sit, tutorem
in re pupilli tunc domini loco haberi, quan-
do tutelam administrat, non quando pupil-
lum expoliat, per sententiam Juliani *in l.
Qui fundum* 7. *ff. pro emptore*.
13 Pro qua hereditate repudianda sufficiens
erit unius tutoris auctoritas, dum pupillus
plures tutores haberet, prout & de aditione
diximus *cap. præcedenti num.* 87., & in pun-
cto tradit, *Bersanus num.* 18.
14 Respectu vero minoris tradunt *Lara de
vita homin. cap.* 18. *num.* 61., *Capyc. Latr.
consult.* 119. *num.* 8, aliique apud *Altimarem*

de nullit. contr. tom. 6. rubr. 2. q. 1. ſect. 1. n.
547. ver. quod minor, quod etiam cum au-
ctoritate curatoris, & Judicis decreto debet
hereditatem, & legatum repudiare. Verum
15 *Tuſchi lit. M. concl. 249. num. 73.*, *Menochius*
de arbitrar. caſ. 171. num. 54., *Simoncellus de*
decretis lib. 3. tit. 8. num. 63., *& ſeqq.*, aliique
tenent, Judicis decretum nequaquam fore
neceſſarium. Et ſi hereditatem lucroſam
16 omiſit, & repudiavit etiam cum tutoris, aut
curatoris auctoritate, poterit adverſus eam
reſtitui, ut probat *Gomeſius var. 2. cap. 14.*
num. 4. ver. octavo.
17 Quoad repudiandam vero hereditatem de-
latam, atque aditam dicendum eſt, quod
pupillus oneroſam forſan agnoſcens heredi-
tatem patris ſui, ab eadem abſtineri poteſt,
etiamſi in ea ſe immiſcuit, abſque vi reſti-
tutionis in integrum. Quod ſecus erit re-
ſpectu minoris, qui dum ſe jam immiſcuit
in hereditate, per viam reſtitutionis in in-
tegrum ab ea abſtinere ſe debet, per ſen-
tentiam *Pomponii in l. Impuberibus 11. ff. de*
acquir. hered., *& Caji in l. Neceſſariis 57.*
ver. ſed impuberibus ff. eodem, ubi *Gloſ.* Et
quamquam *Oddus de reſtit. in integr. p. 2. q.*
62. num. 41. putavit, neque eſſe neceſſariam
18 pupillo reſtitutionem, etiamſi tutore auctore
adierit. Nihilominus tamen ipſum reprobat
Berſanus de pupillis cap. 4. q. 2. num. 26., *&*
ſeqq., quem cum aliis refert *Altimari de*
nullit. contr. tom. 6. rubr. 2. q. 1. ſect. 1. n. 547.,
ut nempe prædicta concluſio vera ſit, &
procedat, dum abſque tutoris auctoritate
pupillus hereditatem adivit, non autem ſi eo
auctore, nam tunc per viam reſtitutionis in
integrum ab adita hereditate abſtinere ſe
pupillus debebit.
19 Et non ſolum adverſus aditam heredita-
tem, ſed etiam adverſus bonorum poſſeſſio-
nem, aliamve ſucceſſionem poterit minor
in integrum reſtitui per ſententiam Ulp. in
in l. Ait prætor 7. § ſed & ſi ff. de minor.
20 In pupilli tamen, vel minoris electione
erit, aut petere dictam reſtitutionem, aut
contra tutorem; ex cujus facto hereditas
damnoſa adita fuit, agere, *Mareſcott. var. 2.*
cap. 98. num. 14., *Berſanus de pupill. cap. 1.*
q. 5. num. 1., aliique apud *Altimarem ver. pu-*
pillus electionem, *& ver. minor ſi adivit*.
21 Reſtitutionem vero intra quadriennium poſt
majorem ætatem petere pupillus, aut minor
debet, *Jovius de ſolemn. in contr. minor. Gl.*
15. § 3. num. 4., aliique apud *Altimarem ver.*
22 *minor factus*. Et non obſtat, quod per pu-
pillum, aut minorem majorem factum fue-
runt exacta credita, aut ſoluta hereditatis
debita, nam neque aditio ratificata cenſetur,
ut probat *Maſcardus de probat. concl. 1261.*
num. 54., *Menochius recuper. rem. 15. n. 126.*,
Altimari ver. pupillus, *& minor*; quoniam
23 inſpiciendum erit initium imperfectum adi-
tionis. Sicque ſemper infirma illa minoris
ætatis voluntas durare, & continuare dicitur,
ut Ulp. tradit in *l. Denique 3. § ſcio ff. de*
minor., plene *Verde lib. 1. inſtit. civ. n. 618.*,
& ſeqq., *Sorge in juriſprud. tom. 1. cap. 12.*
num. 8., & vide *cap. 6. num. 339.*, *& ſeqq.*,
& cap. 20.
24 Et reſtitutio conceditur tam ſi hereditas
fuerit adita cum inventario, quam ſine, *Al-*
timari ver. immo quamvis. Et dum heredi-
tatem tamquam damnoſam minor repudia-
vit, ſi revera non eſſet inde talis, poterit
25 reſtitui ad ipſam adeundam. Et poſtquam
ad aditionem fuit reſtitutus, poteſt iterum
reſtitutionem ad repudiandam petere, ex
ſententia *Pomponii in l. Et ſi ſine 8. § reſti-*
tutus ff. de minor., *De Luca ad Franchis dec.*
702. num. 8., aliique apud *Altimarem ver. pu-*
pillus qui repudiavit.
26 An vero reſtitutionem habebit minor ad-
verſus repudiatam hereditatem in caſu, quo
res non fuerit integra, ut ſi fuerit ab alio
occupata diximus alibi, ubi videas.
27 Et dum reſtituitur pupillus, aut minor ad
aditam hereditatem repudiandam, non te-
netur reficere legata per ipſum ſoluta, ne-
que ſolutiones per eumdem hereditariis cre-
ditoribus factas retractare, *Berſanus de pu-*
pillis cap 1. q. 16. num. 13., *& 14.*, *Altimari*
ver. pupillus reſtitutus.
28 Nequit tamen pupillus cum fideicommiſſi
onere inſtitutus heres repudiare hereditatem
ſub prætextu, quod eſſet damnoſa, quoniam
hoc non in damnum ſui, ſed fideicommiſ-
ſarii cedit, ex traditis per *Paulum in l. Sed*
cum 12., & per *Ulp. in l. Ille a quo 13. ff.*
ad S. C. Trebell., *Berſanus num. 18.*, *Alti-*
mari ver. pupillus inſtitutus. Poterit bene-
vero repudiare, ſeu reſtitui adverſus aditam
29 hereditatem, quoties fideicommiſſarius, cui
hereditas reſtitui deberet foret mortuus,
Berſanus num. 20., *Altimari ver. pupillus*
qui ſponte.
30 Ad hoc autem ut adverſus aditam here-
ditatem reſtitui poſſit minor, aut pupillus,
neceſſe eſt, ut omnia eidem ex hereditate
perventa reſtituere debeat, ex ſententia *Ulp.*
in l. Ait prætor § non ſolum ver. plane ff. de
minor., & ex Reſcripto Imp. Antonini *in l.*
1. Cod. de reputat. Gratianus cap. 720. n. 12.,
& 26., *Tuſchi lit. R. concl. 276. num. 8.* Et-
31 enim reſtitutionis effectus eſt, ut diximus
cap. 6 num. , ut unicuique jus ſuum con-
ſervetur, cum ſit reſtitutio fundata in æqui-
tate, & reciproca eſſe debeat, itaut reſtitui
debeant omnia tam active, quam paſſive,
quia ſi ex uno tantum latere reſpiceret,
iniquitatem ſaperet, ut tradit *Paulus in l.*
Quod ſi minor 25. § reſtitutio ff. de minorib.,
Gratianus num. 15. Sicque reponenda erunt
omnia ad priſtinum ſtatum, tam ſi ageretur
32 de contractu, quam de quaſi contractu, ut
eſt aditio hereditatis, *Gratianus num. 16.*
Et ſi in ſententia, quæ reſtitutionem minori
con-

33 concedit, nulla habita fuit mentio de repositione in primævum statum, pro expresso haberetur, quasi quod ex natura restitutionis subintelligatur, *Gratianus num.* 17.
34 Intelligas tamen prædicta in casu, quo minor ex acceptis effectus fuit locupletior, ut in *dict. l. Ait prætor §. non solum*, & *in l. Si prædium* 16. *Cod. de præd. minor.*, & ex aliis congestis per *Gratianum num.* 18., & 19., sed an hoc onus probandi locupletationem pupillo, aut minori competat, vide *cap.* 5. *num.* 30.. Breviter hic tamen repetimus cum
35 *Gratiano cap.* 720. *num.* 21., & *seqq.*, quod si simus in contractu nullo, & locupletationis probatio pertinet adversario minoris. In contractu vero beneficio restitutionis rescindendo per minorem, & tunc ipsemet minor debebit probare non fuisse pretium in sui utilitatem conversum. Etenim quilibet suæ intentionis fundamentum probare debet; sicque in primo casu, quia minor est reus,
36 & excipit de nullitate contractus, atque actor dicit, & replicat ipsum minorem effectum fuisse locupletiorem, idem actor probare debebit. Quoties autem minor petit restitui, & agit adversus contractum, & tunc ipsemet minor probationem efficiet, se effectum non fuisse locupletiorem, nec aliquid in suam utilitatem conversum, *Cancerius var.* 2. *cap.* 1. *num.* 170., *Sabellius §. actor num.* 17., & *§. nullitas num.* 13., *Cacheranus dec.* 172. *num.* 9., aliique apud *Altimarem de nullit. contr. tom.* 6. *rubr.* 2. *q.* 1. *sect.* 2. *num.* 550. *ver. sed vera.*
37 Sed an dum minor petit restitui ad aditam hereditatem repudiandam, probare debeat, quod severa sit læsus ob gravosam hereditatem? Quicquid alii dixerint, probata opinio est, quod etiamsi hereditas sit opulenta, & solvendo conceditur restitutio ad vexationes evitandas, ut tradunt *Surdus cons.* 95. *num.* 11., & *cons.* 305. *num.* 15., *Virgilius de legitim. pers. cap.* 4. *num.* 3., aliique apud *Altimarem num.* 547. *ver. minor potest*, *cum seqq.*, per sententiam Ulp. *in l. Mi-*
38 *noribus* 6. *ff. de minor.*. Multum enim interest, minorem non habere litem, ut testantur *Gratianus cap.* 767. *num.* 51., *De Franchis dec.* 439. *num.* 7.

C A P. XXXII.

Quæ res immobilium nomine veniant, & quæ mobilium.

S U M M A R I U M.

IMmobilia bona sunt, quæ sua natura moveri non possunt, num. 1.
Sortes censuum, & fructuum inter immobilia connumerantur, num. 2., *Declaratur, n.* 3., *& seqq.*
Pecunia ad prædiorum emptionem destinata, vel ad mercaturam, aliamve negotiationem inter immobilia connumeratur, num. 6.
Inter immobilia quæ connumerantur, n. 7., *& seq.*
Bona mobilia sunt, quæ de loco ad locum moventur, num. 19., *& etiam quæ pondere, numero, & mensura consistunt, num.* 20.
Dividuntur bona mobilia, num. 21.
Bona mobilia quæ servando servari non possunt, quæ sunt, num. 22., *& seqq.*
Bona mobilia, quæ servando servari non possunt, per tutorem sine decreto alienantur, num. 36.
Bonorum alienatione prohibita, bona mobilia non comprehenduntur, nisi aliter de testatoris voluntate constaret, num. 37.
Bona mobilia, quæ servando servari possunt, quæ sunt, num. 38.
In distractione bonorum mobilium, quæ servando servari possunt, necessariæ sunt solemnitates, num. 39.

1 QUia enim semper diximus, posse bona mobilia a minore alienari, non autem immobilia, ideo videndum oportet, quæ sint bona immobilia & quæ mobilia. Et quoad immobilia, regula generalis est, quod ipsorum nomine veniant, quæ sua natura moveri non possunt, ut fundus, domus &c. ut post alios tradit *Altimari de nullit. contr. tom.* 6. *rubr.* 2. *q.* 1. *sect.* 3. *num.* 214.
2 Sub hac tamen regula quamplura comprehenduntur bona, quæ quamvis immobilia non videantur, nihilominus pro talibus communiter reputantur, iisdemque legibus regulantur, ut sunt constitutiones, seu sortes censuum, fructuum, atque redituum, quos Colonus, emphyteuta, & quivis alius annuatim, aut etiam per menses præstare debet, *Altimari num.* 215., *Jovius de solemn. in contr. minor. Glos.* 16. §. 7. *num.* 98., *Olea de cess. jur. tit.* 2. *q.* 1. *num.* 78., *Simoncellus de decret. lib.* 3. *tit.* 8. *num.* 57., & 118., *Rota penes Salgadum labyr. credit. dec.* 16. *num.* 22., *De Marinis var.* 1. *cap.* 11. *num.* 6., *Bersanus de pupillis cap.* 2. *q.* 4. *num.* 18., & *q.* 11. *per totam*, *Antonellus de temp. legat. lib.* 2. *cap.* 41.
3 ubi contrarium firmat in casu, quo per paucum tempus, aut actione personali debeantur, & sequitur *Altimari num.* 218. *in fine*. Et pariter si præstentur ex re modico tem-

4 tempore duratura, ut tradit *Menochius de
arbitr. lib. 2. cent. 3. caf.* 233 *num.* 2.. Ex Ju-
5 dicis tamen arbitrio pendet, quando res,
ex qua annui redditus percipiuntur, modico
tempore perdurare dicatur, *Menochius n.* 3.
6 Pro immobilibus adhuc reputantur pecu-
niæ ad prædiorum emptionem destinatæ,
vel in mercatura, aliave negotiatione, aut
in banco repositæ, aut apud Montes. Item
arrendamenta, functiones fiscales, & similia,
ut notant *Altimari num.* 216 219., & 264.,
Simoncellus num. 118., *De Marinis var.* 1.
cap. 141. *num.* 19., *Bajardus ad Clarum* §. *fin.*
q. 78. *num.* 151., *Sabellius* §. *pecunia num.* 5.,
Salgadus labyr. credit. p. 2. *cap.* 25. *num.* 9.,
& *seqq.*, *Baronius de effect. min. ætat. circa
contr. effect.* 3. *num.* 135.. Immo etiam im-
mobilis dicitur pecunia magnæ quantitatis;
7 ut tradit *Gratianus cap.* 931. *num.* 11., quem
laudat *Altimari loc. cit. ver. sed pecunia.*
Ejusdem naturæ consideratur etiam jus pa-
8 scendi in alieno agro, aut territorio, ex eo
quia solo inhæret, *Altimari num.* 233., *Ti-
raquellus de retract. lignag.* §. 2. *Glof.* 5. *n.* 3.
9 Pariterque servitus super re aliena, *Ayllon
ad Gomesium var.* 2. *cap.* 14. *num.* 15., aliique
apud *Altimarem num.* 234.
10 Immobile etiam judicatur jus restitutionis
in integrum pro vindicanda re immobili,
Olea num. 3., *Mantica de tacit. lib.* 2. *tit.* 7.
num. 21., *Tuschi lit. A. concl.* 621., *num.* 12.,
aliique apud *Altimarem num.* 235.. Prout
11 etiam bona mobilia immobilibus cohæren-
tia tamquam immobilia censentur, ut de
Columbis, piscibus, munitionibus Castrorum,
& similibus tradunt *Tuschi lit. H. concl.* 101.,
Gratianus cap. 564. *num.* 8., *Altimari* post
12 alios *num.* 249., *ver. bona*, & *num.* 277., &
idem dicas de magna columna aliquo ædi-
ficio reposita, vel de statua, ut tradunt *Na-
podanus super consuet si quis emit num.* 26.
de jure congrui, *Afflictus de jure prothom.*
§. 2. *Glof. Sancimus num.* 14.
13 Horrea, & granaria, quamvis ex tabulis
confecta si moveri non possunt, ut pars
domus, inter immobilia connumerantur, ut
deducitur ex Jaboleni Textu in *l. Granaria*
19. *ff. de act. empt.*, & tradunt *Paelador. lib.*
1. *cap. fin. p.* 5. §. 3. *num.* 10., aliique apud
Altimarem num. 237., & *seqq.*, ubi idem
firmat de vase vinario, causa perpetui usus.
14 Pro re immobili judicatur etiam grex pe-
corum, ut tradunt *Molina de justit. tom.* 2.
disp. 265. *num.* 4., *Riccius in prax. dec.* 61.
num. 2., aliique apud *Altimarem num.* 239..
Item molendina in Terra cohærentia, &
15 solo affixa, *Gratianus cap.* 564. *num.* 36., *Tu-
schi lit. M. concl.* 303. *num.* 6., *Simoncellus de
decretis lib.* 3. *tit.* 8. *num.* 80., *Jovius Glof.* 22.
§. 18. *num.* 2., *Baronius eff.* 3. *circa contract.
num.* 264., *Berfanus de pupillis cap.* 2. *q.* 17.
num. 2., & 8.
16 Inter immobilia connumerantur fructus
pendentes, & a solo non separati, quia pars
fundi censentur, per sententiam Caj in *l.
fructus pendentes* 45. *ff. de reivindic.*, *Alti-
mari de nullit. contr. tom.* 6. *rubr.* 2. *q.* 1. *sect.* 1.
17 *num.* 276., & 280.. Etiam & merces, alia-
que ad vendendum destinata, ut tradunt
Menochius de arbitrar. cent. 2. *caf.* 171. *n.* 34.,
18 *Altimari num.* 282.. Et tandem jura, &
actiones, quæ ad res immobiles competunt,
Tuschi lit. M. concl. 252. *num.* 19., *Menochius
de præsumpt. lib.* 4. *præf.* 142. *num.* 16., *Go-
mesius var.* 2. *cap.* 10. *num.* 2., *Olea de ceff.
jur. tit.* 2. *q.* 1. *num.* 11., *Berfanus de pupillis
cap.* 2. *q.* 28. *num.* 5., & 6., *Altimari n.* 222.
19 Mobilia autem bona ea sunt, quæ de
loco ad locum moveri apta sunt, ut expo-
nit Celsus in *l. Moventium* 93. *ff. de V. S.*, &
tradunt *Sabellius tom.* 4. *resol.* 10. *num.* 30.,
Mantica de conject. lib. 9. *tit.* 3. *num.* 1., *Mer-
linus de pignor. lib.* 2. *q.* 49. *num.* 2., aliique
apud *Altimarem num.* 245., & 260.. Hinc
20 recte ait *Plotus in l. Si quando* §. 1. *n.* 15.
Cod. unde vi, quem laudant *Peregrinus de
fideicom. art.* 5. *num.* 43., aliique penes *Alti-
marem num.* 265. *in fine*, quod res mobilis ea
est, quæ pondere, numero, & mensura
consistit.
21 Hæc tamen mobilia bona alia sunt, quæ
servando servari non possunt; & alia, quæ
servando servari possunt. Illa quæ servando
servari non possunt sunt vinum, oleum,
22 triticum, ordeum, linum, lana, vestes sim-
plices, caseus, & similia, de quibus apud
Montan. de tutel. cap. 33. *num.* 164., *Baron.
eff.* 3. *circa contract. num.* 103., *Altimari n.*
208., ubi post alios dat etiam regulam, ea
esse bona mobilia, quæ servando servari non
23 possunt, quæ triennio durare nequeunt, &
tradit *Simoncellus lib.* 3. *tit.* 8 *num.* 51. Hinc
pro talibus judicantur animalia supervacua,
24 & vestes attritæ, *l. Et si fine Cod. quando
decret. opus non est*, *Berfanus num.* 4., *Al-
25 timari num.* 266.. Fructus non pendentes,
& a solo separati, *Altimari num.* 262., *Jo-
vius Glof.* 16. §. 7. *num.* 99., & 167., *Narbona
de ætate ann.* 25. *q.* 9. *num.* 2., *Simoncellus lib.*
3. *tit.* 8 *num.* 49., *Merlinus de pignor. lib.* 2.
q. 49. *num.* 3., *Mantica de conject. lib.* 9. *tit.* 3.
num. 6., *Gait de cred. cap.* 4. *q.* 5. *num.* 154..
Pecuniæ ad prædiorum emptionem non de-
26 stinatæ, *Sabellius* §. *pecunia num.* 13., & §.
legatum num. 24., *Gratianus cap.* 756. *n.* 31.,
Romanus conf. 13. *num.* 42., *Thesauras dec.*
160. *num.* 2., *Baronius num.* 108., *Berfanus
num.* 4., *Altimari num.* 263.. Idemque dicas
27 de pecunia perventa ex retrovenditione a
debitore facta, nisi pactum fuerit applicari
pretium in bonis stabilibus, *Altimari n.* 219.
ver. pecunia.
28 Inter mobilia, quæ servando servari non
possunt connumerantur etiam bona debito-
rum, *Berfanus loc. cit.*, *Altimari num.* 283.
29 Item naves, *Menochius recuper. rem.* 1. *n.* 42.,
Alti-

30 *Altimari num.* 268. Granaria, quæ solo affi-
xa non sunt, ut deducitur ex Juboleni Tex-
tu, in *l. Granaria* 19. *ff. de act. empt.*, *Alti-*
31 *mari num.* 270., vasa vinaria, dummodo non
fuerint causa perpetui usus, *Altimari n.* 249.,
& 271. Feræ, pisces, & volucres, quæ in
32 stagnis, aut alveis custodiæ causa reponun-
tur; secus vero si ut multiplicentur, & cre-
scant; nam quia tunc fructum afferunt, pars
fundi dicuntur, & immobilium naturam re-
tinent, *Altimari num.* 272., *Gratianus cap.*
564. *num.* 39., *Tiraquellius de retract. lignag.*
33 §. 1. *Glos.* 7. *num.* 116. Item Notariorum
prothocolla, *Altimari num.* 299., *Gratier. de*
tutel. p. 3. *cap.* 27. *num.* 54. Item jura, &
actiones quæ ad res mobiles competunt,
34 *Tuschi lit. M. concl.* 252. *num.* 19., *Menochius*
de præsumpt. lib. 4. *præs.* 142. *num.* 16., *Olea*
de cess. jur. tit. 2. *q.* 3. *num.* 11., *Gomesius var.* 2.
35 *cap.* 10. *num.* 2. Molendina, quæ ad instar
navium super flumina reperiuntur, *Altimari*
num. 269., *Gratianus cap.* 564. *num.* 18., *Ba-*
ronius eff. 3. *circa contract. num.* 271.
36 Quæ, aliave bona mobilia, quæ servando
servari non possunt, non solum per tuto-
rem, vel curatorem sine decreto alienari possunt, sed etiam ipse tutor, vel curator cogitur, alioquin periculum ad eumdem spectaret, si cessaverit in distractione earum rerum, quæ tempore peribunt, per sententiam Juliani in *l. Tutor* 8. §. *si tutor ff. de adm. tutor.*, *Simoncellus de decret. lib.* 3. *tit.* 8. *num.* 53.

37 Immo si a testatore prohibita sit bonorum alienatio, bona mobilia regulariter non comprehenduntur; nisi de aperta testatoris voluntate constabit, *Simoncellus num.* 54., *Jovius Glos.* 16. §. 7. *num.* 99.

38 Bona tamen mobilia, quæ servando servari possunt sunt gemmæ, picturæ insignes, argenta, aurum, margaritæ perlæ, & similia, de quibus apud *Jovium Glos.* 16. §. 7. *n.* 97., *Baronium eff.* 3. *circa contract. num.* 40., & 101., *Altimarem num.* 211., & 284.

39 In quorum distractione eadem solemnitas, quæ in stabilium alienatione necessaria est, omnino requiritur, *Jovius num.* 97., *Baronius num.* 41., *Bersaous de pupillis cap.* 5. *q.* 4. *num.* 19.

C A P. XXXIII.

De sponsalibus.

SUMMARIUM.

Sponsalia a spondendo denominationem assumunt, *num.* 1.
Definiuntur, num. 2.
Sponsaliorum significatio, num. 3.
Ad sponsalia valide contrahenda plura sunt necessaria, num. 4.
Ætas septennii completa esse debet, num. 5., *& seqq.*
Sponsalia ante septennium inita valida sunt, si rationis usus præcedit, num. 11., *& seqq.*
Dispositum super matrimonio etiam super sponsalibus procedit, num. 13.
Rationis usus quomodo esse debeat, num. 14., *& seqq.*
Sponsalia ante septennium nulliter contracta tacite ratificantur post legitimam ætatem, num. 18.
Malitia in ætate septennii adesse prudenter judicatur, num. 19.
Promissio futuri matrimonii voluntaria esse debet, num. 20.
Promissio de contrahendo sponsalia non sunt sponsalia, num. 21., *&* 22.
Promissio mutua, & acceptata esse debet, n. 23.
Sponsalium promissio sub certa, & determinata persona cadere debet, num. 24.
Sponsalia contra formam Tridentini valida sunt, num. 25.
Matrimonium clandestine contractum, an in vim sponsalium resolvatur? num. 26., *& seqq.*
Sponsus sine justa causa renitens an possit per Judicem compelli? num. 32., *& seqq.* *Et quid de sponsa, num.* 43, *& seqq.*
Sponsalia mutuo dissensu dissolvuntur, num. 46., *&* 47.
Sponsalium dissolutio quando peragenda erit, num. 48., *& seqq.*
Pubes cum impubere contrahens sponsalia, contradicente impubere, nequit ab eis resilire, num. 55.
Arrhæ inter sponsos dari solent, num. 56.
Arrharum natura, num. 57., *& seqq.*
Pœna in sponsalibus apposita per controvenientem solvendo nulla est, num. 61., *& seqq.*
Arrhæ an per minorem promitti solent, n. 66., *& seqq.*
Arrhæ effectus in minore non procedit, n. 71., *& seqq.*

1 Apud antiquos mos erat puellam nupturam promitti viro a Patre, aut a tutore, aut ab amicis. Hinc qui promittebantur, dicebantur, sponsus, & sponsa. Sponsor vero qui promittebat; contractus autem sponsalia. Ideireo a promittendo, hoc est a spondendo denominationem desumere

mere sponsalia tradit *Paulus in l. Sponsio 7. ff. de V. S.*, *& Ulp. in l. Sponsalia ff. de sponsal. Covarruvias var. 1. cap. 1. num. 1.*, *Sanchez de matrim. lib. 1. disp. 1, num. 1.*. Unde merito
2 ea diffinivit Florentinus in *l. 1. ff. de sponsal.*, *ut sint mentio, & repromissio futurarum nuptiarum*.

3 Sponsalia diversas significationes retinent. Proprior autem, & frequentior significatio est, ut pro futuri matrimonii promissione accipiantur. Hinc sponsos proprie intelligi, qui de futuro appellantur, *Covarruvias n. 3., & 4.*

4 Ut valide tamen contrahantur, plura sunt necessaria. Primo habilitas personarum. Secundo voluntatis promissio. Tertio ut sit mutua, & acceptata, *Sanchez num. 3.*, *Bonacina de matrim. q. 1. p. 1. num. 2.*

5 Quoad personarum habilitatem sciendum est, eamdem circa duo versari, nempe quod nullo impedimento affinitatis, consanguinitatis &c. sint contrahentes affecti, de quo non est nostra inspectio; & quod ætas a jure præscripta habeatur. Hinc in jure civili ætatem istam diffinitam non inveniri tradit Modestinus in *l. In sponsalibus ff. de sponsalib.*. Jus vero Canonicum in *cap. literas, cum seq.*, *de desponf. impuber.* ætatem prædictam in septennio completo diffinivit, & rationem refert *D. Thomas 4. dist. 27. q. 2. art. 2.*, ut nempe post septennium rationis usus, & libertas incipere communiter videatur, quod & deducitur ex *l. Si infanti*
6 *18. §. si autem Cod. de jur. deliber.*, quod septennium completum, tam in masculo, quam in femina procedit, plene *Narbona de ætat. anni septimi q. 19. num. 3.*, *Antonellus de temp. leg. lib. 2. de annis cap. 4. num. 2.*, *& 6.*, *Bersanus de pupill. cap. 2. q. 19. num. 4.*

7 Hæc tamen septennii ætas rationis usum debet habere comitem; adeo quod si post septennium completum rationis usus in utroque sponso, aut in ipsorum uno nequaquam existere videatur, sponsalia nullo modo subsisterent, *Sanchez num. 3.*, ubi subdit hoc in casu procedere Textum in *dict. l. in sponsalib.*, in quo septennii ætas non fuit præscripta, quia sæpe post septennium completum rationis usus deesse videatur, & tra-
8 dunt *Salmaticenses tom. 2. de matrim. tract. 9. cap. 1. p. 6. num. 71.*. Et ante rationis usum vera promissio dari nequit, *Gabriel a S. Vincentio de Sacram. matrim. disp. 4. q. 8. n. 64.*, *Guttier. de matrim. cap. 2. num. 3.*. Et quamquam jus Canonicum absolute septennium completum definierit, hoc tamen evenit, quia in tali ætate rationis usus prudenter advenire judicatur; ut docet *D. Thomas q. 43. art. 2. in addit.*, quem laudant *Salmaticens. num. 71.*. Nec obstat, quod in jure Cæsareo ætas ista diffinita non videatur, cum
10 sufficiens sit a jure Pontificio eam esse determinatam, cujus est matrimoniales causas cognoscere, ut firmat *Corneus tract. 6. disp. 2. dub. 3.*, *Salmaticen. num. 72.*

11 Et si rationis usus præcedit septennium, sunt qui existimant, non posse tunc valide contrahi sponsalia, sed completum septennii tempus expectandum erit, nam alias frustra septennii ætas ad sponsalia fuisset designata, si usus potius rationis, quam ætas, attendendus erit, *Narbona de ætate anni septimi q. 19. num. 8.*, *Baronius eff. 3. circa spiritualia num. 8.*, *& 9.*, *Bersanus de pupillis cap. 2. q. 19. num. 2.*

12 Verum alii communius docent, valida esse sponsalia ante septennium contracta, si rationis usus, sive malitia ætatem suppleret, ut plene *Sanchez num. 9.*, *Salmaticen. n. 74.*, *Antonellus num. 9.*, *Covarruvias 4. decret. p. 1. cap. 2. num. 1.*, *Gonet tom. 5. de matrim. disp. 3. art. 2. num. 21.*, & rationem desumunt ex Tex. in *l. Oratio 16. ff. de sponsal.*, *& in l. Si quis tutor vel quamvis ff. de rit. nuptiar.*,
13 ubi Ulp., & Paulus docuerunt, dispositum super matrimonio, pariter & super sponsalibus procedere; & sicuti in *cap. de illis 9. de desponf. impub.* dispositum habetur, posse malitiam in matrimonio supplere ætatem; ita etiam in sponsalibus eamdem dispositionem procedere debere tradit *D. Thomas 4. dist. 27. q. 2. art. 2. ad 7.*, & sequuntur innumeri apud *Sanchez num. 9.*, *Tuschi lit. S. concl. 401. num. 12.*. Eapropter si rationis
14 usus prævenerit septennium, & tunc censenda ea erit legitima ætas a Sacris Canonibus pro sponsalibus ineundis requisita, *Fagnanus in 3. decretal. cap. cum virum, de Regular. num. 43.*, *& in 4. decretal. cap. ubi non est num. 4.*, *& 5. de desponf. impuber.*

15 Sed an in quacumque ætate ante septennium rationis usus prævenerit, possint tunc sponsalia valide contrahi? Quidam relati a *Sanchez de matrim. lib. 1. disp. 1. num. 13.* tenent, tale septennium saltem debere esse moraliter completum, ut ætas septennio proxima. Non conveniunt tamen, quando talis ætas septennio proxima dici possit; nam alii volunt, cum deficiat semestre; alii vero Judicis arbitrio remittunt. Eoquod quibusdam citius, ceteris tardius acceleratur. Attamen ipse *Sanchez num. 14.* probabilius esse firmat, sponsalia in quacumque ætate contracta valere, quoties rationis usus accedat; cum septennium non præscribatur, utpote necessarium, sed quia in tali ætate præsumitur rationis usum advenire; & sicuti in proximis septennio, intercedente rationis usu, sponsalia valebunt, non erit propterea perinde minor ratio in breviori ætate, quoties idem rationis usus accedere videatur.

15 Hic autem rationis usus ejus ponderis esse debet, ut ad lethaliter delinquendum sit sufficiens, ut refert *Sanchez num. 15.*, *& 16.*. Immo *Bonacina de matrim. q. 1. p. 4. num. 4.*, *Gonet tom. 5. de matrim. disp. 3. art. 2. num.*

num. 42., aliique ob expressam doctrinam *D. Thomæ p. 3. q. 43. art. 2.* tenent, majorem rationis usum ad sponsalia requiri, quam ad peccatum lethale, ea ex ratione, quia ad
17 peccatum lethale sufficiens erit consensus, & animadvertentia mali præsentis. Ad sponsalia vero requiritur etiam futurorum cognitio, nempe futuri matrimonii, cum inde certum sit, majorem rationis usum ad futurorum providentiam, quam ad consensum alicujus actus præsentis requiri.

18 Verum si ante septennium fuerint contracta sponsalia absque malitia ætatem supplente, quamquam eadem nulla sint, attamen si post legitimam ætatem tacite adhuc fuerint ratificata, efficerentur valida, *Fagnanus 5. decret. cap. tua literæ, de clericis per salt. promot. num. 66.*, nempe si contrahentes simul habitarent; aut fuerint missa munera a sponsis mitti consueta; aut similia, quæ voluntatis perseverantiam præsumerent, *Sanchez lib. 1. disp. 16. num. 5., & seqq., Tuschi lit. S. concl. 401. num. 2., & 4., & concl. 404. num. 1., & 2.*

19 Quoties autem de aliqua malitia non constaret, & tunc quia in septennii ætate prudenter adesse judicatur, ideo ætas ista septennii methaphysice completa esse debet; ita ut si una dies deficiat, nequaquam completa dici poterit, *Sanchez num. 4., Covarruvias 4. decret. p. 1. cap. 2. num. 2., Gonet tom. 5. tract. 8. de sacram. matrim. disp. 3. de sponsal. art. 2. num. 22., & seqq.*. Quamquam non desint tenentes, sponsalia contracta tribus, vel etiam octo, aut decem diebus ante legitimam ætatem esse valida judicanda, tam in foro conscientiæ, quam in foro externo; quia parum, & nihil in jure æquiparantur, *Antonellus de temp legal. lib. 2. de annis cap. 4. num. 4.*, aliique apud *Salmaticen. tom. 2. de matrim. tract. 9. cap. 1. p. 6. num. 73.*

20 Secundum requisitum pro sponsalium validitate est promissio voluntaria futuri matrimonii verbis, aut signis manifestata. Et effectiva esse debet, cum non sufficiat propositum, quod obligationem non inducit,
21 *Bonacina de matrim. q. 1. p. 1. num. 3.* Idcirco promissio de contrahendo sponsalia non sunt sponsalia, *Salmaticen. tom. 2. de matrim. tract. 9. cap. 1. p. 4. num. 43., Gonet tom. 5. de matrim. disp. 3. art. 1. num. 2. supra finem, Tuschi lit. S. concl. 402. num. 2.*

22 Quæ promissio voluntaria, & deliberata esse debet; immo ea deliberatione, quæ ad peccatum inducere potest; ac ea voluntate, quæ obligandi vim parere potest, *Bonacina num. 4., Sanchez lib. 1. disp. 8. num. 5.* Hinc sequitur, pupillum promittentem non teneri ad ducendam eam, cui vere, & ex animo promisit, quoties obligatio, quæ ex tali promissione sequitur, per illum ignorabatur, cum deficere videatur promittendi voluntas, ubi promissionis natura ignoratur, plene *Bonacina num. 5.*

23 Tertium requisitum est, ut promissio sit mutua, & acceptata; nam non obligat, nisi acceptatur, habetque tacitam conditionem, si alter acceptaverit; & interim a promissione poterit ad libitum recedere, & a sponsalibus resilire, plene *Sanchez de matrim. lib. 1. disp. 6., Salmaticenses tom. 2. de matrim. tract. 9. cap. 1. p. 2. num. 14.* Hinc est, quod
24 sub certa, & determinata persona promissio cadere debet, quemadmodum & in matrimonio, *Sanchez num. 14., Gonet tom. 5. de matrim. disp. 3. art. 1. n. 4.* Nec Parochi assistentia, prout in matrimonio, necessaria est. Etenim quamquam *Tridentinum sess. 24. cap. 1. de matrim.* clandestinum matrimonium irritavit, lex tamen ista tamquam juris communis correctoria ultra casum expressum nequaquam extendi debet, sed tamquam casus omissus sub juris communis dispositione relinqui debet, plene *Sanchez lib. 1. disp. 22., Salmaticen. num. 63., Fagnanus tom. 4. decretal. cap. 9. qui fidem, de sponsal. n. 9.* per sententiam Pomponii in *l. Commodissime*
25 *10. ff. de liber., & posthum.* Et hæc sponsalia non solum valida, sed etiam licita sunt, prout concinit communis, & inveteratus Ecclesiæ usus, *Sanchez lib. 1. disp. 13., Salmaticen. loc. cit., Gabriel a S. Vincentio de sacram. matrim. disp. 4. q. 8. num. 62.*

Hæc sunt addenda. In Regno Neapol. ex nupera Constitutione Ferdinandi IV. ut sponsalia sint valida, requiritur præter testes etiam præsentia Parochi.

26 Quia igitur secundum Tridentinum matrimonium clandestine contractum nullum, & irritum est, quæritur propterea, an matrimonium taliter contractum, saltem in vim sponsalium procedere possit? Et pro quæsiti resolutione distinguere oportet inter matrimonium contractum inter puberes tantum; inter impuberes solummodo; & inter puberem simul & impuberem. Primo casu sunt qui tenent, tale matrimonium in vim sponsalium valere, quia actus qui non valet, ut fit, debet valere in quantum fieri potest.
27 Contrarium tamen verius, & communius est, etiamsi cum juramento fuerit prædictum matrimonium celebratum, ita *Sanchez lib. 1. disp. 20. num. 3., Salmaticen. num. 54., Bonacin. de matrim. q. 2. p. 1. num. 33.*, ea ex ratione, quia Tridentinum fecit nullum, & irri-
28 tum matrimonium clandestinum in ratione contractus, contrahentesque omnino inhabiles reddidit, ea propter si matrimonium istud in ratione contractus sponsalium valere posset, sequeretur, quod non esset omnino nullum, & irritum, in ratione contractus, sed aliquo modo valeret. Pariterque quia ubi jus contractui resistit tamquam contra
29 bonos mores, ex eo nulla oritur obligatio, ut deducitur ex *l. Non dubium Cod. de legib.* Ideoque si Tridentinum tali contractui resistit, ut contra bonos mores, merito ex eo nulla oritur obligatio, ita *Sanchez, Bonacina, Salmaticen. loc. cit.*

30 Secundo autem, & tertio casu communis sen-

sententia est, matrimonium clandestine contractum inter impuberes, aut inter puberem, & impuberem habere quidem vim sponsalium, ea ex ratione, quia impuberes secundum juris formam contrahere censentur; & ipsorum matrimonium in ratione sponsalium resolvi rescripsit Innocentius III. Episcopo Abbatensi in *cap. ult. de desponsat. impuber.* Etenim Tridentinum veris matrimoniis solummodo formam præscripsit. Atque im-
31 puberum nec est, nec esse poterit verum matrimonium; cum inter ipsos ob ætatis defectum existere nequeat; meritoque juris interpretatione in sponsalia resolvitur, *Salmaticen. num. 51.*, *Sanchez lib. 1. disp. 21.*, *Fagnanus 4. decretal. cap. de illis, de desponsat. impuber.*

32 Sed non inutiliter quæritur, an sponsus sine justa causa renitens, possit per Judicem, alia parte instante, ad promissa compelli? Ansam Doctoribus dissentiendi dederunt Textus qui inter se pugnare videntur in *cap. ex literis 10.*, *& cap. requisivit 17. de sponsalib.* In primo Alexander III. rescripsit Pictaviensi Episcopo sequentibus verbis: *Mandamus, quatenus si hoc tibi constiterit, eum moneas, & si non acquieverit monitis, Ecclesiastica censura compellas, ut ipsam, nisi rationabilis causa abstiterit, in uxorem recipiat, & maritali affectione pertractet.* In secundo vero contrarium Episcopo Rapalensi rescripsisse videtur Lucius III. istis verbis: *Quod cum libera debeant esse matrimonia, monenda est potius, quam cogenda, cum coactiones difficiles soleant exitus frequenter habere.* Ex quorum Textuum contrarietate alii firmarunt, tunc posse aliquem cogi, cum sponsalia fuerint jurata. Alii vero, etiamsi juramentum non intercesserit. Alii tandem indistincte firmarunt, ut si monitis parere noluerit, erit relinquendus, ut videndus *Sanchez lib. 1. disp. 29.*, *Gabriel a S. Vincentio de sacram. matrim. disp. 4. q. 9. num. 80.*, *Salmaticen. de matrim. tract. 9. cap. 1. p. 7. n. 80.*

33 Veritatem tamen a futuris contingentibus pendere tradunt *Sanchez num. 4., & seqq.*, *Salmaticen. num. 89.*, aliique; nempe si Judex ex tali matrimonio plura incommoda, aut damna sequutura cognoscat, & non poterit renitentem compellere, sed tantum monere ut promissionem adimpleat, & si monitis parere noluerit; atque in sua duritie persisteret, erit relinquendus, nec ulterius cogendus, aut monendus, etiamsi promissio
34 fuerit jurata. Quoties vero nullus haberetur timor, & merito compelli per Judicem poterit, præsertim si fuerit promissio jurata, quemadmodum in Tribunalibus Ecclesiasticis receptissimum hoc esse testatur *Guttier. de juram. pom. cap. 51. num. 4.* Oppositamque sententiam erroneam nominat *Covarruvias 4. decret. p. 1. cap. 4. num. 3.*, & tradunt *Menochius cons. 386. num. 1. lib. 1.*, *Afflictus ad*
35 *Riccium Pepoli in prax. Eccles. cap. 39. ver. allegard.* Etenim non minus juri, quam rationi consentaneum est, posse Judicem ad matrimonium aliquem compellere, quoties fini matrimonii foret expediens, ut notant *Salmaticen. num. 90.*, *Sanchez num. 4.* Et tam per Judicem Ecclesiasticum per censuras,
36 quam per Judicem laicum per carcerem, aliumve modum *Gabriel a S. Vincentio de sacram. matrim. disp. 4. q. 9. num. 80. in fine*,
37 dummodo de sponsalium certitudine non dubitaretur, quoniam tunc ad solum Ecclesiasticum Judicem pertinebit, *Salmaticens. num. 92.*, *Sanchez num. 9.*

38 Verum si diu fuit renitens ordine Judicis retentus, aut excomunicatus vixit, & nihilominus in pertinacia persisteret, & tunc erit excarcerandus, aut absolvendus, quamvis absolutionem non petiisset, ut tradit *Sanchez num. 8.* Quamdiu tamen in carcere,
39 aut in excommunicatione manere debet, non invenitur in jure præscriptum. Neque a Doctoribus, quos observatos habui, explanatum fuit. In foro tamen Ecclesiastico existimavit *Rota* ex facti circumstantiis in *dec. 242. num. 15. coram Durnn.*, ut per sexdecim menses possit Ecclesiasticus Judex talem renitentem sub excomunicatione retinere. Et eadem *Rota in Majoricen censurarum 15. Januar. 1715. §. longum coram Scotto*, per menses decem, & septem. Et tandem in *dec. 610. num. 1. coram Monzanrd*, per duos annos. Hodie vero ex pio, laudabilique Ecclesiæ usu ultra annum non
40 fertur, ut talis renitens in excommunicatione persistat. Immo eum etiam invitum Ecclesia post annum absolvere curare debet, ne de hæresi suspectus fiat, juxta *Tridentini* dispositum in *sess. 25. cap. 3.* Post quam absolutionem evadit liber, veluti numquam contraxisset sponsalia, *Afflict. ad Riccium Pepoli in prax. Eccl. cap. 29. ver. si sappin.*

41 Quicquid tamen in foro laicali practicandum foret, quidquam certum dicere nescirem. Totum vero ex Judicis prudentia pendere debet. Nec ipse existimarem, ut per annum in carcere detineri adhuc possit; cum hæc carceris pœna major illa excommunicationis existimetur; ex eo quod corpus nimia ob carcerem afflictione afficitur. Experientia docti, carceris pœnam omnes magnifacere, excommunicationis vero parvipendere; optantes potius biennio excommunicatos, quam biduo carceratos manere. Eapropter dum per mensem, aliudve tempus ad arbitrium Judicis fuit carcer passus, sufficiens videretur, si ostinationis signa perdurarent; præsertim si cum pubere foret agendum, ex eo quod mitius puniri assolet.

42 Talis autem sponsus renitens, exindeque liberatus, totum damnum, quod sponsæ eventum fuit, resarcire debet. Et dotem,

si

ſi opus fuerit, augere, *Salmaticen. de ma-
trim. tract. 9. cap. 1. p. 7. num. 91.*
43 Sed an quæ de ſponſo dicta ſunt, adhuc
& in ſponſa procedant? Quidam vigore Tex-
tus Lucii III. Epiſcopo Rapalenſi reſcri-
bentis *in cap. requiſivit 17. de ſponſal.*, vo-
lunt, ſponſam renitentem numquam cogen-
dam, beneveto ſemel monendam eſſe, ex
illis verbis; *Quod cum libera debeant eſſe
matrimonia, monenda eſt potius, quam co-
genda, cum coactiones difficiles ſoleant exitus
frequenter habere.*
44 Verum *Rota apud Coccin. dec. 889. n. 5.,
& Cavaler. dec. 421. num. 10.*, pro vera ſem-
per abſolutam illam regulam habuit, ut qui
ſine legitima cauſa ſponſalium fidem recuſat,
ad contrahendum cogi poſſit, etiamſi fuerit
ſponſa, ut tradit *Afflictus ad Riccium-Pepoli
in prax. Eccleſ. cap. 29. ver. tanto ſi può eſtin-
guere; & ver. la pratica dunque*, ubi non
45 obſtare dicit Textum in *dict. cap. requiſivit*,
cum intelligi debeat, ut prius ſponſa mo-
neatur, exindeque cogatur, ut declarat, *ibi-
dem Gloſ.*, & tenet *Fringer. in jur. Canon.
lib. 4. tit. 1. num. 17.* Et revera principalis
finis Textus non fuit in qualitate muliebre,
ſed in libertate matrimonii, ut in illis ver-
bis, *cum libera debeant eſſe matrimonia*, quæ
qualitas ex parte ſponſi adhuc habetur, &
tamen cogi poteſt, ut ſupra firmavimus; igi-
tur pariter & ſponſa.
46 Sicuti mutuo conſenſu ſponſalia contra-
huntur, mutuo pariter diſſenſu diſſolvuntur,
etiamſi fuerint jurata, *Sanchez de matrim.
lib. 1. diſp. 52. num. 6., Salmaticen. de matrim.
tract. 9. cap. 2. p. 1. num. 4.*, aliique apud *Bo-
nacinam de matrim. q. 1. p. 10. num. 1.* Et ex
parte utriuſque diſſolutio libera eſſe debet;
nam ſi altera pars vi, dolo, metu, aut im-
47 portunis precibus alterius diſſolutionem ob-
tinebit, a contracta ſponſalium obligatione
non eximeretur. Et ſi una pars ab altera
requiſita ad contrahendum recuſabit in non
adimplendo promiſſa, pars requirens ita li-
bera erit, ut alteri abſque impedimento nu-
bere poſſit, *Salmaticen. num. 3.*
48 Hæc tamen diſſolutio tempore legitimo
erit peragenda. Ideoque ſcire oportet, ſpon-
ſalia impuberum, ſeu pupillorum in ipſa
impubere ætate contracta, ipſa durante, ne-
quaquam diſſolvi poſſe, etiam ex commu-
ni conſenſu; ſed pubertatis ætas expectanda
erit. Ante quam ætatem neuter impubes
reſilire poterit, quemadmodum Epiſcopo
Barthonien. reſcripſit Iſidorus *in cap. de il-
lis 7., & in cap. a nobis 8. de ſponſ. impub.*
Etenim impuberes propter ætatis inconſtan-
tiam, & debile judicium modo contrahunt,
modo reſiliunt, ideoque neceſſarium exiſti-
matum fuit, pubertatis tempus expectari,
ut maturiori judicio deliberare inde pubes
49 poſſit, plene *Sanchez de matrim. lib. 1. diſp.
51. num. 7., Salmaticen. n. 8., Gonet de ma-
trim. diſp. 3. art. 4. num. 55.*
50 Non erit tamen neceſſe, utrumque ſpon-
ſum pubertatis tempus habere, ad ſponſa-
lia in ætate impubere contracta diſſolven-
dum. Etenim qui prius eam nanciſcitur,
reſilire, altero non expectato, poterit, *San-
chez num. 9., Salmaticen. num. 9.* Oportet
vero, ut ſtatim pubes effectus reclamare de-
51 beat, alias non audiretur. Etenim qui ſta-
tim non contradicit, tacite conſentire vi-
detur, *Sanchez num. 14., Salmaticen. num. 8.*
Quamquam ly *ſtatim* ad triduum extendi
poſſe tradunt *Sanchez, Salmaticen., & Bo-
nacina loc. cit.* Eapropter ſi intra triduum
52 non fuit reclamatum, non amplius recla-
mari poterit, *Brunneman. in l. In ſponſalibus
ff. de ſponſalib., Altimari de nullit. contr.
tom. 6. rubr. 2. q. 1. ſect. 1. num. 93. ver. infans
53 reſilire.* Et conſequenter puberis ratificatio
non erit neceſſaria, ſed temporis lapſus pro
ratificatione habetur, *Sanchez num. 15., Sal-
maticen. num. 12.*
54 Hinc inferas, quod quamquam impubes
a ſponſalibus deſiſtere nequeat, ſi tamen
deſilierit, exindeque pubere effecto hunc
diſſenſum non mutavit, ſponſalia ipſa diſſo-
luta manebunt; cum exiſtimari debeat vo-
luiſſe contrahentes puberes effectos in ulti-
mo diſſenſu perdurare, *Sanchez lib. 1. diſp.
51. num. 16., Salmaticen. de matrim. tract. 9.
cap. 2. p. 1. num. 13.*
55 Pubes cum impubere contrahens, adve-
niente iſtius pubertate, nequit a contractis
ſponſalibus reſilire, niſi ex voluntate illius
impuberis facti puberis, qui tamen poterit,
ſi velit, pubere illo adhuc nolente, a dictis
ſponſalibus deſiſtere; ad exemplum contra-
ctus minoris, ad cujus favorem claudicare
contractus poteſt, *Sanchez num. 10., Salma-
ticen. num. 11.*
56 Solent inter ſponſos dari arrhæ, quæ ſunt
quoddam ſignum, ſeu pignus, quod inter
illos, ipſorumve parentes, aut conſangui-
neos, præſertim cum ſponſi ſint puberes,
aut impuberes, in ſignum futuri matrimo-
nii, ejuſque corroborationem datur, ut *tot.
tit. Cod. de ſponſal. & arrh. ſponſalit., Co-
varruvias in 4. decret. p. 2. cap. 3. § 7. num. 6.,
Gomeſius in leg. Tauri 50. num. 12.*
57 Arrharum natura vero eſt, ut donans eas
amittat, ſi ſua culpa matrimonium contra-
here nollet. Eo autem ſequuto, ad donan-
tem redeunt, *Covarruvias num. 6., & 11.,
Sanchez lib. 1. diſp. 36. num. 2.* Si vero per
recipientem ſtetit, ut matrimonium non ſe-
quatur, & tunc non ſolum quod accepit,
58 ſed tantumdem reſtituere adhuc debebit,
Sanchez num. 7., Gomeſius num. 12. Etiamſi
59 fuerit mulier, per reſcriptum *Leo., & An-
them. in l. Mulier juris 5. Cod. de ſponſal.*
Abſque culpa vero reſiliens, arrhas non
amittit, ſed eidem erunt reſtituendæ, prout
reſcripſerunt Impp. Gratian., Valentin., &

Theodof. *in l. Arrhis* 3. *Cod. de fponfalib.*. Etenim ubi non eft culpa, neque adeit pœna, quemadmodum ftatuerunt Impp. Arcad., & Honor. *in l. Sanctimus Cod. de pænis*, *vide Sanchez num.* 4.

60 Arrhæ autem dum traduntur, oportet expreffe dici, quod pro arrhis dentur, & in fignum, atque pignus futuri matrimonii. Alias fimpliciter traditæ confiderantur fponfalitiæ largitates, de quibus in *cap.* fequenti, *Gomefius in l. Tauri* 50. *num.* 12.

61 Pœna in fponfaliorum contractu appofita per controvenientem folvenda non tenet, ne matrimonii libertas lædatur, quia forfan timore pœnæ, poffet quis coacte celebrare, plene *Sanchez lib.* 1. *difp.* 30. *num.* 2., *Salmaticen. tract.* 9. *de matrim. cap.* 1. *p.*8, *n.*94., *Gabriel a S.Vincent. de facram. matrim. difp.*4. *q.* 9. *num.* 81., hinc declarat *Sanchez difp.*35.
62 *num.* 2., quod arrha datur in fignum, & fecuritatem matrimonii; pœna vero ad contrahentes adftringendum. Sicque illa refpicit actum matrimonii favorabilem, ifta vero odiofam. Immo *Gomefius in l. Tauri* 50. *n.*12. recte ait, promiffionem pœnæ non valere,
63 cum fit verbalis tantum, & faciliter, atque inconfiderate quis verbo obligatur, exindeque metu folvendæ pœnæ contrahit. Arrha autem valet, quia realiter traditur, & non promittitur, fed eft foluta, & ceffat timoris ratio, *Verde lib.* 4. *inftit. civ. num.* 1175.

64 Hinc inferas, tunc arrhas licitas effe, & in contractu fponfalitio appofitas valere, quoties fuerint promiffæ, & infimul traditæ; nam folummodo promiffæ, nihil diftant a pœna, & non fubfiftunt, *Cavarruvias* 4. *decretal. p.* 2. *cap.* 3 § 7. *num.* 9., plene *Sanchez lib.* 1. *difp.* 35. *num.* 3., ubi fubdit, quod le-
65 ges permittentes arrhas de iis tantum traditis loquuntur. Et confeffioni illius, qui eas accepiffe afferit, ftandum eft, donec contrarium probetur, *Cavarruvias num.* 10.

66 Sed an per minorem hujus arrhæ promiffio perfici poffit? Et diftinguendum eft inter res immobiles, & mobiles, quæ fervari poffunt, & quæ fervari non poffunt. Refpectu bonorum immobilium, atque mobilium, quæ fervari poffunt, nulla eft promiffio, feu donatio, quoniam per arrharum donationem dominium in uxorem transfertur, atque bona alienari videntur. Iccirco pro ipfarum validitate Judicis decretum neceffarium eft, *Sanchez lib.* 6. *difp.* 38. *num.* 37., *Gomefius*
67 *in l. Tauri* 50. *num.* 14.. Quoad bona vero mobilia, quæ fervando fervari non poffunt, Judicis decretum non requiritur, *Sanchez num.* 39., *Gomefius loc. cit.*. Verum fi cu-
68 ratorem minor haberet, ejus interventus neceffarius erit, *Sanchez num.* 40., *Gomefius ibidem.*

69 Adverfus arrhas moderate datas reftitutionem minor nequaquam habebit. Cum feciffe videatur, prout quilibet major, &
70 prudens geffiffet, *Sanchez num.* 41.. Moderate vero dicitur ufque ad quantitatem decimæ partis bonorum, *Gomefius num.* 13., & 14., *Sanchez vero loc. cit.*, tradit hanc decimam adhuc immoderatam exiftimari poffe, attenta mulieris, aut viri qualitate ad Prudentis arbitrium.

71 Arrhæ effectus, de qua *num.* 56., & *feqq.*, in minore fallit. Hinc fi minori, aut ejus curatori, alterive nomine minoris recipienti datæ fuerint arrhæ, & per ipfum minorem fterit non adimplere promiffa, non tenetur talis minor duplum reftituere, fed quicquid folummodo accepit, quemadmodum refcripferunt Impp. Leo, & Anthemius *in l. Mu-*
72 *lier* 5. *Cod. de fponfalib.*, *Sanchez lib.* 1. *difp.* 36. *num.* 8.. Eapropter cautela erit, ut parentibus minoris tradantur arrhæ: nam tunc ipfi parentes in duplum tenerentur, ut in *dict. l. Mulier, ver. patrem*. Intelligas vero prout declarat *Sanchez loc. cit.*, quo-
73 ties pater nomine proprio arrhas receperit, promittendo matrimonium; fecus vero fi nomine filii minoris.

CAP. XXXIV.

De fponfalitia largitate, feu donatione intuitu futurarum nuptiarum.

SUMMARIUM.

Donatio contemplatione certi matrimonii inter fponfas de futuro valida eft, num. 1.
Ipfius denominatio, num. 2., *& feqq.*
Definitur, num. 4.. *Ejus virtus, & effectus, num.* 5.
Expreffio caufæ an requiratur, num. 6., *&* 7.
Quæ requiruntur pro validitate hujus donationis, num. 8., *& feqq.*
Donatio lucratur per matrimonium, confumatum; fed per ofculum lucratur medietas, n. 12.. *Declaratur, num.* 13., *& num.* 16., *& feqq.*
Per ofculum vir gaudium, femina verecundiam capit, num. 14.
Sponfa videtur ofculum dare, non accipere, num. 15.

Anu-

Anulus fidei quamtumvis pretiosissimus censetur donatus: num. 21.
Donatio sponsalitia ex parte utriusque sponsi procedere potest, num. 22.
Potest fieri in ipso nuptiarum die, num. 23.
In dubio an censenda sit ante, vel post matrimonium, num. 24.
Judicis decretum, & curatoris auctoritas an intervenire debeant, num. 25., & 26.
Minor an restituatur adversus donationem factam, num. 27., & 28.

1 QUamvis donatio inter sponsos de præ-
senti nulla sit, & invalida, ut diximus
cap. XII.: attamen donationes illæ,
quæ intuitu, causa, seu contemplatione certi
matrimonii fiunt inter sponsos de futuro
validissimæ sunt, ut tradit *Modestinus in l.
Inter eos* 28. *ff. de donat. int. vir., & uxor.,
Sanchez de matrim. lib. 6. disp.* 23. *num.* 1..
Sorge in jurisprud. tom. 2. *cap.* 2. *num.* 1. Et
antiquiori tempore ista donatio nominaba-
2 tur *ante nuptias*, exindeque *propter nuptias*
prout patet ex Rescripto Imp. Justiniani in
*l. fin. §. sancimus, & §. similique Cod. de donat.
ante nupt.*. Hodie vero, ut testantur *De
Marinis var.* 2. *cap.* 22. *num.* 24, *& tom.* 4.
alleg. 97. *num.* 9., *Sorge num.* 2., aliique post
Parisium lib. 2. *cons.* 95. *num.* 35., *Sabellium
§. donatio num.* 7., *Clarum §. donatio q.* 11.
num. 1., *Gomesium in leg. Tauri* 50. *num.* 11.,
3 & alios, in ejus locum successit donatio,
quæ matrimonii contemplatione fit; & de-
nominata fuit sponsalitia largitas ab Imp.
Justiniano *in dict. l. fin. §. eo decursum est*, &
tradunt *Simoncellus de decret. lib.* 3. *tit.* 8.
num. 98., *De Luca ad De Marinis in dict.
cap.* 22. *num.* 7.. Hinc merito definitur, ut
sit donatio facta inter sponsos de futuro
4 matrimonii ineundi spe, *Gomesius num.* 2.,
Sanchez de matrim. lib. 6. *disp.* 18. *num.* 2.,
De Franchis dec. 503. *num.* 1.
5 Ipsius tamen materiam satis dubiam, &
incognitam cognovit *Gomesius num.* 9., aít-
que ejus virtutem, atque effectum vix intel-
ligi posse; circa quod aliquantulum insudasse
fatetur. Pro perfecta tamen ejus declaratio-
ne dicit, quod sit ea, quam maritus, pater,
vel alius pro marito expresse facit uxori
propter matrimonium in recompensam dotis,
& ad ejus majorem cautelam, & securita-
tem, efficiturque uxoris constante matri-
monio, ipsoque resoluto revertitur ad ma-
6 ritum, vide *Tuschi lit. D. concl.* 634. *num.* 7.
Et quamquam de jure digestorum, & Codicis
ante Imp. Constantinum requirebatur ex-
pressio hujus conditionis, & causæ, nempe
quod propter matrimonium futurum fiebat,
alias pro pura, & simplici habebatur, sta-
timque valebat secundum Ulpianum *in l.* 1.
ver. igitur ff. de donat., & Impp. Dioclet.,
& Maxim. *in l. Si filiæ* 10. *cum. seqq. Cod.
de donat. antenupt.*. Nihilominus tamen de
noviori jure Codicis post Constantinum *in
l. Cum veterum* 15. *Cod. eodem* expresse sta-
tutum fuit, nullam expressionem fore ne-
cessariam, sed tacitam conditionem retinere,
si matrimonium sequatur, & tradunt *Sanchez
num.* 3., *Gomesius num.* 2., *Verde lib.* 4. *instit.
civ. num.* 1179.; *De Franchis dec.* 503, ubi
De Luca num. 1.. Hinc sequuto matrimonio
firma, & pura evadit, tamquam conditione
impleta, & non alias. Si vero inter partes
7 fuit conventum, ut nullo modo, nulloque
casu ad donantem revertatur, sed pleno
jure fiat accipientis, & tunc statim fit irre-
vocabilis, ex eo quod pro pura, & simplici
donatione consideratur, ideoque ad donan-
tem nequaquam revertitur, quamvis matri-
monium non fuerit sequutum, *Sanchez, &
Gomesius loc. cit.*
8 Pro validitate tamen hujus donationis ne-
cesse est, ut præcedant sponsalia, tradatur
res, & validum matrimonium sequatur, ut
tradit *Verde num.* 1180.. Eapropter si casu
matrimonium non sequatur per mortem
e. g. sponsæ, & tunc adhuc revocatur do-
9 natio ex noviori jure Codicis *in dict. l. Cum
veterum*, ubi revocata fuere, quæ in con-
trarium antea erant disposita *in l. Si tibi,
& in l. Filiæ tuæ Cod. eodem*, & tradit
Gomesius num. 3.
10 Hoc tamen matrimonium non simpliciter
ratum esse debet, quoniam tunc sponsa nihil
lucraretur, tamquam matrimonii conditione
non verificata; sed consumatum, *Sanchez
lib.* 6. *disp.* 18. *num.* 3., aut copula, aut
11 osculo, *Verde num.* 1181.. Hac tamen diffe-
rentia, quod per copulam totum donatum
12 lucraretur, cum sit perfecte purificata con-
ditio; per osculum vero solummodo me-
dietas rerum donatarum, & altera medietas
donanti erit restituenda; plene *Sanchez n.*
6. per expressum Textum Imp. Constantini
13 *in l. Si a sponso* 16. *Cod. de donat. ante
nupt.*. Intelligas vero de osculo dato a sponso
sponsæ, nam si sponsa osculum sponso do-
nasset, sponsus nihil de eo, quod ipsi a
sponsa fuit largitum, lucraretur, sed integre
sponsæ, suisque heredibus restituendum erit,
dict. l. Si a sponso ver. quod si sponsa; Et
ea est differentiæ ratio, quia per osculum
14 vir gaudium, femina verecundiam capit, ut
refert *De Franchis in dec.* 503. *num.* 7., & 8.,
ubi sublit, sponsum osculando videri quasi
cepisse Castrum; & quod osculum est actus
carnis, & pro medietate est quasi caro cor-
rupta; immo est dimidium adulterii, prout
15 ita in S. C. decisum refert *De Franchis
loc. cit.*, & tradit *Gomesius in l. Tauri* 50.
num. 3., ubi notat auctoritate *Glos. in dict.
l. Si a sponso* §. 1., quod sponsa videtur
osculum dare, non jam accipere, ideoque
sola premiatur, & tradit *Sanchez num.* 4.
16 Pluribus tamen in casibus non lucratur
sponsa medietatem per osculum, & primo
si in

si in ejus gratiam fuerit datum, utpota si erat infirma, & viso forte sponso gaudium caperet, *De Franchis dec.* 503. *num.* 19., ubi
17 *De Luca num.* 4.; aut si existente viro infirmo, ad ipsius domum accessit spe lucrandæ quartæ citra illius voluntatem, *De Franchis num.* 21.
18 Secundo non lucratur medietatem circa buna donata a patre sponsi ex eo, quod Textus in *dict. l. Si a sponso* loquitur tantum de donatione per sponsum facta. Et ita respectu bonorum a matre donatorum decisum testatur in S. C. *De Franchis n.*17., in eo tamen casu, quo fuerint donata, ut sponsa ornatior accedat. Dum autem simpliciter donationis causa fuerint bona transmissa, non fuit decisum. Existimat tamen *De Franchis num.* 18. posse sponsam lucrari medietatem. Ego vero cum *Sanchez lib.*6. *disp.* 26. *num.*22. melius opinor, nihil sponsam lucrari posse ea ratione, quia donata sponsæ a consanguineis sponsi, censentur ipsi sponso non autem sponsæ donata, ut late probat *Sanchez num.* 11., *& seqq.*. Eapropter nequit sponsa lucrari id, quod sibi donatum nequaquam censetur. Pariterque sicuti Textus in *dict. l. Si a sponso* non procedit in donatis a patre, ita neque a matre, quoniam currit eadem ratio ex ipso Textu deprompta, quia loquitur tantum de donatione per sponsum facta.
19 Tertio si sponsa fuerit minor duodecim annorum, quoniam in tali ætate cognosci, non poterat, *De Franchis dec.* 503. *num.*22., ubi *De Luca num.* 4. *in fine*.
20 Quarto si donatio fuerit de rebus pretiosis, quæ alias jucalia nominantur, quoniam talia bona per matrimonii consumationem donata non censentur, nisi tantum quoad usum; secus vero erit de donativis quotidianis, plene *Sanchez lib.* 6. *disp.* 25. per totam, *Gomesius in l. Tauri* 50. *num.* 4. *ver. tertio facit, in fine*, *Verde lib.* 4. *instit. civ. num.* 1182., aliique apud *De Lucam ad Franchis in dec.* 503. *num.* 11.
21 Annulus tamen fidei, sive benedictionis quantumvis pretiosissimus donatus quidem semper censetur, *Thesaurus lib.* 3. *quæst. foren.* 15. *num.* 2., ubi ita in eo Senatu decisum testatur, *Hodierna ad Surdum dec.*166. *num.* 5., *Regens Latro dec.* 189. *num.* 2., *De Luca ad Franchis num.*11. *ver.anulus*, *& ad De Marinis var.* 2. *cap.* 71. *num.* 4.
22 Ex parte igitur utriusque sponsi isthæc donatio procedere potest, ut communiter tradunt DD. apud *Sanchez lib.* 6. *disp.* 19. *num.* 6., *Gomesium in l. Tauri* 50. *num.* 3., *De Franchis dec.* 503. *num.* 1.. Quamquam ex parte sponsæ raro accidit, ut consideravit Imp. Constantinus *in dict. l. Si a sponso*, *ver. quod si sponsa Cod. de donat. ante nupt.*
23 Et valide fit etiam in ipso nuptiarum die, ex sententia *Modestini in l. Inter eos ff. de donat. int. vir.*, *& uxor.*, *& Scevolæ in l. Seja* 67. §. *virgini ff. eodem*. In dubio autem si fuerit facta ante, vel post matrimonium,
24 nobis regulam exponit Imp. Aurelianus *in l. Cum in re* 6. *Cod. de donat. ant. nupt.*, ita distinguendo, aut in domo sponsæ facta fuit, & adhuc præsumenda erit sponsa, ideoque valida erit donatio; aut in domo sponsi, & tunc uxor arguitur, & consequenter nulla, & tradit *Gomesius n.* 5. *in fin.*
25 Sed an minor istam donationem efficere possit? Et distinguendum est, aut donatio fit de immobilibus, aut de mobilibus, quæ servando servari pussunt, & necessaria erit Judicis, atque curatoris auctoritas, prout rescripsit Imp. Constantinus *in l. Lex quæ* 22. §. *præcipimus Cod. de adm. tutor.*; aut fit de mobilibus, quæ servando servari non
26 possunt, & tunc Judicis decretum necessarium non erit, sed tantum curatoris consensus, quemadmodum innuere videtur Tex. Dioclet., & Maxim. *in l.* 1. *Cod. si adversf. donat.*, *Glos. lit. C.*, *& lit. H.*, atque *Glos. in l. fin. lit. K. Cod. si maj. fact. alien.*, plene *Narbona de ætat. ann.* 25. *q.* 11. *num.* 13., *Oddus de restitut. in integr. q.* 58. *art.* 1. *n.* 5., *Menochius de arbitrar. cent.* 2. *cas.* 171. *n.*47, *Gomesius var.* 2. *cap.* 14. *num.* 1., *Baronius effect.* 15. *circa contract. num.* 78., *Bersanus de pupillis cap.* 2. *q.* 13. *num.* 14., *&* 15., *Altimari de nullit. contract. tom.* 6. *rubr.* 2. *q.* 1. *sect.* 1. *num.* 453.
27 An autem detur restitutio adversus istam donationem? Et distinctione pariter resolvitur. Aut donatio ista erit congruens doti, atque conveniens conditioni ipsius minoris, ejusdemque uxoris, & deneganda erit restitutio, cum dicatur minor prudenter se gessisse. Aut immodica erit, & excessiva, & tunc locus erit restitutioni, ita *Oddus*
28 *art.* 5., *Narbona num.* 14., *Sanchez lib.* 1. *disp.* 38. *num.* 41., *Maurit. de restit. in integr. cap.* 207.. Quæ autem sit immodica, & excessiva donatio vide *cap.* XXXIII. *num.* 70.

CAP.

C A P. XXXV.

De matrimonio.

SUMMARIUM.

Matrimonium a matre ortum trahit, *n.* 1.
Definitur, *num.* 2.
Qua in ætate contrahi possit, *num.* 3., *& seqq.*
Infideles in quacumque ætate possunt valide matrimonium contrahere, *num.* 6.
Generandi potentia constare non debet, *num.* 7.
Malitia ætatem supplente licitum est ante pubertatem matrimonium inire, *num.* 8.
Nomine malitiæ quid veniat, *num.* 9.
Malitiæ potentia non præsumitur, *sed probari debet*, *num.* 10.
Probatio quomodo fieri debeat, *n.* 11., *& seqq.*
Coeundi potentia præsumitur in pubertati proximo, *num.* 15.
Matrimonium nulliter contractum ex defectu ætatis, *non confirmatur superveniente consensu in legitima ætate*, *sed requiritur*, *ut coram Parocho*, *& testibus ratificetur*, *n.* 16.
Adversus matrimonium contractum an restitui possit, *num.* 17., *& seqq.*
Summus Pontifex potest ex causa dirimere matrimonium nondum consumatum, *num.* 21.
Minor restituitur adversus pœnam incursam per matrimonium contractum, *num.* 22.
Restituitur adversus sententiam super matrimonio latam, *num.* 23.

1 Matrimonium *a matre* nomen trahit.
Eo quod matris munus, & officium
est prolem concipere, parere, ge-
stare, & usque ad certam ætatem educere.
Hinc D. Augustin. *lib.* 19. contra Faustum
cap. 26. ita notat: *Matrimonium quippe ex
hoc appellatum est*, *quod non ob aliud debet
femina nubere*, *quam ut mater fiat*, vide
Gabrielem a S. Vincent. *de sacram. matrim.
disp.* 1. *num.* 2., *&* 3., *Tuschi lit.* M. *concl.*
116. *num.* 3.. Et definitur *ut sit maris*, *&*
2 *feminæ legitima conjunctio*, *individuam vitæ
consuetudinem retinens*, quemadmodum Ar-
chiepiscopo Genuensi rescripsit Alex. III.
in cap. illud, *de præsumpt.*
3 Ad quam conjunctionem tamen inducen-
dam ea ætas necessaria est, quæ ex corpo-
ris habitu pubertatem ostendit, & generare
potest, ut tradit *Isidorus in cap. puberes* 3.
de despons. impuber.. Hinc Urbanus III.
rescripsit Episcopo Cenomanensi *in cap. at-
testationes* 10., *& cap. ex literis* 11. *eod. tit.*,
ut respectu viri necessaria sit ætas anni de-
4 cimiquarti. Respectu vero feminæ Alex. III.
rescripsit Episcopo Norvicensi *in cap. con-
tinebatur* 6., *eod. tit.*, ut habeat annum duo-
decimum. Quæ ætas tam respectu masculi,
quam feminæ completa esse debet, quam-
quam favore matrimonii sufficiens sit, ut
ultima dies duodecimi, vel quartidecimi
fuerit incepta, *Sanchez de matrim. lib.* 7.
disp. 104. *num.* 2.. Ante quam ætatem si
5 matrimonium contrahentur, erit nullum de
jure Ecclesiastico; non autem de jure na-
turæ, per quod licitum est dolo capacibus
matrimonium inire, plene *Sanchez num.* 8.,
& 9., *Salmaticen. de matrim. tract.* 9. *cap.* 12.
p. 11. *num.* 124.. Hinc infideles in quacum-
6 que ætate valide matrimonium contrahunt,
dummodo rationis usum retineant, & ali-
qua particulari eorum lege vetitum non
fuerit, *Sanchez num.* 10.
7 Sed an cum ætate necessaria sit etiam ge-
nerandi potentia? Negant communiter Do-
ctores apud *Sanchez num.* 15., quoniam in
tali ætate advenire generandi potentiam
communiter existimatur. Immo, malitia
ætatem supplente, poterit matrimonium
8 ante pubertatem iniri, *cap. de illis* 9., *& cap.
fin. de desponsat. impuber.*. Et quamvis no-
mine malitiæ velint nonnulli relati per *San-*
9 *chez num.* 20., intelligi solam generandi po-
tentiam, itaut in quacumque ætate talis po-
tentia appareat, valide matrimonium con-
trahi possit: attamen ipsemet *Sanchez n.* 21.,
Salmaticen. num. 125., aliique melius firmant,
nomine malitiæ supplentis ætatem ad ma-
trimonium intelligi potentiam ad copulam,
atque prudentiam, & discretionem ad vim
conjugalis consensus. Etenim cum vertatur
in re gravissima, & perpetua, major discre-
tio, quam in iis, quæ in ætate tenera con-
ficiuntur, intercedere debet.
10 Quæ potentia quia non præsumitur, me-
rito, qui eam allegat probare debet. Hinc
Mascardus de probat. concl. 889. *num.* 10.,
aliique tenent, prædictam potentiam non
aliter probari posse, quam per actualem
copulam, aut inter ipsos contrahentes, aut
cum aliis habitam. Nihilominus tamen re-
lictis aliarum probationum speciebus a qui-
11 busdam inaniter transcriptis, & a *Sanchez*
curiose relatis *in lib.* 7. *de matrim. disp.* 104.
num. 24., *& seqq.*, probabilior est illorum
sententia, posse potentiam ad copulam ex
signis probari, ut ex aspectu personæ,
membrorum dispositione, ac valetudine,
aliisque verisimilibus signis ad arbitrium Ju-
dicis, adhuc nulla copula sequuta, *Sanchez
num.* 28., *Covarruvias* 4. *decret. p.* 2. *cap.* 5.
num. 3.
12 Membrorum autem nomine non intelli-
gas de verendis; nam ut pudori parcatur,
& honestas servetur, sublata est etiam in
foro laicali hujuscemodi inspectio, *Sanchez
num.* 32.
13 Bonum signum tamen respectu feminæ
est,

est, dum emittit menstrua, quia femina eo
tempore, quo menstruat, concipere inci-
pit, ut refert *Sanchez num.* 34.. Lanuginem
vero in pudendis multi tradunt apud *San-*
14 *chez num.* 36., non arguere potentiam ad
generandum, quia non omnes pilosi sunt
potentes, neque impilosi impotentes.
15 Verum signa prædicta tunc probant, quan-
do in contrahente ætas pubertati proxima
habeatur. Ea enim deficiente, nequaquam
ex signis coeundi potentia præsumitur, ut
tradit *Sanchez num.* 30.. Et licet per Text.
16 *in cap.* 1. *de desponſ. impuber.* statutum erat,
ut si matrimonium ante prædictum tempus
quatuordecim annorum respectu viri, et duo-
decim annorum respectu feminæ initum erat,
superveniente inde consensu post dictum tem-
pus, vel actu aliquo, ex quo consensus appa-
rebat, matrimonium nulliter initum confir-
mabatur. Ex dispositione tamen Concilii Tri-
dentini *seſſ.*23. *can.*1. correctus remansit Tex-
tus in *cap.* 1.. Ideoque superveniente ætate
legitima requiritur, ut coram Parocho, &
testibus ratificetur, *Baronius in prælud. circa*
judicialia num. 81., *& seqq.*
17 Minor adversus matrimonium contractum
nequit restitui, etiam ex prætextu, quod
mulier foret vetula, pauperrima, disparis-
que conditionis, *Covarruvias var.* 1. *cap.* 5.
num. 1., *Cancerius var.* 3. *cap.* 11. *num.* 219.,
Gomesius var. 2. *cap.* 14. *num.* 2. *ver. unum*
tamen, *Gratianus cap.* 363. *num.* 11., *Verde*
lib. 1. *instit. civ. num.* 670., plene *Oddus de*
restit. in integr. quæst. 60. *art.* 1., ubi *in n.* 6.,
& 7. tradit rationem, quia minor contra-
hendo matrimonium facit, sicut quilibet pru-
dens faceret. Et quamquam circa qualita-
tem personæ imprudenter se gerat, attamen
quia adversus matrimonium restitui nequit,
ita neque adversus personæ qualitatem; cum
majus opus sit bonum opus matrimonii, &
Sacramenti, quam incommodum qualitatis
uxoris. Insuper nemo restitutionem conce-
dere potest, nisi Judex. Sed quod Deus
conjunxit, homo non separet, igitur.
18 Omnia ista tamen vera sunt respectu ma-
trimonii consumati. Quid autem dicendum
de matrimonio non adhuc carnali copula
consumato? Et quamvis diversæ fuerunt
opiniones, pro vera tamen habita fuit con-
ciliatio *Decii in conſ.* 112., ut refert *Oddus*
19 *loc. cit. art.* 2. *num.* 13., *& seqq.*, nempe aut
simus in judicibus Papæ inferioribus, &
nemo ipsorum restituere potest, quia quod
Deus conjunxit, homo separare nequit. Aut
quærimus, num Papa possit hoc facere me-
20 dia dispensatione, & *Decius* affirmative
resolvit per *Glosam* communiter adprobatam
in cap. ex publico, de converſ. conjug., ubi
habetur posse Papam ex causa dirimere ma-
trimonium per verba de præsenti contra-
21 ctum, & non per carnalem copulam con-
sumatum. Cujus restitutionis causa esse pot-
erit ea, ex qua minor in causa profana
restitui potest, ut propter dotem, ejusque
congruentiam, aut si nobilis cum ignobili
contraxerit, vel juvenis cum vetula, ut
plene *Decius loc. cit.*, quem laudat *Oddus*
num. 16.
22 Restitutionem etiam habebit minor ad-
versus pœnam incursam propter matrimo-
nium a se contractum, ut firmat *Oddus*
quæst. 60. *art.* 1. *num.* 10.. Pariterque adver-
sus sententiam super matrimonio latam.
23 Etenim in spiritualibus restituitur minor,
quando simus in judicialibus, quoniam tunc
non restituitur contra ipsum actum spiritua-
lem, ejusque substantiam, benevero adver-
sus actitata, & judicata in ea causa super
ipso actu spirituali introducta, & peracta;
ut e. g. si restitutio petatur adversus con-
fessionem factam, quod matrimonium cum
aliqua contraxisset, plene *Oddus art.* 3.

C A P. XXXVI.

De pœnis secundo nubentium.

S U M M A R I U M.

Mulieres uno matrimonio contentæ antiquitus tamquam virgines corona pudicitiæ decorabantur, num. 1.

Antiqui Romani credebant secunda vota signum intemperantiæ, num. 2.

Reginæ Galliarum ad secundas nuptias nequaquam convolant,. num. 3.

Secundæ nuptiæ non ut laudabiles permittuntur, sed ut incontinentiæ æstus reprimatur, num. 4.

Secundæ, & ulteriores nuptiæ lege divina, & humana sunt permissæ, num. 5., *&* 6.

Jus civile adversus secundonubentes plures pœnes præscripsit, num. 7.

Pœnæ adversus secundonubentes an locum habeant, num. 8., *& seqq.*

Patres binubi non admittuntur ad successionem filiorum prioris matrimonii una cum eorum fratribus, num. 42.

Mulier minor secundonubens an privetur propietate bonorum, qaæ habuit a primo conjuge in beneficium filiorum primi matrimonii,.

nii, *num.* 43., *& seqq.*
Pœnæ secundonubentium adversus mulierem minorem non procedunt, *num.* 47.
Mater secundonubens ah evitabit pœnas, *filio consentiente*, *num.* 48., *& seqq.*

1 APud Antiquos adeo summi honoris
erat viduitatem servare, ut mulieres
uno matrimonio contentæ tamquam
virgines corona pudicitiæ decorabantur, ut
refert *Valerius Maximus lib.* 2. *cap.* 1., ubi
2 pariter quod antiqui Romani experientiam
multorum matrimoniorum intemperantiæ
3 signum credebant. Exemplum dant Reginæ
Gallarum, quæ, ut testatur historia Royaume
de Navarre sub Carulo II. ad secunda
vota nequaquam convolant, & tradit *Sorge
in jurisprud. tom.* 2. *cap.* 1. *num.* 3. *in fin.*.
Hinc in Sacris Canonibus secundæ nuptiæ
4 non quasi laudabiles permittuntur, sed ut
incontinentiæ, & carnalis concupiscentiæ
æstus reprimatur, *Sorge num.* 4.. Quapro-
5 pter secundum, tertium, & ultra validum,
& licitum esse, mortuo priori marito, ex
sacris paginis clare colligitur, & præsertim
ex illo ad *Roman.* 7., *&* 1. *ad Corinth.* 7.,
& definitum fuit in Concilio Nicæno *Can.*
8., & fides Catholica ubique tenet, & servat,
& testatur D. Thomas in 3. *dist.* 43.
art. 1., *& in addit. q.* 63 *art.* 1., D. Augustinus
de *bon. viduol. lib.* 16. *cap.* 12., & de
Civitate *cap.* 34., *D. Chrysostom. homil.* 10.
in epist. ad ephes., vide *Salmaticen. de matrim.*
6 *tract.* 9. *cap.* 5. *punct.* 3. *num.* 4.. Etenim mortuo
priori marito, matrimonii vinculum dissolutum
est. Sicque nullum ligamen, &
impedimentum, ut cum alio mulier, aut
vir contrahere possit, remanere videtur.
7 Veritate hac tamen non obstante, jus civile
adversus secundonubentes varias pœnas
præscripsit; ex quibus aliæ sunt directe adversus
secundonubentes festinanter, seu intra
annum luctus. Aliæ vero in favorem filiorum
prioris matrimonii. Pœnæ adversus
secundonubentes festinanter sunt, primo
8 quod talis nubens sit infamis, *l. Consensu
§. si vero Cod. de repud.*, *l. Liberorum §.* 1.
ff. de his, qui not. inf., *l.* 1. *Cod. de secund.
nupt.*, *Michalor. de fratrib. p.* 3. *cap.* 13. *n.* 2.
9 Immo sit infamis ipso jure, *auth. de nuptiis
§. primæ siquidem*, *collect.* 4., ubi *Infamia
mox sequatur*, *& erit omnino mulier propter
nuptiarum festinationem infamis*.. Quæ par-
10 ticula *omnino* importat paratam executionem,
& pœnam ipso jure incurri, plene
Sanchez de matrim. lib. 7. *disp.* 87. *num.* 3.,
11 ubi tamen post alios firmat requiri sententiam
Judicis declaratoriam facti, nempe declarare
delictum commissum esse.
12 Secunda pœna est, ut mulier secundonupta
nequeat dare in dotem, aut in ultima
voluntate relinquere secundo, posteriorive
viro ultra tertiam partem suorum bonorum,
l. 1. *Cod. de secund. nupt.*, *Michalor. loc. cit.*
Et quamvis *in dict. l.* 1. fiat tantum mentio
de relictis in testamento, procedit nihilominus
in actibus inter vivos, ut tradit ibidem
Glos. ver. testamento, plene *Sanchez num.* 4.
13 Tertia pœna est, quod talis mulier fit incapax
cujuscumque hereditatis, legati, fideicommissi,
& donationis causa mortis, *Michalorius
loc. cit.*, *Sanchez num.* 7.
14 Quarta pœna est, quod privatur omnibus
relictis a priori viro in ultima ejus voluntate
tam quoad proprietatem, quam quoad
usumfructum, *Michalorius ibidem*, *Sanchez
num.* 10.
15 Quinta pœna est, quod nequit succedere
ab intestato suis consanguineis ultra tertium
gradum, *Michalorius loc. cit.*, *Sanchez n.* 15.
16 Sexta pœna est, quod tenetur dare medietatem
suorum bonorum filiis prioris matrimonii,
*l. Si qua mulier Cod. ad S. C.
Tertullian.*, *auth. de nuptiis §. primæ siquidem*,
Sanchez num. 16.
17 Omnes autem istæ pœnæ a jure Civili
statutæ, de jure Canonico sunt correctæ
in *cap. penult.*, *& fin. de secund. nupt.*, ubi
licet de infamia tantum appareat mentio,
attamen de omnibus intelligi firmat *Sanchez
num.* 23., & innumeri Doctores tradunt
apud *Gabrielem lib.* 3 *de secund. nupt.
concl.* 5., *Capyc. Latro dec.* 22. *num.* 24.,
& dec. 13. *num.* 6., ubi *Gizzius num* 2.,
plene *Sorge in jurisprud. tom.* 2. *cap.* 1. *n.* 2.,
& seqq.. Etenim cum de jure Canonico
permissum sit mulieri quandocumque ad se-
18 cunda vota transire, durum quidem perinde
erit, ut ex re permissa sustinenda erit aliqua
pœna, aut jactura; meritoque transitus
ad secunda vota nequaquam actus injuriosus
dici possit, *l. Injuriam §. is qui ff. de injur.*,
19 *Michalorius num.* 4.. Et quamvis nonnullæ
ex his pœnis filiorum favorem concernere
videantur. Nihilosecius tamen, quia omnes
dictæ pœnæ principaliter ob festinationem
ad secunda vota fuerunt inductæ, & hæc
festinatio permissa est, actusque legitimus
reputatur, ideo nulla pœna plectenda est,
Michalorius de fratrib. p. 3. *cap.* 13. *n.* 2.,
Surdus cons. 175. *num.* 20. *lib.* 1.
20 Pœnæ vero statutæ adversus mulierem
secundonubentem in favorem filiorum prioris
matrimonii sunt sequentes. Prima est,
quod statim amittit proprietatem omnium
bonorum, quæ a primo conjuge habuit,
eamque in beneficium filiorum prioris matrimonii
transfert, usufructu tantum sibi
retento, quemadmodum rescripserunt Impp.
Gratian., Valent., & Theodos. in *l. Feminæ
§. Cod. de secund. nupt.*, *Romanus cons.* 219.
num. 3., *Michalorius num.* 25., *& seqq.*,
Sanchez lib. 7. *disp.* 88. *num.* 2.
21 Secunda pœna est, quod privatur jure
succedendi in bonis filiorum primi matrimonii
quoad proprietatem, retento tantum
usu-

usufructu, dummodo ceteri fratres ejusdem
matrimonii existerent, *dict. l. Feminæ §. illud*
Michalor. num. 43., & seqq., ubi extendit
etiam respectu legitimæ parentibus debitæ.
Et licet *dict. l. Feminæ* loqui videatur tan-
tum in causa successionis evenientis post
transitum ad secunda vota, attamen proce-
dit etiam in casu, quo successio antea eve-
nit, ut in *auth. de nuptiis §. hinc res*, &
auth. ex testamento Cod. de secund. nupt.,
& tradunt *Sanchez lib. 7. disp. 89. num. 41.*,
Boerius dec. 185. num. 6., *Ursillus ad Affli-*
ctum in dec. 75. num. 8., *de Luca ad Fran-*
chis in dec. 666. num. 2. in fine. Verum
22 hæc pœna procedit respectu bonorum, quæ
filiis ex parentum patrimonio obvenerunt;
non vero si aliunde ipsis obvenerint, nam
tunc non obstante transitu ad secunda vota,
semper mater etiam quoad proprietatem
succedit, ut probari videtur in *dict. auth.*
de nuptiis §. hinc res; *Michalorius num. 48.*,
Afflictus dec. 75. num. 4., *De Franchis dec.*
18., ubi Addentes, *Sorge in jurisprud. tom. 2.*
23 *cap. 1. num. 16.*. Et dicuntur bona aliunde
quæsita, etiamsi talis filius successit suo fra-
tri in bonis communis parentis, aut etiam
avo, *De Luca ad Franchis in dec. 666. n. 1.*,
24 *& 2.*. Fallit etiam hæc pœna in casu, quo
alii filii ex eodem matrimonio non existe-
rent, nam tunc cessante fine legis, cessat
pariter ejus dispositio, *Michalorius num. 57.*,
& 60., *Gratianus cap. 140. num. 23.*, *Ursillus*
ad Afflictum in dec. 75. num. 12., *De Fran-*
chis dec. 655. num. 2., ubi *De Luca n. 2.*,
& 3.. Sciendum tamen est, quod hæc pæ-
25 na privationis successionis quoad proprieta-
tem intelligenda est, quoad successionem
ab intestato; secus autem ex testamento,
nam isto in casu mulier secundonupta pleno
jure in proprietate succedit, ut *in dict. auth.*
ex testamento; ea ex ratione, quia talis
mulier capit bona relicta ad instar cujuscum-
que extranei heredis relicti. Et idem dicas
vigore legati, & fideicommissi, *Michalorius*
num. 61., *Sanchez num. 41.*, *Gomesius in*
leg. Tauri 14. num. 1., & seqq., *De Luca*
ad Franchis in dec. 666. num. 3.. Verum
26 nota quod si mulier nupsit de consensu
viri in testamento ei præstito, aut aliunde
apparente, evitaret pœnam *dict. l. Feminæ*,
ut tradit *Baldus in l. 1. col. 2. ver. sed pone*
Cod. de secund. nupt., ubi dicit se ita con-
suluisse, & postea consultum vidisse per
Doctores Bononienses; & sequuntur *Roma-*
nus cons. 219. num. 5., *Gabriel lib. 3. de secund.*
nupt. concl. 1. num. 29., *& concl. 3. num. 35.*,
Fusar. de fideicom. q. 142. num. 51., *Michalo-*
rius de fratrib. p. 3. cap. 13. num. 80., plene
de Marinis var. 1. cap. 273. num. 19.. Quic-
quid in contrarium defendat *De Luca ad*
Franchis in dec. 632. num. 7.. Pariterque
27 pœnam evitaret, si nupserit cum licentia
Principis, *Boerius dec. 185. num. 25., & seqq.*,
Michalorius num. 81.

28 Tertia pœna est, quod transiens ad se-
cunda vota, non deposita tutela, neque
ratione reddita, neque altero tutore; aut
curatore proviso, tamquam indigna priva-
bitur successione, prout rescripserunt Impp.
Theod., & Valen. in *l. Omnem matri 6. Cod*
ad S. C. Tertull. auth. eisd. pœnis Cod. de se-
cund. nupt., *Michalorius num. 83., & seqq.*.

29 Quarta pœna est, quia nequit dare secundo
marito in dotem, neque alio titulo ei re-
linquere plusquam dederit uni ex filiis prio-
ris matrimonii, quemadmodum rescripserunt
Impp. Leo, & Anthemius in *l. Hac edictali*
Cod. de secund. nupt., *Sanchez lib. 7. disp.*
68. num. 3., plene *Gabriel tom. 3 de secund.*
nuptiis concl. 4.. Verum quoad dotem con-
trarium firmat *Boerius dec. 202. sub num. 1.*,
quem sequitur *Michalorius num. 93., & 94.*,
ut nempe talis mulier secundo viro omnia
bona sua in dotem dare possit.

30 Quinta pœna est, quod amittit filiorum
tutelam, *auth. sacramentum Cod. quando*
mulier tutel., *Sanchez num. 4.*, *Michalorius*
31 *num. 166.*. Hæc autem pœna in patre fallit,
qui etiamsi ad secunda vota transeat, num-
quam filiorum educationem, eorumque bo-
norum administrationem amittit, quemad-
modum rescripserunt Impp. Theod., &
Valent. in *l. Generaliter 5. Cod. de secund.*
nupt., & facit Textus in *auth. de nuptiis*
§. sed quod sancitum est, *Michalorius num.*
32 *169.*. Fallit etiam in matre, quoties a viro
in casu pariter secundarum nuptiarum fuerit
tutrix relicta, *Michalor. n. 172.*; aut si fuerit
data licentia secundonubendi, nullo petito
33 tutore, *Staiban. jun. tom. 1. resol. 91. n. 17.*,
per Tex. in *l. 2. §. mater ff. ad S. C. Tertull.*

34 Sexta pœna est, quia amittit filiorum edu-
cationem, per rescriptum Imp. Alex. in *l.*
1. Cod. ubi pupill. educ. deb., *Sanchez. n. 16.*

35 Septima pœna est, quod amittit jus exem-
plariter substituendi filio furioso primi ma-
trimonii, *Bartol. in l. Ex facto num. 12. ff.*
de vulg., & pupill., *Michalorius num. 174.*

36 Octava pœna est, quod filius dives non
tenetur matri pauperi secundonubenti do-
tem constituere; cum tale matrimonium in
ipsorum filiorum injuriam cedat. Ideoque
nequeunt filii arma contra se, in dotem
constituendo, ministrare, plene *Sanchez n. 32.*

37 Nona pœna est, quod nequit revocare
ratione ingratitudinis donationem factam
filiis prioris matrimonii, per Rescriptum Imp.
Constantini in *l. His solis 7. Cod. de revoc.*
donat., *& in auth. quod mater, Cod. eodem*,
& in auth. de nuptiis §. mater, ubi tamen
tres casus excipiuntur. Primus est, si vitæ
matris filius insidiaretur. Secundus, si im-
pias manus in eam intulerit. Et tertius, si
totius substantiæ jacturam molitetur. Tri-
bus his casibus exceptis, nequit donatio-
nem revocare, quia potius victrici contem-
pla-

plationc, quam ob realem ingratitudinem revocatio donationis effceretur, plene *Sanchez num.* 33. Verùm si filii essent ingrati,
38 poterit mater libere ad secunda vota convolare absque pœnarum incursu, quia tales filii haberentur, tamquam non extitissent, ut in puncto tradit *Boerius in dec.* 185 *num.* 19., quem laudat *Michalorius num.* 79.

39 Quæ pœnæ de jure civili statutæ ad filiorum favorem nequaquam a jure canonico sunt correctæ, ut tradit *Capyc. Latro in dec.* 22. *num.* 24., *&* 25., *Gizzius ad eumdem in dec.* 131. *num.* 2., ubi ita ait: *Tu autem observa primo circa hanc conclusionem adductam per D. Reg. num.* 6., *quod pœnæ secundonubentium sunt sublatæ, nam ista conclusio non est intelligenda ita generaliter. Et jure Canonico attento illæ sunt correctæ, quæ mere in odium mulierum secundonubentium infra annum luctus introductæ sunt, de quibus in l.* 1., *& seqq. Cod. de secund. nupt., ex quibus nulla filiis potest resultare utilitas. Illæ vero, quæ ad favorem filiorum introductæ sunt, & eorum commodo, & utilitati cedunt, de quibus in l. Feminæ Cod. eodem, de jure Canonico non fuerunt correctæ. Estque communis conclusio Legistarum, & Canonistarum.* Et conclusionem istam totum Mundum servare ait *Peregrinus de Jure Fisci lib.* 3. *tit.* 15. *sub num.* 3, & tradunt *Merlinus de legitim. lib.* 4. *tit.* 2. *q.* 2. *num.* 14., *Cancerius var.* 1. *cap.* 7. *num* 65., *Thesaurus quæst. forens. lib.* 1. *q.* 28. *num.* 15., *Surdus cons.* 175. *num.* 20. *lib.* 1., *Covarruvias de sponsalib. p.* 2. *cap.* 3. §. 9. *num.* 5., *Michalorius de fratrib. p.* 3. *cap.* 13. *num.* 24, *Afflictus in dec.* 75. *num.* 5., ubi *Ursillus num.* 14., *Bersanus de viduis cap.* 3. *q.* 1. *num* 14., innumerique apud *Gabriel. lib.* 3. *de secund. nupt. concl.* 6. *num.* 1., *Sorge in jurisprud. tom.* 2. *cap.* 1. *n.* 2., *& seqq.*, ubi absurdum esse dicit, hoc amplius in dubium revocare, cum ab omnibus sit receptum. Immo *Sanchez lib.* 7. *disp.*
40 88. *num.* 39. dicit tales pœnas non esse mere pœnas, sed filiorum provisionem, eo quod conjux secundonupta amore secundi conjugis allectata, prioris matrimonii filios quidem odio consequitur, *Covarruvias* 4. *decret. p.* 2. *cap.* 3. §. 9. *num.* 5.

41 Hæ autem pœnæ tam in muliere, quam in viro secundonubente locum habent, ut tradunt *Gabriel loc. cit. concl.* 7., *Fontanella de pact. claus.* 5. *Gios.* 8. *p.* 2. *num.* 34., *Gratianus cap.* 140. *num.* 2., *Michalorius num.* 28., *Ursillus ad Afflictum in dec.* 75. *num.* 10., *De Franchis in dec.* 655. *num.* 2., *De Luca ad De Marinis var.* 1. *cap.* 273. *num.* 5., aliique apud *Sorgem num.* 4.. Et patres binubi vi-
42 gore auth. *defuncto Cod. ad Tertull.* non admittuntur ad successionem filiorum primi matrimonii una cum eorum fratribus, ut post alios firmat *Sorge loc. cit.*

43 Quæritur modo, an pœnæ prædictæ contra minorem secundonubentem locum habeant? Et regula est negativa, ut tradunt *Menochius cons.* 626 *num.* 7., *Gallus de fructib. disp.* 56. *art.* 5. *num.* 92., aliique apud *Altimarem de nullit. contr tom.* 6. *rubr.* 2. *q.* 1. *sect.* 1. *num.* 761. *in fine*. Hinc est, quod mu-
44 lier minor secundonubens non privatur proprietate bonorum, quæ habuit a primo conjuge, in beneficium filiorum primi matrimonii, *Gabriel lib.* 3. *de secund. nupt. concl.* 1. *num.* 50., *Velasc. consult.* 16. *num.* 2., aliique apud *Gratianum cap.* 852. *num.* 18., *& seqq.* Quamquam non desint contrarium tenentes, ut *Romanus cons.* 279. *in fine*, *Fachineus lib.* 3. *cap.* 65. *in fine*, *De Franchis in dec.* 632. *num.* 2., & 3.

45 Etenim sicuti mater minor transiens ad secunda vota non privatur successione suorum filiorum impuberum, ob non petitum tutorem, per Rescriptum Impp. Dioclet., & Maxim. *in l. Licet* 2. *Cod. si adversus delict.*, & tradunt *Gomesius in l. Tauri* 14. *n.* 18. *ver. limita tamen*, *Mandosa de ætate minori cap.* 5. *q.* 13., *Romanus cons.* 279. *n.* 1., *Cacheranus dec.* 87. *num.* 5.. Ita pariter secundonubens non privatur prædicta proprietate bonorum. Et quamquam paritatem
46 istam rejecit *De Franchis loc. cit.*, ex eo quia casus matris non petentis tutorem est in omittendo, & casus alter est in committendo, quod gravius est. Nihilosecius tamen valere argumentum de uno ad alterum casum plene firmat *Gratianus num.* 35., *&* 36., & sequitur *De Luca ad De Franchis num.* 2., ubi subdit etiam, casum prædictum non esse extensionem de altero casu, sed comprehensionem unius, ejusdemque casus, & refert *Surd. dec.* 276. *num.* 9., & alias ma-
47 lier minor secundonubens incurreret pœnas secundonubentium, quod utique verum non est, ut diximus *num.* 43., & tenet *Michalorius de fratrib. p.* 3. *cap.* 13. *num.* 82.

48 Firmavimus *num.* 20., *& seqq.*, quod mater per transitum ad secunda vota privatur in favorem filiorum primi matrimonii proprietate omnium bonorum, quæ sibi a primo conjuge obvenerunt; & pariter jure succedendi in bonis filiorum primi matrimonii; modo quæritur, an si ipsi filii prioris matrimonii, etiamsi essent minores, aut pupilli consenserint ad secunda matris vota, liberaretur mater a tali privatione proprietatis, ac jure succedendi? Et respectu filii majoris tenet *Sermient. select. interpret. lib.* 1. *cap.* 4., quod neque ejus expressus con-
49 sensus matri secundonubenti juvare poterit; & volunt etiam *Angel. cons.* 396. *n.* 2., *Thesaurus quæst. for. cap.* 30. *n.* 5. *lib.* 1., aliique.

50 Contrarium tamen sufficere nempe expressum filii consensum tenent quidam alii, inter quos *Thesaurus dec.* 170. *num.* 29., ubi præfatam *Sarmient.* opinionem, quamvis subtilem dicat, attamen in praxi servandam

non esse existimat. Et pro hac opinione
in Sebausiano Senatu decisum refertur *Faber*
in Cod. de secund. nupt. def. 8., & tenent
Fontanella de pact. clauf. 5. *Glos.* 8. *p.* 1. *n.*
37., *Sanchez de matrim. lib.* 7. *disp.* 89. *n.* 49.,
Gratianus cap. 140. *num.* 3., ubi firmat, quod
51 per secundas nuptias fit injuria filiis primi
matrimonii, quæ cessat, quoties de ipsorum
consensu mater nupsit. Cum quisque favori
suo renunciare possit, ut tradit *Surdus dec.*
99. *num.* 12., *Boerius dec.* 185. *num.* 20., *De*
Franchis dec. 632. *num.* 4., *&* 7., ubi *De*
Luca num. 4.
52 Immo non solum expressum, sed etiam
tacitum consensum sufficere volunt *Staiba-*
nus tom. 1. *resol.* 91. *num.* 98., *Parisius cons.*
29. *num.* 84. *lib.* 3., *Menochius adipisc. rem.*
2. *num.* 35., *Cancerius var.* 1. *cap.* 5. *num.* 24.,
Surdus num. 12., *Gratianus num.* 6., *De*
Luca ad Franchis num. 5., *Sorge in jurisprud.*
tom. 2. *cap.* 1. *num.* 10.
53 Verum ipse *Staibanus in obser. ad dictam*
resol. 91. *num.* 19., *& seqq.* ruminato melius
negotio, non piguit retrocedi, & emendari
ab iis, quæ antea scripsit in prædicta *resol.*
91., ubi firmavit tam tacitum, quam ex-
pressum consensum sufficere ad tollendas
pœnas *l. Feminæ*. Deinde *in observat.* revo-
lutis aliis contrariis Codicibus majoris au-
ctoritatis, existimavit, ut respectu expressi
consensus bene stent scripta in præfata re-
solutione. Respectu vero taciti nullo modo
ipsi videtur posse talem taciturnitatem suffi-
cere, & auctoritate multorum comprobat.
Et revera quæstionem hanc late disseruit
Michalorius de fratrib. p. 3. *cap.* 13. *num.* 64.,
& seqq., *& in num.* 75. miratur de nonnul-
lis, & præsertim de *Gratiano*, qui in hoc
tacito consensu maximam vim fecit; & tan-
dem post multos concludit, expressam so-
lummodo renunciationem filio majori no-
cere, non autem tacitam; ex eo etiam,
quod idem *Surdus* sibi contrarius in *dec.*
100. *num.* 6., *&* 7. firmat, tacitum consen-
sum non videri sufficientem ad hujus pœ-
næ remissionem; cum stare possit, ut filius
nuptias adprobet, sed pœnam non remittat.
Sicuti posset etiam expresse secunda vota
adprobare, sed jus ad pœnam retinere; cum
54 sit regula, voluntatem tacitam ex actu re-
sultantem non extendi ultra, quod ex ipso
actu ex necessitate infertur, ut tradit *Bart.*
in l. 1. *§. si quis ff. de intin.*, *actuq. priv.*,
Cravetta cons. 292.. Pœnæ autem renun-
ciatio non necessario infertur ex eo, quod
cum vitrico e. g. habitaverit, ut tenet
Staiban. in dict. obser. 91. *num.* 30., *& Mi-*
chalorius num. 76., quia etiam expresse con-
tradicendo, secundas nuptias impedire non
potuisset. Et ad excludendum filiorum con-
55 sensum sufficit, ipsos non potuisse impedi-
re, ut mater ad secunda vota non convo-
laret. Cum summæ prudentiæ sit, libenter
ferre, quæ evitari non possunt, ut tradunt
Surdus num. 6, *&* 7., *Michalorius loc. cit.*,
Cacheranus decis. 177. *num.* 10.
56 Nec valet dicere, quod taliter tacendo
sibi nocere videtur; nam regula est, tacen-
tem in sui præjudicium consentire non vi-
deri. Et quamquam impugnet *Gratianus*
cap. 140. *num.* 18., ut quando cum tacitur-
nitate intervenit aliquis actus positivus, ut
habitatio, convictus &c. tunc habetur pro
consensu, & præjudicat. Nihilominus tamen
recte contra ipsum firmat *Michalorius num.*
76., quod tales actus positivi non sufficiunt
in iis, qui impedire nequeunt. Cum ne-
que expresse poterit filius secunda matris
57 vota impedire, quod verum esse dicit,
tam in actibus positivis necessariis, ut re-
stitutio dotis, solutio legati &c., quam in
voluntariis, ut convictus, transmissio mune-
rum &c., qui actus, quia fiunt secundum
quamdam convenientiam, quæ inter affines
tempore nuptiarum accedere solent, meri-
to in iis nulla vis fieri debet. Et ad ex-
cludendum consensum sufficit non potuisse
filium secunda vota impedire.
58 Immo tunc expressa filii renunciatio no-
cet, quando de juribus sibi competentibus
vigore *l. Feminæ*, fuerit certioratus, ut in
puncto tradit *Boerius dec.* 185. *num.* 23., &
in casu filiæ refert *Michalorius num.* 77.,
59 & de talibus juribus fuerit expresse facta
renunciatio, *Thesaur. quæst. foren. cap.* 30.
num. 5. *lib.* 1., aliique apud *Staibanum tom.*
1. *obser.* 91. *num.* 21.. Taliter quod si filius
60 etiam expresse consensisset, sed jus suum
non remisit, talis consensus eidem non no-
cebit, ut late defendit *Facnineus lib.* 3. *cap.*
65., & sequitur *De Marinis var.* 1. *cap.* 273.
num. 26., *&* 27.
61 Quæ certioratio fortius deficere videtur
in tacita renunciatione, quæ si locum ha-
bere posset, requireretur pariter scientia,
& certioratio juris ipsi filio quæsiti; atque
ejus remissio, ut tradit *Staiban. num.* 30.
post *Jason. cons.* 55. *num.* 10. *lib.* 1., *Aymon*
cons. 142. *num.* 11., *Menochium cons.* 237.
num. 28., & alios.
62 Et quamvis idem *Staibanus num.* 29., *&*
30. dicere pariter voluit, tacitum consensum
adhuc sufficere respectu puberis, seu mino-
ris ad hanc pœnam tollendam; licet inde
se retractavit in *dict. observat. num.* 26., *&*
seqq., & solum respectu expressi consensus
adfirmavit, & sequutus fuit *Sorge in juris-*
63 *prud. tom.* 2. *cap.* 1. *num.* 11.. Immo *Sur-*
dus dec. 99. *num.* 12., *& seqq.* voluit non
competere minori restitutionem adversus
hunc consensum tacite præstitum, quia cum
privatio proprietatis bonorum inducta sit in
pœnam mulieris secundonubentis, nequit
propterea restitui minor, quoties de pœnæ
executione agere vellet, *l. Auxilium ff. de*
minorib., *Gratianus cap.* 140. *num.* 12.. Ni-
hilo-

hilominus tamen prædicta omnia, plene
64 discusso articulo retellit *Michalorius n. 68., & 69.* tamquam admodum dubia, ne diceret falsa; & tandem *num.* 75. firmat nec tacitas, nec expressas renunciationes minori nocere posse, quod etiam tenet *De Marinis var. 1. cap. 273. num. 27.* Etenim si in talibus expressis renunciationibus necessariæ sunt solemnitates a jure communi, & locorum statutis requisitæ, fortius & in tacitis intervenire pariter deberent; plene
65 *Michalorius num. 70., & 71.*, ubi neque præsentia tutoris aliquid operatur, cum nequeat jura minoris, aut pupilli remittere; *l. Pactum curatoris Cod. de pactis, Romanus conf. 28. num. 3., Surdus conf. 164. num. 50. lib. 2., & in num. 54.* firmat, quod
66 minor in omni casu, quo sive per se, sive curatore mediante consensit, atque præjudicium sibi intulit, semper restitutio in integrum ei competit, & sequitur *Michalorius num. 78.*
67 Hucusque dicta fortius & procedunt respectu pupilli, ut tradunt *Boerius dec. 185. num. 23., Surdus dec. 100. num. 2., & seqq. De Franchis dec. 632. num. 5.*, quoniam pupillus nullam intellectum habet & in tali ætate nequit scire, & discernere, *l. Pupillus ff. de acquir. hered.*, & non habet vel-
68 le, nec nolle, *l. Pupillus ff. de reg. jur.*, & quicquid videt, ignorat, *l. 1. in fine Cod. de fals. mon.*. Meritoque *Tiraquellius de retract. consang. §. 35 Glos. 4. num. 47. in*
69 *fine* ait, quod in tali ætate juncta est ignorantia. Immo neque tutores consentire pos-
70 sunt, *De Franchis num. 5., Gratianus cap. 140. num. 17., Altimari de nullit. contr. tom. 6. rubr. 2. q. 1. sect. 1. num. 575., Card. De Luca de success. ab intestat. disc. 33. num. 6.*
71 Cautela tamen hoc in casu erit, ut pater, aut mater volens secundonubere, adeat Judicem, & dato suis filiis minoribus curatore, causa deinde cognita, nempe servitio, educatione, & custodia filiorum, aut etiam rerum, licentiam, Judex ad secundonubendum concedit, *Card. De Luca loc. cit.*, quem sequitur *De Luca ad De Marinis var. 1. cap. 273. num. 6.*



I N D E X
G E N E R A L I S.

A

Albi-

Cessio

Con-

D

Dolus

E

poteſt

F

G

H

I

In-

Judex

tim

L

M

Minor

Minor

Mora

N

Opi-

O

P

Pater

Pro-

S

T

Tem-

Ven-

FINIS INDICIS GENERALIS.

